Accessions 320,809

Shelf No. 6189.17 vol. 1

FOUNDED 1852

SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS

BOSTONIA CONDITA A.D. 1630.

CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.

BOSTON PUBLIC LIBRARY

Received Dec. 9, 1882.

S. A. Ebert allgem. bibliograph. Lexikon 1ter Bd. S. 602 enthält von diesem Werke: "In der eigentlichen Bibliographie scheint es kritischen Werth zu haben, soll dieser Catalog doch [illegible] [illegible] historisches Interesse, namentlich die [illegible] [illegible] [illegible] angelegten Sammlung [illegible] [illegible] Bibliothek gebraucht wurde.) Diese Sammlung war nur von geringem Werthe. Demungeachtet werden [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

82

DLB

1340

ein Judicium über die [illegible] [illegible]
in d. Sammlung v. Alten u. Neuen
1731. p. 818.

4

CATALOGUS
BIBLIOTHECÆ THEOLOGICÆ,
SYSTEMATICO-CRITICUS,

In quo,

Libri Theologici,

In

BIBLIOTHECA REIMANNIANA

Extantes,

Editi & inediti, in certas claſſes digeſti, qua fieri potuit ſolertia, enumerantur,

Et quid in unoquoque ſit peculiare vel vulgare, quæ laudes et labes, quæ virtutes quæ maculæ, quæ aſteriſco quæ obelo digna, ſine fuco & fallaciis, iraque & ſtudio,

At non intemperanter tamen, & temere, nec ſine ratione & argumentis, indicatur,

Ut *Hiſtoricæ* Bibliognoſiæ opes aliquantulum augeantur, & *Criticæ* inopia, qua maxime premitur, his, quaſi drachmulis quibusdam, quodammodo ſublevetur.

Hildesiæ, 1731.

Sumtu Ludolphi Schrœder.

2 v.
B. H
320, 889
Dec. 9, 1882

VIRO
ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
HEINRICO ALBERTO
DE BUSCH,
AUGUSTISSIMI REGIS MAGNÆ
BRITANNIÆ, ET ELECTORIS
BRUNSVICENSIS AC
LUNÆBURGENSIS,
A Conſiliis Status Intimis,
Cameræque PRÆSIDI,
Et minerarum, in montibus Hercyniis,
SUPREMO PRÆFECTO.

NEC NON
VIRO
ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
RUDOLPHO JOHANNI,
LIBERO BARONI DE WRISBERG,
AUGUSTISSIMI REGIS MAGNÆ
BRITANNIÆ ET ELECTORIS,
BRUNSVICENSIS AC
LUNÆBURGENSIS,
Conſiliario Status Intimo,
Supremi Judicii ſupremarum provocationum,
quod Cellis eminet,
PRÆSIDI,
Dynaſtæ in Wrisberg, Holtenſen,
Brunckenſen & Weſtlem.

UT ET
VIRO
ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
GERLACHIO ADOLPHO
DE MÜNCHHAUSEN,
AUGUSTISSIMI REGIS MAGNÆ
BRITANNIÆ, ET ELECTORIS
BRUNSVICENSIS AC
LUNÆBURGENSIS,
Conſiliario Status Intimo,
Dynaſtæ in Strausfurt &c.
ET TANDEM
VIRO
ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
RUDOLPHO ANTONIO
DE ALVENSLEBEN,
AUGUSTISSIMI REGIS MAGNÆ
BRITANNIÆ, ET ELECTORIS
BRUNSVICENSIS AC
LUNÆBURGENSIS,
Conſiliario Status Intimo,
Eccleſiæ Cathedralis Magdeburgenſis
Canonico,
Dynaſtæ in Neu-Gatersleben, Glöte &c.
DOMINIS SUIS GRATIOSISSIMIS,
Felicitatem perpetuam, &
ſempiternam precatur
Jacobus Fridericus Reimmannus,
Eccleſiarum Hildeſienſium
Superintendens.

QUem ex umbra Muſei in lucem publicam prodire patior, Bibliothecæ meæ Theologicæ catalogum, Syſtematico-Criticum, *Prægloriosiſsimis veſtris nominibus* nuncupandum exiſtimavi, VIRI ILLUSTRISSIMI, Auctoritate veſtra graviſſima, & virtute, & pietate, & varia doctrina inducti. Siquidem non Reipublicæ civilis tractandæ peritia excellitis tantum; Sed & in re literaria ita verſati eſtis, ut partes ejus omnes teneatis optime, & quæ in iis laudes inſint, quæ labes, accurate perſpiciatis. Cujus rei teſtes ſunt, quotquot unquam colloquio veſtro digni exiſtimati ſunt ex eruditorum ordine; Teſtis fama communis, veri nuncia, et vox publica multitudinis. Teſtis inſignis librorum ſelectisſimorum apparatus,

quo Bibliothecæ veſtræ circumfluunt, & exſplendeſcunt. In quibus, cum & Theologici locum habeant quendam, cumque non ultimum, & ipſa Theologia apud Vosmet in honore ſit, & monumenta ad eandem ſpectantia manibus aſſiduis terantur, & ſtudioſe lectitentur; Non ingratum vobis fore hoc noſtrum, qualecunque eſt, libamen, perſuaſum mihi habeo. Cum & Dii mola ſalſa litari ſe & placari ſinant ab iis, qui thura non habent. Accipite igitur has noſtras ſchedas, reverentiæ noſtræ & ſubmiſſæ devotionis teſtes & indices. Et ſi quid in iis eſt, quod ad colligendam benevolentiam valeat, blando lumine easdem reſpicite, meque ſimul clientem veſtrum gratioſa voluntate judicate dignum. VALETE, VIRI ILLUSTRISSIMI, & anchoræ eſtote quaſſatæ noſtræ jam ante nimis, & nunc in novis fluctibus laboranti naviculæ. Hildeſiæ M. DCC. XXXI. die XV. Aprilis.

CVM DEO

PRÆFATIO.

NOn longa oratione TE obtundam, LECTOR BENEVOLE; ſed, quæ animo concepi cogitata, in pauca conferam. Ego jam inde à pueritia bonarum literarum ſtudio ac amore flagrans, hiſtoriæ literariæ & βιβλιογνωσίας cognitionem, cognitioni Artium & Scientiarum præmittendam cenſui, velut duas λαμπαδοφόρους, ſine quibus, qui in Encyclopædia Theologica, & Philoſophica, & Juridica, & Medica verſantur, verſantur in tenebris. Et licet earum rerum omnium inopia laborarem, ſine quibus librorum cognitio ægre comparari poteſt, vel potius, nullo modo poteſt, deſtitutus oportunitate loci, temporis, fortunæ, manuductionis, converſationis cum viris eruditis, &, quod primo loco dicendum erat, licet tenuisſimis eſſem, ac fere nullis opibus; Is tamen, qui conſulit rebus humanis, iisque non univerſis ſolum, verum

etiam ſingulis, ita meis rationibus pro ſua benignitate proſpexerat, ut jam ante viginti, & quod excurrit, annos ad librorum quandam notitiam, & monumentorum acquiſitorum, editorum juxta ac ineditorum, affluentiam adſpiraſſe viderer iis, qui rei literariæ non cottidianam habebant peritiam. Quod tamen, abſit, arroganter dictum de me exiſtimari velim; Qui rerum mearum conſcius, meo me metiri modulo ac pede didici. Nec diffiteor, me ex Bibliothecculæ meæ opibus majorem quandoque collegiſſe lætitiam, & jucunditatem, & animi dulcedinem, quam fas eſt ei, cui nihil dulce debet eſſe, quod non eſt æternum; Atque hac ipſa culpa potisſimum juſtisſimam Supremi Numinis animadverſionem promeruiſſe, qua poſtea multatus ſum. Scilicet A. C. MDCCX ea nocte, quæ feſtum Purificationis Mariæ antecedit proxime, ignis accenſus eſt in Muſeo, mea, an aliorum culpa, ſcio cum ignarisſimis. Quantum autem conjectura conſequi posſum, meo ipſemet jumento mihi arcesſivi hoc malum, dum candela negligentius uſus MSCto cuidam flammulam admovi, quod conceptas inde infauſtas ſcintillulas, ceu flammæ ſemina, fatali iſtac nocte aluit, & occulta ratione auxit, &, aurora ſurgente, triſte excitavit incendium, quo quidem ædi-

ædibus ipſis non multum damni illatum, Bibliothecæ autem pars maxima conſumta, & quæ Vulcanum evaſerat, a Neptuno ſuffocata, quem ad flammas extinguendas advocaverant; Quaſi Erinnys una ad opes meas literarias perdendas non ſufficeret. Et tum quidem, quo animo fuerim, nec ego oratione exprimere, nec, qui legit hæc Tragica, cogitatione concipere poteſt, niſi ipſemet ejusmodi cladem expertus ſit, quod Michaëli Havemanno, & Thomæ Bartholino, & aliis viris eruditis eveniſſe novimus, &, ut nulli unquam in poſterum eveniat, qua fas eſt religione, optamus. Sane noſtro tunc damno didicimus vera eſſe, quæ ſcripſit Petrus Alcyonius L. I. de Exilio p. m. 10. *Jacturam aliarum rerum, quam facere ſolemus, eſſe tolerabilem, quoniam res, multo etiam pretioſiores, aliquando conſequi poſſumus; Sed in librorum amisſione periculum eſſe, ne illi poſthac unquam reperiantur.* Siquidem plures in hac calamitate perdidimus Codices editos ac MSptos, quorum jacturam reparare nunquam potuimus, nec in poſterum posſimus forte, etiamſi diutius in his terris morari liceat per Dei gratiam. Atque ſic prorſus actum de rebus, & fortunis meis, & opibus literariis, exiſtimabam; Sed quanto rubore ſuffuſus ſum poſtea, & quoties in

verecundiam conjectus propter hanc ὀλιγοπιςίαν? Qui enim hominum commoda vitasque tuetur, Supremus rerum arbiter, calamitatibus, quibus me implicarat, ita expediit, ut ampliora munera reddiderit, quam abſtulit, & plura monumenta impertiverit, quam ante eripuit. Quod beneficium eo majori animi ſubmisſione agnosco, quo certius perſuaſum mihi eſt, me eum non eſſe, qui dignus hoc tanto divino favore ſit, cujus nec animus ad eum rite intelligendum ſufficiat, nec vis mentis ulla ad eundem grata ſemper memoria tuendum. Succrevit enim ſubinde monumentorum collectio, &, quæ tota fere in fumum abierat, Bibliotheca revixit rurſum, & ſucceſſu temporis facta eſt plenior, locupletior, copioſior. Et cum uſitatum mihi fuerit, opus quodvis, quod emtionis jure ad me pervenerat, à capite ad calcem perlegere, & inter legendum ea conjicere in ſchedam, quæ vel aſteriſco vel obelo digna judicarem, abſolutaque lectione ex his elementis conficere corpusculum decretorium, quod paucis verbis, quaſi punctis, quid ſentirem de pervolutato opere, indicaret; Iſtudque manu mea ejusdem fronti inſcribere; Ex collectione harum Criſium natus eſt hic *Catalogus*, quem vides, librorum *Syſtematico-Criticus*, qui, quantum di-

diviñatione conſequi poſſum, monumentorum omnium, in Bibliotheca mea exſtantium, *partem quartam* continet. Pleraque enim noſtra ſunt Hiſtorica, ad rem literariam ſpectantia, quæ mihi præ ceteris fuit in deliciis. Et horum in poſterum cum DEO prodibit index. Cum decretis noſtris, an ſine iisdem, pendet adhuc animus, nec ante certi quippiam conſtituet, quam, qua ratione exceptus ſit hic Catalogus ab iis, qui in civitate eruditorum gradum obtinent ſummum, exploratum habuerit. Cui, ſi Prologum galeatum præmittere velim, non defutura eſſet materies; ſed nolo in præſenti orationem longam ſuſcipere. Adeoque ea, quæ de hoc noſtro negotio dicenda ſunt, ſummatim tantummodo exponam. Scilicet non offendant Lectorem, quæ in hunc Catalogum hac illac irrepſerunt vitiorum labes ac maculæ. Libri enim Theologici noſtri non omnes ſunt enumerati. Nec qui enumerati, omnes eo, quo debebant, loco. Judicia etiam iisdem inſcripta, non omnia ex iis deſcripta. Nec integra omnia illa, & intemerata, ſed truncata interdum, & mutila, & imperfecta. Atque hæc eorum culpa, quos Amanuenſes dixit *primus* Suetonius. Sequitur id, quod ipſi deliquimus, & quod in alios conjicere nec quimus, nec

vo-

volumus. Iudicia de ſcriptis, & ſcriptoribus quibusdam liberiora. Quæ nonnulli fortasſis animo non ſatis æquo ſuſtinebunt. Siquidem *obſequium amicos, veritas odium parit;* Sed ſcripta ſunt illa eo animo, ut rerum noſtrarum rationibus privatis conducerent, non ut in lucem exirent publicam; Tum nec modeſtiæ limites excedunt, niſi quis difficilem admodum, & veritati oppido adverſam, a nobis requirat temperantiam; & tandem cum ratione rerum ita conſpirant, ut ovum cum ovo non posſit amicius. Equidem non ignoramus, hodie in eruditorum orbe adulandi certamen eſſe, neminemque fere ex animi ſententia de ſcriptis aliorum judicare; Sed unum hoc plerorumque eſſe officium, unam contentionem, ut blandisſime fallant; Atqui hac conſuetudine pro rectis audiendi blanda, ad ignorantiam veri perducimur, & in conſenſu concentuque aſſentationum, nec nosmet ipſos nec alios ſatis cognoscimus.

Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomtis allinet atrum
Transverſo calamo ſignum, ambitioſa recidet

Or-

Ornamenta, parum claris lucem dare coget,
Arguet ambigue dictum, mutanda notabit,
Fiet Ariſtarchus, nec dicit: Cur ego amicum
Offendam in nugis? Hæ nugæ ſeria ducunt
In mala &c.

Nec juvabit, ſi contendas, non fas eſſe, de viris in republ. literaria conſpicuis ferre judicium. Etenim

\- - - - - - *licuit ſemperque licebit*
Parcere perſonis, dicere de vitiis.

Non intemperanter judicare licet, & inconſiderate, & inconſulte, & temere; At licet moderate, & prudenter, & adhibitis in conſilium prudentiæ regulis. Licet monendi, non exagitandi animo. Atque id etiam licet amicis, quorum eſt corrigere, non supparaſitando laudare. Quod docet egregie Plutarchus in libro, de diſcernendo adulatore ab amico. Et præclare Vir quidam noſtræ ætatis κριτικώτατος, *Quid hoc aliud eſt, ait, in republica literaria ſervum eſſe natum, quam ſi ex aliorum judicio ita noſtrum pendeat, ut ab illorum ſententia, quæcunque ſit, nunquam abire liceat, utque noſtræ ipſorum rationi non credamus, ſed tantum alienæ? Imo vero hæc de-*

deterior multo eſt ſervitus, quam quæ vulgo ita dici ſolet. Servitus enim, quæ ad corpus pertinet, ad animum non pertingit; Hæc vero ſervitus eſt animi, eo fœdior, quo animus præſtantior eſt corpore, & natura ſua liberior. Illa hominum corpora hominibus ſubjicit, rationem intactam relinquit; Hæc vero rationem mancipat alienis decretis, aut potius extinguit. Qui rationem ſuam in ſervitutem vendit, is homo eſſe deſinit. Valeant ergo importuni animorum mangones, qui vellent nos ne inſtar quidem hominum vendere; ſed inſtar pecudum ratione deſtitutarum. Laudaverint Veteres, quod ipſis laudabile viſum eſt; ſed nihil extollere cogamur, niſi quatenus nobis dignum laude videbitur. Mirati fuerint, quod mirabile credebant, ſed ne miremur hodie, id quod poſt maturum examen mirabile non putamus. Hactenus ille. Cujus rationes, ſi levidenſes tibi videntur, & ad cauſam hanc ſuſtinendam non robuſtæ ſatis & validæ, adde iisdem exempla Veterum, Ciceronis, Quintiliani, Photii, & recentiorum, Vallæ, Vivis, Eraſmi, Scaligeri, Bælii, Balleti, Bœcleri, Morhoffii, Schurtzfleiſchii, Struvii, & Ephemeridum literariarum ſcriptorum fere omnium, & facile apparebit, nos nihil ſuſcepiſſe, à moribus in civitate eruditorum uſitatis alienum. Sed ornamen-

menta illa in nobis deſideras, quibus abundare oportet, qui de tot, tantisque, & tantopere diverſis monumentis, ſani quippiam ac ſolidi ſtatuere velit.

- - - - - Verum
Nil tanti eſt. Ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi,
Munus & officium, nil ſcribens ipſe docebo,
Unde parentur opes, quid alat formetque Poëtam,
Quid deceat, quid non, quo virtus, quo ferat error.

In magnis voluiſſe ſat eſt. Et fortaſſis ipſa hæc mea imbecillitas conducet rei literariæ. Fieri enim poteſt, ut quidam in orbe erudito Heros, ægre ferens Empiricam hanc noſtram judicandi rationem, de regulis cogitet, & certis Principiis, ad quæ univerſa de ſcriptis aliorum, & ſuis pronunciandi peritia revocari queat, & hac ratione ejusmodi *Syſtema Criticum* excitet, quo caruerunt adhuc Muſarum filii, & quod mirum in modum omnes exoptarunt. Quo facto felix, procul dubio, conclamabunt Lectores inpoſterum, Felix hic eſt Reimmanni abortus Criticus, qui Venerem ejusmodi Appelleam manu * * adumbratam nobis procreavit. Ipſe lapſus primorum Parentum pro eo, quod inſecutum eundum eſt, redemtionis Myſterio, felix appellari meruit, & appellatus etiam eſt, in

hymno antiquo Eccleſiæ Romanæ, qui extat in Miſſali Romano p. 194. Edit. Monach. 1622 f.

O, certe neceſſarium Adæ peccatum,
Quod Chriſti morte deletum eſt!
O felix culpa, quæ talem ac tantum
Meruit habere Redemtorem!

Quare hoc noſtris erroribus evenire poſſe deſperaremus. Cum cuivis queat accidere, quod cuiquam; Et ex malis ſæpe oriantur bona; Et in re literaria cumprimis, tot ex mendis aliorum natæ ſint eximiæ & præclaræ ſpecies, ut facili negotio integrum opus confici queat, *de utilitate ex lapſibus eruditorum capta, & capienda.* Interim non omnia ſtatim nobis dabit vitio æquus rerum arbiter, quæ in ſchedis hiſce judicabit obelo notanda, v. g. Scripta amæbæa in controverſia Wolfiana, jam inde ab A. C. 1724 usque ad præſentem temporis Articulum edita, non allata; Ab iis enim proferendis multitudo, & extimeſcenda utriusque partis, ſi neutri adhæreſceremus, ſimultas, nos deterruit. Editiones etiam librorum quorundam recentiores & emendatiores omiſſas. Hæ enim ea tempeſtate, qua hæc ſcripſimus, nondum è prelo emerſerunt, vel à nobis viſæ non ſunt. Monſtroſas quoque quasdam collectiones opuſculorum in uno volumine hoſpitantium, quæ nihil

inter

inter ſe habent commercii. Siquidem ea non collegimus ipſi, verum ita collecta aliunde accepimus. Viliores itidem nonnullas ſchedas,' memoria vix dignas. Etenim in rebus literariis, æque ac naturalibus, nil magnum ac parvum eſt ſimpliciter; Sed comparate. Et quod tibi vile videbitur, & vix vitioſa nuce dignum ſchediaſma, alius putabit fovendum in ſinu, & diligenter lectitandum Usque adeo trahit ſua quemque voluptas. Et non idem omnium eſt ſenſus Noli etiam plagii crimen in nos conjicere, ſi qua judicia in Indice noſtro occurrunt, cum iis, quæ in incomparabili Catalogo Bibliothecæ Uffenbachianæ continentur, κατὰ ῥητὸν conſpirantia. Quæ enim Tom. 3 Bibl. Uffenb p. 604. de J. G. W *Theologia Martyrum* adfertur criſis, ex noſtro Indice in Uffenbachianum, non inde in noſtrum tranſiit. Quod non diſſimulat l. c. Vir πολυμαθέστατος, nobisque per plures annos amiciſſimus Et nos, ob adjectum nobis, nihil tale merentibus, l. c. elogium, oratione nunquam attigiſſemus, ſi plagii crimen nobis exprobatum iri, non pertimuiſſemus. Sed finem ſcribendi faciam, ſi Te primum rogavero, ut, ſi qua ſe oculis noſtris ſubduxerunt ſphalmata typographica, benevole emendes, & corrigas. Subduxiſſe autem ſe quædam videbis p. 97. l. 13. ubi omiſ-

ſa eſt *Commentationis* vox, & p. 110. l 23. ubi *reliquit* legendum pro *requirit*, & p. 968. l. 23. ubi pro *nullus* reponendum *ullus*, & ſic forte in aliis. Quod tantum abeſt, ut per abſentiam noſtram factum eſſe dicere queamus; Quæ communis eruditorum eſt purgatio; Ut potius per noſtram præſentiam id commiſſum eſſe lubentiſſime fateamur. Qui perlegendo madidas è prelo venientes plagulas, id nos in iis ſpectare, & intueri, & ante oculos habere putabamus, quod cogitatum antea, & animo tractatum, in chartam conjeceramus, recordatione præteritarum meditationum, & mentis agitationum decepti. Qua ratione plura evaſerunt virgulam cenſoriam, quæ eandem omnino debuiſſent perſentiſcere. Quæ Te, Lector Benevole, ignorare noluimus. Vale.

OECONOMIA CATALOGI

SECTIO I.

DE SCRIPTIS SPECTANTIBVS AD HISTORIAM THEOLOGIÆ.

CAPUT I.

DE SCRIPTORIBVS THEOLOGIÆ PROPÆDEVTICIS.

CAPUT II.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIÆ THEOLOGIÆ.

CAPUT III.

DE SCRIPTORIBVS BIBLIOTHECARVM THEOLOGICARVM.

CAPUT IV.

DE IIS, QVI VITAS THEOLOGORVM SCRIPSERVNT.

SECTIO II.

DE SCRIPTIS SPECTANTIBVS AD THEOLOGIAM CHRISTIANAM.

CAPUT I.

DE SCRIPTORIBUS BIBLICIS.

CAPUT II.
DE SCRIPTORIBVS ISAGOGICO - BIBLICIS.

CAPUT III.
DE COMMENTATORIBVS BIBLICIS.

CAPUT IV.
DE SCRIPTIS THEOLOGORVM ANTIQVORVM.

CAPUT V.
DE CONFESSIONIBVS PVBLICIS.

CAPUT VI.
DE SCRIPTIS THEOLOGORVM RECENTIORVM THETICIS.

CAPUT VII.
DE SCRIPTIS THEOLOGORVM RECENTIORVM POLEMICIS.

CAPUT VIII.
DE SCRIPTIS THEOLOGORVM RECENTIORVM HENOTICIS.

CAPUT IX.
DE SCRIPTIS THEOLOGORVM ETHICIS ET ASCETICIS.

CA-

CAPUT X.

DE SCRIPTIS THEOLOGORUM RECENTIORUM CASISTICIS.

CAPUT XI.

DE SCRIPTIS THEOLOGORUM RECENTIORUM HOMILETICIS.

CAPUT XII.

DE SCRIPTIS THEOLOGORUM RECENTIORUM CRITICIS.

CAPUT XIII.

DE SOCINIANIS.

CAPUT XIV.

DE MAGICIS.

CAPUT XV.

DE PARADOXICIS.

CAPUT XXI.

DE SCRIPTIS SPECTANTIBUS AD THEOLOGIAM GRÆCORUM.

CAPUT XVII.

DE SCRIPTIS ARCHÆOLOGICO - THEOLOGICIS.

CA-

SECTIO III.
DE SCRIPTIS SPECTANTIBVS AD THEOLOGIAM JVDAICAM.

SECTIO IV.
DE SCRIPTIS SPECTANTIBVS AD THEOLOGIAM MVHAMMEDANAM.

SECTIO V.
DE SCRIPTIS SPECTANTIBVS AD THEOLOGIAM ETHNICAM.

SECTIO VI.
DE SCRIPTORIBUS ATHEISTICIS ET ANTI-ATHEISTICIS.

CVM DEO

SECTIONIS I.

CAPUT I.

DE SCRIPTORIBUS THEOLOGIÆ PROPÆDEUTICIS.

IN QUARTO.

GEorgii Calixti *Apparatus Theologicus.* Helmſtadii 1661. Vir hic ingentis fuit Spiritus, variæque eruditionis, ſolidus, ſapientiæ plenus & judicii. Qui, ſi per fatorum benignitatem huic operi ultimam manum imponere potuiſſet, ea procul dubio addidiſſet, quæ deſunt, labeculasque nonnullas ſuſtuliſſet, & quæ in eo nitent reddidiſſet lucidiora. Sane egregiæ in eo traditæ ſunt regulæ, de ſtudii Theologici rite ineundi ratione, præclaræque cautiones.

Auctores optimi commendati. Nec malè de iis judicatum. Ratioque ſcribendi talis adhibita, ut neſcias, an res oratione, an oratio rebus ſit illuſtrata; Neque tamen ita comparata eſt hæc Iſagoge, ut omni macula careat. Inſtituta enim eſt ab Auctore tantum, ſed ad finem non perducta. Digreſſionibus etiam quibusdam non neceſſariis ſpiſſata. Narrationibus hiſtoricis cum primis, iisque ſine teſtibus productis. Et quæ ſunt alia hujus commatis, quibus auream hanc telam infuſcavit Auctor, modeſtiæ, pietatis, & Polyhiſtoriæ nomine ſemper laudatus. (2) Ejusdem Reſponſi Moguntinis oppoſiti Pars I. & II. *De ſtudio Concordiæ Eccleſiaſticæ & infallibilitate Papæ* Helmſt. 1672. (3) *Ejusdem Conſideratio Doctrinæ Pontificiæ juxta ductum Concilii Tridentini. Et reformatorum juxta Confeſſionem* Thorunenſem, Ibidem 1672. (4) *Frid. Ulrici Calixti de Controverſiis circa S. Euchariſtiam* ibidem 1652. (5) *Gerh. Titii Reſponſio ad XII. poſtulata Jodoci Keddii* ibidem 1653.

Conſilia de ratione ſtudii Theologici, Balthaſaris Mentzeri, Balthaſaris Meiſneri, Leonhardi Hutteri, Joh. Gerhardi &c. MSCta omnia & inedita. Adeoque digna quæ evolvantur, & cum recentioribus hujus Commatis ſcriptis conferantur, ut appareat, quæ & quanta huic ſtudio Iſagogico, hac ultima ætate, per Theologos facta ſit acceſſio.

IN

IN OCTAVO.

ERaſmi Roterodami de ratione ſtudiorum libellus cum aliis. Argentinæ 1521. De quo Eraſmum ipſum audiſſe juvat, qui in Catalogo lucubrationum ſuarum p. m. 12. In gratiam *Petri Viterii*, non vulgaris amici licet humilioris ſcripſi libellum de ratione ſtudiorum, & inſtituendi pueros, quod is ingenuos aliquot bonæque ſpæi adolenſcentulos erudiendos haberet. (2) Ejusdem *formula conficiendarum Epiſtolarum* 1520. Lipſiæ. De qua idem l. c. p. m. 13. Annotaram quædam Anglo cuidam, de ratione conſcribendarum Epiſtolarum; Sed non in hoc ut ederentur. Eo defuncto, cum viderem opus, ut erat, mutilum & mendoſum editum in Anglia, coactus ſum paucos dies in ejusmodi nugis perdere, quas plane cupiebam abolitas, ſi qua fieri potuiſſet.

Andreæ Hyperii de ratione Studii Theol. Libri IV. Baſileæ 1556. Apud Oporinum. In quibus ſermo ſatis latinus, verba non abjecta, res compoſitæ diligenter. Multæ enim induſtriæ & magni laboris fuit auctor. Literarum ſtudioſus, & earum non imperitus. Sane quod propoſuit explicuit præclare. Et de ratione ſtudii Theologici ea tradidit conſilia, ut G. M. Konigius in Bibl. Vet. & Nova p. 420. exiſtimet, hunc unum ſufficere, ad perficiendum in hoc genere doctorem, ſi quis ejus decretis velit acquieſcere. Nullum in eo partium ſtudium. Nulla Lutheri, ac Zwiglii mentio. Altumque de controverſiis omnibus inter nos & Reforma-

tos ſilentium. Et ratio legendi SS. & Patres Eccleſiæ, cum Conciliis & decreto Gratiani ita tradita, ut F. Laurentius Villavincentius opus univerſum inaudita temeritate Auctori ſurreptum, ſibi vendicaverit, & ſuis de recte formando ſtudio Theologico Libris IV. inſeruerit.

Conclamant omnes homini periiſſe pudorem.

Davidis Chytræi de Studio Theologiæ recte inchoando. Witteb. 1562. Accedunt in hoc volumine plura alia Schediasmata ad Sec. XVI. ſpectantia. Et quidem quod eſt ad Chytræi meletema, Oratio eſt tantummodo, non tractatus integer. Sed oratio quæ facilitate dictionis ſe commendat, & rerum optimarum ſelectu, ſi non copia. Præclara enim in ea ſunt de ſtudio Theologico recte inchoando conſilia, generoſa de Patribus aliisque ſcriptoribus judicia; & inſolita quidem ea, vera tamen, Petro Lombardo & Gratiano tributa elogia. p. 22. & 23.

Joh. Gerhardi Methodus Studii Theologici. Jenæ 1622. Libellus prudentia, doctrina, diligentia, perſpicuitate, ordine & omni virtute excellens. Sed noſtris temporibus non omnino conveniens. Ariſtotelicam enim præ cæteris commendat Philoſophiam (136) quæ hodie non admodum in honore eſt. Et in Philologia ac Theologia ex recentioribus eos interdum evolvendos, & lectitandos eſſe decernit, qui noſtra hac ætate vix in ſecundis tertiisque conſiſtunt. Cæterum non unus eſt ex multis Auctor. Potius inter multos prope ſingularis. Qui reconditam exquiſitamque ſcientiam molli & pel-

lu-

lucente oratione veſtit, & omnia tanquam in vermiculato Emblemate oportune conſtruit & exponit. (2) *Henr. Eckhardi de Deſcenſu Chriſti ad inferos*. Lipſiæ 1623. (3) *Reinhardi Bakii Analyſis Catecheſeos Minoris Lutheri*. Magd. 1625.

Joh. Mabillonii tr. de Studiis Monaſticis. Campoduni 1702. Impugnatus ab Abbate de la Trape, eodem quo primum prodiit anno; Sed & defenſus eodem anno ab Auctore, & poſtea è Gallico ſermone in Latinum & Italicum traductus, & communi fere eruditorum judicio probatus. Neque id immerito, cum tot tantisque virtutibus excellat, candore, diligentia, judicio, Polyhiſtoria. Sane non diſſimulat Auctor ulcera Theologiæ Scholaſticæ (248. 351.) & Caſiſticæ (372.) in Eccleſia ſua uſitatæ. Neque diffitetur, multos eſſe in Proteſtantibus ſcriptores, quibus Pontificii debeant aſſurgere (257.) Archæologiæ autem, & Criticæ, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & literariæ, tanta in eo eſt notitia, ut oppido pauci cum eo conferri queant. Et ſi quid eſt, quod ſplendori ejus poſſit obducere maculam, hoc eſt præcipue, quod œſtro religionis patriæ percitus, libros caſtratos interdum commendat, eosque præferendos eſſe integris judicat. Et quod ab eo traductum eſt in LL. hoc opus, qui non iis tantummodo deſtituitur præſidiis, quæ auctor p. 580. & 585. in interprete requirit, ſed qui hiſtoriæ literariæ, & ſcriptorum plerorumque, quorum toties occurrit mentio, eſt inſciens, & ignarus, ſexcentorum iccirco peccatorum reus. Licet in præfatione accurate conſpiret cum Mabillonio, & teſtis

corruptionis Philoſophiæ & Theologiæ Pontificiæ ſit peregregius.

Anonymi *Richtiger Antritt des Weges zur Gottesgelahrtheit.* Franckf. 1715. Quod Auctor. c. 3. p. 27. de iis judicat qui de ratione ſtudiorum regulas generales tradiderunt, id ipſum eos, in quibus aliquid eſt ſalis, de hoc ſchediaſmate putamus judicaturos. Scilicet ova ſunt ſubventanea quæ parit hic itineris Theologici præmonſtrator, ex imaginatione fœcunditatis concepta; Sed inania.

SECTIONIS I.

CAPUT II.

DE SCRIPTORIBUS HISTORIÆ THEOLOGICÆ.

IN FOLIO.

JOh. *Forbeſii Inſtructiones Hiſtorico-Theologicæ.* Genevæ 1680. Qui Hiſtoriam cum Theologia thetica conjunxerunt, ſunt è noſtratibus cum primis Georgius Calixtus, è Pontificiis Dionyſius Petavius, è Reformatis hic Joh. Forbeſius. Vir Theologiæ, & literarum, & antiquitatis Eccleſiaſticæ bene peritus, tranquillus etiam & modeſtus, & in ſedulitate nemini facile poſtponendus. Sed qui egreditur ſæpiuſcule à propoſito oſtentandi ingenii cauſa,

ſa, & ut utatur locis communibus. Studio etiam ſuæ Sectæ, plus quam decet hiſtoricum, addictus. Et in quibusdam obſcuritate rerum, & ſubſidiorum defectu, à veritate abductus. Ipſa etiam argumenti vaſtitate, & temporis penuria, ita impeditus, ut amphoram inſtituens vix urceum perfecerit, &, quod animo conceptum habuit Syſtema Hiſtorico-Theologicum, ad finem perducere non potuerit. Sex enim ſolummodo, vel ſeptem abſolvit fidei Chriſtianæ Articulos, tantum abeſt ut omnes confecerit, & ad unguem conformarit. Atque in eo cōvenit cum Calixto & Petavio; At cedit utrique, ſi Polyhiſtoriam ſpectes, & aciem judicii, & candidum æquabileque orationis genus. (2) *Petri Galatini de Arcanis Catholicæ veritatis Libri XII.* Quibus acceſſerunt *Joh. Reuchlini de Cabala Libri tres.* Francofurti 1672. Opus rebus præclarum magis, quam verbis magnificum, aut diſtributionis acumine illuſtre. Cujus non plane nitens, non tamen horrida eſt oratio. Methodus Dialogiſtica. Res autem pleræque egregiæ, &, ut tum erant tempora, quibus vixit Auctor, perpaucis obviæ, & ad vindicandam religionem Chriſtianam,& Joh.Reuchlini cauſam, contra Hochſtratum, & alios perorandam, per accommodatæ. Non tamen ubique ſatis probatæ fidei. Ut ut certent adhuc Philologi an ex Raymundi Martini, an ex Porcheti Sylvatici venis prata ſua irrigaverit? Quorum tamen poſterius majorem habet veritatis ſpeciem, quam prius.

Rudolphi Hoſpiniani Concordia Diſcors. Tiguri 1607. Opus eximium Joh. Hoornbeckii judicio in ſumma Controverſiarum l. IX. p. 661. Nec vulgata etiam ſunt omnia quæ in eo continentur. Genus dicendi eſt facile, perſpicuum & Μονοειδὲς. Diſpoſitionis nexus evidens. Acta publica privataque quam plurima. Scripta etiam eruditorum varia, atque illa non protrita, & cuivis nota. Sed, ſi Leonhardum Hutterum in Concordia Concorde audias, nec bona fide omnia allata, (413.) Et ex lacunis ſuſpectis, interdum petita (402.) Nec ſcripta pleraque, ſed ab aliis deſcripta tantum. Et ſi qua inſerta nonnunquam alienis ſunt propria, ea mendaciis, ſcommatis, ſcurrilitatibus, Sycophantiis, cavillationibus, Arianismo etiam, & ſi quid eſt gravius, contaminata. Quæ ut noſtra non facimus omnia; Ita inficias ire non poſſumus, multa in hoc opere occurrere obelo digna. Ambitioſas diſputationes, aſpera verba, & manifeſta convitia, partium ſtudia, res easdem ſæpius repetitas, dubia etiam nonnulla, & oppido falſa. Unde & dura judicia de eo Mathiæ Höe, Joachimi Felleri, V. E. Löſcheri, J. H. ab Elswich, Auctoris *Der Evangeliſchen Probe des Berichts vom Urſprung und Fortgang der Streitigkeiten,* B. D. Alberti in Præfat. ad Hutteri Concordiam Concordem Francf. & Lipſ. 1690. Aliorumque quos enumerare nihil attinet.

Georgii Cæleſtini Hiſtoria Comitiorum anno 1530. celebratorum. Tomis IV. Francof. ad Oderam 1597. Per Davidis Chytræi veſtigia decurrit Auctor, ſed ita, ut quæ tradidit in Hiſtoria

ria A. C. Chytræus, egregie locupletarit, & magnificis acceſſionibus adauxerit. Nec ullum facile extare putamus hujus argumenti Scriptorem, qui tot monumentis publicis abundet. Quæ maximis ſumtibus, & periculoſis peregrinationibus a ſe collecta eſſe ſcribit. Vir indefeſſi laboris. Sed ſibimetipſi favens nimium. Siquidem nullius meminit, qui ante ſe volverit hoc ſaxum. Imo & *primus* omnium fragilem ratem truci huic pelago commiſiſſe videri cupit. Quo ipſo mirum quantum & fallit, & fallitur. Adde quod ſuis ſumtibus ſpiſſum hoc opus, in Charta candidiore, typis majuſculis, ſplendide exſcribi curavit. Unde ejus raritas & caritas.

P. Sfortiæ Pallavicini Hiſtoria Concilii Tridentini ex Idiomate Italico in LL. translāta à P. J. B. Giattino Antwerpiæ 1673. Vir omni apparatu luculenter inſtructus, qui ad Hiſtoriam præclare ſcribendam eſt neceſſarius. Eruditione, judicio, uſu, παῤῥησία, monumentis editis ineditisque, otio etiam, & diligentia, & rerum arcanarum ad argumentum ſpectantium notitia. Sed qui artis Hiſtoricæ leges vel non perſpexit rite, vel partium ſtudio deditus, iisdem non ita uſus eſt, prout decet eum, qui conſilia & eventus rerum literis mandare ſuſcipit. Genus enim dicendi nec temperatum eſt, nec æquabile, nec ſatis perſpicuum. Nexus diſpoſitionis Chronologicus, ſed ſexcentis excurſionibus & narrationibus alienis conſtipatus. Teſtimonia multa ſuſpecta. Vitilitigia manifeſta. Minores lapſus in Petro Svave Polano notati, majores prætermiſſi. Omnia Jeſuitico more,

modove, ad Eccleſiæ Rom. pudenda obvelanda, comparata. Unde & centies caſtigatus eſt Auctor a V. L. a Seckendorf in Hiſtoria Lutheraniſmi. Et ab iis ipſis, qui caſtra Pontificis ſequuntur, deſertus non raro, atque repreſſus, & inſectanter & graviter vituperatus. Ex quibus duos inpræſenti nominaſſe ſufficiat, Cæſarem Aquilinium, & Guidonem Patinum. Quorum hic Tom. I. Lettre 157. p. 376. Ille in peculiari tr. *de tribus Hiſtoricis Concilii Tridentini* de Pallavicino & Sarpio ita differunt, ut illum adverſus hunc pugnantem litem perdidiſſe exiſtiment.

Hermanni von der Hard Hiſtoria Literaria Reformationis. Francof. & Lipſ. 1717. Collectio præclara. In qua editorum opuſculorum apparatus pereximius. Documenta etiam de ſtatu Eccleſiæ Seculi XIV. & XV. rariora. Et de Eraſmi ac Reuchlini fatis ac lucubrationibus narrationes non cottidianæ; Sed de Hiſtoria reformationis literaria oppido pauca, ſi ab Abrahami Schulteti Annalibus Eccleſiaſticis diceſſeris. Reliqua enim omnia attingunt ea tantum, quæ Reformationem antecefferunt. Et ſi qua ad illuſtranda ejus incunabula pertinent, non ſunt literaria. Et quæ Parti V. præmiſſa eſt Introductio in Annales Schulteti Evangelicos, tantum abeſt ut iſtud nominis tueri queat, ut legenti ſtatim appareat Auctorem doctiſſ. eo tempore, quo hoc ſchediaſma exaravit, de nulla re minus cogitaſſe, quam de Iſagoge in Annales Sculteti condenda.

Phi-

Philippi a Limborch Hiſtoria Inquiſitionis, cui ſubjungitur, Liber Sententiarum inquiſitionis Tholoſanæ. Amſtelod. 1692. Bipartitum eſt hoc opus continetque inquiſitionis Tholoſanæ (1) Hiſtoriam (2) Decreta. Et *primus* eſt Auctor, qui hujus judicii, quod jam inde a Sec. XIII. Eccleſias Pontificiorum, in iisque Italicas maxime, & Luſitanicas, ac Hiſpanicas, infeſtavit, Annales condidit, ſtilo candido, & ſine redundantia copioſo, e tabulis & Actis publicis, ſcriptoribus optimis & inventu rariſſimis. *Primus* eſt etiam, qui decreta hujus dicaſterii e Codice membranaceo MSCto, ex Archivis inquiſitionis Tholoſanæ deprompto, & miro fato ad ſe delato, in lucem prodire juſſit, ut conſtaret quæ ejus ſit ratio, qui modus, quæ forma proceſſus? Cæterum quæ Inquiſitionis adverſus hæreſes origo fuerit in republ. Chriſtiana docet etiam Famianus Strada l. 2. de Bello Belgico Dec. I. Atque ex eo repetit Aubertus Miræus in auctuario Bibl. Eccleſiaſticæ p. 200. Cum quo conferri meretur Erneſtus Eremundus in Origine & Hiſtoria motuum Belgicorum p. m. 9. Edit. Lugd. Bat. 1619.

IN QUARTO.

Hiſtoire Critique des dogmes & des cultes qui ont etè dans l'Egliſe de puis Adam jusque à J. C. Amſterd. 1704. Auctor eſt Mr. Jurieu. Qui annum ætatis 64. jam expleverat, cum huic operi ſe accingeret, & vertigine per integrum quinquennium ita erat infeſtatus, ut de mune-

re

re Eccleſiaſtico decedere fuerit coactus. Quod, cave, in hoc monumentum defluxiſſe exiſtimes vitium. Cujus æquabilis eſt oratio & conſtans, & unius quaſi fili. Compoſita inſuper & perſpicua, & terſa, & elegans. Diſpenſatio probabilis. Res non vulgares, & in communi intelligentia ſitæ, ſed ſingulares, ſed ſelectæ, ſed a populari ſenſu remotæ, & ad intelligendam SS. egregie accommodatæ. Non tamen omnes eodem loco ac numero habendæ. Sunt enim in iis quædam non extra omnem prorſus dubitationis aleam poſitæ. Divinationes criticæ audaciores. Aſſerta inſolentiora, v. g. P. IV. c. 4. p. 634. *Johannis Apocalypſi ex poetis Ethnicis, & Apomaſaris Apotelesmatis inſomniorum, lucem dari poſſe.* Paradoxa item inexſpectatiora v. g. P. I. c. 1. p. 3. Adami ſcientiam per lapſum nihil detrimenti cepiſſe c. 2. p. 14. Librum Jobi a Salomone ex Arabico in ſermonem Ebraicum eſſe tranſlatum. c. 5. p. 33. Bileamum non fuiſſe Pſeudo-Prophetam c. 8. p. 62. Cananæos tempore Melchiſedechi non fuiſſe idololatras c. 11. p. 74. Dari peccata typica. Multa etiam ex iis quæ nitent præ cæteris ex Spanhemii, Voſſii, Seldeni aliorumque operibus ita accepta ſunt, ut Auctor in præfat. p. 7. Lichtfootum ſua ab Henrico Ainsworthο accepiſſe ſcribit. Et licet ordine non inconcinno ſint tradita, tantum tamen abeſt, ut Hiſtoriam dogmatum & cultuum Eccleſiæ Judaicæ & Ethnicæ conſtituant, ut antiquitates quasdam illuſtrent tantum, & partem faciant Archæologiæ Sacræ. Quæ ab Hiſtoria mirum quantum eſt diverſa. *C. J.*

C. J. Bomble Analyſis & Chronotaxis Apocalyptica ad mentem Campegii Vitringæ. Amſtel. 1721. Utilis omnino ad mentem Vitringæ perſpiciendam; Sed an æque conducat ad myſteria Apocalypſeos explananda, valde hæreo. Neque enim alii fundamento Commentarius Vitringæ Apocalypticus ſuperſtructus eſt, quam Coccejanæ huic hypotheſi, ſeptem diverſas Ecclesiæ N. T. eſſe periodos in Apocalypſi deſcriptas. Quæ tantum abeſt ut extra dubitationis aleam ſit poſita, ut potius illa ipſa ſit propoſitio, de qua diſceptatur. Et ſi des etiam hoc Coccejanis, in definiendis tamen hisce periodis mirum quantum ipſi inter ſe diſſentiunt. Nec ſatis eſt Vitringæ in eo deſeruiſſe Magiſtrum, ut patet, ex ejus typo Theologiæ Propheticæ p. 155. & 184. A ſe ipſo etiam diſcedit ſæpius, & in allegato typo Theologiæ Propheticæ p. 155. ſeqq. aliam ſubinde ſequitur Chronotaxin Apocalypticam, quam in Commentario ſecutus eſt. Unde patet quam parum gravitatis ſit in hac hypotheſi, & quam ventis omnibus ſit obnoxia.

Le Prieur de Bolleville Reſponſe aux Sentimens de Quelq. Theol. de Hollande. Rotterdam 1686. Quod huic reſponſo præſcriptum eſt vocabulum, confictum eſt, verumque Auctoris nomen eſt *Richardus Simonius.* Qui os ſublinit lectori in præfat. dum ſcribit, hoc opuſculum eſſe continuationem Hiſtoriæ Criticæ V. T. Cum nihil niſi pura puta Apologia ejus ſit, Joh. Clerico, & Natali Auberto Verſæo oppoſita, qui impreſſionem in eandem fecerant. Atque in ea ita ſe gerit auctor, prout ii ſe gerere ut pluri-

rimum ſolent, qui monumenta ſua propugnant. Non latum unguem à decretis ſuis diſcedit, quaſi quo tempore ſcripſit ſua, fuerit ἀναμάρτητος, & extra omnem aleam lapſus poſitus. Qvæ reſponſione maxime digna ſunt, prætermittit tacitus, vel ita tangit, quaſi ſint levioris momenti, & reſponſionem non mereantur, adverſarium ſuperbe ſatis & illiberaliter eludit, & multo ſale ſatyrico conſpergit. Plane ac ſcribere Satyram, & condere Apologiam ſint Synonyma.

Ludovici Capelli Hiſtoria Apoſtolica. Sallmurii 1693. Libellus utiliſſimus, ad intelligendam & explicandam S. S. N. T. per neceſſarius. Paradoxicus tamen in quibusdam, & a communi Theologorum ſententia deflectens. Adeoque cum grano ſalis legendus, ut p. 109. not. f. ubi exſtat, Puncta Ebraica demum circa annum Chriſti 500. eſſe excogitata.

Joh. Conr. Schrammii Introductio Generalis in notitiam Reformatorum. Helmſt. 1726. Auctor nullo modo ſpernendus, & in cauſa hac oranda non indiligens; Sed non ſatis ornatus genere verborum, & multorum, qui hoc argumentum jam præſumſerunt, auxilio adjutus, & ejusdem varietate, copia & difficultate ita preſſus, ut eidem exhauriendo vix ſufficere, nec in preſſo hoc tractandi genere inopiam omnem ac ſterilitatem vitare potuerit.

D. Friderici Erneſti Kettneri Hiſtoria dicti Johannei 1. Joh. V. 7. Francof. 1713. In vindicando illuſtri hoc dicto nemo eruditorum plus olei conſumſit, quam hic noſter. Qui ejus *primum* condidit vindicias 1696. *Tum* vindiciarum Sup-

Supplementa 1702. Et dicto *demum* anno Hiſtoriam. Hiſtoriam inquam, ſi ex mente Auctoris huic Schediasmati præſcribendum ſit vocabulum; Secus ſi ex indole & natura rei. Non enim Hiſtoria oraculi Johannei eſt, quam exhibet vir diligentiſſimus, ſed apparatus ad Hiſtoriam ejusmodi concinnandam idoneus. Si quædam in eo menda tollantur, una cum contradictionibus nonnullis, & repetitionibus eorum quæ jam dicta ſunt; Et conjecturarum quarundam ac opinionum vero ſimilium loco, veritates afferantur. Sine quibus Hiſtoria ne nomen quidem tueri poteſt.

Hiſtoire Critique du vieux Teſtament par le R. P. Richard Simon. Pariſiis 1680. De qua V. E. Löſcherus in Theologia Exegetica P.I. c.I. §.7. p. 32. Utilis eſt Liber Simonii præſertim ob ſequentes quinque cauſas. (1) Quod recte verſionem vulgatam deprimat infra fontes Ebræos & Græcos. (2) Quod defectus interpretum Pontificiorum, ſincere & candide eloquatur, & non diſſimulet. (3) Quod ſæpe redarguat Joh. Morinum & Ludovicum Capellum, qui inprimis fontes deprimunt. (4) Minuat varias lectiones biblicas. (5) Varias technas Pontificiorum circa deprimendum textum Ebræum recenſeat. Dantur è contrario in eo etiam multa pernicioſa. Scilicet (1) Traditiones præfert Scriptis Sacris, & ſic ſe gerit ut accerrimum Pontificium (2) Ebræa Biblia alio modo deprimit, nempe fingit antiquiſſimas depravationes in SS. & Ebræam linguam omnium maxime ambiguam facit. (3) De autoribus Librorum Biblicorum

peſſi-

peſſime ſentit. (4) Criticiſmum inducit in Exegeſin S. S.

(1) *Richardi Simonii Hiſtoria Critica V. T. cum Appendice Scriptorum adverſus Criticam & Auctoris reſponſionibus.* Amſtelodami 1685. Quod Gallice ab Auctore concinnatum eſt opus criticum 1678. Pariſiis prima vice eſt excuſum, ſed varias ob cauſas, quæ a Mr. de Sainjore h. e. ipſo Richardo Simonio P. IV. Bibliothecæ Selectæ p. 61. ſeqq. recitantur, ſuppreſſum; Erutum tamen e tenebris denuo, & prelo iterum ſubjectum, translatumque in linguam Gallicam, Anglicam &c. & lectum quidem non ſine ſtupore ab eruditis, laudatum etiam à quibusdam; Sed impugnatum a plurimis, quorum catalogum exhibet Joh. Fabricius in Hiſt. Bibliothecæ P.III. p. 402. Neque etiam ejus eſt commatis ut in eo probari poſſint omnia. Et optimam in ancipiti hoc itinere elegiſſe putamus viam V. E. Löſcherum, qui in Theologiæ Exegeticæ P. I. c. 1. 32. docet quas laudes comprehendat, quas maculas. Cæterum quod ad verſionem hanc attinet, non audiendum putamus, Simonium in Reſponſe au Sentimens de quelques Theol. de Holland c. 13. p. 141. ſeq. Et Bibl. Selecta l. c. p. 69. Ubi eam parum exactam eſſe judicat, quod exemplo vitioſo ſit uſus auctor, & argumentum ipſum ejus humeros ſuperarit. Fatetur enim in Reſponſe au livre intitulè Sentimens des quelques Theologiens de Holland &c. p. 6. ſe translationem ipſam non vidiſſe, nec aliud fuit eo tempore exemplum hujus Hiſtoriæ præter Elzevirianum.

Patet

Patet etiam ex l. c. eundem obſcurius in Verſæum fuiſſe iniquum. Et fieri potuit, ut eam ob cauſam in ſuſpicionem vitioſitatis adducere voluerit, quia teſtibus eruditorum Actis de Anno 1685. p. 3. ipſe hanc Hiſtoriam Latino ſermone conceptam, & plurimis in locis auctam in lucem publicam edere voluit. (2) *Martini Schoockii Exercitationes variæ.* Trajecti ad Rhenum 1663. Quas ſatis liberas eſſe judicat P. V. Maſtricht in Catalogo Bibl. p. 69.

Richard Simon Hiſtoire Critique du Text du Nouveau Teſtament. Roterodam 1689. In qua non, ita in diſcrimen & dubiam fortunam adducitur explorata SS. veritas, ut in Hiſtoria Critica V. T. Multa tamen afferuntur, quibus, quaſi tenebris circumjectis, ejus auctoritati & ſplendori detrimentum infertur. Dici enim non poteſt quam tragice obſcuritas Sacrarum literarum deſcribatur, ut traditionibus aperiatur janua. Et quam facile corruptio vetuſtiſſimorum MSCtorum indulgeatur, ut, hoc admiſſo, exiſtimatio earum titubet & labaſcat. Dictum Claſſicum 1. Joh. 5. v. 7. è margine in textum irreptaſſe dicitur. Sunnia & Fretila, Viri & Sacerdotes Bojarici, in fœminas transformantur. Hieronymi Comment. in Eſaiam pro Comment. in Jeremiam ſubſtituitur p. 238. Vaſta tamen Auctoris Librorum editorum & ineditorum eſt cognitio, multijuga lectio, exquiſitum judicium, & obſervationes peregregiæ de variantibus N. T. lectionibus, ſcriptis veterum Doctorum Eccleſiaſticorum genuinis & ὑποβολιμαίοις, hæreticorum in SS. latrociniis, mendis vulgatæ Editionis &c. (2)

Ejuſdem Hiſtoire Critique des Verſions du Nouveau Teſtament. Roterdam 1690. Opus ejuſdem cum præcedente commatis. Plenum laboris, judicii, eruditionis, & jucundiſſimæ varietatis, veritatis etiam non omnino expers. Sed multum trahens ex rubigine & ſitu ejus ſectæ, & diſciplinæ, cui Auctor addictus fuit, earum etiam hypotheſeωn, quibus Hiſtorias ſuas Criticas, veluti fermento quodam, infecit atque contaminavit. Textum Græcum quibusdam in locis eſſe corruptum, eumque e verſionibus interdum poſſe ac debere reſtitui. Vulgatam verſionem textui authentico non eſſe præferendam; Attamen ex ea quædam iſtius vulnera debere ſanari. Oraculum iſtud 1. Joh. V. 7. eſſe ὑποβολιμαῖον. Cæterum elegantiſſimum ex omnibus eſt caput XIIX. p. 206. ſeqq. in quo prodit, verſionem SS. Arabicam Romæ ad mentem interpretis vulgati eſſe correctam, & pro eo, quod Gen. III. 15. in ea fuit *Ipſe* conteret, repoſitum eſſe, *Ipſa.*

Richardi Simonii Hiſtoire Critique des principaux Commentateurs du N. T. Roterdam 1693. De qua quid exiſtimemus diximus in Præfat. R. Simonii Hiſt. Criticæ Comment. Vet. N. T. a Viro Cl. L. C. Rühlio in Compendium redactæ, editæque Goslariæ 1713. Ubi de ſtylo, Methodo, & rebus ipſis tam operoſe diſſeruimus, ut cauſam hanc omnem dictam opinemur, nec quicquam de ea reſtare cenſeamus.

Friderici Spanhemii Hiſtoria Jobi. Genevæ 1670. *Primus* eſt Auctor qui in Hiſtoriam Jobi inquiſivit accuratius, eamque ex tenebris ita eruit, ut dubitare queas an argumento, an ſibimetipſi

plus lucis circumfuderit. Nec audiendum putamus Virum Doctiſs. Hermannum *von der Hardt*, qui in Comment. in Jobum MSCto & adhuc ἀνεκδότῳ, eum in Geographia juxta ac Hiſtoria graviſſime lapſum eſſe ſcribit. Siquidem quos ille lapſus appellavit, revera nihil aliud ſunt, quam diſſenſiones ab iis, quas ſibi opinionis errore confinxit venerandus ſenex Hardtius, novas hypotheſes. Quibus Parabolam vult eſſe Jobi Librum, non Hiſtoriam. Et loca terrarum in ea occurrentia ita explicat, ut univerſam Geographiam labefactare, evertere & tantum non extinguere voluiſſe videatur.

M. J. H. Thameri Schediasma de origine & dignitate Pericoparum quæ Evangelia & Epiſtolæ vocantur. Jenæ 1716. Sane non inepte verſatus eſt in hoc argumento Auctor, quod p. 111. neminem ante ſe ex inſtituto pertractaſſe ſcribit, ſi a Caſpare Löſchero, & Friderico Weiſio diſceſſeris. Quorum ille diſſertationem; Hic Programma de eo condiderit. Neque enim ex ſecluſis quibusdam aquulis hæc hauſit, ſed ex fontibus ipſis, idque non feſtinanter, ut canes e Nilo, ſed circumſpecte, & adhibito ad res ipſas debito judicio. Majore tamen capite 2. libertate utitur in refellendis quibusdam Virorum Doctorum ſententiis, & notandis Eccleſiæ noſtræ inſtitutis, quam decet eum, qui intra annos adoleſcentiæ adhuc conſiſtit. Et ſi Guilielmi Durantis Rationale officiorum ex antiquioribus, & Joſephi Binghami Antiquit. Eccleſ. Vol. VI. l. 14. c. 4. ſeq. ex recentioribus adhibuiſſet in Conſilium, ita plane rationem ducimus, eum in hoc ſuo Schedias-

diaſmate hac illac quædam fuiſſe demturum, additurum, illuſtraturum, emendaturum.

David Knibbe Hiſtorie der Propheten. Bern. 1709. Scilicet oportune Horatius.

Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
Viribus.

Egregium hoc omnino eſt argumentum, quod Auctor ſibi ſumſit. Sed argumentum cui ſuſtinendo ipſe par non fuit, cognitione antiquitatum Ebraicarum, & linguarum Orientalium peritia, & Hiſtoriæ civilis & Eccleſiaſticæ diſciplina, & apparatu librorum non ſatis inſtructus. Et commentatorum tantummodo quorundam recentiorum ope & auxilio adjutus. Unde tanta Libri ſecundi præcipue, qui viſcera & vitam totius operis complecti deberet, eſt macies, tanta gracilitas, *ut vix trahat oſſa cutis.* Multoque rectius conſuluiſſet Auctor ſibi, lectori, & operi, ſi, quam Libro primo, tertio & quarto impendit induſtriam, Libro ſecundo adhibuiſſet potius, & in eo non vitarum ſolum, verum & monumentorum Propheticorum rationem habuiſſet, docuiſſetque ex Hiſtoria Sacra & profana, quis eo tempore, quo quivis Oratorum divinorum vixit, fuerit in Judæa & finitimis regionibus rerum civilium & Eccleſiaſticarum habitus, & ad quas περιςάσεις locorum, temporum, perſonarum, unusquisque eorum in diſſertationibus ſuis publicis ſigillatim reſpexerit. Sic enim demum voto Eruditorum reſpondiſſet, & Hiſtoriam prophetarum dediſſet, qualem vix tentavit aliquis adhuc, nedum abſolvit.

(1) *Henrici Altingii Theologia Hiſtorica.* Amſtelod-

lodami 1664. Scilicet poſt Theologiam theticam & Polemicam, Hiſtoricam occupavit Auctor, ex omnibus Theol. ſpeciebus incultam maxime, & deſertam. Nec nihil in ea præſtitiſſet Vir literarum & antiquitatis bene peritus, niſi fato, & mole, & ſtudio partium fuiſſet impeditus. *Fato*, quod in medio curſum eum oppreſſit, cum vix quatuor priora loca abſolviſſet. *Mole*, cui ſuſtinendæ non ſufficit ætas unius hominis. *Studio partium*, quo velut œſtro quodam percitus, leges Hiſtoriæ ſubinde transgreſſus eſt, recenſuitque fata & viciſſitudines Theologiæ, non quales fuerunt, ſed quales fuiſſe optavit Auctor Calvini caſtra ſecutus. (2) *Sebaſtiani Schmidii Collegium Biblicum prius & poſterius*. Argentorati 1689. De quo Viro ea jam eſt inter noſtrates opinio, ut ejus ſcriptis exegeticis plurimum tribuatur. Atque id non immerito. Propter egregiam, qua enituit, SS. accurate explicandi dexteritatem. Quæ & in hoc opuſculo non obſcure ſeſe prodit. Et dolendum eſt tantum, (1) Oracula interdum optima in locis quibusdam Theologicis ab eo præterita. (2) In convellendis aliorum verſionibus & interpretationibus nimium olei conſumtum (3) a recepta in Eccleſiis noſtris explicatione nonnunquam ſine neceſſitate deceſſum. (3) *Danielis Hartnaccii bibliſche GEOGRAPHIE* Nürnberg 1688. cum figuris æneis. Non multum deferunt intelligentes huic opuſculo. Siquidem conſpectus potius eſt Geographiæ, quam Geographia. Multis præterea maculis infectum. Ob famem ſolummodo, non ob famam, ab Auctore concinnatum. Ex quo, ſi de eo judicium facere velimus, quod animo conceptum

habuit, & cujus cauſa ſe 200. itineraria pervolutaſſe ſcribit in Præfat. Hartnaccius, non optime ſane de Syſtemate augurari poterimus, cum Compendium, tam ſiniſtre ſucceſſerit.

(1) *Gebhardi Theodori Meyeri Hiſtoria religionum.* Helmſtadii 1697. In quo Auctore non emaculata quidem prorſus, maſcula tamen & gravis eſt oratio, cum vaſta lectione & ſubacto judicio. Unde copioſa illa obſervationum egregiarum ſeges, in ſpecioſum ordinem coacta. Et ſi licuiſſet eidem per fati diritatem huic operi ultimam imponere manum, ea omnia procul dubio ex eo exulaſſent, quæ obelo quibusdam digna in eo viſa, ſcilicet, Teſtium non ſatis frequens laudatio, Religionis Judaicæ Ethnicæ & Mahumedanæ nimis ſterilis deſcriptio, & Chriſtianæ emblematis Theticis & Polemicis quibusdam diſtincta Hiſtorica enarratio. (2) *Adami Tribbechovii Hiſtoria Naturalismi.* Jenæ 1700. Acceſſit *Joh. Dicmanni de Naturalismo Joh. Bodini diſſertatio.* Quæ ſane peregregia. Tribbechovii Hiſtoriæ multis nominibus præferenda. Siquidem hæc tantum abeſt a perfectione, ut principia vix appareant. (3) *Joh. Muſæus von der Secte der Gewiſſener.* Jena 1675. Primum, ultimum, & optimum quod proſtat de hoc argumento opus, in quo, ſi quid eſt admiſſum, hoc unicum eſt fortaſſis, quod Latina Germanicis plus æquo immiſta orationem diverſicolorem reddiderint. (4) *Auguſti Pfeifferi faſciculus diſſertationum Philologicarum de Talmude, Alcorano &c.* Wittebergæ 1665. In quibus eminet præ cæteris Diſſert. V. de Alihſiis & Sunnitis, ſive de

præ-

præcipuis Perſarum & Turcarum circa religionem diſſidiis. (5) *C. Cellarii Diſſert. de Gentis Samaritanæ Hiſtoria & Ceremoniis.* Halæ 1707. In qua caſta, numeroſa, & elegans dictio. Ordo Chronologicus. Et res egregiæ, ſelectæ, & ad Hiſtoriam gentis Samariticæ cognoſcendam utilitatis pereximiæ. (6) *Petri Holmii Theolog. Muhamedanæ conſideratio.* Jenæ 1664. Docta, laborioſa, ſolida, non ex rivulis verſionum, ſed ex ipſo Alcorani fonte deducta, & ita adornata, ut Chriſtiani Ravii, Viri in linguis Orientalibus verſatiſſimi diſcipulum Auctorem poſſis agnoſcere. (7) *Joh. Ern. Gerhardi Diſſert. de Religione ritibusque Eccleſiaſticis Moſcowitarum.* Jenæ 1710. De qua alibi. (8) *Joh. Wolffgang Jägeri Diſſert. de Labadiſmo.* Tübingæ 1710. In qua Auctor Doctiſs. ſcriptis ipſius Joh. de Labadie deſtitutus, leviter tantummodo & obiter quædam de ejus doctrina deguſtat, ut Canis e Nilo! (9) *Joh. Fechtii de Studii Biblici cum Syſtematico connexione hujusque divina origine.* Roſtochii 1720. Qui dum ex transverſo incurrit in eos, qui iſto tempore ſolam SS. legendam, & uſum Syſtematum ac compendiorum Theologiæ prorſus abjiciendum eſſe contendebant, eo impetu in eos incurrit, ut in alterum fere extremum proruat, Syſtematibusque Theologiæ eandem cum SS. originem impertiat. (10) *Joh. Andr. Schmidii de Studioſi Theologiæ vita & ſtudiis.* Helmſtadii 1704. Digna Diatribe quæ ſtudioſe lectitetur. (11) *C. T. Wideburgii de Syſtematica Theologiam tractandi ratione.* Helmſt. 1707. Schediasma breve, ſed elegans, in quo Hiſtoria Syſtematum & Com-

Compendiorum Theologicorum perſpicua, & æquabili orationis genere deſcribitur. (12) *Ægidii Strauchii Diſſert. de Monotheletarum hæreſi.* Witteb. 1686. Tela ex H. E. filis optimis ſplendide contexta. (14) *M. Fr. Ernſt Kettneri Hiſtoria Mennonis & aſſeclarum.* Lipſ. 1696. (13) *M. Fr. Ernſt Kettneri de Unitariis hujus Seculi.* Lipſ. 1694. (15) *Joh. Meiſneri de origine & progreſſu Arianiſmi.* Witteb. 1680. (16) *Joh. Bened. Carpzovii de religione quietiſtarum.* Lipſiæ 1687. Quam pungit Chriſt. Thomaſius *im Monahts-Geſpräched* P. I. p. 1110. ubi ſcribit, Errores in ea non paucos Quietiſtis tribui, ſed hypothetice tantum, non categorice. Et Molinoſii Manuductionem Spiritualem non multo poſt Lipſiæ impreſſam teſtari, Cenſores non tot heterodoxias in Quietismo deprehendiſſe quot diſputationis hujus Auctor. (17) *Joach. Juſti Breithauptii de nexu communionis noſtri cum Deo.* Halæ 1698. (18) *Ej. Programma ad Diſput. Inauguralem J. W. Ziroldi*, ibid. (19) *Ej. De Myſterio unionis fidelium cum Deo & Chriſto*, ibid. (20) *Joh. Georgii Neumanni Synopſis Errorum quos fovent moderni tremuli Diſp. VIII.* Witteb. 1703. (21) *Joh. Reiskii Diſſert. de Oraculis* Sibyllinis. Wolffenbuttel 1692. (22) *Georgii Schubarti De Diluvio Deucalionis.* Jenæ *ſine Anno.* (23) *J. C. Landgravii De oraculis gentilium.* Diſſert. II. Jenæ 1680. (24) *M. Andreas Chriſt. Eſchenbach De conſecratis gentilium lucis.* Jenæ 1686. (25) *M. Aug. Pfeifferi De Teraphim ſive Idolis Labani.* Witteb. 1663. (26) *Joh. Fritſchmuth Melechet cæli ad Jerem.* c. 44. ✝. 17. ſeq. Jenæ 1663. (27) *Joh. Andreæ*

Quen-

Quenſtädt de Deo Mauſſim. Witteb. 1662. (28) *Joh. Erici Oſtermanni De Sacrificiis Gentilium.* Witteb. 1647. (29) *J.F. Buddæi De ſuperſtitioſo mortuorum apud Sinenſes cultu.* Halæ 1708. de qua diximus alibi. (30) *J. F. Meyeri De Dionyſio Areopagita.* Gryphswaldæ 1708. (31) *J. A. Schmidii De lapſu Origenis.* Helmſtadii 1704. (32) *J. Meisneri Tr. de Origine & Origenianis.* Witteb. 1712.

(1) *Antonii van Dale Diſſert. ſuper Ariſtea. Item Hiſtoria Baptismorum & Diſſert. ſuper Sanchoniathone.* Amſtelodami 1705. Opus tripartitum, Oratione non quidem ubique caſta, perſpicua tamen ubique ſcriptum, & eo habitu, ut, & variæ lectionis, & ingenii non cottidiani, in eo præclaræ occurrant notæ. Verum & Paradoxophiliæ, & Libertinismi, & Aanabaptismi, & neſcio cujus inſolentiæ Theologicæ non obſcura veſtigia. Et quidem quod eſt ad

(a) *Diſſertationes ſuper Ariſtea*, quam audaces in iis conjecturæ! quot Parentheſes, excurſiones, illuſiones, Diaſyrmi? Quam faſtidioſa Auctorum citata? Quam periculoſa multa aſſerta? Chriſtianos verſionem *Ἰῶν ὁ* amplexos, quod Ebraica non intelligerent, eique miracula affinxiſſe, quod e re ſua crederent, ſe poſſidere ſcripturam divinæ auctoritatis! (170) Sane & in hoc, & in ſequente opuſculo, de habitu religionis Chriſtianæ, ita differit auctor, ut eodem loco habuiſſe videatur, Hiſtoriam Evangeliſtarum, & Ariſteæ fabulam.

(b) *Hiſtoriam Baptiſmorum*, Manifeſto in ea agit cauſam Anabaptiſtarum (337. 359.

 375.

375. 427.) & ita agit, ut Pœdobaptiſmo dicam ſcribat, eumque ſeculo demum ſecundo eſſe ortum contendat. (375) Et ut novaturiendi cupiditati ex aſſe ſatis faciat, Baptismum ſcribit, a Chriſto non eſſe inſtitutum. (379) Sed a Judæis vel Ethnicis deductum ad Chriſtianos, (423. 429) æque ac Euchariſtiam. (424. 426. 464) Nec ſucceſſiſſe in locum circumciſionis. (351) Nihilque minus operari in hominibus quam ſalutem. (397) Scripta Evangelica & Apoſtolica ſero admodum innotuiſſe. Et tempore Juſtini ſ. A. C. 198 multos Chriſtianos adhuc iisdem caruiſſe, ſoli traditioni innixos (362)

(c) *Diſſert. ſuper Sanchionathone*, ea majore cum circumſpectione eſt concinnata, nec injuſte in ea notatus Huetius, quod in demonſtratione Evangelica ſuas conjecturas pro demonſtrationibus Mathematicis Lectori obtruſerit.

(2) *J. H. Hottingeri Hiſtoria Orientalis de Muhamedismo &c.* Tiguri 1651. Auctor variis & eximiis dotibus ſuſpiciendus, lectione multijuga, eruditione vaſta, & ſtupenda inprimis linguarum orientalium notitia. Quæ cum in aliis ejus monumentis, tum in hoc etiam nitet egregie, in quo Hiſtoriam Theologiæ Moslemicæ ita exponit, ut ſi perrexiſſet, qua cæpit, linea, & telam iſtam ad noſtram usque ætatem pertexuiſſet, haberemus opus ſine æquali, aliis omnibus hujus commatis longe anteferendum. (3) *J. A. Schmidii Collectio de Bibliothecis*, in qua, J. Lomeyerus

rus de Bibliothecis, B. G. Struvius de Bibliothecis, B. G. Struvius de Bibl. Jenenſi, & H. Pippingii arcana Bibliothecæ Thomanæ Lipſienſis. Helmſtadii 1705.

Leonhardti Hutteri Concordia Concors Wittebergæ 1621. Dignum opus quod accurate legatur, & cum Rud. Hoſpiniani Concordia Diſcorde conferatur, ut pateat a cujus parte cum primis ſtet veritas. Sane monumenta in hoc Comment. continentur per egregia ἔκδοτα, ἀνέκδοτα, e tabulariis publicis privatisque deprompta, ad quæ non facile cuivis patet aditus; Sed quod mireris Acta publica Hoſpiniani cum actis publicis Hutteri noſtri interdum ita pugnant, ut fluctuet animus, & expedire non poſſit, ad quam partem ſe inclinare debeat. Dictio etiam eſt acerbior quam decet, ſcurræ, Sycophantæ aliaque inhoneſta vocabula in adverſarium conjiciens. Et licet Actorum publicorum multitudine ſuperet eum, contra quem arma fert Auctor, integrum tamen apud nos eſt eorum Volumen MSCtum, quæ ad hunc cenſum ſpectant, & quorum nulla Huttero & Hoſpiniano fuit copia.

Jacobi Gotfriedi Hiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis. Lipſ. 1585. Interpres eſt hujus Hiſtoriæ Godfriedus, non Architectus, quod & ipſe in Indice, & Præfatione diſerte pronunciat, ubi ſcribit, eam a Triumviris Timotheo Kirchnero, Nicolao Selneccero, & Martino Chemnitio, Germanice eſſe conditam non ex incertis rapſodiis, aut privatorum Epiſtolis, ſed ex Actis publicis & literis inter viros principes, & Theologos ipſorum ſubinde commutatis, & in Archivis ſe-

cre-

cretioribus adſervatis. Nec abeſt a veritate hæc ejus oratio. Ex fontibus enim, non ex lacunis ducta eſt hæc rerum geſtarum commemoratio. Et licet acerbiore ſtilo conſcripta ſit, quam permittunt leges Hiſtorices, nec vinum ſuſpenſæ hederæ ex aſſe reſpondeat; Siquidem Hiſtoria A.C. in inſcriptione promittitur, & in opere ipſo Hiſtoria Sacramentaria tantum ſive Articuli X. A. C. exhibetur; Attamen intemerata hiſce Annalibus manet dignitas. Orationis enim genus dilucidum eſt & facile. Res Eccleſiaſticæ, civiles, literariæ, eæque memoria dignæ. Judicia de ſcriptoribus & ſcriptis varia. Arcana belligerantium conſilia, acta, propoſita. Concilia & colloquia quam plurima. Eventus plerumque tragici & ejus commatis, ut vulnera Eccleſiæ magis exacerbata ſint quam ſanata, & ad cicatricem reducta.

Jac. Frid. Reimmanni Acta publica ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Magdeburgenſem ſpeciatim Formulæ Concordiæ ſpectantia. MSCt. Exulant hæc monumenta omnia in Rud. Hoſpiniani Concordia Diſcorde, & Leonhardti Hutteri Concordia Concorde. Eoque majori in pretio ſunt habenda quo plus ad Hiſtoriam Formulæ Concordiæ & ſpeciatim ad Hoſpiniani c. XV. p. 38. &, c. XXI. p. 129. Hutterique c. XV. p. 567. &, c. XXI. p. 594. adferunt luminis.

J. G. Neumanni de conditoribus Symboli Apoſtolici Diſſert. Witteb. 1711. In qua docet Auctor, Apoſtolos hujus Symboli non eſſe Architectos. G. J. Voſſii veſtigia ſecutus potiſſimum, cujus diſſert. de tribus Symbolis §. 9. pulcherrimas, & §. 20. vocat

vocat copioſiſſimas, quasque ita familiares ſibi reddidit, ut integros, ſæpe ex iis §.§. in hanc ſuam Diatriben tranſtulerit. (2) *Wilh. Lyſeri de A. C. Germana Antiquitate.* Witteb. 1632. Digna quæ ſtudioſe lectitetur, tum ob varia eruditionis Phœnomena, tum ob præclara conlectanea ad hiſtoriam Theologiæ Germanorum ſpectantia. (3) *Seb. Schmidii & J. G. Dorſchæi Memoria A. C.* Lipſiæ 1703. Qua continetur Trias diſſertationum ad Hiſtoriam A. C. illuſtrandam præclare facientium. (4) *Confeſſio Religionis Chriſtianæ 1530 in comitiis Auguſtanis Carolo V. exhibita* per legatos civitatum Argentorati, Conſtantiæ, Memmingæ, Lindaviæ. Argentorati 1531. Exhibita omnino, ſed non prælecta in dictis Comitiis. Et elapſo vix biennio ita derelicta, ut nec in Eccleſiis nec in Colloquiis publicis ullam auctoritatem obtinuerit. (5) *Res geſtæ in Comitiis Auguſtæ Vindelicorum habitis.* Impreſſæ ibid. 1530. cum privilegio Cæſareo. Schediasma perrarum, in quo quid in Comitiis illis actum ſit, non quidem ſine partium ſtudio, ea tamen ratione exponitur, ut ſubinde quædam, quæ alibi fruſtra quæras, ſint interſperſa. (6) *Augſpurgiſche CONFESSION, wie ſolche aus unterſchiedenen Exemplaren nachgedruckt und gantz von Wort zu Wort gegen einander geſetzet.* Berlin 1685. A reformatis in lucem prodire juſſa eſt hæc Editio A. C. Harmonica, ut pateret diſtinctionem illam πολυθρίλλητον, inter *variatam & invariatam* A. C. eſſe nullam. Cum variatio non in rebus, ſed in verbis conſiſtat tantum, & variata non minus, quam invariata a Lutheranis pro vera A. C. ſit agnita. (7) *Nic. Sel-*

necce-

necceri recitationes aliquot. Lipſ. 1581. Lectu digniſſimæ. In quibus multa contra ſic dictos Sacramentarios, gravia & utilia accurate & copioſe ſunt diſputata, & Hiſtoria F. C. non negligenter tradita. Errores etiam populares quidam refutati v. g. Formulam Concordiæ in Monaſterio Bergenſi a ſex Theologis eſſe confectam (p. 55) Utinam orationis genus tam lene eſſet & placidum, quam æquabile eſt alioquin & temperatum! Et quædam ſilentio involuta potius, quam ſcripto prodita. Cum vix digna ſint memoria, & majori etiam dedecori, quam honori v. g. p. 83. ubi ſcribit Auctor, Bornenſem quendam Cantorem ebrium F. C. ſubſcribere noluiſſe. Reliqua quæ R. Hoſpinianus in hiſce recitationibus atro lapillo ſignanda eſſe ſcribit in Concordia diſcorde c. 43. p. 238. ſeq. Ea non ignava induſtria vindicat L. Hutterus in Concordia Concorde c. 43. p. 1033. ſeq. Additque c. 44. p. 1034. Perſonatum quendam J. Balæum in lucem edidiſſe, *Examen recitationum Selnecceri*, & in eo vix apicem reliquiſſe in recitationibus quem non impetiverit; Refutaſſe autem præcipua Selneccerum in Editione altera Recitationum quæ Lipſ. 1682. prodiit. (8) *Joh. H. ab Elswich Diſſert. duæ de F. C. in Dania non combuſta.* Witteb. 1711. Multæ lectionis, felicis ingenii judiciique, nec inepti eloquii Diatribæ. (9) *Caſparis Löſcheri Hypomnemata Symbolica.* Witteb. 1709. (10) Ejusdem *Paralipomena Symbolica* ibid. (11) *Ejusdem Præterita Symbolica* ibid. In quarum diſſertationum *Prima* de Librorum Symbolicorum Auctoribus & auctoritate; *Secunda* idiomate Authentico

&

& verſionibus; *Tertia* de ordine & Argumento ita diſſeritur, ut auctor copia, & facilitate, & naturali ſuavitate ubique ſibi ſit ſimilis. (12) *J. Weidneri Abuſus per Libros Symbolicos accuſati.* Roſtochii 1711. In qua Joh. Fabricius Helmſtadienſis P.P. tam acerbe exagitatur, ut vix vellicari poſſit acerbius. (23) *Val. Alberti de præſtando Categorice in Libros Symbolicos juramento.* Lipſ. 1690 (14) *Anonymi Zeugniſſe der Teuffel von der Augſpurgiſchen Confeſſion* 1685. (15) *M. Georgii Hunold Apoſtoliſche Glaube mit Anmerckungen.* Magdeburg 1667. (16) *J. A. Schmidii de Corporibus Doctrinæ.* Helmſt. 1706. Auctor denſus, brevis, & ſemper inſtans ſibi. (17) *J. C. Schrammii de Compendii Henichiani variis Editionibus.* Helmſt. 1711.

J. H. Foppii Hiſtoria Theologiæ Polemicæ Chriſti & Apoſtolorum. Bremæ 1714. Ambitioſus titulus, Macilentus vitulus. (2) *M. J. G. Bohn in Hiſtoriam Confeſſionis auricularis Natalis Alexandri Animadverſiones.* Witteb. 1716. Eruditæ & lucernam olentes. (3) *J. F. Meyeri Hiſtoria Socinianismi* Grypswaldæ 1709. In qua multum animi, induſtriæ, eruditionis, ſed Hiſtoriæ Socinianismi parum. Siquidem quæ auctor collegit in hoc Schediasmate, ad Hiſtoriam Socinianorum literariam ſpectant magis, quam ipſius Socinianismi, ſive Hiſtoriam Eccleſiaſticam eorundem. (4) *J. J. Zentgravii de Enthuſiasmo divino & diabolico.* Argentorati 1712. Meletema obſcurum & perplexum. Quod favorem eruditorum nec conſecutum eſt, nec meretur. (5) *Theodori Daſſovii de pura doctrina conſervanda.* ~~Francf.~~ Hamb. 1713. In quo Pietiſtarum omnium, & in

in iis Speneri maxime ſcripta cane pejus & angue vitanda eſſe contendit, ob multarum, quibus ſcateant, hæreſium maculas, Sed auctoritatibus magis pugnat, quam rationibus, & œſtro diſputationis abreptus, id etiam interdum quod in ipſa SS. legitur, in ſuſpicionem parum rectæ fidei adducit, dummodo Spenero, vel alii, Pietiſtis addicto, fuerit familiare. (6) *Cordati Evangelici Cordata reſponſio ad T. Daſſovii alloquium*. Francf. 1713. (7) *Martini Chladenii de viſionibus* Hildegardis. Witteb. 1716. (8) *Henrici Klauſingii de hæreticis miſera morte extinctis*. Witteb. 1716. (9) *Gottf. Olearii de temperamentis Apoſtolorum*. Lipſ. 1714. (10) *J. A. Schmidii de translationibus Epiſcoporum Commentatio*.

G. J. Voſſii Diſſertationes tres de tribus Symbolis, Apoſtolico, Athanaſiano & Conſtantinopolitano. Amſtelod. 1642. Eruditæ ſane, & accuratæ, & copioſæ, & nexu rerum luculento, & candido orationis genere conſcriptæ. In quarum (1) docet Auctor, Symbolum Apoſtolicum nec ab Apoſtolis, nec a Synodo quadam univerſali eſſe conditum, nec Eccleſiis Orientalibus traditum. (2) Symbolum Athanaſii, Athanaſium non habere auctorem. (3) Conſtantinopolitanum A.C. 391. in Synodo Conſtantinopolitana confectum quidem, ſed quadriſyllabum *Filioque* demum acceſſiſſe Sec. decimo. (2) *H. Rixneri* Symboli Athanaſiani Hiſtorica deſcriptio, ejusdemque ex SS. deductio. Helmſt. 1675. Cujus pars prior *Hiſtorica* præclara eſt omnino, è G. J. Voſſii diſſertationum Triade excerpta: Poſterior *Didactica* tricis apinisve ſcholaſticis nimium eſt inquinata. (3) *Eno-*

Enochii Hanmanni de Symbolo Apoſtolico. Lipſ. 1653. In qua Symbolum Apoſtolicum eſſe ſignum diſcretivum orthodoxi ab heterodoxo negat. Et c. 9. §. 24. p. 78. Voſſianam diſſert. de Symbolo Athanaſiano cum grano ſalis legendam eſſe monet, quod Voſſius Arminii, quam Calvini partibus fuerit addictior, eaque propter inviſas habuerit clauſulas illas obligatorias, quibus Symbolum Athanaſianum includitur; *Si quis vult ſalvus fieri* &c. Eo etiam fine concinnarit ſuos Commentarios de Symbolis, ut facultatem faceret largiendi nonnulla Sectariis, ſi ſe ſubtraherent Symbolorum decretis. Sed quem ſcopum animo habuerit Voſſius, cum ad ſcribendas diſſertationes ſuas ſe accingeret, is novit tantummodo, qui ſecreta cordium ſcrutatur, Arminianismi autem tantum abeſt, ut quædam in iis occurrant Phœnomena, ut in ipſa Diſſert. de Symbolo Athanaſiano §. ult. p. 55. potius legatur contrarium. Nec deſunt e noſtratibus qui hanc diſſert. Voſſianarum Triada ab hac macula abſolvant. Et Auctor eſt H. Rixnerus in diſſert. de Symbolo Athanaſiano §. 12. Voſſium ſententiam eorum, qui Symbolum Athanaſii ejusdem eſſe negant, tam accurate tamque nervoſe propoſuiſſe, ut ſingulis, qui de hac materia aliquid conſcripſerint, *palmam fere fecerit dubiam.* (4) *J. Hulſemanni Muſter Calixtiniſcher guten Wercke* 1656. (5) *Ej. Judicium de Calixtino deſiderio, & ſtudio ſarciendæ Concordiæ Eccleſiaſticæ* 1651. (6) *Gottlieb Wernſtorfii A. C. Hiſtoria* Witteb. 1705. Quam Apologiam Hiſtoriæ A. C. fortaſſe appellaveris rectius, quam Hiſtoriam. Non enim in

ea id, quod A. C. contigit, tradit Auctor, ſed id tantummodo, quod alii perperam de ea tradiderunt, diluit. (7) *J. G. Dorſchæi de providentia divinæ documentis circa A. C.* Francf. 1655. (8) *J. A. Schmidii de agendis ſive Ordinationibus Eccleſiaſticis.* Helmſt. 1718. Bellula, docta, acuta, & rerum pondere dives, & ad concipiendam animo Hiſtoriam ordinationum Eccleſiaſticarum, qua caremus adhuc, egregie accommodata. Conferenda tamen cum Bibliotheca agendorum, quam 1726. edidit H. C. Königius. In qua CCCLI. ordinationes Eccleſiaſticæ enumerantur, quas hodie poſſidet, qui apparatum in fine huic diſſert. Schmidianæ adjectum Auctori communicavit Vir P. R. C. J. Bockelmannus. (9) *C. Jaſtram Comment. de poëtis Prophetis.* (10) *Formula Reformationis per Cæſaream Majeſtatem ſtatibus Eccleſiaſticis in Comitiis Auguſtanis propoſita, & ab iisdem probata & recepta.* Coloniæ 1548. ſcriptum rariſſimum. Cujus ſumma capita recitat Joh. Sleidanus l. XX. Comment. p. m. 352. ſeq. additque l. c. id in comitiis Auguſtanis 1548. die 14. Junii recitatum, & ab Epiſcopis comprobatum, qui, non multo poſt quam domum redierint, Synodos ſe velle evocare edixerint, in nonnullis autem rebus Pontificem ſolicitari petierint, ut aſſentiatur. (11) *Theologia univerſa ad mentem Doctoris Angelici.* (12) *Cauſæ cur Electores & Principes Proteſtantium ad Concilium Tridentinum non acceſſerint.* Helmſt. 1654. (13) *Martini Droſcheri de duobus teſtibus vivis Paſſionis Dominicæ.* Jenæ 1668. (14) *J. M. Dilherri Hexas Exercitationum Hiſtoricarum* 1639. (15) *De ſceptro a Juda*

Juda ablato, item de IV. Monarchiis & Paradiſo.
16) *Pauli Siberi Hiſtoria de filiabus Schedaſi.* 1570.
Johannis Oweni Theologumena, ſive de natura, ortu, progreſſu & ſtudio veræ Theologiæ Libri VI. Bremæ 1684. Opus in quo plurimum ſtudii, & multarum rerum cognitio. Sed genus dicendi non ubique candidum. Nec ordo ſatis lucidus. Et argumenti totius expoſitio ejusmodi, ut

Inceptis gravibus plerumque & magna profeſſis,
Purpureus late qui ſplendeat unus & alter
Aſſutus pannus.

Quod nec ipſe Auctor diſſimulat, qui in titulo Digreſſiones varias acceſſiſſe ad hæc ſua Theologumena diſerte profitetur. Quibus delaſſatus animus in progreſſu operis ita à ſemetipſo diſceſſit, ut cum ferveat initio, in medio tepeſcat aliquantulum, & in extremis totus fere rigeſcat. Præter meritum tamen minorum gentium Diis annumeratus à Gvil.Caveo in Hiſt.Lit. S.E. p.27.

Davidis Chytræi Hiſtorie der Augſpurgiſchen Confeſſion. Roſtock 1577. Quæ Hiſtoria A. C. dicitur in hoc indice, Apparatus ad Hiſtoriam A. C. fortaſſe diceretur rectius, quia aliud nihil eſt, quam Sylloge quædam monumentorum ad condendam Hiſtoriam A.C. neceſſariorum, quæ per ſeriem temporis digeſta, & brevi tranſitione Hiſtorica inter ſe connexa ſunt. Nec negari poteſt eſſe in iis quædam aliena (ut p. 180.) quædam etiam integra volumina; Attamen præclara ſunt pleraque, rara quoque nonnulla, & opus ipſum guſtui eruditorum ita ſe probavit, ut & avide lectum, & a quibusdam etiam compilatum ſit,

& 1578. Franckf. ad Mœnum latine ac 1580. ibid. denuo germanice recuſum, usque adeo vana fuit,& ſine viribus ira, Fabricii Leodii Bavariæ Ducis conſiliarii, quem hanc Chytræi Hiſtoriam confutaſſe ſcribit Ant. Poſſevinus in Opp. Theologicis Moſcoviæ ſuæ adjectis p. m. 278.

Ambroſii Wolfii Hiſtoria von der Augſpurgiſchen Confeſſion. Neuſtad 1581. *Ejusdem ſupplementum dieſer Hiſtorie.* Ibidem 1584. Latet ſub hoc nomine Chriſtophorus Herdeſianus, Syndicus Norimbergenſis, à Lutheranis digreſſus ad Reformatos, Vir non cottidianæ eruditionis; Sed bilioſus, & ardens, & cui ſtomachus ſub pectore calido facile intumuit. Qui an ad hanc Hiſtoriam condendam, à reformatis ære conductus ſit, quod M. Conr. Schlüſſelburgius ſcribit, in Theol. Calvin. l. 2. p. 18. noſtrum non eſt definire. Sane Hiſtoria ipſa magna induſtria eſt compoſita, & monumentis publicis quam plurimis armata; Lectu tamen[inſvavis admodum & injucunda, propter μακροκωλιαν dictionis, & obſcuritatem, & neſcio quam] moroſitatem. Maledicentiam etiam, & procacitatem, & Vatinianum in Patres Bergenſes odium. Oppugnata iccirco à Joh. Magiro, & Triumviris Timotheo Kirchnero, Nic. Selneccero, & Mart. Chemnitio in ſolida ac vera A. C. Hiſtoria, quæ Germanice primum, tum etiam latine prodiit.

Gerardus Joh. Voſſius de Theologia Gentili ſive de Origine & progreſſu Idolölatriæ Libri IX. Francof 1675. De quo illuſtri opere alibi.

Petri Suavis Polani Hiſtoria Concilii Tridentini Gorichemi 1658. Cujus Auctor eſt Paulus Sar-

pius

pius, Ordinis Servitarum Pater, & Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ à Conſiliis intimis. Vir incomparabilis, in quo eruditionis, ingenii, judicii, experientiæ, Parrheſiæ, & earum rerum omnium quæ ad perfectum Hiſtoricum pertinent notæ præclaræ. Nec obſcure eædem ſe in illuſtri hoc opere exerunt. Quod idiomate Italico conſcriptum, in Latinum, Germanicum, Gallicum, Anglicumque ſermonem eſt translatum. Impugnatum quidem à P. Sfortia Pallavicino vaſto volumine, ſed vindicatum à Cæſare Aquilinio, Amelotio de la Houſſaye, aliisque, & omnium fere eruditorum calculo probatum, invidendisque elogiis à quibusdam mactatum. Nec immerito. Siquidem in eo quid Jupiter in thalamo cum Junone locutus ſit, eſt proditum; & velo quaſi reducto in lucem aſpectumque producta arcana Concilii Tridentini omnia, & artes illæ velut exerto digito demonſtratæ, quibus uſa eſt curia Romana, ad palpum Orbi Chriſtiano impingendum, & quoad fieri poſſet impediendum, ne reformationis neceſſitas in credendis & agendis, ſuſpicionis odore ſentiretur. Et hæc omnia eò majorem præ ſe ferunt veritatis ſpeciem quo ſolicitius Romanæ Eccleſiæ antiſtites *Acta Concilii Tridentini* adhuc ſuppreſſere, & quo minus de iis aliquid in vulgus emanare paſſi ſunt. Cum nullum ſit præſentius remedium hominis privati tabulas confutandi, quam ſi iisdem tabulæ publicæ opponantur. (2) *Hermanni Conringii de Majeſtatis civilis Auctoritate & officio circa ſacra.* Helmſt. 1645. (3) *Ej. De pace perpetua inter Imperii Germanici ordines ſervanda.* ibid. 1657. (4) *C.S. Schurtzfleiſch*

fleiſchii de origine motuum Belgicorum. Witteb. 1674.
(5) *Colloquium Hamelſchenburgenſe.*

Acta Synodi Dordracenæ. Hanoviæ 1620. Quæ à præfationis Auctore Daniele Heinſio p. 1. è tabulis publicis fideliter deſcripta dicuntur Synodi Dordracenæ acta, ea parum certa fide tradita cenſebis, ſi aliorum ſententiam exquiras. Philippi, inquam, à Limborch, in vita Epiſcopii p. 117. ſeq. H. L. Benthemii *in Hollandiſchen Kirchen und Schul-Staat* P. I. c. 14. §. 17. p. 451. ſeq. Simonis Epiſcopii in Synodi Dordracenæ crudeli iniquitate, & Antidoto ejusdem, Hugonis Grotii in Apologetico Pariſiis 1640 in 12mo excuſo Joh. Haleſii in Epiſtolis ſ. Hiſtoria Concilii Dordraceni, &, qui easdem ex Anglico ſermone latine vertit, & variis obſervationibus illuſtravit, ac conſultatione pereleganti de auctoritate Concilii Dordraceni auxit, Joh. Laur. Moshemii. Hi enim omnes diverſa ſentiunt. Et in his Actis multa eſſe præterita, & oratione prorſus non tacta, multa parum accurate tradita, quædam etiam à veritate ſejuncta indicant. Apertum eſt etiam ex Epiſtolis Haleſii, multa occulte & quaſi intra velum geſta à Patribus in hac Synodo, de quibus ne γρῦ quidem vulgatum. Et Auctor eſt J. H. Hottingerus in Bibliothecario quadripartito l. 3. c. 1. p. 328. Synodi Dordracenæ Acta publicata καθ' ἐπιτομὴν καὶ κατὰ πλάτος, ἀνέκδοτα tamen aſſervari in Bibliotheca Carolina, prout ea diligentiſſime Epiſtolis, orationibus, deſcriptioni itineris inſertis, collegit Breitingius, qui Synodo interfuit. Quorum & Hottingerus ipſe

ha-

habuit Apographum. Cæterum qui acta hæc juſſu ſuperiorum è tabulis collegerunt fuerunt ſeptem viri Joh. Polyander, Antonius Thyſius, Daniel Colonius, Joh. Latius, Antonius Walæus, & in iis cum primis Feſtus Hommius Synodi à ſecretis antea, & arcanorum ejus peritiſſimus. Conf. J. U. Meureri Centuriam Anonymor. XXIV.

M. Ludovici Lucii Hiſtorie des Ordens der Jeſuiter. Baſel 1626. Qui Auctor vehemens quidem eſt aliquantulum, attamen luculentus, & gravis, & præſtans Hiſtoricus. Qui multijuga lectione, & accurato judicio excelluit, & huic Commentario, una cum rebus ſelectis, documenta quædam plane ſingularia, & non facile obvia inſeruit. Laudatus iccirco à pluribus & egregie compilatus à Daniele Hartnaccio in deductione, *Jeſuitas moliri quævis periculoſiſſima.*

M. Theod. Fabricii Hiſtoria Certaminis Sacramentarii, Germanice Magdeb. 1593. Hic libellus rectius inſcriberetur, *Index Chronologicus tripartitus certaminis Sacramentarii*, in quo quid (1) Luthero nondum nato. (2) Illo ſuperſtite. (3) Eodem denato usque ad Formulam Concordiæ in Doctrina de S. Cœna in diſceptationem venerit, velut in tabula, παραλλήλως deſcribitur. Dignus omnino qui legatur, ſed multo dignior futurus, ſi non alienis oculis vidiſſet Auctor, ſed ſuis, & ſcripta adverſariorum ipſa inſpexiſſet, atque à ſtudio partium ſe magis abſtinuiſſet, & tot tantasque lacunas in eo non reliquiſſet.

Abrahami Calovii de Symbolo Apoſtolico. Witteberg. 1653. Vir multæ doctrinæ in omni genere literaturæ fuit Calovius, ingenioſus, gravis, in diſ-

ſerendo ſubtilis, ſed acerbus, & ſpinoſus, & ſcholaſtico dicendi genere nimium delectatus, quo in hac diſſert. ſtrenue uſus eſt. In qua omni telorum genere contra Calixtum, Latermannum, & Dreierum contendit, Symbolum Apoſtolicum nec ab Apoſtolis profectum, nec omnia complecti, quæ Chriſtiano creditu ſunt neceſſaria. (2) *J. B. Niemeieri de Symbolo Apoſtolico.* Helmſt. 1693. Qui ſecutus eos, quos Calovius diſſert. præced. oppugnandos ſuſcepit Triumviros, omnibus nervis & facultatibus contendit, Symbolum Apoſtolicum ab Apoſtolis profectum, oralique traditione ad poſteros traductum, ea omnia complecti, quæ τὸ τῆς πίςεως σῶμα conſtituunt. Quod licet nulli magis oppoſitum ſit quam Calovio, & qui cum eo faciunt, diſſimulat tamen hos ſuos adverſarios Auctor, & in ſolum J.W. Peterſenium §. 128. ſeq. facit impetum. (3) *M. Enochii Hanmanni de Symbolo Apoſtolico.* Lipſ. 1653. Qui eandem cum Calovio incudem tundens, eodem anno quo Calovius Calixtum adortus eſt, & quicquid habuit virium in id contulit, ut, quæ tam ſpecioſa videretur pluribus, Calixtinam de Symbolo Apoſtolico ſententiam peſſundaret, Calovianamque confirmaret. (4) *Wilh. Lyſeri de Auguſtanæ Confeſſionis Germana antiquitate.* Witteb. 1647. De qua alibi. (5) *J. Winckelmanni vel potius Conradi Dieterici de Formula Concordiæ.* Witteb. 1536. initæ, Gieſſæ 1614. In qua Inſtrumentum pacis Wittebergenſis ἱςορικῶς & δογματικῶς excutitur, & Rud. Hoſpiniani cum primis de eo narrationes, ſub examen vocantur. (6) *J. Deutſchmanni Symbolum Apoſtolicum*

licum Adami Protoplaſti Witteb. 1694. Fatetur auctor §. 8. p. 11. Symbolum Apoſtolicum Apoſtolorum tempeſtate nondum extitiſſe, nec primis ſtatim poſt Apoſtolos temporibus floruiſſe in Eccleſia; & tamen iſtud jam Adami ævo ita notum ac perſpectum fuiſſe profitetur, ut & *communicationem idiomatum* in Chriſto, & alia quædam nuper demum à Theologis in ordinem redacta, parentes primos non ignoraſſe contendat. (7) *Abr. Calovii diſſert. contra T. Hackſpanii Tr. ἀδέσποτον 52. Theſium.* Witteb. 1685. In qua Hackſpanius in ſuſpicionem Syncretismi & Socinianismi adducitur. (8) *Mich. Calerti* de Conciliis. Lipſ. 1651. (9) *J. H. Danhaueri Elenchus Irenici Catholici Dn. Thomæ Henrici* Argentorati 1661. (10) *Colloquium inter R. P. Auguſtinum S. J. & M. Georg Calixtum* 1644. *Hamelsburgi habitum* 1654. (11) *Philippi Melanchtonis Diſp. de variis Articulis fidei* recuſa 1688. (12) *Ejusd. de diſcrimine veræ Eccleſiæ & aliorum hominum.* Eodem (13) *M. H. G. Reime Conſpectus Theologiæ Turcarum Muhamedicæ.* Jenæ 1720. Ex ipſis Corani fontibus derivatus, & ordine Syſtematico digeſtus; ſed non per omnes fidei Articulos diſtributus.

Joh. Franciſci Buddei Commentatio de Origine Socinianismi ab Eccleſiæ emendatione non repetenda, Jenæ 1725. In qua Joh. Mollerum, & Petrum Zornium, ſecutus auctor, maculas Socinianismi è nomine Lutheri non infeliciter eluit, quas Pontificii, & in iis potiſſimum Auctor *de l'hiſtoire du Socinianisme* Pariſiis 1723. impreſſæ in iſtud conferre anniſus eſt.

M. Gottlieb Wernsdorffi Hiſtoria Confeſſionis Tetrapolitanæ. Witteb. 1721. Qua dictione liquida, & perſpicua, exponitur hujus Confeſſionis ortus & progreſſus. Eam a Martino Bucero 1530. concinnatam, & in Comitiis Auguſtanis latine & Germanice exhibitam, ſed non prælectam publice, & poſtea 1531. & in conventu Smalcaldico ab ipſa tetrapoli deſertam, pro ſcripto privato habitam, a Bucero retractatam, variisque in locis correctam & emendatam.

Henrici Höpfneri Saxonica Exangelica. Leipz. 1672. Vir dignus elogio, quod Joach. Langius eidem tribuit *in der Mittel-Straſſe* Sect. I. Membr. 2. p. 166. Höpfnerus *iſt einer von denen beſten und wichtigſten Theologis unſerer Kirchen.* Etenim & oratione fuit gravis & auctorirate, & literarum, & antiquitatis, & Theologiæ valde peritus, & multorum Eccleſiæ noſtræ Doctorum Magiſter. Qui Petri Cutſemii Saxoniam Catholicam, A. C. 1621. editam Coloniæ, hac ſua commentatione ita confutavit, ut nec Cutſemius, nec ii, qui partes ejus ſecuti ſunt, unquam hiſcere contra eundem ſint auſi.

Georgii Abul-pharagii Hiſtoria Dynaſtiarum ſ. Hiſtoria Orientalis. Arabice & Latine. Oxoniæ 1672. Vixit hic auctor Sec. XIII. poſt C. N. Nec fabularum omnium eſt expers. Multa enim in H. E. tradit ab annalibus ſacris aliena, & in Hiſt. Græca & Romana non pauca ab Hiſtoricorum profanorum memoriis publicis diverſa; Egregia tamen de eo apud Chriſtianos omnes, quorum religioni addictus fuit, ipſosque Judæos & Muhamedanos eſt exiſtimatio. Multa etiam de

de rebus orientalibus in literarum monumenta retulit, de quibus altum apud alios eſt ſilentium. Et de re literaria Arabum ea congeſſit, ut, qui ſupra vulgus ſapere geſtiat in hac parte Hiſtoriæ, carere ejus opere vix queat.

Der Königlich. Däniſchen Miſſionarien aus Oſt-Indien eingeſandte ausführl. Berichte Pars I. & II. 1729. 2. Volumina. Qvi poſt Apoſtolorum & Patrum ætatem in regiones diſſitas, & alio ſole calentes, emiſerunt quosdam ad Evangelii ſemina ſpargenda, & Ethnicos ad religionem Chriſtianam invitandos fuerunt Pontificii; Sed hi Papæ gloriam ſpectantes potius, quam Chriſti, tam gelide adminiſtrarunt hoc negotium, ut per tot ſecula ne quidem verſionem ullam SS. in uſum neophytorum condiderint, tantum abeſt ut Eccleſiam in oriente novam collegerint, ſpectabili docentium ac diſcentium numero conſtantem. Quod animadvertentes Angli, Societati *Romanæ de propaganda fide*, *ſocietatem de propaganda cognitione Chriſti inter gentes*, oppoſuerunt Londini, atque hac ratione *primi* ex Proteſtantibus, de Ethnicorum ſalute æterna procuranda cogitarunt. Quorum veſtigia ſecuti Lutherani auſpicio Friderici IV. Regis Danici A. C. 1705. in Indiam Orientalem ablegarunt quosdam, ſpectatæ probitatis & doctrinæ viros, qui Ethnicos, ea, qua ipſi excellebant, vera Dei notitia imbuerent. Nec ſucceſſu caruit præclarus hic conatus, licet non defuerint, qui remoras injicere eidem, & curſum ſiſtere allaborarint. Multi ſane ex Indis, eorum ope, diſciplina Chriſti exculti ſunt. Vetus & N. T.

una cum aliis monumentis egregiis, in linguam Malabaricam translatum. Eccleſiæ plures ſcholæque excitatæ. Et intra 25. annos plus actum ab his Apoſtolis Danico-Germanicis, quam a Miſſionariis Pontificiis intra ducentos. Quod dilucide demonſtravit M. V. La Croze *in Indianiſchen Chriſten-Staat* l. VII. p. 674. ſeq. & ex ſchedis hiſce hiſtoricis, ab ipſis hiſce Indorum Doctoribus perſcriptis, & ab H. A. Franckio in unam Syllogen collectis, patebit adhuc dilucidius.

Hiſtoire Eccleſiaſtique des Egliſes Vaudoiſes. Geneve 1644. Auctor probabilis. Qui Waldenſis Eccleſiæ fata, varioſque caſus & viciſſitudines ab A. C. 1160. quo nata eſt primum, usque ad A. C. 1530. quo cum reformatorum cœtu coaluit, brevius quidem, at ab A. C. 1530. usque ad A. C. 1643. quo vixit ipſe, uberius & copioſius expoſuit, & ita perſecutus eſt, ut appareat eum nec adparatu, ad hanc telam pertexendam neceſſario fuiſſe deſtitutum, nec iis etiam caruiſſe dotibus quibus excellere oportet eum, qui rerum fructu potius, quam ſpecie verborum delectare alios, & ſemet ipſum laudibus illuſtrare contendit.

Guſtav Georg Zeltners kurtz-gefaſſete Hiſtorie der gedruckten Bibel-Verſion und anderer Schrifften D. M. Lutheri Nürnberg 1727. Opusculum multæ induſtriæ, magnique laboris. Ex quo ad cognoſcendam & illuſtrandam variarum editionum S. codicis à B. Luthero tranſlati Hiſtoriam præſtantem fructum licet colligere.

Joz.

Joh. Georg. Bovings Curieuſe Beſchreibung der Hottentotten 1712. In quo ſchediaſmate præclara quædam continentur & egregia de Hottentottorum Indorumque Theologia & Philoſophia. Nec non de religionis Chriſtianæ apud Malabaros progreſſu. Sed hæc poſteriora cum grano ſalis ſunt legenda, ob ſimultatem quæ auctori interceſſit cum reliquis Miſſionariis. (2) *H. von Uchteritz Beſchreibung der Inſul Barbados Weiſſenfels* 1712. (3) *Erzählung von einen Engelländer Jaeck der ein halb Jahr auf einer wüſten Inſul geweſen.* 1710.

Joh. Conr. Durrii Compendium Theologiæ Moralis cum Annot. Auctoris poſthumis & diſſert. Proëminali *J. M. Langii de origine & progreſſu Theol. Moralis* Altorf. 1698. Tertia hæc eſt Compendii Dürriani Editio, duabus acceſſionibus locupletata. *Prima* enim 1663. prodiit. Emendata poſtea & aucta 1675. Atque de hac, & ejus tractandi ratione, in Catalogo Scriptorum Ethicorum & Aſceticorum jam egimus. Nec mutamus ſententiam, ſed potius in ea perſiſtimus & de Diſſert. Langii Hiſtorico-Iſagogica hoc adjicimus tantummodo, quod Magno Theologo Salano de ea pronunciare placuit. *Ich bin verſichert, wenn* Langius *itzo dieſe* Diſſert. Proeminalem *ſchreiben ſolte, er würde ſie gantz anders ſchreiben. Er hat viel Dinge darin geſetzet die ihm gewiſs anjetzo gereuen würden, denn er hat gar zu frey und verächtl. von der* Theol. Myſtica *geredet, Sonderlich kan ich nicht begreiffen* quo jure *er* originem Theologiæ Moralis Syſtematicæ *von denen* Myſticis *herleiten will. Da doch die* Myſtici *mei-*

ſtens

ſtens geſchworne Feinde der Syſtematum *ſind* Conf. Hiſtoriam Criticam Theol. Moralis P. 2. c. 1. §. 3. p. 134. in notis & adde l. c. c. 2. §. 7. p. 173. in notis ubi *Mich wundert von dieſem ſonſt gelehrten Mann dem Herrn* Langio *daſs er auf dieſe Meinunge gefallen. Es iſt aber als wenn ich ſagen wolte die* Compendia Theologica *ſind von den Geſang-Büchern herkommen. &c.*

Ausführliche Beſchreibung des Unfugs derer Pietiſten 1693. Sine loco. Quis auctor ſit hujus libelli, de quo C. Gerber in Hiſt. regenitorum P. 2. p. 348, *Es ſey dieſes die erſte* Antipietiſtiſche *Schrifft, die das Feuer recht angezündet*, in ancipiti eſt poſitum. Sunt enim, qui M. Jac. Dan. Erneſtum Altenburgenſis Eccleſiæ Archidiaconum, ſunt etiam, qui J. B. Carpzovium ollulæ hujus figulum ac Promethea eſſe conjectant. Et hoc poſterius augurium majorem omnino habet veritatis ſpeciem, quam prius. Licet abeat ab hac linea C. Gerberus l. c. ubi H. Pippingium ſub fide ſilentii alium plane conditorem ſibi indicaſſe, ſcribit, in Tabulis Conſiſtorii ſupremi Dresdenſis repertum. Fieri enim potuit, ut quibus inquiſitio cauſæ eo tempore commiſſa fuit alius auctor denunciatus ſit, quam revera fuit. Sane communis rumor ea tempeſtate per univerſum vagabatur orbem literarium, Carpzovium hujus Iliados Pietiſticæ eſſe Architectum. Comes etiam Henckelius in Horis ultimis P. 3. p. 200. quendam Bibliopolii Lanckiſchiani à ſervitio, & ob inquiſitionem eo tempore Lipſia Annebergam profugum Paſtori Zimmermanno hoc non obſcure ſcribit eſſe profeſſum. Et ego

ex

ex ore Chriſtiani Genſchii Bibliopolæ Halberſtadienſis, idem ſæpiuscule accepiſſe memini. Ac ita prorſus perſuaſum mihi habeo, hunc Genſchium horum Annalium ſuppeditaſſe materiam, Carpzoviumque induiſſe formam. Erat enim Carpzovii amicus intimus, & Pietiſtarum hoſtis infenſiſſimus, & docet ἀυτοψία, nullas res in hoc Schediasmate copioſius deſcribi, quam Halberſtadenſes. (2) *M. A. C. Roth Gegen-Bericht wider den* Auctorem *der Warnung Leipzig* 1693. (3) *M. G. H. Götzii Unterricht von ſtoltzen Reden der Pietiſten.* 1639. (4) *E. J. H. M. D. der entlarvete Jacob Böhme.* 1693. (5) *Glaubens-Bekänntniſs der Pietiſten in Gotha nebſt einem kurtzen darüber geſtellten Bedencken.* 1693. De qua confeſſione quid judicet Auctor *des Pietiſtiſchen Unfugs* vide p. 26. 68. & 173.

G. Treuer Diſſert. Lutherum juſtum Pontificiarum indulgentiarum deſtructorem & verarum promulgatorem fuiſſe. Brunsvigæ 1717. Opusculum quod tales facit Lectores, quale id ipſum eſt, eruditos, & Theologiæ Hiſtoricæ cum primis & Polemicæ intelligentes. Præclare enim indulgentiarum ortum & progreſſum exponit. Et Eccleſiæ noſtræ cauſam in hoc argumento ita tuetur, ut omne punctum tuliſſe videri queat.

In Octavo.

Gothofredi Arnoldi Hiſtoria & deſcriptio Theologiæ Myſticæ. Francof. 1702. Continentur hoc volumine duo de Theol. Myſtica opuſcula. Quo-

Quorum *prius* eſt Didactico-Hiſtoricum, idque auctorem ſuum diſerte profitetur G. Arnoldum, qui in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica occupatus, hæc ſimul παρέργικῶς congeſſiſſe videtur Emblemata, atque ex iis poſtea hoc florum concinnaſſe corpuſculum. Non ſpernendum equidem, ſed multis adhuc in locis augendum, emendandum, & pumice expoliendum. *Poſterius* autem quod eſt ἀδέσποτον, eſt Apologetico-Criticum Auctoremque habet *Petrum Poiretum*, qui A. C. 1700. in lucem prodire juſſit, *La Theologie reelle vulgairement dite, La Theologie Germanique* cum præfat. quadripartita, ex qua hæc Apologia & Epiſtola Critica de præcipuis Myſticis excerpta, & in LL. traducta eſt, ſed parum exacte, ſi auctorem Vitæ Poiretianæ Opp. Poſthumis præmiſſæ audias §. 47. p. 30.

Chriſt. Mathiæ Pfaffii Introductio in Hiſt. Theol. Literariam. Tubingæ 1720. In notitiam Librorum Theologicorum potius, quam Hiſtoriam Theologiæ literariam hæc eſt Introductio. αὐτοσχεδιαστὶ, ut videtur, in chartam conjecta. Et curis ſecundis non expolita; non tamen in poſtremis habenda, ob ſingulares quaſdam de libris nonnullis obſervationes, v. g. Dupinio p. 274. ſeq. Et polyhiſtoriam Auctoris, cum παῤῥησίᾳ inſigni, & generoſa ſentiendi, & dicendi libertate conjuncta, ſine Sectæ alicujus ſtudio (p. 111) Excuſanda etiam, quia in uſum Auditorum ſcripta tantum, & Lectori ſpes data, fore, ut hoc ſceleton impoſterum carne & ſanguine veſtiatur & auctius & locupletius in lucem edatur.

J.E.

J. F. Reimmanni Hiſtoria univerſalis Atheiſmi & Atheorum, apud Judæos, Ethnicos, Chriſtianos & Muhamedanos. Hildeſiæ 1725. Qui noſter codex ſexcentis additionibus MSctis à nobis auctus & locupletatus eſt.

Caſparis Neumanni Trutina religionum cum animadverſionibus M. Mauritii Caſtens Lipſ. 1716. Poſthumum eſt hoc doctiſſ. Auctoris opuſculum. Inchoatum quidem; ſed non abſolutum. Nec eum in finem conditum, ut hoc habitu in lucem aſpectumque publicum prodiret, majori tamen longe ἀκριβείᾳ congeſtum, quam, quæ Editor interſpergere conatus eſt, ſcholia, vulgaria omnia & protrita, falſa etiam nonnulla & nugatoria. *Animadverſiones* tamen dicta, injurioſo fere vocabulo, & ſeveriore caſtigatione digno, niſi ſcriptoris incogitantia triſtitiam rei mitigaret, qui animadverſiones & caſtigationes eſſe ἰσοδυνάμοντα non ponderavit animo.

Hiſtoria Symboli Apoſtolici. Lipſiæ 1706. Auctor Anglus, Vir omni genere doctrinæ præſtans, græcis imprimis latinisve literis egregie eruditus, nec Ebraicarum expers. Et in monumentis Patrum, utriusque Eccleſiæ, ita verſatus, ut pauci. Quem in Socinianiſmi ſuſpicionem adducit Vir celeb. Thomas Ittigius in H. E. Sec. I. c. 3. §. 15. p. 98. Sed ſine cauſa. Patet enim ex p. 32. 64. 65. 111. 211. 259. &c. eum δὶς διὰ πασῶν à Socinianis diſſentire. Licet inficias ire non poſſimus, eum eſſe παραδοξόφιλον, & ſubinde quædam inſerere huic Commentationi Hiſtoricæ, contra ſententiam eorum, qui id

ſibi credunt datum eſſe negotii, ut orthodoxia ſarta tecta conſervetur. Ex quibus extantiora ſunt.

(1) *Symboli* vocem petitam eſſe a ſacris gentilium, in qvibus initiatis certæ notæ ac ſigna dabantur, quæ appellabantur *Symbola*, quibus productis ad adyta iisdem patebat aditus p. 8.

(2) *Senſum* Symboli Apoſtolici non hauriendum eſſe è SS. ſed ex patribus, & hæreſium earum conſideratione, quibus articuli fuerunt oppoſiti 34.

(3) *Deſcenſum Chriſti ad inferos*, hoc ſibi velle unice, quod anima ejus ad inviſibilem mundum abierit, a ſpiritibus ſeparatis habitatum, ibique juxta Dei & naturæ leges tranquille diem reſurrectionis exſpectaverit. p. 179.

Aubertus Miræus de Statu Religionis Chriſt. Helmſt. 1671. Qui id ſecutus eſt in hoc opuſculo ut oſtenderet, Solam Eccleſiam Romanam eſſe catholicam h. e. per univerſum terrarum orbem ſparſam. Et ſane multis rebus ornatus & elegans eſt Auctor, inprimis quod attinet ad ea, quæ ab Europæis Sec. XV. & XVI. in orbe detecta ſunt, quæ in præfat. & opere ipſo p. 186. & 199. ſeq. perſequitur; Sed in rebus Theologicis percenſendis partium ſtudio laborat nimium (p. 78. 80. 90. 91.) Oſſa etiam exhibet ut plurimum ſine carne & ſanguine. Et jam vetus eſt ad temporum noſtrorum rationem. Longeque alia & luculentiora nobis innoteſcunt hodie

die ex iis, qui poſt ætatem Miræi huic meſſi falcem immiſerunt.

Chriſtiani Schoetgenii de Secta flagellantium Comment. Lipſiæ 1711. In qua Boileavio multum debet auctor, ſed nec nos eidem debemus nihil. Qui dictione dulci & ſpecioſa, & collocatione rerum probabili, & multijuga lectione Scriptorum, mediæ ætatis cumprimis, tantum ſibi peperit laudis, quantum argumento lucis. (2) *J. G. Heineccii de habitu & inſignibus Sacerdotalibus Apoſtolorum.* Halæ. In qua plurimum Sanguinis eſt atque nervorum. Sane clavam Herculi citius quam huic hanc hypotheſin Hiſtoricam extorqueres, quam ſibi in hac Diatribe ſumſit illuſtrandam, *habitum ſacerdotalem non eſſe antiquiorem quarto Seculo*, nec ſimul uno tempore in eam formam redactam, qualis hodie, vel in Græca vel in Romana Eccleſia, conſpicitur.

J. C. Wolffii Manichæiſmus ante Manichæos. Hamburgi 1707. Ex ungue leonem. Et ex hac Commentatione Auctorem! Virum multæ ac profundæ lectionis, accuratique judicii, Philoſophum, Philologum, Hiſtoricum, Theologum, non cottidiani commatis. Qui vaſtum hoc & plenum periculoſæ aleæ argumentum ita excusſit, ut ante eum nemo. Et ſi redundat etiam alicubi & effunditur, id copiæ tribuendum potius & Polyhiſtoriæ, quam imbecillitati mentis, & neglectui regularum, quibus bona Methodus dirigitur.

Ludovici Lavatheri Hiſtoria de origine & progreſſu Controverſiæ Sacramentariæ. Tiguri 1622. Libellus brevis, ſed elegans, non minore mode-

ratione animi ſcriptus, quam rebus plurimis, ad H. E. æque ac literariam illuſtrandam neceſſariis, refertus. Conferendus tamen cum Tim. Kirchneri, Nic. Selnecceri, & Martini Chemnitii Hiſt. Aug. Confeſſ. & Theodoſii Fabricii Hiſtoria certaminis Sacramentarii. Ut in quibus conveniant & diſcrepent appareat.

J. G. Baieri Compendium Theologiæ Hiſtoricæ. Vinariæ 1709. Compendium Theol. Hiſtoricæ mirum in modum adhuc eruditi exoptarunt. Ad eoque rem cunctis longe gratiſſimam præſtitiſſet Auctor, ſi, cujus fundamenta in his Schedis jecit opus, perficere potuiſſet. Sed longe diſtat a fine, quod inſtituit. Et tantum abeſt a perfectione, ut initia vix appareant. Neque enim ortum, & progreſſum, cujusvis Articuli ita expoſuit, ut requirunt leges Hiſtoricæ; De conſenſu tantummodo patrum affert quædam, & hæreticorum diſſenſu. Sed neque in certas temporum claſſes digerit, neque ultra annum 1674. procedit. Ut ad Hiſtoriam Theologiæ concinnandam congeſſiſſe quidem aliqua Vir Doctiſſ. ſed eandem perfeciſſe minime videri queat. (2) *J. A. Schmidii Compendium Theologiæ Moralis.* Helmſt. 1705.

Joh. Hoornbeck Summa Controverſiarum. Francof. 1697. Libellus egregius, & Amaltheæ quaſi quoddam cornu. In quo æquabile & temperatum dicendi genus. Oeconomia compoſita. Lectio librorum editorum, ineditorum, occidentalium & orientalium ſtupenda.. Theologiæ, Philoſophiæ, Hiſtoriæ cognitio rara. Arcana literaria, & conſilia, ac deſiderata quam plurima. Acuminis etiam, & modeſtiæ, & doctrinæ, opu-

opulentia aurea. Sed non ſine admixtis ſalebris. Ut enim non dicam de partium ſtudio, quod non obſcure prodit interdum Auctor, alienum eſt certe a veritate, quod p. 659. ſcribit *Formulam Concordiæ a Rege Daniæ eſſe combuſtam*. Scripta quoque Lælii & Fauſti Socini, ut Chriſtoph. Sandius docet in Bibl. Antitrinitar. p. 23. inter ſe confundit. Et æſtu diſputationis abreptus adverſarios nonnunquam aliquid affirmare ſcribit, qvod negant.

Barthol. Germon de veteribus hæreticis Codicum Eccleſiaſticorum corruptoribus. Pariſiis 1713. Codices veterum MSctorum non ab omni ſuſpicione falſi eſſe immunes, contra Joh Mabillonium defendendum ſuſceperat Auctor, adverſarium hac occaſione nactus Petrum Creſtantium, qui pro Mabillonio arma capeſſens Vindicias Codicum MSctorum edidit, & in iis Germonium in ſuſpicionem Pyrrhoniſmi adduxit. Ad quam accuſationem cum diu ſiluiſſet Auctor, tandem hunc libellum vulgavit, velut orthodoxiæ ſuæ teſtem, & impactæ ἀθεότητος vindicem. Quo an id conſecutus ſit, quod voluit, famæ reſtitutionem in integrum, non obſcure perſpicient, quibus meliore de luto finxit præcordia Titan. Oratio ſane dilucida eſt & facilis. Nec in diſtributione quicquam admiſſum quod magnopere dedeceat; Sed in rebus ipſis nec ſoliditas eſt, nec ſanitas. Hæreticos SS. Veteris & N. T. adulteraſſe contendit, ſed, quibus Eccleſia Catholica utitur exempla, manſiſſe intemerata, & tamen dicta integra ex iis ejecta; ſcribit. Patrum monumenta mirum quantum eſſe corrupta,

Traditionem tamen Eccleſiæ nihil omnino cepiſſe detrimenti. Integros libros divinos intercidiſſe, & qui ad noſtra tempora pervenerunt non eſſe ſine mendis. Et quæ ſunt alia hujus metalli cum Richardi Simonii hypotheſibus amice conſpirantia, & ex ejus monumentis quodammodo hauſta, quem Anathematis fulmine dignum eſſe ſcribit, quod oraculum 1. Joh. v. 7. exiſtimaverit è margine in textum irreptaſſe, cum legatur in verſione vulgata, quæ in Concilio Tridentino ſub anathematis pæna pro authentica eſt declarata.

Abrahami Sculteti Annales Evangelici, Decades 11. Heidelbergæ 1618. *Opus rarum* & candidum vocat hos annales Herm. *von der Hard* in præfat. Hiſtoriæ literariæ Reformationis. Qui & eosdem integros huic ſuæ ſyllogæ Hiſtoricæ inſeruit; & partem ejus quintam conſtituere juſſit, præmiſſa introductione in eosdem, teſte Indice; Verum Introductione ejusmodi quæ annalium Sculteti, & rerum in iis comprehenſarum ὡς ἐν παρόδῳ tantum mentionem injiciat, tantum abeſt, ut ad eosdem rite legendos & intelligendos, & in uſum transferendos viam ſternat. (2) *Erneſti Eremundi Friſii Hiſtoria* motuum Belgicorum cum tabulis æneis. Accedit Hiſtoria tragica de furoribus gallicis Lugd. Bat. 1619. In qua Sacræ Inquiſitionis arcana candide deteguntur, & quantam cladem illa in Belgio excitaverit ex Actis publicis ordine chronologico, dictione ſimplici & plana exponitur. Dignum opus quod eorum manibus teratur, qui noſſe cupiunt

Religio quantum poſſit ſvadere malorum.

Con-

Controverſiæ Memorabilis inter Paulum V. & Venetos Acta & ſcripta 1607. (Hic enim eſt titulus hujus collectionis, qui a Bibliopego male collocatus extat p. 673.) Opus rarum, & curioſum de quo alibi. (2) Gabrielis de Barlietti de IV. Monarchiis & Antichriſto ſuſpiciones Hanoviæ 1607. Confictum procul dubio eſt Auctoris nomen, qui duplicem inducens Anti-Chriſtum Antiochum Epiphanem in V. T. & Papam in N. T. non ſpernendam oſtendit Hiſtoriæ Sacræ & profanæ notitiam, ſed in explicandis SS. oraculis divinationibus ſuis indulget nimium.

Controverſiæ Memorabilis inter Paulum V. & Venetos Acta & ſcripta 1607. Opus rarum, curioſum, & accurate lectitandum, tum ob controverſiam illuſtrem, & Acta ſingularia quæ continet, tum ob memorabilem eventum, quem Joh. Dallæus l. 1. de uſu patrum c. 3. n. 45. ſeq. recitat: Scilicet Paulus V. Rempubl. Venetorum uſu ſacrorum excluſerat, quod legibus publicis prohibuiſſet fundos vendere clericis, aut monaſteria Magiſtratu inſcio condere, & quod eos qui ad Eccleſiam ſpectarent, ſi quod flagitium admiſiſſent a Magiſtratu civili ſanciviſſet plectendos. Sed parum curabat hoc fulmen Sereniſſ. Reſpublica. Et incidebant tempora quibus abolere pontifex has ſuas execrationes & Venetos in convictum Chriſtianorum rurſus adſciſcere cogebatur. Idque ſine ulla ſatisſactione ſibi præſtita. Quod ne in præjudicium rapi poſſit a poſteris, ſubornatus eſt quidam Catellus Protonotarius Apoſtolicus, qui documenta quaſi a Venetis confecta exarare juſſus eſt, quibus reſpu-

blica oraſſe veniam, & impoſitam ſibi pœnam humiliter recepiſſe, eleganti fraude conficta eſt. Atque hæc in tabulario Romano recondita, ad palpum poſteris impingendum, ex MSCto Veneti cujusdam Viri optimi l. c. Dallæus memorat.

Gregorii XIV. Papæ literæ monitoriales ad Principes &c. regni Francorum. Francof. 1519. Quæ Cæſaroduni in Gallia juſſu Supremi Senatus publice a carnifice combuſtæ ſunt. Uti patet è SCto, quod latine extat p. 39. & in Bercheti conſilio p. 267. Gallice autem in fine hujus collectionis. Stupendo ſane exemplo & digno quod poſteris omnibus innoteſcat. (2) *Conſilium ſuper Papæ Gregorii XIV. monitorialibus, e ſermone Gallico in LL. traductum a Tuſſano Bercheto* ibid. Doctum, argutum, grave & magna animi prudentia & firmitate ſcriptum. (3) *Anonymi de periculis Henrici IV.* ibid.

Joh. Haleſii Hiſtoria Concilii Dordraceni, cum obſervationibus & additamentis J. L. Moshemii. Hamburgi 1622. In hac Sylloge occupat locum.

(1) *J. L. Moshemii Conſultatio de Auctoritate Concilii Dordraceni*, quæ multum habet urbanitatis, & ingenii, & eruditionis tantum, ut, qui magna animi intemperie Auctorem aggreſſus eſt Stephanus Vitus, in Apologia Synodi Dordracenæ, has virtutes in hoc ſuo hoſte laudare coactus ſit. Putamus tamen eam, ſi ex argumento imponendum ſit nomen, *de iniquitate potius & ambiguitate*, quam de auctoritate Concilii Dordraceni inſcribi debuiſſe. Nec diſſimulamus

lamus Auctorem Doctiſſ. videri nonnullis. (a) in Remonſtrantibus excuſandis & defendendis fere eſſe nimium. (b) Vix quicquam juvari diſtinctione iſthac pervulgata inter Remonſtrantes priores & poſteriores (c) Ex Philippi a Limborch Hiſtoria Vitæ Simonis Epiſcopii egregie profeciſſe.

(2) *Joh. Haleſii Vita*, *breviter*, *& preſſe*, & ſatis ornate, & pereleganter ſcripta.

(3) *Joh. Haleſii Epiſtolæ*, *Egregiæ illæ* quidem, & ad arcana quædam Concilii Dordraceni cognoſcenda peridoneæ; Sed ita comparatæ, ut quædam ex iis perierint (p. 329. 338.) Quædam peregrinæ intercеſſerint. (p. 384.) Quædam in vitro lambendo occupatæ ſint tantummodo, omiſſa pulte. Siquidem ad abſtruſa reſciſcenda non admiſſus eſt Haleſius, Arminianismi ſuſpectus forte, quem poſtea publice profeſſus eſt. Et cum nova negotiorum tractandorum ratio a patribus introduceretur, nec quicquam commemorabile ſuſciperetur, niſi in privatis conventibus, Dordrechto diſceſſit, & filum ſcribendi abrupit. Ut ne hiſtoriam quidem, nedum arcanam omnem comprehendant ejus literæ.

Stephani Viti Apologia Synodi Dordracenæ Caſſelis 1726. Auctor Schaphuſenſis origine (p. 54.) Vir non indoctus, ſane celeriter verba revolvens, nec hebes in cauſa, imo plus quam non hebes, ſed effervеſcens ſtomacho ſæpe, & iracundia vehementius. φίλαυτος etiam & jactabundus, & inficetus, & in arte criminandi ita verſatus, ut

 male-

maledicentiſſimo cuivis, palmam poſſit reddere ambiguam. Notatus hoc nomine à J. Clerico, J. E. Kromeyero, J. Fr. Hochſtettero, J. Chriſt. Colero, Auctore uſus Phil. Leibnitianæ in Theologia, ſive Cantzio, Item *denen monathlichen Nachrichten*, & aliis. Nec eo nomine tantum, ſed & iſthoc, quod malum exiſtere neceſſario contendat, & diſtinctionem inter neceſſitatem conſequentiæ & conſequentis, hypotheticam & abſolutam negligat, conſequentiis falſis adverſarios ſuos inſectetur, & ratiociniis Sophiſticis Lectori palpum obtrudere ſtudeat. Et dum id agit cummaxime, ut doceat, Pacem inter nos & Reformatos iniri poſſe ſalvo utriusque partis diſſenſu, tot novos fluctus excitat in ſimpulo, & nodos in ſcirpo, & vitilitigia, ſtudio Henotico, quod præ ſe fert, oppido adverſa, quaſi ad componendos animos diſſidentium præſentius remedium non ſit, quam novis maledictis eos denuo exacerbare.

Stephani Viti Vindiciæ Apologiæ pro Synodo Dordracena. Caſſelis 1728. In quibus antiquum obtinet Auctor. Ambitioſe diſſerit de ſe, intemperanter de aliis. Idque c. 1. ita excuſat, ut, ſi hæc ejus ſuffugia valerent, nulli non impune convitiari liceret.

Georgii Friderici Stieberi Hiſtoria Theologiæ Dogmaticæ Lutheri & Melanchthonis Güſtro 1712. Vir ab eruditione quidem non prorſus, ſed à neceſſario, ad hoc argumentum exhauriendum apparatu deſtitutus. Siquidem nec ipſorum quidem Locorum Melanchthonis Theologicorum, quorum Commentationem Hiſtoricam Lectori exhibet, editiones primas Latinas Germanicas-

que

que vidit unquam. Adeoque certum animi ſenſum de iis nec habuit, nec in judicando ſequi potuit. Teſtes etiam ſubinde proletarios, nec ſatis locupletes excitat. Nec diſtributione concinna aut accommodata utitur. Atque hinc factum fortaſſis, ut quem p. 27. promiſit Auctor plenum *de fatis Theologiæ Dogmaticæ Commentarium* eruditi non adeo magnis votis deſiderarint.

Thomæ Ittigii Opuſcula varia. Lipſ. 1714. Roſæ diſpliceant & balſama, cui non placet hæc opuſculorum Ittigianorum Sylloge. Hortulus eſt variis arboribus conſitus, innumeriſque florum Theologicorum, Hiſtoricorum, Philologicorum diſtinctus areolis. Ex quibus odores ſparguntur eruditis omnibus acceptiſſimi. Sane Schediasma VII. de ſcriptis ad notitiam Conciliorum & Canonum ſpectantibus ita cepit virum Doctiſſ. C. M. Pfaffium, ut illud Hiſtoriæ ſuæ Theologico-Literariæ L. 4. §. 5. p. 186. integrum inſeruerit.

Send-Schreiben was die Lehre der Kirchen von Engeland in denen zwiſchen den Lutheranern und Reformirten ſchwebenden Religions-Streitigkeiten ſey S. L. 1718. Auctor hujus Epiſtolæ eſt Böhmius SS. Th. Srudioſus, nondum ordinatus quidem eo tempore, Capellanus tamen regii principis Georgii in Anglia, qui eandem, egregium doctrinæ, pietatis, moderationis, induſtriæ & dexteritatis monumentum ad Hintzelmannum Studioſum Lipſienſem perſcripſit, ut pateret quam parum rem acu tetigerit Vir Doctiſſ. Noltenius *in der Erörterung der Frage; Ob die Biſchoffl. Kirche in Engelland der Lutheriſchen oder der Reformirten Kirche näher komme.*

M.

M. Ehre Gott Daniel Collberg Platoniſch Hermetiſch Chriſtenthum. Francf. *und Leipz.* 1690. Vir excellenti librorum editorum copia inſtructus, memoria etiam egregia, & multijuga lectione præditus, & Polyhiſtoriæ laude inclytus, facilis item & expeditus ad dicendum, cum boni ordinis ſplendore, & ingenio ſane probabili. Qui neſcio quid in argumento præſtare potuiſſet, niſi juventus & ſtudium partium, & alia quædam, quæ remoram injicere ſolent ad ſumma tendentibus, obſtitiſſent; Hinc enim factum ut ab uno extremo ad aliud dejectus, abuſum quorundam verborum, dictorum, & ſcriptorum, cum ipſo uſu ſuſtulerit, & ex adverſariorum collectaneis interdum de ſententia Auctorum judicaverit, à particulari ad univerſale concluſerit, omnia in deteriorem partem rapuerit. Quædam etiam ſine teſte tradita in tabulas retulerit. Et hac ratione ſuomet jumento malum ſibi arceſſiverit, cenſuraque ſua nimis rigida Chriſtiani Thomaſii, & perſonati M. J. Matthæi cenſendi libidinem in ſe concitaverit.

Caſpari Peuceri Hiſtoria Carcerum. Tiguri 1605. In qua quædam magna animi intemperie ſunt ſcripta, atque in hiſce ea cum primis quæ ad Formulam Concordiæ & ejus conditores pertinent p. 364. 92. 147. 318. 358. 480. 323. 357. Aliena etiam nonnulla, & ad rem præſentem nihil facientia. Et crambe una ſæpius repetita, rerumque œconomia turbata. Dictio tamen eſt facilis atque dilucida. Res plurimæ arcanæ, nec ita invulgus notæ. Cauſæ carceris decennalis veræ à falſis diſcretæ (p. 113. & 772.) & plu-

res

res omnino ac lautiores dapes appoſuiſſet Auctor, niſi jurisjurandi religio eidem impoſuiſſet ſilendi neceſſitatem, quod ſtatim in limine operis monet p. 35. & ipſe hunc Commentarium in lucem emiſiſſet. Ab amicis enim demum poſt obitum ejus in lucem prodire juſſus eſt. Totusque excerptus à Rudolpho Hoſpiniano & Concordiæ Diſcordi c. 8. p. 40. ſeq. & c. 40. p. 204. ſeq. c. 48. p. 258. inſertus, quod in paucorum manus exempla ventura exiſtimaret. A Leonhardo autem Huttero in Concordia Concorde c. 8. p. 228. ſeq. & c. 40. p. 965. c. 48. p. 1229. multorum mendaciorum accuſatus. Peucerusque ipſius perjurii reus habitus, indignus judicatus eſt, cui in his narrationibus fides adjungatur. Quod Chriſt. Thomaſius in tr. *Recht der Evangeliſchen Fürſten in Theologiſchen Streitigkeiten* p. 12. ita diluit, ut inter fidem *judicialem & hiſtoricam* accurate diſtinguendum eſſe exiſtimet.

Facultatis Theol. Witteb. Refutatio tr. Hiſtorici Caſpari Peuceri de Phil. Melanchthonis ſententia de S. Cœna. Witteb. 1606. Cujus, quod ex phraſi, & œconomia, & rebus ipſis conjicio, auctor fuit Leonhardus Hutterus. Et ſane ad Hiſtoriam Sacramentariam recte percipiendam, hoc opuſculum eſt utilitatis eximiæ. Sed dum ob perjurium fidem perdidiſſe Peucerum ſcribit Apologeta, confudiſſe fidem hiſtoricam cum Juridica (p. 35.) videbitur Chr. Thomaſio, & dum Lutherum excuſat in omnibus Philippumque accuſat, ſuſpectum ſe reddidiſſe de ſtudio partium. Quod procul abeſſe debet ab Hiſtorico.

D. Frid.

D. Frid. Myconii Epiſtola ad D. Vitum Theodorum de Concordia Witteb. Lipſ. 1581, de qua V. L. de Seckendorff in Hiſt. Lutheranismi l. 3. p. 1527. *von allen Nachrichten die wir von der Witteb.* Concordi 1536. *haben*, *iſt wohl die beſte welche* Fridericus Myconius Superintendens *zu Gotha*, *welcher bey der Handlung ſelbſt gevveſen*, *in einem Brieffe an Veit Dieterich den* 11. Junii 1536. *geſchrieben. Selbigen hat* D. Selneccerus 1581. *herausgegeben. Er iſt auch hernach in die Hiſt. der Augſpurgiſchen* Confeſſion *f.* 219. *und* T. VI. Altenb. p. 1050. *eingerucket vvorden*, *der verkapte* Ambroſius Wolfius *oder Hardesheim hat zvvar* Myconii *Bericht vvollen in Zvveiffel ziehen*, *allein die Frommigkeit und Auffrichtigkeit* Myconii *benimt allen Verdacht. Sie gehet auch von* Buceri relation *nicht ſehr ab. Eine andere kürtzere* Relation Myconii *iſt in der Hiſt. Augſpurgiſcher* Confeſſion f. 219. *befindlich.* Hactenus Seckendorffius cujus judicio hoc addimns tantum. Hoc noſtrum exemplum manu Selnecceri eſſe notatum. Adeoque majoris apud intelligentes eſſe exiſtimationis & pretii. Et Conradum Dietericum peculiarem conſcripſiſſe diſſertationem de *Formula Concordiæ* Witteb. 1536. initæ, cum 1614. in Academia Giſſena ſub præſidio J. Winckelmanni pro obtinendis Doctoratus privilegiis & honoribus, ſpecimen publicum eidem edendum eſſet. In qua inſtrumentum hoc pacis ἱϛορικῶς & δογματικῶς excutitur, & R. Hoſpiniani inprimis de eo narrationes ſub examen vocantur.

Joh. Mathæi Oratio de locis Communibus Theologicis Phil. Melanchthonis Witteb. 1588. Aſterisco digna, ſi pauca excipias, quæ obelo notanda ſunt

ſunt, e. g. Philippum 1535 manum his ſuis locis ſecundam, ac tandem 1543. impoſuiſſe ultimam. Siquidem annus 1521. hujus operis Philippici primus natalis eſt. Et poſtea ſingulis fere annis ita mutavit vultum, ut in editionibus poſterioribus habitus priorum vix ac ne vix quidem agnoſci potuerit. (2) *J. Wigandi Hiſtoria Aug. Confeſſionis.* Regiomonti 1574. Brevis illa quidem, ſed compreſſione rerum gravis, & digna cui plurimum tribuatur. Tum quia non procul ab eo tempore abfuit Auctor quo hæc, quæ in hoc opuſculum contulit, geſta ſunt, tum quia non temere reperitur, qui de A. C. editionibus, mutationibus, impugnatoribus, fatis &c. plura & accuratiora tradiderit, ipſa cognoſcendi voluptate jucunda, & utilitatis varietate neceſſaria. (3) *Rudolphi Schlickii de Muſices origine cultu dignitate*. Spiræ 1588. Acceſſit *M. Seb. Pichſelii Carmen de Muſica.* Ibid. Exercitatio non ſpernenda, qua commode uti poſſunt, qui Hiſtoriæ Muſices eruendæ navant operam. (4) *M. Joh. Dinckelii de origine, cauſis, & typo depoſitionis.* Magd. 1582. (5) *De Apologia Erfurtenſi Scholæ Lovanienſis judicium* Lovanii 1584. (6) *Geſpräch von* Concilio *zu Erfurt* 1584. Quæ poſteriora Schediasmata, dici non poteſt, quanta ſcurrilitate Apologiam Formulæ Concordiæ & ejus Architectos exagitent. Quod proprium eſt eorum, qui, ex hauſto pudore, nihil habent quod de exiſtimatione poſſint perdere.

J. Jac. Grynæi Synopſis Hiſtoriæ Hominis. Baſileæ 1679. Schediasma Theologicum, de vario hominis

minis ſtatu; non ſpernendum plane; ſed quod vulgarem apud pleroſque occupat locum.

Joh. Woodward Bericht von einigen gottſeeligen Geſellſchafften in der Stadt Londen. Berlin 1700. Dignus libellus qui multorum manibus teratur, digna ſocietas; cujus ortus & progreſſus, cum conſiliis & eventibus, literis mandetur, dignum exemplar, quod nobis imitandum proponamus. Dummodo eas ſimul cautiones adhibeamus, quas Vir Doctiſſ. Jablonski in præfat. §. 10. adhibendas eſſe monuit.

Reginaldi Conſalvii Montani Hiſpani, Inquiſitionis Hiſpanicæ Secreta. Denuo in lucem edita à Joachimo Urſino. Ambergæ 1611. *Primus* hic eſt, qui arcana tremendi hujus dicaſterii è tenebris eruta in conſpectum publicum prodire juſſit, auctor, Heidelbergæ 1568. 8. impreſſus primum, & altera vice eo, quem indicavimus, loco & tempore recuſus. Vir ei Sectæ non addictus quidem, quam Inquiſitores jam inde à Sec. XV. tot infandis cædibus infamarunt; Pius tamen, & literatus, & rerum, quas in hanc Hiſtoriam contulit, egregie peritus. Laudatus à Philippo Limborchio in Præfatione Hiſtoriæ inquiſitionis. Qui & in opere ipſo ab hoc noſtro præclare adjutus eſt.

Inquiſition zu Goa 1689. Auctor hujus Ephemeridis putatur Mr. Delon, Medicus Pariſienſis, qui eandem ἀνονύμως primum in lucem prodire juſſit, Pariſiis 1687. 12. ſub titulo, *Relation de l'Inquiſition de Goa.* Unde poſtea in linguam Germanicam traducta eſt. Et licet verſio non ſit optima; Res tamen ſunt curioſæ, ſingulares, no-

væ

væ, inexſpectatæ, dignæ viſæ Phil. à Limborch quæ orbi univerſo innoteſcerent. Unde & omnes fere, una cum imaginibus æri inciſis, in Hiſtoriam Inquiſitionis, Amſtelodami 1692 f. editam ab eo adſcitæ ſunt.

Iſaacs Martins Spaniſcher Inquiſitions-Proceſs ſ. l. 1724. Ex hoc libello intelligitur, quam informis ſit forma proceſſus in Inquiſitionis Hiſpanicæ judicio, quam injuſta juſtitia, quam iniqui judices, percolantes culices, deglutientes camelos, eſurientes aurum, ſitientes ſanguinem, mali Logici (p. 40. 64.) pejores Theologi (p. 22. 37. 58.) peſſimi Chriſtiani (26. 27.)

Petri Palladii Catalogus aliquot hæreſium hujus ætatis cum Præfat. Philip. Melanchthonis. Witteb. 1557 De quo D. Joh. Wigandus *in der Erinnerung von der Bekäntniſs der Theologen in Meiſſen* Regiomont. 1574. impreſſa p. 8. D. Petrus Palladius *Biſchoff zu Roſchild hat ein Verzeichniſs der Ketzereyen ſo zu unſer Zeit in der Kirchen GOttes ſchaden gethan und noch thäten, an* Philippum *geſchickt, daſſelbe drucken zu laſſen, da that* Philippus *die Erzehlung und Wiederlegung der Sacrament-Schänder gar aus, und hinweg aus denſelben Büchlein, und lieſs es alſo drucken, als wäre kein Sacrament-Schwärmer in der Chriſtenheit mehr, welches den guten* D. Palladium *ſehr verdroſs. Aber* Philippus *hat es alſo* caſſiret *aus eigener Macht, wie ſolches noch fein das gedruckte Büchlein ausweiſet und bezeuget, da* B. J. *alſo ſtehet:* Nos itaque poſtquam de Anabaptiſtis & Sacramentariis contulimus, reſtat ut de Antinomis etiam agamus. *Dieſer* Paragraphus *zeuget das* Philippus *eben ſolche Lehre*

 aus-

ausgelöſchet. Und iſt eben das ausgelaſſene der Anfang deſſelben Buchs.

Jacob Friderich Reimmanns Verſuch einer Einleitung in die HISTORIE der THEOLOGIE insgemein und der Jüdiſchen Theologie insbeſondere. Magdeb. und Leipz. 1717.

Richardi Simonii Hiſtoria Critica von Leonh. Chriſtoph. Rühlen überſetzet, nebſt einer Vorrede Jacob Friderich Reimmanns von der Hiſt. der Theolog. Exegetica. Goslar. 1713.

Die verborgenſten Geheimniſſe des Jeſuiter-Ordens 1729. Faſciculus hic eſt ſcriptorum quorundam Anti-Jeſuiticorum, in quibus *monita Secreta* primum locum occupant, quæ à Plebano quodam Polono, vel quod malunt alii, (referente Vinc. Placcio in Theatro Anonymorum c. IX. p. 368.) à Societatis Generali Claudio de Aquaviva, primum in chartam conjecta dicuntur, pridemque latino, Gallico, Germanicò &c. idiomate in lucem edita, & à Soc. Jeſu Theologis pro libello famoſo habita, à Jac. Gretſero, Adamò Tannero, Matthæo Bembo aliisque ſunt impugnata.

Gerhardi de Maſtricht, Canon ſcripturæ S. Eccleſiaſticus. Jenæ & Lobenſteinii. Egregia hæc eſt collectio. Sed cui multa adhuc poſſunt addi v.g. Canon SS. Gregorii Nazianzeni Sec. IV. quem adfert Sixtus Senenſis l. 1. Bibl. Sanctæ p. 5. & 32. Et hac ratione Proteſtantibus arietem ſubminiſtrat quo nutantem Canonem Concilii Tridentini de gradu poſſunt dejicere. Item Canon Concilii Laodiceni Sec. IV. qui extat in Codice Eccleſiæ univerſæ p. 119. & in Canonibus Concilii Laodiceni à Wolfgango Gundlingio editis p. 456.

A Dio-

A Dionyſio autem exiguo in Codice Canonum Eccleſiaſticorum p. 86. ſuppreſſus eſt, in Eccleſiæ Romanæ, ut videtur, gratiam, in qua multis ante annis Innocentius Pontifex in V. T. Canonem retulerat Maccabæorum libros, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Tobiam, Judith, quorum apud Patres Laodicenos nulla extat mentio, cum viginti duorum tantum V. T. Librorum meminerint, & in N. T. de Apocalypſi tacuerint. Conf. Joh. Dallæus de uſu Patrum L. I. cap. 3. p. 72. Et cap. X. p. 188.

Τȣ̃ ἑλληνισμȣ̃ γύμνασμα πρὸς τὴν διδακτικήν. Cothenis 1620. *Ariſteæ de legis divinæ ex Ebraica lingua in Græcam translatione Hiſtoria Græco-Latina, edita ab Eldano de Parchum Obotrita.* Francofurti 1610. Editio rara, quam nunquam ſe vidiſſe teſtatur J. A. Fabricius in Bibl. Gr. l. III. c. XI. p. 317. ubi copioſe agit de hac Hiſtoria, congruitque opinione cum iis qui contendunt, eam confictam eſſe à Judæo quodam Alexandrino, ante Chriſti tempora ad autoritatem verſioni Græcæ quæ inter Helleniſtas obtinebat conciliandam. Quod primum ſuboluiſſe videtur Ludovico Vivi in Comment. in Auguſtinum de Civit. Dei l. 2. c. 42. & poſt eum pluribus. Atque in iis Humphredo Hodio cumprimis, & Antonio van Dalen, qui omnium operoſiſſime excuſſerunt hoc argumentum, & vaſtis Voluminibus fidem hujus Ariſteæ in dubium revocarunt.

Antonius Gavin von Betrügereyen der Pfaffen und Mönche in Spanien Cölln 1727. 3. Volumina. Qui hoc opus de impoſturis Monachorum Hiſpanicorum convaſavit, aut impoſtor ipſe eſt qui falſa

pro veris venditat, aut Epicuri de grege porcus, qui tot obſcæna in lucem profert æternis tenebris damnanda. Docet enim ejusmodi flagitia qui commemorat. Et delectari ſe infandis ejusmodi rebus prodit, qui narrationes de iis tam liberali manu in vulgus ſpargit.

M. G. D. Emilliane Hiſtoire des tromperies des Preſtres & de Moines Tomi 2. Rotterdam 1702. Ubi naturalis ſuavitas in oratione, miraque facilitas, & multæ facetiæ. Magna diligentia in arcanis Cleri Papalis inveſtigandis. Summa liberalitas in enarrandis. Nec minor felicitas in demonſtrandis. Auctor in omnibus Romanorum ſacris præclare inſtitutus. In altercando modeſtus, & cum aliquo aculeo facetus. Et ad eos à quibus ſe diſceſſiſſe ſcribit, confundendos egregie idoneus. Qui in univerſo hoc opuſculo id agit maxime ut doceat, Papicolas non habere cauſam ſe efferendi ſuperbe cum ſuis ſacris, & Proteſtantium Eccleſiam præ ſua deſpiciendi, cum malorum domeſticorum recordatione neceſſe habeant omnino in ſuum ipſius ſinum inſpuere.

Jean Mabillon Diſſertation Sur le culte de Saints inconnus. Bruſſel ſine anno. Hiſtoria hujus diſſertationis extat in Philippi Cerſii Bibl. Hiſtorique p. 265. Et in Actis Erudit. Germ. Parte 81. p. 619. Unde conſtat eam 1698. latine ſcriptam, poſtea in linguam Gallicam & Germanicam translatam & variis in locis excuſam; Laudatam etiam à plurimis, ſed impugnatam tamen à quibusdam, & Romæ atro carbone notatam à malevolis, ut parum abfuerit quin condemnata fuerit, & in indicem prohibitorum detruſa, ab hæreti-

reticæ pravitatis inquiſitoribus. Impoſitum tamen Auctori à Pontifice Clemente XI. ut emendaret in quibusdam, & illuſtraret. Quod & ab eo eſt præſtitum. Atque hinc factum ut Editiones poſteriores de A. C. 1705. à prioribus de A. C. 1698. in phraſibus nonnullis diſſentiant.

D. Aurelii Auguſtini Liber de hæreſibus. Genevæ 1576. Recuſum eſt opuſculum Auguſtiniano-Danæum Helmſtadii 1673. in 4to cura Gebh. Theod. Meyeri. Sed incomta eſt illa editio, & mendoſa, & mutila, utpote in qua totus ille tr. de Eccleſia quæ in hac legitur omiſſus eſt.

Horatii Turſelini Hiſtoria Lauretana Germanice, interprete Bernhardo Hugenio. Münſter. 1603. Cujus magna omnino apud omnes deberet eſſe exiſtimatio, ſi tantum de rerum veritate conſtaret, & Auctoris fide, quantum de ſedulitate, doctrina, & cubiculum Lauretanum illuſtrandi ſtudio, in quo, mortifero morbo implicitus, & jam depoſitus ac deſperatus amiſſam valetudinem ſe recuperaſſe credidit, teſte J. N. Erythræo in Pinacothecæ P. 2. n. 51. p. 458. Sed deſunt rebus enarratis teſtes, & ſi qui producuntur interdum, quod tamen raro fit, non ſunt omni exceptione majores, ſcilicet Novidius p. 37. Hieronymus Angelita p. 102. Petrus Georgius p. 124. Baptiſta Mantuanus p. 146. alii. Conferenda tamen hæc eſt διήγησις cum Exercitat. Gerhardi Titii de Cubiculo Lauretano, & M. G. D. Emilliane Hiſtoire des tromperies p. 102. ſeq. & aliis. Et quæ in ea traduntur eo diligentius aurificis ſtatera ſunt expendenda, quo plura & inſolentiora ſunt miracula, & quo certius conſtat

translationem hujus ædis ex Galilæa in Italiam ea, tempeſtate credi factam, qua *Fabulæ Romanenſes* invaluerunt in Occidente, & Hiſtoria Lombardica ſ. Legenda Sanctorum cum aliis hujus generis Libellis eſt confecta.

Joh. Manlii Locorum Communium Collectanea. Gorlicii 1573. Auctor Philippo Melanchthone uſus eſt Magiſtro, atque ex ejus ore maximam partem ea collegit, quæ hoc volumine continentur. In quibus multa urbane, facete, acute dicta,

Hiſtoriæ faciles, innocuique ſales,

Verum & frigida multa, & protrita, & vulgaria, & decora parum, & cum rubore legenda. Multa etiam diverſis locis ter, quaterve repetita. Quædam aliam quamcunque, quam ſpeciem veri præ ſe ferentia. Omnia ita comparata, ut facilius quid rejici, quam quid adjici poſſit appareat.

Campegii Vitringæ Hypotypoſes Hiſtoriæ Sacræ, cum typo doctrinæ Propheticæ. Leovardiæ 1722. Coccejanus eſt Vitringa; Licet inter Coccejanos & Voëtianos medium tenere videri velit, & à Coccejo interdum aliquantulum deflectat (ut p. 155. 184.) atque hinc illæ in typo Theologiæ Propheticæ Coccejanæ hypotheſes, *Apocalypſin eſſe clavem omnium oraculorum, quæ eventus notabiliores regni J. C. explicant* p. 165. *Septem Eccleſiæ N. T. eſſe periodos, in Apocalypſi deſcriptas* (p. 147. ſeq.) *ultimam earum eſſe Sabbaticam* (156. 164.) Canones etiam ad intelligendum ſermonem Propheticum allati, è Cocceji obſervationibus maximam partem ſunt congeſti.

M. Carl. Friderich Degenkolp. von denen unterſchiedl. Kirchen Regierungen GOttes. Budiſſin 1715. Opus

Opus Hiſtorico-Archæologicum, ex Auctoribus recentioribus collectum, & à perfectione tam remotum, ut principia vix appareant, iis tamen utile qui minoribus ejusmodi rudimentis ſe ad majora præparare geſtiunt.

Anonymi Staats und Kircken-Regiement. Biel. 1711. Hic autor Reformatorum quidem Eccleſiæ addictus eſt, attamen vir eſt pius, eruditus, placidus, modeſtus, in rebus Eccleſiaſticis verſatus, & magno earundem uſu exercitatus. Qui ſpinoſum hoc argumentum de Jure Eccleſiæ & Politiæ ita diſcuſſit, ut Politici nullam habeant de eo conquerendi cauſam. Siquidem plus dedit iisdem quam à Theologo exſpectare poterant, nec umbram poteſtatis civilis in eccleſiæ doctoribus tolerandam eſſe cenſens, & gubernatoribus rerumpublicarum indulgens omnia, præter diſſidentes tolerandi licentiam, (42) Majore encomio dignus ſi decreta ſua pluribus SS. dictis, & rationibus confirmaſſet, & exemplis ex H. E. petitis illuſtraſſet, & ad ordinem magis reſpexiſſet, & in vitandis idiotismis Helveticis majorem cautionem & diligentiam adhibuiſſet.

Joh. Georg. Walchii Comment. de Concilio Lateranenſi. Lipſ. 1727. In qua dictio eſt liquida, æquabilis, & facile procurrens, & J. F. Buddei filum referens, quem Auctor & Præceptorem agnoſcit & Socerum. Diſtributio eſt probabilis & oportuna. Sed in Hiſtoria ipſa nulla Patrum arcana conſilia, nulli conflictus, motus, ſtudia partium, πάθη, inclinationes,

Inſidiæque & vis, & amor, fraudesque, doliqué,

nihilque eorum, ſine quibus Commentatio Hiſtori-

ſtorica ſpiritu & vita carere putatur. Omiſſa etiam egregia Eraſmi obſervatio in Ep. Apologetica ad Epiſc. Baſileenſem p. 35. de abrogatione conſtitutionum aliquot Concilii Lateranenſis, quod ſub Julio 2 cæptum, & ſub Leone X. perfectum eſt.

P. Sixti V. Fulmen brutum ſine loco & tempore. Cujus Auctor, conſenſu omnium Eruditorum, eſt Franciſcus Hottomannus Vir ſine dubio magnus, qui juris prudentiam cum humanioribus literis felici connubio conjunxit. Quod ſi aliunde non conſtaret, ex ſolo hoc opuſculo ſatis innoteſceret. In quo dum Sixti V. contra Henricum Navarræ Regem fulmen alio loco non habendum eſſe docet, quam quo ἀςραπὴν ἐκ πυέλȣ ſ. *fulgur ex pelvi* habere ſolemus, inuſitatam ſuam Polyhiſtoriam ita pandit, ut dignum Melchiori Goldaſto viſum fuerit, quod Tomo III. Monarchiæ Imp. Rom. p. 68. ſeq. inſereretur, & hac ratione ab interitu vindicaretur, qui eo magis videbatur extimeſcendus, quo magis hujus editionis exempla rareſcerent.

Joh. Gröningii Hiſtorie derer heutigen Religionen. Hamburg 1711. Non ineptum hoc eſt Compendium hiſtoricum, de religionibus in variis *Europæ regionibus* uſitatis. Res pleræque è tabulis, quarum non fluxa fides eſt, collectæ; Memoriæ dignæ ab indignis diſcretæ. Eæque in ordinem, qui non vituperari poteſt admodum, digeſtæ. Sed Hiſtoria religionis Muhamedanæ eſt omiſſa. Et in Chriſtianæ & Judaicæ annalibus hac illac quædam allata quæ ſunt ἀπροςδιόνυσα, & ad Theologiam theticam, & Polemicam ſpectant

ctant magis, quam Hiſtoricam. (2) *Samuelis Reyheri allgemeine Rechts-Geſchichte. Hamburg* 1710. Quæ 1728. Lubecæ prodiit latine in quarto multis acceſſionibus aucta & locupletata.

Cæſar Aquilinius de tribus Hiſtoricis Concilii Tridentini. Amſtelodami 1662. Latere poſt hæc carecta Dominicanum quendam eruditum volunt Auctores relationum innocuarum 1712. Cui divinationi nos nec demimus, nec addimus fidem. Hoc dicimus Auctorem Eccleſiæ Pontificiæ addictum Paulum Sarpium, cum Sfortia Pallavicino ita componere, ut hunc longe inferiorem eſſe illo appareat, ſive genus dicendi ſpectes, ſive fidem, dexteritatem, acumen, & ea omnia, quibus excellere oportet boni commatis Hiſtoricum. (2) *Anonymi Exercitatio Hermeneutica de Principio Epiſt. Pauli ad Epheſios.* Leovardiæ 1647.

G. B. Scharfii Supplementum Hiſtoriæ litisque Arndianæ Witteb. 1729. Medius eſt auctor inter amicos Arndii & inimicos, propior tamen his, quam illis. Moderatus interim, & ſibi conſtans, & non vulgariter eruditus. Qui, qua fieri potuit diligentia, ea omnia perveſtigavit, quæ ad hanc cauſam cognoſcendam faciunt, erroresque multos á viris præſtantiſſimis in ea commiſſos, correxit, & ad annales controverſiæ Arndianæ condendos non ſpernendum contulit rerum notatu digniſſimarum cumulum.

J. H. Feuſtkingii Gynæceum Hæretico-fanaticum. Francof. 1702. In quo μεμίχθαι ἐσθλὰ κακοῖσι: Narrationes de rebus & perſonis plurimis non cot-

tidianæ, conjunctæ cum ſermonis ſuavitate, & lumine judicii. Sed multæ ex iis ex Aug. Pfeifferi Anti-Chiliasmo κατὰ ῥητὸν decerptæ ſunt. Plures manifeſtis ψευδολογίαις reſperſæ. Omnes partium ſtudio ita commaculatæ, ut & boni Hiſtorici munera, & illam perelegantem regulam, quam ipſemet p. 57. laudavit, eo, quo hæc ſcripſit, tempore, voluntaria oblivione contriviſſe videatur.

Adami Tribbechovii de Doctoribus Scholaſticis Liber. Jenæ 1719. Cui laudis præmium quaſi debitum, delatum eſt a D. G. Morhofio, J. Thomaſio. Aliis. Nemo enim in hoc argumento verſatus eſt operoſius, nemo diligentius & exquiſitius. Ecquis quæſo Theologiæ Scholaſticæ unquam tam accurate expreſſit indolem, terminorum novitatem, Quæſtionum ſpinoſitatem, & diſputationum rationem Pyrhonicam ac Scepticam? Quis varias ejus ita deſcripſit ætates? *Primam*, qua Petrus Lombardus & Albertus M. Auguſtini; *Secundam*, qua Thomas & Scotus, Ariſtotelis; *Tertiam*, qua Durandus cum aliis, Pelagii decretis Theologiam ſuperſtruxerunt. Quis harum Tragœdiarum cauſas, & principia & anteceſſiones, incrementa etiam & decrementa, cum effectis & reliquiis, ita oratione complexus eſt! Nos ſane præter Tribbechovium novimus neminem. Nec officit ejus famæ, quod aliena multa immiſcuit. Hoc enim fœcunditatis ingenii, & multijugæ lectionis eſt indicium. Nec obſtat quod Theologiam ſcholaſticam a Philoſophia, non diſtinxit. Non enim diſtincta fuerunt hæc, Schola-

laſticorum ævo. Nec quod aliorum verbis magis uſus eſt quam ſuis. Quis enim in Hiſtoria reprehendat teſtium & teſtimoniorum multitudinem. Niſi hoc forte aliquam indecentiæ ſpeciem habere queat, quod Auctor Hiſtoriam Schol. Theologiæ, non ex ipſis Scholaſticis & eorum ſucceſſione, ſed ex aliis, iisque non bene animatis ut plurimum, & procul a Theatro horum doctorum diſſitis, extruxerit, formaque orationis nec æquali, nec aperta ſatis ſit uſus, quo nihil in commemoratione rerum geſtarum eſt ingratius.

Mr. la Croſe Abbildung des Indianiſchen Chriſten-Staats. Halle 1727. Eſt hic libellus inter utiles, & materia, & tractatu inſignes, Quales ſunt plerique hujus Auctoris. Qui notitia linguarum exoticarum multarumque ſcientiarum, apparatu, etiam librorum rariſſimorum, editorum & ineditorum, inſtructus, & Virorum Eruditiſſimorum ope adjutus Indorum Chriſtianismum & Ethnicismum, ita deſcripſit, ut & ſibi laudem ſempiternam conciliarit, & ſalivam moverit lectori majus iſtud opus Hiſtoricum latinum videndi, quo Hiſtoriam Eccleſiarum Orientalium ſe traditurum promittit l. 1. p. 3. Plane enim ita rationem ducimus, eum non minore dexteritate excitaturum illud Syſtema, qua excitavit hanc ejus particulam. In qua ſi paradoxa quædam excipias de Neſtorio, Cyrillo, Eutyche, oblatis Euchariſticis &c. in plerisque omne punctum tuliſſe viſus eſt.

Chriſtiani Gerberi Hiſtoria derer Wiedergebohrnen. Dresden 1727. Partes IV. Appendices duæ, cum Apologia Vol. 3. Vir antiqua virtute & fide,

de, pietati deditus, variaque doctrina præclare inſtructus, & magno multoque rerum uſu, ac virorum eruditorum converſatione ita exercitatus, ut pauci. Cujus non negligens eſt oratio, ſecura tamen, & e medio ſumta, non anxie quæſita, non electa, non captata. Collectanea rerum præclara, obſervationibus egregiis, quaſi floribus, reſperſa, judiciis etiam de rebus, ac perſonis, ſcriptoribus ac ſcriptis, peroportunis exornata, & ea ratione contexta, ut abſoluta lectione, incertus ſuerit animus, utrum plus jucunditatis ex his Biographiis perceperimus an utilitatis. Animoſe reprehendit auctor communes eruditorum errores, lapſus, vitia. Objurgat ambitionem, impotentiam, cognitionem exanguem & mortuam, idque non tragice, ſed ut decet veteranum Theologum. Laudat qui oratione, meditatione, & tentatione Theologiæ ſcientiam ſibi acquiſiverunt. Adeoque laus omnino tribuanda eſt ei, in iis, quæ recte prodidit, venia, ſi quæ deliquit. In primis, cum poſterioris generis tam pauca ſint, ut ſi cum prioribus componantur, in cenſum vix veniant. Referenda tamen huc videri poſſent, res quædam bis interdum ac ter quaterve repetitæ, & excurſiones nonnullæ nimis a ſcopo alienæ. Paradoxophiliæ etiam & ἀνιςοϱησίαι aliquæ, & hypotheſes nonnullæ latitudinariorum diſciplinam redolentes. Et quod primo loco dicendum erat, illa de regenitis & regeneratione colligendi & judicandi ratio, qua plus eſt interdum in concluſione quam fuit in præmiſſis.

Gerardi Crœſii Hiſtoria Quackeriana. Amſtelodami 1696. *Primus* eſt Auctor qui Hiſtoriam Quakerianam condidit, ſive temporis rationem habeas, ſive dignitatis, & virtutis. Qui enim ante eundem hanc telam exorſus eſt Gallus Anonymus *in Hiſtoire abregé de la naiſſance & de progres de Quakerisme.* Coloniæ 1692. Autori l. 2. p. 322. & 376. memoratus, vix dignus eſt, qui in hunc cenſum veniat. Siquidem hic noſter diuturna familiaritate Quackerorum uſus, & ſcriptis eorum editis ac ineditis abunde inſtructus, & ita de rationibus & arcanis eorum cumulate edoctus, Candidus præterea, & a partium ſtudio, ſi quis alius, abhorrens, non potuit non ea tradere nobis, quæ vera ſunt, & recondita, & memoratu ac lectu digna, amicis juxta ac inimicis probata. Et perpauca ſunt quæ Philaletha quidam Quackerus, quem C. A. Heumannus de anonymis & Pſeud. Sect. 2. c. 3. p. 166. Kohlhanſium Medicinæ doctorem Amſtelodamenſem eſſe ſcribit, in Dilucidationibus in hanc hiſtoriam Amſtelod. 1696. in 8vo editis, coarguere potuit, eaque interdum vix digna quæ notentur. Et ſi quid humani paſſus eſt Auctor, in hoc opuſculo hoc eſt. (1) Quod ſtilo ejusmodi eſt uſus, ut dignus videri queat Liber, qui ex Latino in latinum transferatur. (2) Quod narratoribus ſuis interdum credidit nimium. (3) Quod hiſtoriæ Pietiſticæ rationem non ſatis perſpectam habuit. Interim in noſtro exemplari ea margini adſcripſimus, quæ Philaletha in eo judicavit dilucidanda.

Joh.

Joh. Nic. Pechlini Opuscula Selecta. Hamburgi 1709. Speciatim

(a) *De optima Chriſtianorum Secta.* In qua id agit, ut doceat, Pontificiorum Sectam Lutherana longe inferiorem eſſe judicandam, ſive rationem doctrinæ ſpectes, ſive vitæ. Nec invita Minerva ſuſcepit hoc, quicquid eſt commentationis genus, Auctor, qui Hiſpaniam, Galliam & Italiam pervagatus Nic. Stevonii apoſtaſia ad hanc Diatriben concinnandam impulſus eſt, dummodo rerum quam verborum majorem curam habuiſſet, & corporis ceruſſæ intentus non minor fuiſſet ſenſus, ad membrorum ſtructuram & ordinem.

(b) *De tempore.*

Joh. Petri Kohlii Introductio in Hiſtoriam & rem literariam Slavorum. Altenaviæ 1729. Cujus latius quidem patet Index, quam argumentum, & plura promittit ſuſpenſa hedera, quam opus ipſum præſtat. Attamen præclara ſunt omnia, & lectu digna, quæ Auctor, in hac commentatione de verſione SS. & Ephremi Syri Slavonica prodidit. Nec eſt facile quisquam in eruditorum orcheſtra, qui hoc thema diligentius, addo etiam accuratius & copioſius, perſecutus ſit, vel perſequi potuerit. Quippe

Non eſt cujusvis Ruſſorum inviſere Athenas.

IN DUODECIMO.

MR. *Jovet Hiſtoire des religions de tous les Royaumes du Monde.* Pariſiis 1676. In qua lenis eſt & fluens oratio. Nec via aut ordo deeſt

eſt rebus narratis. Sed narranti deeſt ἀπάθεια, deſunt teſtes, deeſt ἀξιοπιςία. Dominatur ſtudium partium in omnibus fere paginis. Et in rebus tam lubricis vix unus & alter teſtis laudatus eſt. Nec pauca à veritate oppido declinantia allata. *Spinola* pro *Spinoza*, Tractatus Theologo poſitivus, pro theologico-politicus. Lipſtad pro Leipzig. Biſacramentariii, Triſacramentarii, Quadriſacramentarii, Mediſandriſtæ, Amnetiſtæ, aliæque Sectæ Lutheranorum prorſus chimericæ, de quibus ne fando quidem unquam aliquid auditum eſt, & alia hujus farinæ. Quæ an emendaverit Auctor in poſterioribus Editionibus definire non poſſumus, quia eas cum hac noſtra contendere non potuimus.

Gilberti Burnets Reiſe-Beſchreibung durch die Schweitz &c. Leipzig 1687. Opuſculum de quo dubitare poſſes utrum plus ex eo commodi capere queas an voluptatis. Ita mixtum in eo eſt utile cum dulci. Sane obſervationes in his Epiſtolis Hodæporicis occurrunt ſelectiſſimæ, de rebus Eccleſiaſticis, civilibus, naturalibus, Bibliothecis, MSCtis, Viris & fœminis Eruditis &c. Quæ omnia multo præclarius, & extra ordinem prorſus, ac præter exemplum excelluiſſent, ſi licuiſſet Auctori diutius morari in iis locis, quæ in itinere viſitanda ſibi ſumſit. Sed venit tantummodo, vidit & diſceſſit. Atque hinc tot in hac meſſe derelicta ſunt ſpicilegia. Tot tacta quidem ὡς ἐν παρόδῳ, ſed non exhauſta. Tot ſummatim tantummodo expoſita. In quibus tamen nequaquam reputanda putamus ea quæ de ora-

oraculo Johannis 1. Ep. V. 7. Parte I. p. 144. collegit auctor. Licet hæc præ cæteris in hunc cenſum referenda cenſeat Richardus Simonius in Hiſt. Verſionum N. T. c. 9. p. 109. quaſi curſorum feſtinationem redolentia, non criticorum tarditatem & lentitudinem. Neque enim currenti occurrunt quæ l. c. promit Auctor. Et obſcurius iniquus eſt in Burnetum Simonius, qui dictum hoc Johannis citatum è SS. cupit ejectum, quod Burnetus mavult ſartum tectum in ea conſervari. (2) *Anonymi Hiſtoria Quietiſmi*. Ibidem; Congeſta ab Auctore ut ſupplementi loco eſſet in Burneti itinerario. Nec dedecorat hanc meſſem hoc ſpicilegium. In quo nitet Auctoris induſtria, & doctrina cum judicii acumine excellit. Licet inſcriptiones cum ſuis argumentis non ſemper bene conveniant.

SECTIONIS I.

CAPUT III.

DE SCRIPTORIBUS BIBLIOTHECARUM THEOLOGICARUM.

IN FOLIO.

Guilielmi Cave Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſtoria literaria. Cum duplici appendice Henrici

rici Whartoni & Roberti Gerii. Coloniæ 1705. Ut rerum omnium, ita & hujus ſyſtematis, parva fuerunt principia; Sed progreſſionibus auctum, diffuſum eſt poſtea, & tandem ad hanc molem deductum. Dederat Auctor A. C. 1644. Tabulas, quibus Scriptores Eccleſiaſtici exhibentur Hamburgi 1676. recuſas, Philippi Labbei exemplo excitatus, ejusque lucubrationibus adjutus, qui Abacum Scriptorum Eccleſiaſticorum in lucem prodire juſſerat. Et cum elapſo decennio, quorundam hortatu, ad eas locupletandas animum applicaret, &, quam poterat, adhiberet induſtriam, natus eſt *Chartophylax Eccleſiaſticus*, in quo prope M. D. Scriptores Eccleſiaſtici, qui inde à C. N. usque ad annum 1517. vixerunt indicantur, dubii à certis, ſpurii à genuinis, non extantes à ſuperſtitibus diſtinguuntur. Londini 1685. 8. Atque in eo etiam promiſit hoc Syſtema, vel ſi mavis, hanc *hiſtoriam literariam* S. E. Quam C. M. Pfaffius in Introd. in Hiſt. Theol. literariam p. 273. vocat *librum aureum*, quem in ſuccum & ſanguinem vertere harum literarum ſtudioſus debeat. Collectores Act. Erudit. 1690. p. 77. *Incomparabilem Eccleſiaſticæ eruditionis Theſaurum.* J. A. Fabricius in præf. L. V. Bibl. Græcæ, ſcriptum, cujus auctor *omne tuliſſe punctum* videri queat. Et quis elogiorum omnium Elenchum faciat, quibus Viri docti, velut roſis, hoc opus conſperſerunt? Quod omnium eorum, quæ unquam de hoc argumento in conſpectum publicum proceſſerunt, eſt abſolutiſſimum, ſi ab Eliæ Dupinii Bibliotheca Eccleſiaſtica diſceſſeris. Quæ enim Mr. Sainjore, vel Richardus

Simonius, in Bibl. Crit. P. I. cap. 17. 255. ſeq. in eo notat, minutula ſunt, & ad opus ipſum non pertinent. Et ſi quæ adhuc, poſt ſupplementa, Whartoni & Gerii omiſſa ſunt, vel parum accurate tradita, ut impoſſibile eſt, in argumento tam vaſto, & ſpatioſo, & arduo, non labi interdum, & errare, & decipi, ea ex aliis facile poſſunt ſuppleri, & ab ipſo Auctore fortaſſis jam ſuppleta ſunt, quem C. M. Pfaffius l. c. hoc ſyſtema ſupplementis plurimis ſelectiſſimis locupletaſſe ſcribit, ſed nec in Anglia, nec in Belgio, reperire potuiſſe, qui ſumtus facere, & id ipſum denuo ſub prelum mittere voluerit.

Guilielmi Cavei tabulæ quibus Scriptores Eccleſiaſtici à C. N. usque ad A. C. 1519. exhibentur. Hamburgi 1676. Abaco Script. Eccleſ. Philippi Labbei ſe in hiſce tabulis concinnandis plurimum eſſe adjutum, candide profitetur Auctor, in monitis ad lectorem iisdem ſubnexis. Et in præfatione Chartophylaci Eccleſiaſtico præmiſſa eadem liberalitate agnoſcit, partim Amanuenſis, partim etiam Typographi oſcitantia factum, ut fœda quædam ſphalmata in has paginas irrepſerint. Quæ poſtea in Chartophylace ejus Eccleſiaſtico, & multo luculentius adhuc in hiſtoria literaria, Script. Eccleſ. ſunt emendata. (2) *Martini Sylveſtri Grabe Tabulæ Synopticæ Monarchiarum, Regnorum &c.* Roſtochii 1682. (3) *Tabulæ Chronologicæ & Genealogicæ Regnorum Regumque Europæorum* Helmſt. 1690. *J. J. Parren Epitome Chronologicarum tabularum* Helmſt. 1693.

Auberti Miræi Bibliotheca Eccleſiaſtica cum ſupplementis edita à J. A. Fabricio Hamburgi 1718. Opus

Opus eo ſolicitius fovendum in ſinu quo minus eo carere poſſunt Theologiæ & Hiſtoriæ literariæ operam navantes, & quo parcius, qui in eo continentur Scriptores, in tabernis bibliopolarum proſtant, Hieronymus, inquam, Gennadius Maſſilienſis, Iſidorus Hiſpalenſis, Ildefonſus Toletanus, Honorius Auguſtodunenſis, Sigebertus Gemblacenſis, Joh. Tritthemius. Qui auctores eos celebriores publice ſpectandos exhibent, qui à C. N. usque ad Seculum XI. in Eccleſia Chriſtianorum inclaruerunt. Nec contemnendum eſt Auberti Miræi auctarium, quod usque ad A. C. 1540. procedit, licet antecedentibus longe ſit inferius. Eſt enim opus poſthumum, ex Joh. Molinæ Bibliotheca Sacra MS. & inedita, maximam partem excerptum. Scriptoribus multis obſcuris, proletariis, & non Eccleſiaſticis refertum. In quo omnes veritatis Evangelicæ vindices omiſſi, vel infami ſtigmate notati. Quidam ſine omni ratione bis enumerati, & in tabulas redacti. Nec alienum eſt à veritate Arnoldum à Porta, qui ſcriptores hoſce Secul. XVI. è MSCtis Miræi eruit, quædam de ſuo adjeciſſe, & Schediasmata Miræana interpolaſſe. Sane cauſam affert de fide ſecus æſtimandi, dum in præfat. p. 114. ſcribit, Miræum data opera abſtinuiſſe nominandis Auctoribus hæreticis, aliisque Auctoribus damnatis, quod Eccl. Catholicæ primores eorum memoriam potius obliterandam jure merito putent, quam conſervandam. Quod quidem ea religione in hac Sylloge obſervatum eſt, ut & *Balthaſaris Werlini* appendix ad Tritthemium Coloniæ

 1646.

1646. cum Tritthemio in 4to excuſa ex eadem excedere coacta ſit, non alia de cauſa, quam quod Editori expurgatione, ſive lima cenſoria egere viſa ſit, vel quod idem eſt, quod Proteſtantium nonnullorum mentionem fecerit honorificam. Qua in re an, qui hanc editionem curavit, Vir alioquin cicumſpectiſſimus J. A. Fabricius, ejus filum judiciumque recte ſecutus ſit, aliorum ſententiam audire malumus, quam noſtram interponere.

Joh. Tritthemii Opera Hiſtorica. Partes II. Francof. 1601. *Prima* hæc eſt & optima, operum Hiſtoricorum, quæ à Tritthemio congeſta ſunt, editio. In quibus nitent præ cæteris (1) *De viris illuſtribus Germaniæ* (2) *De Scriptoribus Eccleſiaſticis* Libri. Stilo non quidem caſto, æquabili tamen, & facili & dilucido conſcripti. Et ea induſtria exarati, ut & ſibi, & Germanorum genti iisdem laudem ſempiternam compararit Auctor, Vir πολύιςωρ, πολύγλωττος, πολύγραφος, & in iis, qui ex Germanorum ordine Hiſtoriæ literariæ dederunt operam, primas partes tenens. Sane *primus* eſt Tritthemius qui vanitati exterorum inſultans docuit, Germaniam non pauciores habuiſſe Viros doctos, quam Italiam aliasque terras Europæorum. *Primus* etiam qui ex Hieronymo, Gennadio, Iſidoro, Honorio, Sigeberto &c. cognitione quæque digniſſima excerpſit, & Scriptorum Eccleſiaſticorum omnium à χειροτονία uſque ad ſua tempora breve quoddam concinnavit Compendium. Ac licet in eo non ſemel lapſus ſit, & à veritate diſceſſerit, dandum tamen hoc eſt obſcuritati temporis, &

& loci, in quo vixit, & id potius ſpectandum, quod aſſecutus eſt Auctor, tot difficultatibus impeditus, quam quod tenebris undequaque circumſeptus aſſequi non potuit.

Fr. Sixti Senenſis Bibliotheca Sancta Coloniæ 1566. Quæ ab A. C. 1566. decies recuſa, laudata etiam ab iis, qui ab Auctore in religionis negotio diſſentiunt, & ob varietatem rerum, & œconômiæ novitatem, orationisque leniter lapſæ perſpicuitatem habita pereximia; Non tamen omnium eruditorum calculo probata eſt. Sane Antonius Poſſevinus in Apparatu ſacro P. I. p. 421. ſeq. permulta in ea judicavit emendanda. Licet ejusdem cum Auctore Sectæ ſit, & in Bibliothecæ Selectæ compilatione, ſe multum ejus ope adjutum eſſe, non diſſimulet. Et eſto in iis eſſe quædam notata præter meritum, nonnulla etiam aſterisco ſignanda, quæ Poſſevinus obelo infamanda eſſe exiſtimavit; Negari tamen non poteſt, quædam juſta reprehenſione eſſe digna, & in iis etiam, quod Poſſevinus in laude ponendum eſſe judicat, quod hæreticos data quavis occaſione egregie perſtrinxit. Adde quod ſcripta ſuppoſititia ſæpiuſcule habet pro genuinis, & contra, & edita ab ineditis, deperdita à ſuperſtitibus, interpretes à Commentatoribus non diſtinguit, quod præclare docet J. F. Mayerus in Bibl. Biblica Diſſert. 1. p. 3. ſeq. In recenſione etiam operis Talmudici non ſemel offendit, P. Galatinum ſecutus. Nec Auctores laudat ex quibus profecit maxime, & de quorum lumine hoc ſuum accendit lumen. Scriptores complures & ſcripta, ad hos ſuos circulos ſpe-

ſpectantia, præterit. Patrum, inquam, & Scholaſticorum quorundam, & recentiorum qui Eccleſ. Romanæ nomen dederunt. Quod enim Proteſtantes omnes ſilentio prætermiſit, non mirabitur, qui ſecum reputabit id, quod in Epiſtola Dedicatoria ad PIUM V. profitetur, ſe hoc volumine ea complexum tantummodo, quæ pertinere videntur ad legendos & illuſtrandos Auctores, & libros eos, quos Pius V. ſapientiſſimo ſuo judicio comprobaverit, & Chriſtianâ Bibliotheca dignos æſtimaverit, tum etiam ad eos confutandos quos damnaverit ipſe, & indignos lectu pronunciaverit, qui libros hæreticorum juſſerit exuri publice, Scripta Patrum & Conciliorum expurgari, & Auctores ſuſpectos in Indicem Librorum prohibitorum transferre.

Antonii Poſſevini Bibliotheca Selecta. Coloniæ 1607 In hac Bibliotheca Liber XII. qui de Philoſophia & XVI. qui agit de Hiſtoria antecedit reliquos omnes. Licet enim & aliis ſuus omnino conſtet honos, ut pote in quibus omnino ineſt & utilitatis aliquid & multum bonæ frugis; Sane de librorum quorundam Auctoribus, Editionibus, Verſionibus, Commentariis, virtutibus & vitiis, monita quædam non usque in vulgus nota; Majoribus tamen quam hi cooperti ſunt maculis. Et tantum abeſt ut in iis omnia *Selecta* ſint, ut potius nonnulla plane ſint cottidiana, quædam à re Bibiothecaria oppido aliena, quædam frigida, dubia, falſa, partium ſtudio infecta, aliunde etiam petita, & obtorto quaſi collo huc traducta, ut totus Liber X. & XI. qui

alium

alium plane quam Poſſevinum habent Auctorem, totusque Liber VIII. qui ex ejus Opp. Theol. Moſcoviæ adjectis in hoc opus translatus eſt, plagii quodam genere manifeſto, ſed adhuc innominato. Nec, quos præ cæteris laudavimus de Philoſophia & Hiſtoria Libros, omne tuliſſe punctum exiſtimandum eſt. Quem enim Libro XII. cap. 44. p. 87. *Kyranidem* obſcurum Auctorem eſſe ſcribit, non hominis, ſed libelli eſt vocabulum, quo Arabes & Perſæ Syllogen vel Syntagma appellare ſolent. Et quod L. XVI. cap. 5. p. 349. de Machiavello extat judicium, hujus eſt commatis, ut Machiavellum ab eo nec viſum unquam, nec lectum appareat, quod pridem docuit Vir πολυμαθέσατος Herm. Conringius in præfat. Nic. Machiavelli principi præmiſſa.

Antonii Poſſevini Apparatus Sacer. Coloniæ 1608 Editio optima operis ardui, copioſi, præclari, & nequaquam in minimis ponendi. In quo octies mille Auctores partim indicantur, partim expenduntur & Polyhiſtoria omnis è Bibliotheca Sixti Senenſis petita reflorefcit. Eodem etiam qvo Sixti Bibliotheca, morbo laborat hic apparatus Poſſevini. Proteſtantes omnes taciti prætermittuntur, & ſtudioſe cavetur, ne palam ſint eorum nomina, ſtudia, merita. Laudantur ſcripta quæ nunquam extiterunt in republica literaria. Et omittuntur interdum quorum magna apud Eruditos eſt exiſtimatio. Quod luculenter docet J. F. Meyerus in Bibliotheca Bibl. Diſſert. 1. p. 7. ſeq. Et ne religionis cauſa ſuſpectum ſibi hoc nomen eſſe obtendant Pontificii, Auctor eſt

F 4 Phi-

Philippus Bosquierius in præfat. Antiquitatum Franciſcanarum, Poſſevinum in hoc ſuo apparatu variis in locis turpiter eſſe lapſum, titulos librorum falſo expreſſiſſe, ex uno Scriptore feciſſe duos, & opera quædam, veris ſuis Auctoribus ſurrepta, tribuiſſe aliis. Idque in ipſo admiſiſſe Bosquierio ſuæ ætatis & Sectæ homine. Unde colligi conjectura non difficulter queat, quam cæcus ſit in aliis, cum in hoc tam fuerit luſcus.

Caſimiri Oudini Commentarius de Scriptoribus Eccleſ. antiquis, Francofurti 1722. III. Volum. Ex urceo amphora. Supplementum de Scriptoribus & Scriptis Eccleſiaſticis à Bellarmino & aliis omiſſis ediderat Auctor Pariſiis 1686. 8. In quo cum multa deſiderarent eruditi, & Guil. Cave imprimis in Hiſt. literaria S. E. p. 353. iſtud ab Oudino non ſcriptum, ſed ex Phil. Labbeo exſcriptum, judicaret, ad hoc opus condendum ſe accinxit Auctor, laborioſum, ſane & ſpiſſum, & in quo multum olei conſumtum. Nec invitis etiam canibus venatus eſt in eo, aut inutiliter locavit ſtudium. Multa enim in his voluminibus de ſcriptoribus Eccl. & ſcriptis editis & ineditis, genuinis & ſpuriis, integris, & interpolatis, notis ac ignotis, fatis etiam eorum, & variis Editionibus continentur peregregia, & lectu tam fructuoſa quam jucunda. Verum & multa *ἀπροσδιόνυσα καὶ μέλη πάραυλα.* Quædam oppido falſa. Et plurima ab aliis ita mutuo accepta, ut, quod de ſupplemento olim Guil. Cave, idem decernendum videatur de hoc Commentario. Ac licet profiteatur nonnunquam ex quibus profecerit, ut T. I. p. 105. 1378. T. II.

139

139. 317. 622. T. III. 68. 2588. Sæpiuſcule tamen id ſilentio præterit, ut T. I. p. 653. ubi quicquid de Heliodoro affert notatu dignum, κατὰ ῥητὸν excerpſit ex J. A. Fabricii Bibl. Græca Vol. VI. p. 784. Quem laudat quidem l. c. Sed ita ut fucum faciat Lectori, eique perſuadeat, Fabricium de Heliodoro non id dixiſſe, quod ab Oudino dictum eſt, ſed de verſionibus ejus tantummodo notaſſe quædam. Cum omnia quæ de hoc Auctore ſcripta ſunt ab Oudino, à Fabricio l. c. ſcripta ſint prius. Adde iniqua in eos qui ante eum hoc ſaxum volverunt, & Guil. Caveum inprimis judicia, quem data quavis occaſione pede nimis ambitioſo proterit, ut T. I. p. 1535 T. II. p. 1058. alibi.

Joh. Georgii Dorſchæi Biblia Numerata ſive Index ſpecialis in V. & N. T. auctus à Joh. Grambſio Francof. 1574.. Opus ſpiſſum, laborioſum, eximium, nec facile obvium hodie in officinis librariis. In quo, qui in quodvis Comma SS. V. & N. T. commentati ſunt, ea induſtria ſunt indicati, ut, qui eodem ſtudio hanc telam vel orſus ſit, vel abſolverit reperiatur nemo. Poſthumum eſt autem, & in uſus tantummodo privatos, concinnatum, & ita auctum à Joh. Grambſio Auctoris genero, ut quid patri debeatur, quid filio, in hoc indice parum appareat, cum confuſæ utriusque ſint Symbolæ, & in unam quaſi maſſam coactæ. Nec adeo magnum etiam inde exſpectandum eſt commodum, niſi quis Bibliotheca Dorſchæi inſtructus ſit, & iis etiam Librorum Editionibus quæ in ea extiterunt. Adde inſuper Dorſchæi acumen & judicandi facultatem.

 Nem-

Nempe uti haud, ubi telum Achillis, ibi eſt manus Achillis, ita nec ubi ſunt Scripta à Dorſchæo laudata, ea recte iccirco tractantur.

Index Librorum prohibitorum & expurgandorum D. Bernardi de Sandoval & Rojas &c. Madriti 1612. Et Panormi 1628. *Primus* Index Librorum prohibitorum extat in Jure Canonico Parte I. Decreti diſtinctione XV. p. m. 54. Confectus à Gelaſio in Concilio Romæ A. C. 493 habito. Atque ab hoc tempore conquievit hæc libros excommunicandi ratio usque ad A. C. 1543 quo *primus* Scriptorum interdictorum Index Generalis prodiit Venetiis, quem plures poſtea ſecuti ſunt. Et in iis hic Hiſpanicus, *perrarus*, & paucis viſus, perutilis tamen ad βιβλιογνωσίαν comparandam, &, una cum technis Pontificiorum, latrocinia etiam eorum, in Scriptoribus cujuscunque generis admiſſa, dijudicanda. Cujus commatis erubeſcendum extat exemplum in hoc Indice p. 416. alibi.

Martini Lipenii Bibliotheca realis Theologica Francofurti 1685. Quæ magno labore ac ſtudio congeſta, omni Scriptorum Theologicorum genere ita abundat, ut mole ſua laborare videatur. Sane hujus commatis copioſiorem Elenchum orbis eruditus non vidit. Nec tanto exercitui dux defuit, ſed duci tempus, locus, occaſio, hos milites omnes ac ſingulos, qua decet diligentia luſtrandi, & juſta acie collocandi. Atque hinc natæ, quæ in vaſtiſſimo hoc corpore eruditorum oculos offendunt, maculæ. Ex uno Scripto ac ſcriptore interdum facti ſunt plures. Ex pluribus unus. Nomina Auctorum quo-

run-

rundam, nec non operum atque locorum corrupta. Anni impreſſionis depravati. Inedita habita pro editis. Omiſſa etiam nonnunquam, quæ omnium prima cenſenda erant, & alia adducta inferioris plane, vel etiam nullius ordinis, vel ſi omiſſa non ſunt, eo tamen loco non producta, quo debuiſſent. Et quæ ſunt alia hujus metalli, à Viris eruditis notata. Quæ tamen de laude Auctori debita parum vel nihil decerpunt. Cum impoſſibile prorſus ſit in re tam difficili & operoſa non labi, errare, decipi.

G. C. Langii Biblia in tres tabulas redacta, edita à J. M. Langio, cujus acceſſit oratio de recondito ſtructuræ Biblicæ artificio, & diſſertatio de Compendiis Biblicis. Altorfi. 1697. In quibus diſſertatio de Compendiis Biblicis orationi, oratio tabulis, tabulæ autem SS. intelligendæ inſerviunt. Sed ita, ut quæ in ſingulis dicta ſunt, magnopere augeri poſſint ac locupletari. Atque in iis ea potiſſimum, quæ Auctor Doctiſſ. M. J. A. Kromayerum in præfat. Diſpoſitionum Memorialium N. T. ſecutus, de Compendiis Biblicis prodidit.

IN QUARTO.

M. *L. Ellies Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques.* Pariſiis 1693. usque ad 1703. XVIII. Tomi VII. Volumina. Opus Hiſtorico-Criticum, vaſtum, illuſtre, arduum, exquiſitum, factum ad unguem, omnibus aliis hujus commatis operibus anteponendum. In quo eruditio, gravitas, vis, robur, vivacitas. Genus dicendi terſum, mite, candidum,

dum, ſine redundantia copioſum. Ordo præclarus, obſervationes egregiæ. Judicia de Scriptoribus & ſcriptis libera, luculenta, ſine ira & ſtudio pronunciata, eaque non aliunde arceſſita, ſed ex ipſis cauſæ viſceribus exſculpta. Atque hoc ipſum, quod laudi præ cæteris dari debuiſſet, Auctori datum eſt vitio, ab iis quorum intereſt veritates neſciri, triumphare mendacia: Etenim in ſuſpicionem parum rectæ fidei, quam hæreſin appellare conſveverunt, adductus Du Pinius A. C. 1693. ab Archiepiſcopo Pariſienſi Franciſco de Harley in judicium vocatus, & condemnatus, & ad ea omnia publice recantanda adactus eſt, quæ liberius contra curiæ Romanæ placita ſcripſiſſe dicebatur. Quod retractationis inſtrumentum ob raritatem, Hiſtoriæ Theol. literariæ inſeruit C. M. Pfaffius p. 275. Opus ipſum etiam Dupinii prohibitum, & exponi venum, ac emi à quoquam, legique ſevera ratione interdictum. Sed eo ſucceſſu quo gaudere ſolent decreta hujus generis, ut eo minus in eo appetendo homines ſibi temperent, in quo maxime temperandum ſibi eſſe intelligunt.

Joh. Alberti Fabricii Delectus argumentorum & Syllabus Scriptorum de Veritate Religionis Chriſtianæ. Hamb. 1725. Dignum eſt hoc ſcriptum Auctore ſuo, & cum ab aliis dotibus egregiis, tum ab inſigni Polyhiſtoria, modeſtia, & ἀκριβείας præcipue commendandum; Excellentiori Aſteriſco ſignandum, ſi quid in quovis Auctore laudandum, culpamdumque ſit, ſimul ſuccincte fuiſſet indicatum.

Fr.

Fr. Joh. Mariæ Braſichelli. Indicis Librorum expurgandorum Tomus I. MSCtus. Cum omnes Librorum expurgandorum indices in rariorum monumentorum numero ſint habendi, tum hic Braſichellenſis maxime in hunc cenſum ab eruditis, Franckio, Tentzelio, Struvio, Groſchuſſio, aliisque fuit relatus. Idque variis de cauſis. Primum enim perpauca exempla excuſa ſunt. Tum pauciora ex Italia in alias provincias deportata. Et tandem omnia confixa & venum dari prohibita, ob arcana quædam evulgata, & veritates nonnullas contra ſenſum Eccleſiæ Romanæ aſſertas, Et graves cenſuras contra Joh. Hieroſolymitani Librum, de Inſtitutione Monachorum, in eo editas. Quo factum ut inaudito hactenus exemplo, *Index hic Expurgatorius ipſe in Indicem Librorum expurgandorum & prohibendorum ſit relatus, & Tomus ejus Secundus, quem primo ſuccenturiari voluit Auctor, ſtatim in herba* ſit *ſuppreſſus* atque *ſuffocatus.*

Ludovici Jacobi à S. Carolo Bibliotheca Pontificia. Lugduni 1643. Qui homo mirum ſibi placet in præfat. ad Lectorem. Gabrielis Naudæi hortatu ſe hoc opus aggreſſum. Tres annos legiſſe prius, quam ſe ad ſcribendum accinxerit. Bibliothecas omnes in Italia & Gallia perreptaſſe. Lucubrationes hasce habere aliquid novum, & jucundum, ipſam etiam ſtili & ſcribendi varietatem publico fore acceptam. Et quæ ſunt alia hujus generis. Quæ nec decent ſcriptorem, qui frontem habet, nec huic Syntagmati conveniunt. Quod totum eſt oſſeum, nihil adipati, nihilque medullarum habens. Nihil ſane ex Hiſtoriæ litera-

terariæ tabulis, ſecretioribus depromtum. Genus docendi eſt inæquabile & pueriliter affectatum. Ordo Alphabeticus. Scripta plurima allata pro genuinis quæ ſunt ſuppoſititia, falſa pro veris, dubia pro certis, edita pro ineditis Scriptores plures habiti pro uno, unus pro pluribus, Lutherani pro Calvinianis. Et ut ex hoc ungue Leonem æſtimare queas, evolve ſis p. 455. Ubi *Articulus Alsmalcaldus dicitur Scriptor Germanus* & Lutheranus, qui librum de Primatu Papæ condiderit. Scilicet, *ſpectatum admiſſi &c.* Articulus Smalcaldicus VI. de Papa ejusque primatu agens, à noſtro lepida Metamorphoſi transfiguratus eſt in hominem, (2) *Joh Burchardi Specimen Hiſt. arcanæ de vita Alexandri VI. Papæ.* Hannoveræ 1696. Dignum ſchediasma quod cum diligentia & animadverſione legatur, licet rude ſit & indigeſtum, ſtilo ſordido & cænoſo ſcriptum, ſermone negligenter miſto, latino Gallico, Italico. Ubi enim res nitent in hiſtoriis, parum offenditur Lector verborum maculis.

Joh. Dallæus de uſu Patrum. Genevæ 1686. Vir cui robur & æs triplex circa pectus. Curiæ Romanæ terror. Pontificiorum omnium flagellum. Qui reconditiſſimas eorum fraudes, aſtus, inſidias patefecit in hoc opusculo, &, ſuis adverſarios involvens caſſibus, docuit, *Patrum allegationes non eſſe medium idoneum, & ſufficiens ad demonſtrandam veritatem eorum de religione capitum, quæ Eccleſia Romana creditu neceſſaria eſſe ſtatuit*, quod fides monumentorum, quæ de iis ſupereſſe dicuntur, non extra dubitationis aleam ſit poſita, & quod dictio eorum admodum ambigua

bigua ſit, & obſcura, & alienam non raro ſententiam adhibeat, & interdum plane deficiat. Et ſi ab his omnibus diſceſſeris, tamen auctoritas eorum tanta non ſit, ut noſtras de religione controverſias poſſint decidere. Hæc, inquam, prora & puppis eſt hujus commentationis, qua ſola nomen perenne meruit Auctor in Polyhiſtoria Theologica nemini ſecundus. In quo ſi quid humani extitit, a quo nemo mortalium eſt alienus, hoc fuit, quod Sectæ ſuæ nimium fuit ſtudioſus, & *τῇ ὑποθέσει δουλεύων*, ab uno extremo diſceſſit fere in aliud, Scyllamque auctoritatis humanæ vitaturus deflectat nonnihil ad Charybdim Scepticorum. Sane de uſu Patrum in controverſiis Theologicis ita diſſerit, ut ipſe Pyrrho vix potuerit ambitioſius. Quo ipſo quidem adverſarios confudit egregie, & eloquentiæ ſuæ vim ac eruditionis copiam oſtentavit, an vero religioni Chriſtianæ etiam conſuluerit magnopere, vehementer adhuc ambigimus.

Ephraim Prætorii Bibliothecæ Homileticæ Pars Prima. Leipzig 1711. *Ejusdem Bibliothecæ Homileticæ Continuatio Pars Secunda.* ibid. 1708. 2. Volum. In quam laudes pereximias contulit J. F. Meyerus in Bibl. Biblica Diſſert. 3. c. 2. p. 46. Neque id ſine ratione prorſus. Multum enim induſtriæ ad eam concinnandam adhibuit Auctor clariſſimus. Et ex iis doctoribus, qui inde à B. Lutheri tempore fuerunt in Eccleſia noſtra, & lucubrationibus Homileticis inclaruerunt, non facile quenquam præteriit, quem non inſpexerit ipſe, & loco decente appellarit. Quo nomine ante H. Wittenium collocandus omni-

omnino eſt. Dorſchæo tamen longe poſt ponendus. Emendandus etiam in quibusdam. (Quod fecit G. Serpilius *in Lieder-Gedancken* p. 24.) & tam diu augendus, quamdiu inſanabile illud cacoëthes ſcribillandi *poſtillas* dûrabit in Theologorum ordine.

J. G. Olearii Bibliotheca Scriptorum Eccleſiaſticorum cum præfat. J. F. Buddei & acceſſionibus J. G. Olearii filii. Jenæ 1711. Quæ prodiit primum 1673. 8. ſub titulo, *Abaci Patrologici.* Neque id invita Minerva, aut ringente eruditorum choro. Sic enim G. M. Königius in Bibl. V. & N. p. 587. Eſt parvus quidem ille Liber, ſed in quo multa continentur non ſtudioſis tantum, ſed & Theologis ſcitu perneceſſaria. Ego me ex eo non parum profeciſſe ingenue fateor ac agnoſco. Hactenus Königius. Tam præclara hujus Viri de opuſculo hoc inſtituto fuit ſententia. Quanta futura fuiſſet de perpolito! In quo tamen malim eos Pontifices omiſiſſet Auctor, de quibus nihil præter Epiſtolas, ſupereſt. Opportune enim R. Bellarminus in præfat. Libri de S. E. Pontifices Rom. in hoc Catalogo omittendos eſſe cenſui, qui ſolas Epiſtolas ediderunt. Niſi quando probabile fuit, ab ipſis eas Epiſtolas vel dictas fuiſſe vel ſcriptas. Siquidem Epiſtolæ Pontificiæ ut plurimum non partus ſunt ingenii Pontificum, ſed eorum qui ab Epiſtolis illis ſunt.

J. H. Hottingeri Bibliotheca Orientalis. Heidelbergæ 1658. Cujus viri immaturo interitu damnum ingens fecerunt apud nos Orientales literæ. Harum enim præ cæteris fuit ſtudioſus. Et apparet ex hujus Bibliothecæ ſpecimine, quan-

tam

tam librorum Anatolicorum, Arabicorum potiſſimum, impreſſorum & MSCtorum, habuerit notitiam, quantum linguarum Orientalium uſum, quam indefeſſum ſtudium! Et quas dare potuiſſet adhuc opes, ſi per fatorum iniquitatem licuiſſet ipſi ſtare promiſſis, & quod ſpoſpondit in hoc promptuario c. 2. p. 39. *Theatrum Tetraſtegon* abſolvere! Sane hæc ſcena ita adornata eſt, ut Herbelotii Bibliotheca Orientali inferior cenſenda ſit; ſi ſpectes ſcriptorum copiam, ſuperior autem ſi ordinem, ſelectum, & recenſendi modum.

J. H. Hottingeri Bibliothecarius Quadripartitus. Tiguri. 1664. Quæ tota rebus eruditis, ut veſtis auro, rigeſcit. Multa in ea & luculenta conſilia, de Bibliothecis recte adornandis. Obſervationes ſingulares de libris impreſſis & MSCtis, Græcis & Latinis, Syriacis, Arabicis, Perſicis &c. numis quoque, & aliis Bibliothecarum cimeliis & ornamentis. Catalogi etiam integri Scriptorum Anglicanorum, Arabicorum, Syriacorum &c. inſerti. Vir enim πολυμαθέστατος fuit Hottingerus, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & literariæ, linguarumque exoticarum egregie peritus. Nec iis, unde manat hæc cognitio, præſidiis deſtitutus, ingenio, induſtria, monumentis diverſi commatis iisque non facile obviis, Codicibus MSCtis, numis, Epiſtolis Eruditorum Autographis, Apographis (p. 111. ſeq.) & librorum excuſorum ſtupenda ſupellectile. (462.) Quibus ornamentis inſtructus tot, ac tantas, in hoc opere duxit pompas. Et ſi quo in loco lapſus eſt interdum, ut ſane lapſus eſt p. 294. 304. & alibi, quod in margine codicis noſtri notavimus, condonan-

dum hoc eſt in via tam difficili, lubrica, & ſalebroſa, in qua offenſionem effugere & vitare non facile cuidam licet (2) *Ejusdem Theſaurus Philologicus.* Tiguri 1659. De quo alibi. (3) *Ejusd. Specimen Philologiæ Sacræ.* Tiguri 1546. (4) *Ejusdem Exercitationes Anti-Morinianæ.* Tiguri 1644. Quod opus an omnium eorum ſit optimum, quæ ab Hottingero elucubrata, & in aſpectum publicum prodire juſſa ſunt, quæ Richardi Simonii eſt hæreſis in Hiſt. Critica V. T. lib. 1. c. 14. p. 93. non moroſe contendemus. Id ſufficere ad noſtrum inſtitutum exiſtimantes, ſi dixerimus, illud nomine Hottingeriano non eſſe indignum. Nec deſunt characteres ac notæ, & eruditionis indicia, quibus hic Vir præ cæteris excellit. Linguarum Orientalium exquiſita cognitio, Librorum Ebraicorum, Chaldaicorum, Syriacorum, Arabicorum, Perſicorum, Samaritanorum &c. multijuga lectio. Argumentorum Hiſtoricorum, Theologicorum, Philologicorum expedita inventio, & oportuna uſurpatio. Et quæ ſunt alia hujus metalli quibus titubantem Joh. Morini theſin invaſit, & de gradu deturbavit; *Pentateuchum Samaritanum Pentateucho Judaico non tantum æqualem eſſe, ſed infinitis modis ſuperiorem.* Et illuſtriora adhuc extitiſſent ejus in Rempubl. literariam merita, ſi librum *Joſuæ*, vel *Chronicon Samaritanum*, integrum nobiscum communicaſſet, cujus Epitomen communicavit tantum, & ſuis hiſce Exercitationibus velut appendiculam adjecit. (5) *Ejusd. Hiſtoria Orientalis.* Tiguri 1651. De qua alio loco.

Marti-

Martini Kempii Biblotheca Anglorum Theologica, cum Appendice de regia Societate Londinenſi, Regiomonti 1677. Quæ magno in honore eſt apud intelligentes, tum quia Auctor, linguæ Brittanicæ peritus, ipſe in hac regione verſatus eſt, per aliquot temporis ſpatium, & quos indicavit in hoc opere Scriptores pleroſque manibus ſuis trivit, tum quia ex noſtratibus nemo eſt, qui hujus generis Bibliothecam adornare, ac tot tantisque opibus inſtruere, auſus fuerit. Neque enim eſt cujusvis hanc adire Corinthum, & diviſas à nobis toto orbe Bibliothecas perluſtrare. Et rem eruditis omnibus gratiſſimam feciſſet H. L. Benthemius, ſi, quam in Prolegomenis *des Engelländiſchen Kirchen- und Schul-Staats* §. 32. dedit fidem, re ipſa etiam præſtitiſſet, & operis hujus filum usque ad hæc tempora deduxiſſet. Inſimulque docuiſſet quo loco habendum ſit iſtud J. F. Mayeri judicium, qui in Bibl. Biblica Diſſertatione 3. c. 1. p. 48. ſcribit, Kempium pleraque omnia quæ de Commentatoribus in SS. affert depromſiſſe ex Libro Anglico, per *Vernelium* quendam inchoato, poſt locupletato ab aliis, editoque Londini 1668. 8. cum hac inſcriptione, *The Cataloque of our Engliſch &c.* Neque ullam ejus ibidem feciſſe mentionem. Quod ſi eſſet, ſane omnis pudoris expertem extitiſſe Kempium oporteret, qui in Prolegomenis p. 20. à plagii culpa tam purum ſe eſſe profitetur, ut & ſuſpicionem ejusmodi de ſe calumniis annumerare non dubitet. (2) *Academiæ naturæ curioſorum Ortus leges, Catalogus*. Norimb. 1683. (3) *Chriſt. Weiſii Schediasma de lectione novellarum & Genealo-*

gia Comitum Leiningenſium. Francof. 1585. (4) *Friderici Ulrici Calixti Commendatio Comment. Origenis.* Helmſt 1685. (5) *Adriani Baieri de Advocatorum in Amanuenſes Ephoria.* 1691. (6) *Samuelis Puffendorffii Epiſtolæ duæ ad Rechenbergium* Lipſiæ 1688. (7) *Thomæ Ittigii Diſſertatio de hæreſiarchis.* Lipſiæ 1690.

Joh. Friderici Meyeri Bibliotheca Biblica. Lipſiæ 1711. Cujus Hiſtoriam tradit Carolus Arndius in Bibl. Meyeri continuata c. 1. p. 11. ſeq. Et ea ſunt Auctoris in hoc ſuo opuſculo merita, ut laudis præmium, quaſi debitum à Lectore poſſit exigere. Sed fallitur Vir Doctiſſ. dum diſſert. 1. §. 10. p. 16. Petruchii Chronicon Portenſe in Catalogo Bibl. Thuaneæ pro Commentario haberi ſcribit, quo *Port* in regno Neapolitano deſcribatur. Siquidem id l. c. contra eſt. Fallit etiam dum diſſertationum hanc decada, *Bibliothecam Biblicam* inſcribit, & in ea notitiam etiam auctorum Lutheranorum tradi affirmat, qui in SS. condiderunt commentarios. Non enim Bibliotheca Biblica eſt, ſed commentatorum quorundam Biblicorum Elenchus. Et tantum abeſt, ut Lutherani interpretes in ea enumerentur, ut potius ii omnes in hoc faſciculo ſint præteriti, & inde occaſio data Carolo Arndio ſupplendi hanc lacunam, & in Bibliotheca Biblica Mayeri continuata huic Chronico Literario adjiciendi Paralipomena h. e. de Comment. Lutheranis generalibus, & ſpecialibus quædam collectanea. (2) *G. G. Zeltneri diſſert. de novis Bibliorum verſionibus Germanicis.* Altorfii ſ. a. In qua conſilia quædam ſuggeruntur, non floccipendenda, de

trans-

translatione Lutheri illuſtranda, & novis verſionibus ſuffocandis, & in herba opprimendis. Verſiones etiam nonnullæ germanicæ perraræ indicantur. Pericula autem inde timenda, tanta, noſtro judicio non ſunt, quanta ea eſſe perſuaſum ſibi habet Auctor. (3) *J. H. Schmidii de Libris & Epiſtolis cælo delapſis.* Helmſt. 1704. (4) *D. G. Mülleri Diſſert. de Bibliotheca.* Altorfii 1700 (5) *G. Crantz. Memorabilia Bibliothecæ Eliſabethanæ Uratislavienſis.* Uratislaviæ 1699. In quibus multa præclara & cognitione digniſſima, Phyſica, Technica, literaria, Exotica, Archæologica &c: quæ omnia majore amænitate legerentur, ſi placuiſſet Auctori, ea ſine interſceniis poeticis, & colloquiorum ambagibus lectori prodere. Nam & palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores, & hiſtrionum nonnulli geſtus ineptiis non vacant, & in utroque genere quæ ſunt recta & ſimplicia laudantur. (6) *G. C. Götzii de Bibliotheca Lipſienſi Comment.* 1711. In qua aurea Hiſt. lit. documenta nitidis orationis floribus ita intexuntur, ut, qui harum rerum eſt intelligens, non poſſit non tacitus æſtuare deſiderio, videndi Catalogum hujus Bibliothecæ integrum, cujus ſpem fecit auctor p. 20. (7) *Chriſt. Coleri Oratio de Bibliotheca Mario-Magdalena Uratislavienſi* 1699. (8) *G. F. Neumanni Epiſtola ad H. E. Groſchuſium* de Bibliotheca Halenſi 1700. (9) *J. B. Menckenii Schediasma de Comment. Hiſtoricis quos Galli Memoires vocant.* Lipſiæ 1711. Quo nihil extat in hoc genere copioſius, elegantius, accuratius, & quo minus carere queat Hiſtoriæ recentioris literariæ & civilis amans. (10) *J. G. Stoltzie de Scriptis*

Arndianis Epiſtola. Waldenburg 1711. laudata à G. B. Scharfio in Supplemento Hiſtoriæ & litis Arndianæ, p. 170. & laudanda omnino ob animi moderationem. Qua licet medium inter nimium & parum non ita teneat Auctor, ut ab amicis Arndii & inimicis tantumdem abſit, tantum tamen abeſt ab utrisque ut in caſtra neutrorum tranſierit. (11) *J. A. Schmidii recenſio Ordinationum Eccleſiaſticarum.* Brunſvic. 1710. (12) *J. W. Grötſchii de libro Jeremiæ combuſto Jerem.* 36. ℣. 20. Altorfii. (13) *J. A. Schmidii de Hiſtoricis rerum Sacrarum deperditis.* Helmſt. (14) Ejusdem *Strictura in Joh. Harduini Opera Selecta* ibid. 1710. Schediasma animi, doctrinæ & bonæ frugis plenum. (15) *J. J. Ferberi Diſſert. de Joach. Langii Medicina mentis.* Witteb. 1709. (16) *C. S. Schurtzfleiſchii animadverſiones ad Dionyſium Longinum.* Witteb. 1711. (17) *J. F. Reimmanni Diſſert. de Chronico Halberſtadienſi* MS. Halberſtadii 1702. (18) *M. J. P. Ludewig Hiſtoria ſine parente.* Halæ 1711. (19) *Joh. Wernerus vom Theodori Petræi vornehmen eine gute Anzahl Orientaliſche MSCta in Druck zu geben.* 1670. (20) *Ejusdem Abiſſiniſche Gedenck-Zeichen Theodori Petræi* eodem.

M. J. Wendleri de libris à Pontificiis ſuppreſſis aut corruptis. Jenæ 1714. Spicilegium poſt meſſem, & auctarium ad Danielis Franckii tr. de Indicibus Librorum prohibitorum, & Caſparis Löſcheri Diſſert. de latrociniis in Scriptores publicos adjiciendum. Congeſtum ex eclogis non cottidiani commatis, & duobus prologis galeatis munitum. Sed ſexcenta ſunt quæ huic ſchediasma-

diasmati poſſunt addi. Quædam etiam in eo omitti. Qualia ſunt quæ affert Auctor de corruptis à Pontificiis cantilenis Evangelicorum. Item de plagiis ab iisdem commiſſis. De Libris ex mente Inquiſitorum hæreticæ pravitatis repurgandis, tollendis &c. Hæc enim omnia nihil ad hunc Bachum. Nec libri iccirco ſtatim ſunt ſuppreſſi, aut corrupti, qui opinione adverſariorum ſupprimendi, vel corrumpendi cenſentur. (2) *J. C. Wolfii de Catenis Patrum Græcis ac potiſſimum.* MSCtis. Witteb. 1712. Quem dubitamus cognitione linguarum, an doctrinæ varietate, an librorum editorum ac ineditorum lectione, an ſcriptorum bonorum copia, an judicii acrimonia clariorem putemus. Sane multa docuit in hac diſſert. Auctor quorum antea fuimus imperitiſſimi. (3) *Anonymi judicium van der Frau Peterſen Comment. über die Apocalypſin.* 1697. (4) *G. H. Götzii Exercit. de Cornelii à Lapide Comment. in SS.* Lipſiæ 1709. In qua de Cornelii vita, & ſcriptis ita diſſerit Auctor, ut ejus Commentationes diligenti manu triviſſe, & plus iisdem tribuiſſe videatur, quam vitia earum in ipſa hac diſſert. enumerata permittunt, ſi cum virtutibus compoſita ad aurificis ſtateram revocentur. (5) *M. Philippi Rohr Pictor errans.* Lipſ. 1679. Schediasma non inelegans, ſed luculentius ſuturum ſi Auctor Thomam Braunium adhibuiſſet in conſilium cujus Pſeudodoxiæ Epidemicæ totus Liber V. in erroribus pictorum detegendis eſt occupatus. (6) *M. Pauli Chriſt. Hilſcheri de erroribus Pictorum circa nativitatem Chriſti.* Lipſiæ 1705. (7) *Joh. Fabricii Hiſtoria ſacra contra nonnullos pictorum*

errores vindicata. Altorfii 1684. (8) *M. J. B. Habnii Decas obſervationum Philologicarum.* Regiomonti 1709. (9) *M. Joh. Reinhardi Diſſert. de Keri & Kethibh, ſive Marginalibus notis Codicis Ebræi Maſorethicis*, Witteberg 1674 (10) *M. Mich. Gronert de verſione LXX.* interpretum, à quibus fuerit adornata. Regiomonti 1706. (11) *Joh. Georg. Abicht de reſtituendis duobus verſibus* Joſ. XXI. 36. 37. Lipſiæ 1714. Præclara diſſertatio, docta, rotunda. In qua nihil inane nihil arceſſitum. (12) *Joh. Chriſt. Schrammii de Indicibus librorum prohibitorum.* Helmſt. 1708. In quam de Indicum prohibitorum Ortu & progreſſu, auctoritate item, & iniquitate, collectanea contulit Auctor non ita in vulgus nota. (13) *Caſparis Thurmanni Biblotheca Canonicorum.* Halæ 1700. tenuior quam fas eſt, macilentior & toto genere ſtrigoſior. Quam indicem rerum ad jus Canonicum ſpectantium, & ab eruditis vel ex profeſſo, vel data occaſione illuſtratarum, dixeris potius quam Bibliothecam Canonicam. (14) *J. H. Hottingeri Epiſtola ad Joh. Jonſtonum de gemina commentandi ratione*, (15) *Andreæ Homborgii Diſſert. de literis Commendatitiis.* Helmſt. 1702. (16) *J. A. Schmidius de literis ſanguine* J. C. firmatis ibid. 1713. (17) *Michael Lilienthal de Philothecis earumque uſu & abuſu.* Regiomonti 1712. Bellula ſane, & erudita, & multis egregiis eclogis ac divinationibus referta. Quam quoties pervolvo, toties doleo, Auctori ad manus non fuiſſe Franciſci Egenolphi Flores Heſperidum ſ. *Stamm oder Geſellen-Buch* Francf. 1574. 8. (18) *Joh. Conrad Schwarzii de plagio literario.* Halæ 1701

Vir

Vir qui una cum virtute multum habet ingenii, ac doctrinæ, nec eloquentiæ parum, ſtudium ſane veritatem ſine προσωποληψία conſectandi maximum, diſciplinæ tamen Socraticæ præ cæteris addictus, ejusque Methodo in hac diſſert. uſus. In qua plagiarium, vulgo ſic dictum, peccare contra decorum eruditorum concedit; Furti autem crimen in eum poſſe conferri pernegat, quod libelli in vulgus editi juris publici facti ſint, & res in iis proditæ non alienæ amplius, ſed ejus propriæ, in cujus poſſeſſionem vel emtionis, vel alio quodam jure tranſierunt. (19) *J. F. Mayerus de erroribus pietiſticis in N. T. Hedingeriano* Gryphswaldiæ 1707.

Henningii Witte repertorium Biblicum. Rigæ 1689. Laudatum à J. F. Meyero in Bibl. Biblica diſſert. 3. p. 46. quod Commentatores ſingulorum librorum SS. vernaculos non tantum, ſed & qui capita ſingula & verſus Germanica lingua illuſtraverint, ſatis copioſe indicet. Quod elogium non equidem invideo; Miror magis, undique totum. Quippe eſt illud oſſeum, expers carnis & ſanguinis, & ſpiritus & medullarum.

Joh. Tritthemii de Scriptoribus Eccleſiaſticis Liber cum duabus appendicibus Anonymi ſcilicet & Balthaſaris Werlini. Coloniæ 1546. De quo J. A. Fabricius in præfat. ad Lectorem Bibliothecæ Eccleſiaſticæ, præmiſſa, Tritthemii Liber de Script. Eccleſiaſticis ſæpius eſt vulgatus, tamen *raro* hodie obvius eſt, venalis certe nusquam proſtat. Cum tamen hic Auctor unus ſit, ex quo plurimi Scriptores recentiores hauſerunt, hauriuntque, quæ de ſequiorum temporum ſcri-

ptoribus, ubi veteres nos illi deſtituunt, ſive vera ſive falſa, tradunt. Hactenus Fabricius. Cum quo conferendus Aubertus Miræus de Scriptoribus Sec. XVI qui p. 156. Joh. Werlini Appendix ad Tritthemium eget quibusdam in locis expurgatione ſ. lima cenſoria, nominatim ubi agit de Beato Rhenano &c. Ratio eſt quia ibidem & Proteſtantium honorificam facit mentionem. Quibus ita infenſus fuit Miræus ut in Sec. XVI. Scriptoribus eos omnes ſilentio prætermiſerit, vel ſi quos interdum nominaverit, eos infami ſtigmate notandos exiſtimaverit. Non ſine manifeſto legum Hiſtoricarum neglectu ac faſtidio.

Roberti Bellarmini de Scriptoribus Eccleſiaſticis Liber unus. Coloniæ 1684. Andreæ Sauſſay Continuatio Bellarmini de S. E. ibidem. Quorum *prior* qualis ſit, ex iis quæ alibi diximus intellectum puto. Quod autem ad poſteriorem ſive Sauſſayum attinet, ille in eo ſequitur Bellarminum, quod Proteſtantium nomina perpetuis tenebris exiſtimat eſſe damnanda, adeoque eos tantum ſcriptores hiſce Paralipomenis inſeruit, qui ejusdem ſecum diſciplinæ ſunt, quos omnes ſummis laudibus in cælum effert. Panegyriſtæ ſimilior, quam hiſtorico. Verum ſcripta plerorumque affert mutila. Memoratos etiam jamdum nonnullos à Bellarmino denuo memorat. Et dum hæreticos data quavis occaſione conſpuendos, & ſcripta eorum accurate recenſenda exiſtimat qui eosdem lapidandos eſſe conſueverunt; In omnibus fere paginis de iis differit, quos memoria indignos arbitratus eſt, & Conradi Geſne-

Geſneri, aliorumque plumis ita ſe veſtit, ut, absque iis ſi fuiſſet, cornicula Æſopica interdum extitiſſet pauperior.

Petri Beſodneri Bibliotheca Theologica præcipuorum Interpretum SS. Francof. Marchionum 1608. Quæ, ſi J. F. Meyero utaris arbitro in Bibliotheca Biblica Diſſert. 3. c. 2. §. 2. p. 40. ita comparata eſt, ut nec copiam nec accurationem ejus temporis Lector in ea potuerit deſiderare. Nec ita inepta eſt, ut prorſus nulla laus in eam conveniat. Copioſa eſt & locuples. Diſtinguit Commentatores orthodoxos ab heterodoxis, recentiores ab antiquis, Chriſtianos à Judaicis, univerſales à particularibus & ſingularibus. Verum non æque deſcernit editos ab ineditis, deperditos à ſuperſtitibus, thyrſigeros à Bachis.

Caroli Arndii Bibliotheca Meyeri Biblica continuata. Roſtochii 1713. Meyerum ſequitur, verum non paſſibus æquis. Neque enim tanto librorum apparatu fuit inſtructus, nec tanta doctrina, nec ea judicandi facultate. Lectione tamen abundat & induſtria. Et in hoc ſpicilegio ita ſe geſſit, ut digna ſint ejus collectanea, quæ cum Meyeri Bibliotheca in unum corpus coeant.

Pauli Bolduani Bibliotheca Theologica. Jenæ 1614. Ejusd. *Bibliotheca Philoſophica* ibid. 1616. Ejusd. *Bibliotheca Hiſtorica* Lipſ. 1620. In quibus Bibliotheca Theologica eſt jejunior, compilata e Petro Beſodnero, Catalogis Francofurtenſibus, aliisque; *Philoſophica* autem eſt melior, & accuratior, & copioſior. Sed *Hiſtorica* omnium eſt optima bono ordine digeſta, & multorum auctorum

copia

copia inſtructa, & ad notitiam Hiſtoriographorum cujuscunque generis comparandam non inepte accommodata. Dummodo, quæ in ea ſunt lacunæ, ſtudioſe ſuppleantur, & ſphalmata emendentur.

Caſparis Sagittarii Introductio in H. E. 1694. Vir cujus neque judicium neque dictio probatur, C. S. Schurtzfleiſchio in Epiſtolis arcanis p. m. 613. Quique in hoc opere, Degorei Wheari relectionibus hyemalibus egregie uſus eſt, nulla ejus facta mentione, ſi Chriſt. Schraderum audias in Catol. Bibliothecæ n. 2429. Nec ſemel in eo lapſus docente P. Zornio de Libertate Eccleſiæ Gallicanæ §. 2. Laudandus tamen à diligentia, copia, ordine, lenitate dictionis, & perſpicuitate cum primis, ſiquidem nihil eſt in hiſtoria illuſtri claritate dulcius. Emendaſſet etiam procul dubio adhuc multa ſi vixiſſet. Sed in media hujus operis exædificatione a morte oppreſſus eſt. Atque hinc illæ, quibus offenduntur nonnulli maculæ! Quas tamen pleraſque ſuſtulit J. A. Schmidius qui primo huic Tomo poſtea ſuccenturiavit ſecundum, & hac ratione huic Introductioni impoſuit τὸν κολοφῶνα.

Chriſt. Julii Bockelmanns Bibliotheca Agendarum Eccleſiaſticarum, Edita & illuſtrata ab H. C. Königio. Zelle 1726. *Primus* eſt Auctor qui Agendarum Eccleſiaſticarum Bibliothecam condidit, apparatu CCCLI. voluminum hujus commatis inſtructus. Quæ ſi quis pervagari cuncta, & quæ ad H. E. faciunt enotare poſſet, ad concinnandos

dos *Annales Liturgicos* non levidenſem ſibi comparare poſſet materiam. Ac licet huc conſilia ſua non retulerit Auctor, ſubinde tamen ex iis, quæ in ſcenam producit operibus, quædam attulit lectu jucunda, & ad ſcribendam Hiſtoriam rituum Eccleſiarum noſtrarum pereximia. Nos etiam hoc, quo bibliotheculam noſtram ditavit Auctor, exemplum, indice copioſo inſtruximus, & additionibns quibusdam locupletavimus.

Caſparis Tharmanni Bibliotheca Academica. Halæ 1700. Opus 30. Annorum, quo ſpatio ter Elephantus peperiſſet. Laudatum à Sam. Stryckio in præfat. præmiſſa, & aliis ab ipſo citatis, quorum tamen ex amore potius profectum videtur judicium, quam ex judicio amor. Sceleton enim eſt tantummodo corporis literarii, quod carne & ſanguine deſtituitur. Nec *Bibliotheca* eſt Academica, ſed farrago rerum variarum ad Academias ſpectantium, in certas claſſes diſtributa quidem, & ordine Alphabetico digeſta; Sed cujus tituli admodum jejuni interdum & illepidi, & rebus vel cottidianis, vel perpaucis, referti, ut opus vix 30. dierum, nedum annorum totidem videri queat.

S. W. Sluteri Propylæum Hiſtoriæ Chriſtianæ. Luneburgi 1696. Cujus ſtructura non eſt inepta, nec, qui in eo occurrit rerum apparatus, indiligenter congeſtus. Sane facem prætulit Auctor C. Sagittario J. A. Schmidio, Th. Ittigio aliisque qui de H. E. conditoribus poſt eum commentati ſunt; Sed nihil inventum ſimul ac perfectum eſt. Nec quicquam tam abſolutum in H. Lit. cumprimis, cui non aliquid poſſit addi, &

in

in quo nihil queat emendari. Adeoque mirandum non eſt, iis, qui poſt hanc meſſem, falcem in has ſegetes immiſerunt, tot ab Auctore relicta eſſe ſpicilegia. (2) *J. A. Boſii Schediasma de Comporanda notitia Scriptorum Eccleſiaſticorum.* Jenæ 1686. Laudatum a D. G. Morhoffio in Polyhiſtore T. 3. l. 4. n. 18. p. 39. nec ita comparatum, ut laus nulla eidem conveniat. Siquidem & dilucida eſt orationis linea, & œconomia non diſſoluta, & rerum quarundam ſumma capita perpulchre expreſſa. Sed ſchediasma eſt tantummodo, ab Auctore delineatum, non autem expolitum, non abſolutum, non factum ad unguem, & argumenti ambitus latius patet, quam ut ſex plagulis comprehendi ſe patiatur. Nec defuit Boſio facultas hanc ſciagraphiam perficiendi, & coloribus debitis illuſtrandi, defuit otium, & valetudo, & vita. Quippe eidem vix annum adhuc ſuperfuiſſe novimus.

Auguſti Varenii Rationarium Theol. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Roſtochii 1669. Duo tantum ſecula abſolvit Auctor. Adeoque opus imperfectum reliquit. Sed ita requirit ut Apelles Coæ Veneris caput, & ſumma pectoris, cujus pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem poſteris abſtulit. Sane ſi, qua cæpit dexteritate totum Rationarium perfeciſſet Varenius. tantum iis, qui poſt eum hoc argumentum ſuſceperunt, inſpiraſſet formidinem, quantum qui antea in eo deſudarunt incuſſit pudorem. (2) *J. A. Boſii Schediasma de comparanda notitia Scriptorum Eccleſ. Jenæ* 1673. de quo alibi.

M. J Chriſtoph. Meelführeri Corona Centum Patrum & Doctorum Eccleſiæ. Gieſſæ 1670. De quo Joh. Fabri-

bricius in Hiſt. Bibl. P. V. p. 456. Juvenile eſt ſcriptum, inquit, ſed tamen non contemnendum. Cum quo judicio & noſtrum conjungimus, & hoc adjicimus tantum, caute id eſſe legendum & cum grano ſalis, quia ſubinde quædam irrepſerunt παρoράματα v. g. p. 2. Ubi legitur A. Kircherum, Hermetis ſcripta lingua Ægyptiaca eſſe exarata, teſtari. Scilicet, quaſi Hermes Trismegiſtus ab Herma, cujus Auctor l. c. tradit Hiſtoriam, non toto cælo fuerit diverſus.

Rob. Bellarmini de Scriptoribus Eccleſiaſticis liber. Coloniæ 1663. Cujus editio *prima* 1616. Optima 1663. Pariſiis prodiit. Reliquæ enim pleræque erubeſcendis ſphalmatis ſunt contaminatæ. Et jam alibi expoſuimus quid de opere ipſo exiſtimemus. Quibus pauca adhuc ſuperaddimus ne videamur ἀσύμβολοι. Scilicet *primus* eſt Bellarminus ex recentioribus, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis ex inſtituto commentatus eſt. Ante Poſſevini enim Apparatum hic libellus eſt ſcriptus, licet poſt illum prodierit. Et ſane laudanda in eo eſt dictio placida, cum rerum bene diſpoſitarum Polyhiſtoria; ſed quod maculat Auctorem, eſt græci ſermonis ignorantia, cum inemendabili religionis προδοξίᾳ, qua velut cantu quodam magico, vel poculo amatorio faſcinatus, & ſibimetipſi excuſſus, ſcriptores optimos interdum præterit, ſpuriosque habet pro genuinis, in Chronologiæ etiam, & Hiſtoriæ, & Criticæ regulas impingit, & ſemina ſuæ ſectæ, quaſi aliud agendo interſerit. Et ſi qua ſunt alia quæ accidere iis ſolent,

quo-

quorum intereſt, nequid Monarchia Papalis detrimenti capiat.

B. H. Wüſthofii Bibliotheca Theol. Philologica, Latino-Germanica. Lipſ. 1705. Cujus Auctor eſt SS. Th. Studioſus. Qui propter irruptionem Suecorum in Saxoniam, & controverſiam quæ ipſi interceſſit cum Thoma Fritſchio Bibliopola Lipſienſi, & æris, qua laboravit, inopiam, hanc & quas præterea animo conceperat Bibliothecas alias ad umbilicum perducere non potuit. Nec magnum adeo eſt naufragium, quod reſpublica literaria jactura horum Catalogorum paſſa eſt.

Magni Theologi Salani Hiſtoria Critica Theologiæ theticæ & moralis. Francf. 1624. Buddeo inſcio & inconſulto hæc Hiſtoria ab Anonymo quodam in lucem prodire juſſa eſt. Quod quidem laudare prorſus non poſſumus. Sed nec vituperare omnino. Quia nec gloriæ, nec lucri, nec commodi privati, verum utilitatis publicæ cauſa factum. Sane plagium non eſt. Siquidem auctoris nomen non eſt diſſimulatum. Nec tanta bile dignum facinus, quanta in declaratione continetur, quam auctor editori oppoſuit, qui in Anti-declaratione ſe non inepte defendit, & maculam ſuo nomini inſperſam modeſte & nervoſe eluit. Succeſſit poſtea 1728. Buddei *Iſagoge Hiſtorico-Theologica, ad Theologiam univerſam ſingulasque* ejus partes Lipſiæ duobus Tomis excuſa, cui hæc Biga Hiſtoriæ Theologicæ ſimul inſerta eſt; Sed illuſtriore habitu. Quæ in hac etiam editione laudanda omnino a ſcriptorum Theologicorum copia, varietate, & ordine

cum

cum primis, in quo & temporis habita eſt ratio & argumenti. Sed non æque à ſelectu & circumſpectione, & ratione judicandi, qua Auctor uſus eſt. Quot enim levis armaturæ milites hîc in aciem producti ſunt omiſſis melioribus? Quot ſcriptorum nomina cum aliis confuſa, corrupta, perperam allata? Quot ſcripta ab Auctore non viſa, non lecta, non diligenter ſatis verſata, non ad aurificis ſtateram appenſa? Quanto partium ſtudio, quam parcè, quam frigide, quam negligenter, quam nihil de nonnullis judicatum? Præferenda tamen Hiſtoria Theologiæ moralis, theticæ, quia in illa plures, quam in hac Auctor habuit, qui facem prætulerunt. Et in iis Gebhardum Theodorum Meyerum præcipuè, quo quidem aliquatenus eſt dilucidior, ſed itidem infirmior. Robuſtior in Iſagoge Hiſtorico-Theologica in qua pleraque, quæ in opere hoc imperfecto malè tornata ſunt, adhibita lima correcta ſunt & emendata; Verum & omiſſa quam plurima, & in iis ea cumprimis, quæ in Schedis hiſce liberius pronunciata videri poterant.

Gebhardi Theodori Meyeri Introductio in univerſum Theologiæ moralis ſtudium. Helmſt. 1671. Nulla extat Iſagoge in Theol. moralem, quæ componi cum hac queat, ſive hiſtoriam hujus diſciplinæ ſpectes, ſive βιβλιογνωσίαν, quibus duobus capitibus propædia ſcientiæ alicujus potiſſimum abſolvitur. Et ſi dictionis moroſitate, & rerum quarundam præjudicio, puta ἀριστοτελοφιλία, & juris Canonici cum Theol. morali

H con-

confuſione non impeditus fuiſſet Auctor, neſcio quid præclarum in hac eruditionis parte potuiſſet perficere, qui ſtupendo labore omnium Seculorum ſcripta perreptavit, ut quid ſatum quid meſſum ſit huic diſciplinæ perſpiceret, & hac ratione theſaurum ad eam illuſtrandam, ornandam, & amplificandam comportaret.

Catalogus Græcorum MSctorum Codicum. Ingolſtadii 1602. Hunc Catalogum MSctorum Græcorum Theologicorum quæ aſſervantur in Bibliotheca Monachienſi, ſacris Bibliothecarum arcanis retectis inſeruit Theophilus Spizelius p. 145. ſeq. Sed mirum quantum commutatum. Siquidem à Codice 129. usque ad finem Spizelii Elenchus ita abit ab hoc noſtro, ut fere nihil ſit in quo conveniant. Quod eo majorem apud nos habet admirationem quo planiora, & in Diſſert. Præliminari §. 13. & in opere ipſo p. 145. ſunt verba, quibus nobis perſuadere cupit, ſe eadem hac noſtra Editione eſſe uſum.

C. P. Leporini Nachricht von D. C. M. Pfaffii Leben, Controverſien und Schrifften, nebſt einen Catalogo der Unions-Schrifften. Leipzig 1726. Commentatio lectu digna. Tum ob fluctuum noſtro tempore in ſimpulo excitatorum Hiſtoriam, Tum ob ſcriptorum Irenicorum eidem ſubjectum Catalogum. Qui licet omnibus numeris perfectus non ſit, quod ipſe Auctor p. 97. ſeq. agnoſcit, perfectior tamen eſt reliquis hujus generis qui de hoc argumento in conſpectum publicum prodierunt. Et patet ex adjecta Hiſtoria J. C. Klemmium *primum* fuiſſe, qui motibus inteſtinis quibus Eccleſia noſtra ab A. C. 1719. usque ad

A. C.

A. C. 1724. concuſſa eſt, occaſionem dederit, & C. M. Pfaffium *præcipuum* qui copias Irenicorum duxerit, & ſua auctoritate, ſententia, & *παῤῥησία* ſuſtinuerit.

Catalogus derer Unions-Schrifften S. L. 1723. E imbria de texto. Atque ex hoc Catalogo ſcriptorum judicare poteris quantæ in Eccleſiis Proteſtantium ab A.C. 1719. usque ad A. 1724. fuerint diſſenſiones, quo pacis ſtudium & odium Doctores agitavit, & intra Septennium plusquam 100. ſcripta protulit. Quorum plures proſtant Catalogi. Sed imperfecti. Quia bello hoc nondum finito in lucem editi. Cujus generis & hic eſt. Qui licet ſuo tempore omnium fuerit abſolutiſſimus; Poſtea tamen cum nova ſubinde in lucem prodirent monumenta Irenico-Polemica evaſit imperfectior, non ſua, nec Auctoris culpa, ſed materiæ & temporis. Supplendus ex C. P. Leporini *Nachricht von C. M. Pfaffens Leben, nebſt einen Catalogo derer Unions-Scrifften.*

Catalogus Græcorum Codicum qui ſunt in Bibliotheca reipublicæ Auguſtæ Vindelicorum 1595. *Primi* ſunt Auguſtani qui MSctorum codicum in Bibliotheca ſua publica extantium imprimi curarunt Catalogum, quos Monachienſes poſtea ſecuti ſunt. Et *primus* quidem MSctorum Auguſtanorum Index 1575. exiit incerto Auctore. Cui hic alter ſucceſſit poſtea quadruplo auctior à Davide Hoeſchelio conditus. Laudatus ab Antonio Poſſevino in apparatu ſacro, & inter præſtantiſſimos Europæarum Bibliothecarum Catalogos relatus, probatus etiam ab Henrico Savilio in præfat. ad Tomum V. Chryſoſtomi in qua,

Auctorem fuiſſe ſcribit & doctum & acutum, ſæpiſſimeque in notis ad eum provocat, ubi de ſcripti cujusdam ſinceritate judicium eſt ferendum, quod ſcite monet Ant. Reiſerus in præfat. Indicis MSCtorum Bibl. Auguſtanæ.

Antonii Reiſeri Index MSCtorum Bibliothecæ Auguſtanæ. 1675. Hujus Bibliothecæ Auguſtanæ, quæ in Bibliothecis Germanicis non ultimum habet locum, quinque extant indices, quorum duo ſunt *univerſales*, Georgii Heuniſchii 1600. & Eliæ Ehingeri 1635. Tres autem particulares ſola MSCta ejusdem percenſentes, quorum *primus* eſt Anonymi 1575. *Secundus* Davidis Hoeſchelii 1595. *Tertius* hic Reiſeri, qui omnium eſt locupletiſſimus; non in græcis tantummodo codicibus enarrandis occupatus, ut priores duo, ſed & latinis, nec Theologicis ſolum, verum & aliis qui ſunt reliquarum facultatum. Adde appendices antiquiſſimarum editionum in hac Bibliotheca extantium, & librorum Auguſt. Vindel. vel impreſſorum, vel ab iis editorum qui in illuſtri hac civitate nati ſunt. Quæ omnia ſi quis non eo, quo decet, ordine digeſta eſſe judicabit, nec iis luminibus & ornamentis exculta, quibus illuſtrata eſſe ſolent monumenta hujus generis, cogitet, Auctorem curis ſecundis hæc reſervaſſe, & in præfat. aliam editionem promiſiſſe multo politiorem, una cum Hiſtoria literaria & libraria reipubl. Auguſtanæ.

J. Kahler de obligatione Ordinat. Eccleſiaſticarum cum apparatu Agendorum. Rintelii 1721. Non comparanda cum J. A. Schmidii diſſert. de Agendis Eccleſiaſticis, Helmſtadii habita 1721. qui mul

multis modis eſt inferior. Superior tamen, ſi ſpectes Agendorum Eccleſiaſticorum in fine adjectorum apparatum, qui locupletior eſt, in hac Diatribe quam in illa, & in Bibliotheca Agendorum Eccleſ. quam, qui reſpondentis provinciam in hac Diatribe ſuſtinuit H. C. Konigius è Muſeo Bokelmanniano 1726. in lucem prodire juſſit, multo locupletiſſimus.

Index Partis I. & II. Bibliothecæ Homiliticæ Ephraimi Prætorii à - - - ſtudio ab opere divulſus, & ſeparatim compactus, ut fidi Achatis inſtar lateri ſemper adhærere, & peregrinari ſecum ac ruſticari poſſet.

J. Franciſci Buddei Iſagoge Hiſtorico-Theologica ad Theologiam univerſam ſingulasque ejus partes. Lipſiæ 1727. Opus jucundum & grave, copia & ubertate ſpectabile, nec Theologica tantum; Sed & Philoſophica & Hiſtorica Polyhiſtoria eminens, in quo, quid valerent humeri, experiri voluiſſe videtur Auctor celeberrimus. Dictio pura, rotunda, candida, & condecenter expreſſa. Structura partium non diſſoluta, non indecora, non perturbata. Et rerum ratio ejusmodi, ut non Theologiæ candidatis ſolum; Sed & exercitatis in hoc campo, inſigni emolumento eſſe queat. Regulæ, de ſtudio Theologico rite inſtituendo, perutiles. Cautiones opportunæ. Obſervationes egregiæ. Et, quod primo loco dicendum erat, Hiſtoria ſcientiarum omnium Philoſophicarum & Theologicarum, conſervatis notatisque temporum diſtinctionibus, deſcripta, &, qui quavis ætate Scriptores floruerint, & quid in hac vel illa diſciplina, vel diſciplinæ par-

te, præſtiterint accurate indicatum; Accuratius tamen in ſcientiis Philoſophicis quam Theologicis, quia in his pauciores Daduchos habuit Vir Doctiſſ. quam in illis. Atque hinc illæ in Libro ſecundo ſive parte ſpecialiori lacunulæ. Hiſtoria Theologiæ theticæ V. T. vix ἄκρῳ δακτύλῳ contrectata, quæ, quia omnis veræ Theologiæ fons eſt, omnium copioſiſſime debuiſſet tradi. Leges Hiſtoriæ non ubique ſatis accurate obſervatæ; *Ne quid falſi dicere audeat, ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis.* Scriptores quidam Homonymi confuſi. Scripta nonnulla notabiliora omiſſa, vel ſine nota temporis, loci &c. citata, & vel nihil; vel ambigue de iis judicatum. Adde quasdam repetiones non neceſſarias, & contradictiones, & traditiones cum veritate non ſatis conſpirantes. Et alia hujus commatis, quæ minora ſunt, quam ut turpitudo ex iis in hoc corpus emanare poſſit.

Quippe opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.
Et quandoque bonus, nonne obdormivit Homerus?

IN OCTAVO.

JOh. Alb. Fabricii notitia literaria Scriptorum omnis generis de B. Luthero. Hamburgi 1728. Collectio perutilis. Cui ſi charta munda inſeratur, & qui ab Auctore præteriti ſunt tituli & ſcriptores, adhuc adjiciantur, Argumentum etiam cujusvis Diatribes, minutis propoſitionibus, quaſ punctis, indicetur, & quas laudes habeat, quas maculas, ſimul addatur; Egregium poſt hanc meſ-
ſem

ſem poteſt congeri ſpicilegium, & Bibliotheca adornari Lutherana omnibus numeris perfecta. Et fortaſſis has dapes adhuc apponet Auctor, ſi menſas ſecundas extruet, quas poſthac ſe apparaturum p. 48. promiſit.

Salomonis van Till Methodus concionandi. Francof. ad Mœnum 1716. Hæc Methodus Salomonis *van* Till rarior fuit olim, & iis tantummodo venundata, qui ab ore ejus pendebant. Sic enim H. L. Benthem *in Holländiſchen Kirchen-Staat* P. 1. c. 9. §. 13. p. 271. *Man kan dieſes* güldene *Büchlein nicht wol bekommen, weil es nur allein ſeinen Schülern gegeben wird.* Acceſſit huic Editioni *Selecta Bibliotheca Theologica.* In qua Scripta quædam omnino ſelecta, rara etiam nonnulla, & non usque in vulgus nota. Philologica imprimis, & quæ Antiquitatibus Ebraicis dederunt lucem, in quibus cognoſcendis & colligendis maxime tum fuiſſe videtur *van* Tillii animus, in Syſtemate Antiquitatum Hebraicarum concinnando, occupatus. Sed œconomia nulla in ea omnino eſt, vel nobis non pervia. Judicia interdum frigida, interdum nulla, ſolis indicatis Auctorum & librorum nominibus, iisque tam fœde corruptis ſæpius, vel tam miſere truncatis, ut Centonem hunc vel ex ore Tillii male admodum exceptum, vel à Typographo pudendis vitiis commaculatum eſſe appareat.

(1) *Joh. Willkins Candidatus Miniſterii Literatus.* Leipzig 1718. Qui auctor melior fortaſſis eſt orator, quam literator, aptiorque ad locos communes colligendos, & digerendas tabulas, quam conſtruendam Bibliothecam Theologicam, & indi-

candum, quid in quavis ejus parte legendum ſit, quid minus; Sola enim adfert auctorum Scriptorumque nomina, eaque nec omnia, nec integra, nec ſuis claſſibus diſtincta. Sed confuſa inter ſe, bona mala, antiqua nova, orthodoxa heterodoxa. Nimio etiam ſuæ partis, gentis, ſectæque ducitur ſtudio, idque naturæ quadam inductione, ſed in Critico nequaquam ferenda. Quod & Interpres in ſcholiis notavit paſſim, & quod Angelicus hic doctor humani paſſus eſt, in hoc opere adhibita cenſura in meliorem non raro ſtatum reſtituit. (2) *M. Chriſtiani Stockii Inſtitutiones Homileticæ.* (3) *Ejusd. Diſpoſitionum faſciculus.*

Thomæ Ittigii de Bibliothecis & Catenis Patrum. Lipſiæ 1707. Opus laborioſiſſimum. In quo ita affluenter de hoc argumento diſſerit auctor, ut Lectorem obruat rerum copia & ubertate. Neque tamen prorſus emenſus eſt hoc iter, aut omne tulit punctum. Multa enim ſunt in eo emendanda adhuc, & addenda. Quæ notavit Joh. Frid. Kernius in diſſert. Epiſtolica ad Joh. Fechtium de Thomæ Ittigii obitu p. 53. Et J. C. Wolfius in diſſertat. doctiſſima de Catenis Patrum Græcorum MSCtis §. 8. p. 14. ſeq. Nec dubium quin inſeruiſſet, & exemiſſet, quæ deſiderari poterant, Ittigius, ſi licuiſſet ei

Longius in terris ſupereſſe, & veſcier aura.

Guilielmi Cavei Chartophylax Eccleſiaſticus cum ſupplementis Pauli Colomeſii. Lipſiæ 1687. Commentarius hic eſt in Tabulas Script. Eccleſ. 1674 ab Auctore editas. In quo ſexcenta, quæ vel Amanuenſis, vel Typographi vitio, in eas irrepſe-

repſerant ſphalmata, ſunt emendata. Lacunæ tamen non paucæ adhuc relictæ. Quæ in Hiſtoria literaria Script. Eccleſ. poſtea maximam partem ſunt ſublatæ, ubi, quæ in his duobus Schediasmatis parcè, & minutim, pleniore manu, & pinguiore menſura, ampliter & copioſe ab Auctore ſunt tradita.

Index Librorum prohibitorum. Antwerpiæ 1570 ex officina Plantiniana. Fovendus in ſinu, & rarioribus annumerandus. (1) Quia Philippi II. Regis Hiſpaniæ juſſu & auctoritate eſt conditus, inconſulto Romano Pontifice. (2) Quia à Typographo Pontificio in loco Pontificio impreſſus. Cujus generis Indices prohibitorii apparent rari nantes in gurgite vaſto. (3) Quia edictum Philippi II. triplici dialecto expreſſum eidem præmiſſum eſt, quo ſancitur libros omnes in hoc Catalogo damnatos *intra tres menſes igne eſſe tollendos.*

Index Expurgatorius. Argentorati 1609. *Primus* hic eſt Index *expurgatorius* à Pontificiis in lucem datus. Qui enim antea ab ipſis fuerunt editi, *Prohibitorii* fuerunt tantum, non repurgatorii, qualis hic eſt A. C. 1570. ab Archiepiſcopis, Epiſcopis & Theologis in Belgio confectus, accurante B. Aria Montano, & Regis Philippi II. nomine opus moderante. Editusque poſtea A. C. 1571. Antwerpiæ ex officina Plantiniana. Sed mirum quantum occultatus à Papicolis, & velut aureum vellus cuſtoditus, ut fuerit quaſi non editus. Nec emerſiſſet facile è tenebris, niſi exemplum ejus miro fato in manus Franciſci Junii incidiſſet, qui iſtud Argentorati primum

1599. in 12mo ſub prælum ire juſſit, cum variis acceſſionibus, quarum in inſcriptione fit mentio. Nec nihil inde emanat commodi. Patet enim ex hujus generis libellis Criticis. (1) Quam fœde ii, qui in caſtris Rom. Pontificis militant, Auctorum ſcripta corrumpant, vaſtent, perdant, diripiant, & quam ſtupenda in iis committant latrocinia. (2) Quam parum ab ipſis Patribus manus abſtineant, & quam doloſe eos petant per latus, quos aperta fronte adoriri verecundantur. (3) Quantopere Indices hi ſibimetipſis contradicant, & id ſæpius damnandum exiſtiment, cui veniam dederunt alii, & contra.

Indices Librorum expurgatoriorum, teſtes fraudum ac falſationum Pontificiarum. Hanoviæ 1611. Ubi notandum id ipſum contineri hoc volumine quod in Indice Expurgatorio Argentorati 1609. in 8vo excuſo, ordinemque tantummodo materiarum in quibusdam mutatum. Et indicem Librorum prohibitorum, qui auctoritate Concilii Tridentini confectus, decretis ejus in quibusdam Editionibus eſt adjectus, huic editioni eſſe ſupperadditum. Quæ in Bibliothecæ noſtræ conflagratione contraxit ea vulnera quibus tam miſere confecta eſt.

Andreæ Riveti Critici Sacri Libri IV. Genevæ 1626. In quibus Centuriatorum Magdeburgenſium, Abr. Sculteti, & Andr. Hyperii veſtigiis inſiſtens de Auctoritate Patrum, & ſcriptis eorum ſuppoſititiis, ita diſſerit Auctor, ut & induſtriam, & Polyhiſtoriam, & judicandi dexteritatem probarit omnibus. Et res eſt ſingularis, & eventu mirabilis, Robertum Cocum, & Andream Ri-

vetum

vetum eodem fere tempore in idem argumentum de Scriptis Patrum ſpuriis incidiſſe, cum diverſis diſſitisque in locis degerint, & nihil quicquam inter ſe habuerint commercii.

Robertus Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Coloniæ 1631. Quod opuſculum omnium operum Bellarmini eſt optimum, quo nullum edidit pondere gravius, ſenſu uberius, verbis ſuccinctius & conciſius, luculentius, gravius, ſi audias Andream Sauſſay in Continuat. Bellarmini p. 65. Et vere hic libellus ornamentis multis, & ſatis amplis eſt inſtructus. Genus orationis non eſt indiſertum, compoſitio membrorum apta, & ad rationem temporis accommodata, ſcriptores Eccleſiaſtici illuſtriores à Moſe usque ad A. C. 1500. enumerati, opera eorum indicata, genuina à ſuppoſititiis, & æra à lupinis diſcreta; Idque ſatis candide interdum, & ſine malevolentiæ & livoris ſenſu; Sed non ubique regnat hæc ſinceritas. Prævaluit aliquando partium ſtudium, cum aliis incommodis, quæ ſenes circumvenire ſolent, in quibus & illud eſt, quod res ſuas gelide miniſtrant. Atque hinc factum, ut ſcriptores multos præterierit Auctor, quorum mentio extat apud Hieronymum alios que. Monumenta etiam quorundam mutila & manca adſcripſerit. Et de nonnullis ita judicarit, ut non recondita ratione cernatur; Sed in promtu ſit, eum in decernendo ſenſum adulteratum eſſe ſecutum. Adde παραδοξοφιλίαν quæ hac illac ſe exerit, v. g. *Librum Jobi Moſen habere architectum, Pſalterium totum eſſe Davidis.* &c.

Rober-

Roberti Coci Cenſura quorundam Scriptorum veterum. Helmſtadii 1641. Paulo poſt Andream Rivetum aggreſſus eſt hunc laborem Cocus. Ac anno demum 1614. hanc ſuam cenſuram, edidit, cum Riveti Critici Sacri jam inde ab anno 1612. orbem eruditum pervaſiſſent; quos tamen oculis uſurpaſſe Cocum, vix à nobis impetrare poſſumus, ut credamus, Putamus enim eum à conſilio edendi hunc ſuum fœtum diſceſſiſſe, ſi Rivetum vidiſſet, qui & verborum concinnitate, & rerum compoſitione, & judicandi facultate, & doctrina multo eſt ſuperior. (2) *Itinerarium Benjamin Tudelenſis ex verſione Benedicti Ariæ Montanii cum diſſert. & notis Conſtantini L'Empereur.* Helmſtadii. 1626.

Joh. Gerhardi Patrologia. Jenæ 1653. Opus poſthumum & imperfectum, utile tamen, ut recte judicat R. Capellus in Epiſt. Dedicat. Guil. Cavei tabulis præmiſſa, quibus S.E. exhibentur. Sane in forma ejus nihil eſt vitii, quam ita inſtituit Auctor, ut Doctoris cujusvis vitam, ſcripta laudesque tradat & maculas. Et ſi quid eſt in materia, Auctori tribuendum non eſt, ſed fato, quod eidem ultimam manum imponere huic ſchediasmati non permiſit. Atque hoc ſatis eſt ad eos profligandos, qui, in tenebris aliorum quærentes lucem, nihil notant in hoc nominis Gerhardini fætu quam παροράματα. In quibus familiam ducit J. P. Labbeus, caſtigandus ipſe ob lapſus conſimiles, caſtigatus etiam propterea à J. A. Boſio de comparanda S. E. notitia L. 3. §. 31. ſeq. p. 32. Et Joh. Henrico Hottingero in Biblioth. Quadripartita l. 1. c. 2. p. 11. aliis

Cata-

Catalogus Auctorum qui in Sacros Libros V. & N. T. ſcripſerunt &c. Witteb. 1578. Laudatus à J. Fr. Meyero in Bibl. Biblica Diſſert. 3. c. 2. §. 1. p. 39. quod ſatis copioſe pro illa ætate, diligenterque nec ſine ſelectu collectus ſit. Nec alienum eſt à veritate prius. Sed alienum ab ea eſt poſterius. Tantum enim abeſt ut Selectus ſcriptorum in eo obſervatus ſit, ut potius Tros Rutulusve in unum chaos coacti, nec orthodoxi ab heterodoxis fuerint diſtincti. Adde nominum quorundam mendoſas ſcriptiones, confuſiones, diſtractiones, collocationes, ignobilitates. In quibus maculis hanc tamen laudem habet hic elenchus, quod *primus* eſt, qui à Proteſtantibus de commentatoribus SS. eſt confectus.

J. E. Hausmanni Introductio ad notitiam ſcriptorum Homileticorum. Lipſiæ 1714. Scilicet, non facile quisquam tam procul à cognitione rei literariæ remotus eſt, ut nomina non congerere, & ea in certas claſſes diſponere valeat. Sed ea revocare ad aurificis ſtateram, & diſpicere quid diſtent æra lupinis, quæ prima, ultima, optimaque rariſſima, παραδοξώτατα &c. Hoc opus hic labor. Atque hæc eſt illa Corinthus quam auctor adire non auſus eſt. Vir cujus lutulenta eſt oratio, lectio mediocris, judicandi vis ac ſubtilitas uſu non ſatis trita. Quique, ad quævis alia, quam ad Iſagogen ejusmodi condendam eſt aptior, quam tot commiſſionis & omiſſionis peccatis fœdavit, ut, quam aliis monſtrare voluit viam, parum triviſſe appareat.

J. le Long Bibliotheca Sacra cum additamentis C. F. Boerneri, Lipſiæ 1709. De qua non ſine ratione

tione judicat P. A. Boyſenius de codice N. T. quo uſus eſt Lutherus, §. 5. p. 13. Auctorem ſua incautius interdum, ſine certo judicio, ac temere tranſcribere. Siquidem αὐτοψία docet, eundem, Scriptores & ſcripta nonnunquam confundere (p. 175.) mala fide aliis tradita bona fide deſcribere, Editiones ac verſiones quasdam SS. præterire, vel non accuratè ſatis indicare. Et quæ ſunt alia hujus farinæ. Attamen ea ſunt ejus in hoc opere merita, ut laus quaſi debitum eidem præmium omnino ſit perſolvendum. Qui hunc locum, quo nullus eſt in Hiſt. literaria feracior, ita excoluit, ut ante eum nemo. Nec mirandum hoc in viro tam diligente, & erudito; & tot ſubſidiis egregiis inſtructo, cui ſola Lutetia 50. Bibliothecas aperuit, qui ſupra ducentos Catalogos editos & ineditos manu verſavit, cujus conatum tota fere Europa conſilio & auxilio adjuvit, qui tot præcurſores & λαμπαδοφόρους habuit, tot œſtris fuit percitus. Et commodum hoc ejus ſyſtema è Gallia in Germaniam delatum in manus C. F. Boerneri incidit, qui laboranti manum medicam adhibuit, & in hac Edtione παροράματα non pauca diſpunxit, & perſanavit.

J. A. Boſii Introductio in notitiam Scriptorum Eccleſiaſticorum. Kiloni 1704. Continuata eſt hæc Editio à J. G. Meuſchenio. Sed ita continuata, ut M. Flacii Catalogus teſtium Veritatis à Simone Goulartio. Etenim non diſtinxit Vir Doctiſſ. Meuſchenius additamenta ſua à Boſii collectaneis. Atque hoc ipſo & Lectori, & auctori, & ſibimet-

ipſi

ipſi male conſuluit. Paragraphorum etiam ordinem non uno loco turbavit. Et in opere ipſo quædam diluit & commutavit. Quod ſi ſartum tectum reliquiſſet, & notis quibusdam illuſtraſſet, & indice præterea locupletaſſet, tum de re literaria melius fuiſſet meritus, & ſuum nomen in illuſtriore ſpecula collocaſſet. (2) *A. Clarmundi Fragen aus der Hiſtoria Eccleſiaſtica nebſt denen Lebens-Beſchreibungen der vornehmſten Scribenten.* Witteberg. 1707. Fictum hoc nomen eſt, latetque ſub eo Dresdenſis quidam, cui nomen M. Joh. Chriſtophorus Rüdigerus. In quo ſi tanta fuiſſet dicendi & judicandi facultas, quanta ſedulitas, neſcio, quid præclarum præſtare potuiſſet in re literaria. Sed ſubſidiis hiſce, & apparatu librorum deſtitutus, ex collegiis MSCtis Schurtzfleiſchii, & aliorum, accepit, quæ literarum monumentis prodidit, iis utilis, qui hoſpites ſunt adhuc in iſthoc ſtudiorum genere, non iis qui uſu jam ſunt confirmati.

Chriſtoph. Chriſt. Sandii Bibliotheca Anti-Trinitariorum. Freyſtad 1684. Bipartita eſt hæc Bibliotheca. Earumque pars *prior* Hiſtoriæ literariæ, *Poſterior* H. E. locupletandæ accommodata. Utraque digna quæ lectione ſolicita conteratur. Multa enim in ſinu fovet arcana literaria, Eccleſiaſtica, civilia; ſed Anti-Trinitaria eſt, partisque ſtudio addicta. Paradoxica etiam propterea. Et ultra annum 1684. non procedens. Adeoque cum grano ſalis legenda, emendanda etiam, & ſupplenda. Utut poſt Chriſt. Sandium ab anonymo jam ſuppleta, & aucta & LXX. ſcriptoribus locupletata fuerit. Neque

etiam

etiam eo ordine enumeravit Auctorum ſcripta Sandius quo prodierunt, vel quo enumerari debuiſſent, ſi materiæ habeatur ratio, Imo & multa oratione non attigit commemoratione digna. Nihil enim de ſcriptis promiſſis, affectis, anonymis. (Quod enim p. 105. promiſit, lucem non vidit de Anonymis opus.) Ex impreſſis etiam nonnulla plane præteriit, nonnullorum verſiones, editiones, caſus, ſilentio involvit. Et de ſcriptoribus ipſis tam pauca attulit, ut, ſi ea quæ dixit, componamus cum iis, quæ dicere potuiſſet, & debuiſſet, vix decima pars de dicendis dicta videatur.

J. C. Wendleri Prodromus Bibliothecæ Biblicæ, ſive Hiſtoria Critica Commentatorum in Epiſtolas Paulinas. Jenæ 1721. Specimen hoc eſt tantummodo Bibliothecæ Biblicæ ſ. Hiſtoriæ Criticæ Comment. V. & N. T. & ſupplementorum vaſti iſtius operis, quod a J. G. Dorſchæo inſtitutum, quo jure quave injuria non dicimus, *Biblia numerata*, appellatum eſt. Nec invitis etiam Muſis collectum hoc eſt ſpicilegium Sed tamen non neceſſarium, nec utile, nec ſatis accuratum. Qui enim eo SS. explicandi genere utitur, quo Joh. Brentius & Ægidius Hunnius quondam uſus eſt, referente ipſo Auctore, noſtro. p. 18. è Franckii Paſtoralibus, hoc labore facile poteſt ſuperſedere. Et qui iis libris inſtructus non eſt, ad quos remittit lectores Auctor, nihil etiam ex hac Sylloge habet ſubſidii. Neque etiam tuto in ejus decretis poterunt acquieſcere, qui ad ejus arbitrium confugiunt, cum toties offendat in hoc itinere, in quo ſe Ducem aliis futurum

-um profitetur, & v. g. p. 12. Thomæ de Aquino Commentarium in Epiſtolas Canonicas commemoret, qui eſt ſuppoſititius, & ejusdem Auctoris Commentationem in Epiſtolas Pauli prætermittat, qui genuinus eſt, Venetiis 1498. f. ſeorſim impreſſus.

Petri Malpæi Palma fidei S. Ordinis prædicatorum. Antwerpiæ 1635. In titulis librorum æque ac definitionibus rerum, tanquam ſcopulus fugiendum eſt translatum verbum. Martyrologium fratrum prædicatorum, non palmam fidei dicere debuiſſet auctor hoſce ſuos annales, ſi voluiſſet intelligi, in quibus, qui ex ſuo ordine ab A. C. 1221. usque ad 1633. religionis amore ſuas projecerint animas, non indiligenter deſcribit. Præclara enim eſt orationis linea. Diſpoſitio collectaneorum chronologica. Et licet partium ſtudium, cum credulitatis morbo, ſubinde quædam huic noſtro inſpiraverint, quæ legum Hiſtoricarum amantibus minime conveniunt; Multa tamen tradit etiam peregregia, & in iis Hieronymi Savanarolæ Martyrium inprimis, quem ſcribit A. C. 1498. Alexandri VI. decreto Florentiæ injuſte crematum, quod Cleri Romani depravatos mores liberiore cenſura caſtigaſſet. Hæc enim Martyrologia præ cæteris meretur palmam in hac palma fidei & Martyrologio, in officinis librariis non facile obvio.

Theodori Petreji Bibliotheca Carthuſiana. Coloniæ. 1609. Quam amicorum rogatu paucorum dierum ſpatio, dum convaſaſſe ſcribit Auctor p. 302. ubi vitæ ſuæ ſimul tradit Hiſtoriam, parum memorem iſtius uſu triti proverbii ſe pro-

 fitetur.

fitetur; *Canis feſtinans cœcos parit catulos.* Dictio enim nec caſta ſatis, nec candida, nec unius fili. Diſpoſitio Alphabetica. Et in collectione ipſa ſexcenta obſcura nomina, multa, quæ in Gallia, Hiſpania & Italia inclaruere, præterita, quædam ſtudio partium, & aliis quibusdam labeculis coinquinata. Neque tamen deſpicienda omnia. Sunt enim, quæ faciant ad ſcripta, & ſcriptores anonymos detegendos, Homonymos diſtinguendos, obſcuros illuſtrandos, & ad Trit-themii, Poſſevini aliorumque labores augendos, & emendandos, diſpiciendumque quibus ſtudiis hujus ordinis homines in alto ſuo & ſecuro otio, & ſilentio plusquam Pythagorico ſe ſoleant adſerere. Acceſſerunt in fine Origines omnium Carthuſiarum, ab Auberto Miræo publicatæ, ex quibus patet, eo tempore jam plusquam 200. Carthuſias fuiſſe in Europa. Et ex his omnibus mirum dictu! Vix 200. viros Eruditos eruere potuit Petrejus in hac Biblotheca, cum jam inde ab A. C. 1101. adeoque per integros 600 annos floruerit hæc Brunonis familia. Quo tempore una Carthuſia plures merito dare debuiſſe Theologos & Philoſophos eruditione claros.

G. Serpilii Eſaias oder Nachricht von dieſes Propheten Leben und berühmteſten Auslegern. Regenſpurg 1717. Vir multæ induſtriæ magnique laboris eſt auctor. Qui, quicquid in locis communibus de hoc Propheta reconditum habuit, excuſſit, & in hoc opuſculum velut in cornu copiæ contulit, ſed nullo ſervato idiomatis diſcrimine; Unde fit, ut evolventem dubitatio teneat quo ſermone exaratus ſit libellus, latino an ge

m:

manico? Accedit illud Caſſianum, cui bono? In vaſta enim hac teſtium & teſtimoniorum nube, vix una & altera eſt ſcintilla, quæ ad Prophetam hunc illuſtrandum aliquid faciat.

Petri Ribadeneira illuſtrium Scriptorum religionis Societatis Jeſu Catalogus. Lugduni 1609. *Primus* eſt auctor, qui ſcriptorum Societatis Jeſu collegit Catalogum, eumque ſecunda vice recudi fecit, cum annum jam ingrederetur LXXX. quod ipſe de ſe teſtatur p. 189.. Nec invitis canibus in hac Sylvula venatus eſt. Acutum ſane & artis plenum eſt orationis genus. Nomina auctorum ad literarum in Alphabeto ſeriem digeſta. Monumenta quædam anonyma ſuis auctoribus vindicata. Inedita memorata, &, ubi lateant hodie, interdum ſimul indicatum. Attamen non ubique reſpondit fortuna huic venandi ſtudio. Scriptores enim & Scripta perquam multa in hoc Elencho ſunt prætermiſſa. Multa perperam in eo tradita, & ab auctore ipſo integri paragraphi in erratorum Syllabo obelo notati. Omnia ſtudio partium maculata. Et ſi fas eſt profiteri libere, quod alto corde premimus; Index Joh. Moreti huic opuſculo annexus, ſpiſſus omnino ac varius, ipſi opuſculo eſt anteferendus, ob uberrimos fructus, qui ex eo in Hiſt. Lit. ſtudio percipiuntur.

R. D. P. Bernardi Pez Bibliotheca Benedictino-Mauriana. Auguſtæ Vindelicor. 1716. Philippo Cerfio multis nominibus inferior eſt Pezius, ſive ſpectes auctorum deſcriptorum numerum, ſive ſcribendi modum. Pezius enim LXXV. tantum adfert Virorum Eruditorum nomina, Cerfius CVIII Pezius narrat. Cerfius judicat. Pezius aliorum ut.

plurimum utitur verbis. Cerſius ſuis. Pezius indulget partium ſtudio. Cerſius non ita. Pezius eſt moroſior, Cerſius amœnior, dulcior, ſuavior, uberior etiam & accuratior & liberalior. Nec Cerſium à Pezio adjutum eſſe crediderim, à quo ita abit, ut ne vidiſſe quidem hanc Bibliothecam videatur, Cujus nec in præfatione, nec in opere ipſo ullam facit mentionem. Duo tamen ſunt in Pezio, quibus ſuperat Cerſium (1) Diſſertatione Hiſtorica de ortu & progreſſu Benedictinæ Congregationis S. Mauri. (2) Appendice Anonymi Auctoris adhuc inediti de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Joh. Buxtorfii de abbreviaturis Rabbinicis libellus, cum recenſione Operis Talmudici & Bibliotheca Rabbinica. Franequeræ. 1696. *Primus* eſt Auctor, qui Bibliothecæ Hebraicæ conſtituendæ manum admovit. Quam 1613. Baſileæ in 8vo prima vice in lucem emiſſam, filius paternæ eruditionis hæres auctam emendatamque recudi fecit poſtea. Atque horum Duumvirorum exemplis excitatus Joh. Plantavitius, Julius Bartoloccius & Joh. Chriſt. Wolffius hanc per elegantem Hiſtoriæ literariæ particulam ita excoluerunt, ut parum à perfectione abeſſe videatur. Ad quam coronidem adſpirare non potuiſſet, niſi Buxtorfii fundamenta jeciſſent. Qui in recenſendis Librorum Ebraicorum argumentis tantam adhibuerunt induſtriam, ut, qui ſecuti eosdem ſunt, amplificandi quidem invenerint occaſionem ſubinde ſed corrigendi perraram & fere nullam. Nec amplificandi hunc campum tanta iis relicta eſſe facultas, ſi auctarium hujus opuſculi lucem vidiſſe

diſſet; quod Jacobus Buxtorfius avi nepos A. C. 1704. defunctus MSCtum reliquit & ἀνέκδοτον, teſte Samuele Werenfelſio in oratione funebri memoriæ ejus dicata p. 28.

Mr. Filipe le Cerf. Bibliotheque Hiſtorique & Critique &c. a la Haye 1726. Opus inſigne, varium, politum, elegans, ab ariditate compilatorum, & affectatione Pedantarum æquali intervallo diſtans, non ſine præmorſis unguibus ab auctore elaboratum. In quo de viris congregationis S. Mauri eruditis, eorumque monumentis, editis & ineditis, fatis etiam & controverſiis, ac editionibus variis narrationes lectu digniſſimæ, judicia etiam exquiſitiſſima, ſine ira & ſtudio, a rebus & perſonis ipſis petita, ut vinum ipſum ſuſpenſæ hederæ præclare reſpondeat, & Bibliotheca hæc, Hiſtorica & Critica dici omnino mereatur. Adde rerum ordinem, & orationis genus ornatum, neque id redundans tamen aut circumfluens. Et ſi quid in ea peccatum eſt, ut nihil eſt ab omni parte beatum, hoc eſt potiſſimum, quod auctor interdum ea ſtudioſe occulit, quæ omnium minime fuiſſent occultanda (ut p. 157. cauſam carceris Joh. Gelii) & eos quandoque Catalogo eruditorum inſerit, quorum nomina ſecure poterat ſubticere, quod ipſe p. 203. in Joh. Lironio culpaverat.

D. F. Jani de Doctoribus umbraticis Commentarius. Witteb. 1720. In quo dictio inter ſermonem cottidianum & oratorium media, ſtructura rerum non captata moroſe, ſed velut oblata. Res autem ipſæ ex aliis collectæ. Ubi tamen malim fontes ſecutus eſſet Auctor Doctiſſ. non rivulos.

Quæ enim v. g. p. 71. de M. Reinhardo Königio affertur Hiſtoriola, non G. E. Tentzelio, ſed J. B. Schuppio ferimus acceptam, qui in præfat. Salomonis ſui eam *primus* in vulgus ſparſit. Et ſic in aliis. Multum interim ex hac vitiorum eruditorum Sylloge emergit commodi. Tum quia vix brevius ad virtutem iter eſt, quam quo vitiis aliorum excitamur ad perſequendum id, quod iisdem eſt contrarium, tum quia exemplis magis ducuntur homines quam præceptis. (2) *J. C. Dornii Bibliotheca Theologica Critica.* Francof. & Lipſiæ 1721. Qui, ut ipſe in præf. p. 19. & in opere l. 1. c. 2. §. 13. p. 50. profitetur, Morhoffii tropæis excitatus, ejus Polyhiſtorem Theologicum ſupplere, & quam Bibliothecam appellavit in præſenti, inpoſterum *Polyhiſtorem Theologicum* inſcribere voluit. Vir navus & diligens, in quo voluntas perficiendi magna habet laudem, ſed minor adhuc ſuis ipſe conatibus, & perfectis conſtitutisque viribus nondum inſtructus eo tempore, quo falcem illuſtri huic ſpicilegio Morhofiano immiſit.

C. A. Heumannus de Anonymis & Pſeudonymis. Jenæ 1711. Spicilegium hoc eſt ad Vincentii Placcii Theatrum Anonymorum & Pſeudonymorum. In quo multa ac varia lectio, & ornata dictio, & liberalis judicandi ratio. Sed quæ interdum longius exſpatiari videtur, quam rerum ſubjectarum ratio permittit; Variorum inde decretorum mater, quæ non extra omnem dubitationis aleam poſita videri queant v. g. *Auctorem Epiſtolæ ad Ebræos eſſe Appollonem* Act. XVIII. 24. *Scriptorem vitæ Hobbeſianæ eſſe Rad. Barthuſtium,* cum

cum ſit Richardus Blackburius Medicus Londinenſis. *Chriſtophorum Pellerum in Politico ſcelerato* ἀεροβατεῖν, quod Compendium Politices novum oppugnet, cujus Auctor ſatyram ſcripſerit tantum, non præcepta politica. Nullum enim in hoc compendio eſt ſatyræ veſtigium, nullum ſal, nulla mordacitas. Et ſi ſatyram ſcripſiſſet Auctor, (qui putatur fuiſſe Chr. Rappe Cancell. Boruſſicus) non tamen cum larvis pugnaſſet Pellerus, qui illa ipſa ſcelera politica cane pejus & angue vitanda eſſe docet, quæ ipſe proponit deridenda. (2) *Nic. Petr. Sibbern de libris latinorum Eccleſiaſticis.* Jenæ 1711. *Primus* eſt Auctor, qui hoc argumentum ex inſtituto literis proſecutus eſt, Leonis Allatii & Guil. Cavei exemplo excitatus, qui de libris Græcorum Eccleſiaſticis commentati ſunt. Nec invita Minerva falcem in hanc meſſem immiſit. Putamus tamen, tantum eidem ſuperaddi poſſe ſpicilegium, quantum ipſe in præfatione Caveo ſuperaddi poſſe monuit.

Autographa Lutheri aliorumque celebrium virorum Tomi 3. Vol. 3. Brunſwigæ 1690. 91. 93. In quibus Hermannus *von der Hardt* ea, ordine chronologico, recenſet monumenta, quæ ab A. C. 1517. usque ad A. C. 1546. impreſſa, in Bibl. domeſtica Rudolphi Auguſti Ducis Brunſv. iſthac tempeſtate continebantur, ut ab oblivione vindicarentur, &, quæ erat hujus Principis Clementia, uſui eorum paterent, qui ad illuſtrandam Hiſt. Eccl. & literariam ea adhibere didiciſſent. Quod inſtitutum ut præclarum eſt omnino, & multa cum laude conjunctum: Ita optandum, ut qui ſuper-

ſuerunt, Tomis hiſce tribus fuiſſent adjecti, una cum indicibus Auctorum & rerum neceſſariis, & cujusvis ſcriptoris & ſcripti Hiſtoria & Epicriſi literaria. Quas dapes inſtituit quidem Auctor T. I. p. 41. ſeq. Sed labore & mole deterritus neglexit poſtea, non ſine dolore lectoris, cui & hac ſua promulſide, & adjectis cuivis Tomo Prologis & Epilogis ſalivam moverat.

Juſtini Martyris Dialogus cum Triphone Judæo νοθεύσεως *convictus à Chriſt. Gottlieb Koch.* Kiloni 1700. (2) *G. Wagneri Epiſtola ad Albertum à Felde de Juſtini Martyris Dialogo.* Francf. 1701. De qua controverſia Th. Ittigius in H. E. Sect. 2. c. 1. §. 7. p. 7. *Primus*, ait, & ſolus C. G. Kochius Dialogum Juſtini cum Triphone ſuppoſititium eſſe profeſſus eſt; Diſſenſum tamen ab hac ſententia teſtati ſunt D. E. S. Cyprianus in ſuis ad Hieronymi Catalogum S. E. annotationibus, D. J. F. Buddeus in Intr. in Hiſt. Philoſophicam Ebr. Et Auctores *Altes und Neues* 1701. p. 344. Verum Kochius ſuam ſententiam contra illos vindicare niſus eſt in cenſura iniquæ cenſuræ. Lipſiæ 1704. vulgata. At Cyprianus quoque ſe contra Kochium defendit, in vindiciis Juſtinianeis ſ. Diſſert. Apologetica pro Juſtini Dialogo. Præterea ſententiæ ſuæ adverſarium nactus eſt Kochius, Albertum à Felde, qui Epiſtolam ad Kochium de Juſtini Dialogo edidit, in qua eundem nondum νοθεύσεως convictum demonſtravit. Reſpondit pro Kochio Godofredus Wagener in Epiſtola ad Feldium ſcripta. Unde Feldio nata occaſio novum tr. pro Juſtini dialogo edendi, quem, invictas, pro Juſtini Dialogo demonſtrationes,

in

inſcripſit. Nec tacuerunt ad Kochii objectiones Auctores *des Alten und Neuen* 1704. p. 423. Quibus nonnulla repoſuit Kochius, in cujus cenſura quid deſiderent Auctores *der unſchuldigen Nachrichten*, paucis exponunt 1708. p. 505. Ego, pergit Ittigius l. c. perlectis iſtis ſcriptis communem ſententiam, quæ Dialogum cum Tryphone non ab alio quam à Juſtino Martyre ſcriptum aſſerit, præferendam, ſalvis aliorum judiciis, arbitror, nec ullum argumentum vidi hactenus, quo ad deſerendam hanc ſententiam perſuaderi poſſim.

D. L. O. Laſii Kirchen und Kirchen-Scribenten Hiſtorie. Lübben 1728. Legenda ab iis, quibus ſcripta eſt,

Hiſtoriæ qui elementa velint condiſcere prima.

Theophili Spizelii Sacra Bibliothecarum arcana retecta ſive MSCtorum Theol. Catalogi. Auguſtæ Vindel. 1698. Laudandum omnino hoc inſtitutum eſt, ex quo multum emergat commodi. Siquidem hoc ipſo patet, quænam in præcipuis Orbis Europæi partibus MSCta inveniantur Theologica, quæ etiam, in ſcriptoribus ſacris edendis & illuſtrandis, inde ſperanda, vel petenda ſint ſubſidia. Sed Catalogi omnes, qui in hac Sylloge continentur, jam fuerunt editi. Et quidam in iis emaculatiores & uberiores editi, quam hic recuſi. Cujus rei teſtis eſt *Catalogus MSCtorum Theol. quæ aſſervantur in Bibliotheca publica, quæ eſt Auguſtæ Vindelicorum.* Hic enim 1575. prodiit quidem hoc habitu, quo in hoc volumine p. 1. ſeq. ſe conſpiciendum exhibet, ab Auctore incerto editus; Sed locupletatus à Dav. Höſchelio

A.C. 1595. recuſus eſt qradruplo auctior. Catalogus etiam MSCtorum, quæ extant in Bibl. Monachienſi p. 145. ſeq. allatus, lacunoſus eſt admodum, & mutilus & mancus. Quod ex ſerie numerorum non tantum cognoſcitur, quæ p. 180. ſeq. multos magnosque habet hiatus; Sed & Catalogus ipſe MSCtorum, qui eſt apud nos Ingolſtadii 1602. in 4to excuſus à Codice 129. usque ad finem, ita abit ab hoc Spizeliano, ut fere nihil ſit, in quo conveniant. Nec nulla etiam huic collectioni per nos fieri poſſet acceſſio, qui Catalogis pluribus MSCtorum Theol. ſumus inſtructi iisque adhuc ineditis, Latinis maxime, ut Bibliothecæ Vindobonenſis, qui nobis à Viro Celeberrimo Godofredo Thomaſio A. C. 1713. benevole communicatus eſt, Magdeburgenſis etiam, Helmſtadienſis &c.

Nicolai Alardi Bibliotheca Harmonico-Biblica Hamburgi 1715. Scite Owenus,

Harmonias varii ſcripſere Evangeliorum,
Harmoniarum quis! non minor iſte labor.

Sane majoris difficultatis res eſt, Harmoniarum Scriptores inter ſe, quam SS. ἐναντιοφανείας conciliare. Propter diverſiſſima, quibus in Syſtematis ſuis adornandis, & diſſidentibus locis conciliandis utuntur, principia, & immenſum Scriptorum, qui ad hunc cenſum pertinent, numerum. Quorum licet non levidenſem Auctor collegerit in hac Bibliotheca cumulum, Petrum Beſodnerum in Bibl. Theol. Lit. Ff. & J. A. Fabricium in Syllabo Scriptorum Verit. Evangel. c. 29. p. 529. ſeq. aliosve ſecutus, adhuc tamen in copioſa hac meſſe reliquit ſpicilegium. Et

egre-

egregie de Republ. literaria merebitur Auctor, ſi in ſupplementis, quæ meditatur ad M. Waltheri Harmoniam Biblicam, in Hiſtoriam Harmoniarum paulo inquiret altius, &, quis *primus* huic inſtituto manum injecerit, perveſtigabit. In quo nodo ſolvendo jam Iſaacum Caſaubonum occupatum fuiſſe in Exercit. ejus Anti-Baronianis p. 210, ſeq. legimus.

Bedencken über den längſt edirten Abdiam Babylonium. Berlin ſ. a. In hoc ſchediaſmate nitet præfatio, ſed non æque ſplendeſcit tractatus. Cujus auctor, quicquid habet melioris metalli, ex Roberti Coci, & Andreæ Riveti officinis criticis mutuo accepit.

M. R. H. Rollii Bibliotheca nobilium Theologorum. Roſtochii 1709. Non indiligenter collecta. Sed a Bibliopola ad fœdos quæſtus faciendos, & rei literariæ ſtudioſos turpiter fallendos indecenti ratione adhibita. Cum enim emtores tot non ſtatim reperiſſet libellus, quos ſibi opinionis errore promiſerat turpi-lucri-cupidus negotiator, primam denuo ſub prelum ire juſſit plagulam, & omiſſa præfatione, mutatoque Auctoris nomine, & inſcriptione genuina, hoc habitu in lucem prodire curavit opuſculum; *M. Joh. Reinhardi Wigandi tractatus Hiſtorico-Criticus curioſus de nobilibus Theologis Francof.* 1714. 8. Quod & in Memoriis Philoſophorum a Rollio 1710. editis admiſit facinus. Siquidem & iis novam plane ſuſpendit hederam, & quaſi muſta nova venalia haberet nundinator iniquus, rejecto primo titulo, hac larva denuo in ſcenam produxit antiquas merces; *Vitæ eruditiſſimorum in re*

lite-

literaria virorum ex monumentis rariſſimis collectæ a M. Conrado Henrici. Francof. 1713. Quo genere fraudis nihil poteſt eſſe turpius, nihil inhoneſtius.

M. Joh. R. Wigandi tractatus Hiſtorico-Critico-curioſus de nobilibus Theologis. Francof. 1714. Quam A. C. 1709. Roſtochii excudi curavit *M. R. H. Rollii* Bibliothecam nobilium Theologorum C. G. Garmannus Bibliopola, eam omiſſa dedicatione, & præfatione, mutatoque ſcriptoris nomine, ſcriptique titulo, hoc habitu in ſcenam denuo prodire juſſit, illaudato impoſturæ genere, ut quæſtum faceret, & incautos emtores pecunia emungeret.

Auri ſacra fames quid non mortalia cogis pectora!

Anonymi Compendieuſe Prieſter-bibliotheque. Jenæ 1716. In qua evolvenda id animadvertendum eſt Lectori, ne nimium ſibi de ea polliceatur, neve ſtabilem ubique & firmam Auctoris eſſe fidem opinetur. Sola enim Commentatorum SS. recenſet nomina. Atque in iis optima interdum omittit. Interdum quædam inſerit, quæ plane non ſpectant ad hunc cenſum. Nec apertius ſe produnt hujus Bibliothecæ maculæ, quam ſi Commentatorum ſyllabum componas cum J. H. Carpzovii recenſione ſimili, quæ in Introductione ejus in Libros Canonicos Bibliorum continetur.

J. C. Löſchers curieuſes Verzeichniſs Durchlauchtiger Perſohnen, die ſich in der Theologiſchen Wiſſenſchafft hervorgethan. Leipz. 1713. Diatribe non injucunda lectu. Sed quæ acceſſione opus habet, & emendatione. Non enim ex fontibus eſt

eſt hauſta, ſed ex rivulis. Nec mendis typographicis commaculata tantum, ſed & pragmaticis. Et quæ ab Auctore laudata ſunt ſcripta Principum, nec viſa ſunt ab eodem, nec lecta, nec excerpta. Sed ex aliis tantummodo enotata, & bona fide indicata. (2) *Jrenæi Carpenterii Eruditorum Cælibum Centuria.* Witteb. 1714. Auctor eſt G. W. qui 1717. huic centuriæ duas ſuperaddidit Semicenturias alias, & in Præfationibus earundem nonnulla, quæ in hanc primam irrepſerunt, menda correxit. (3) *M. G. Schulteti Hymnopæi Sileſiorum.* 1711.

Arcana Bibliothecæ Moſcuenſis Sacra retecta ab Athanaſio Schiada, nunc iterum in lucem producta a M. J. E. Kappio. Lipſiæ 1724. Admodum macilenti ſunt hi MSCtorum Moſcuenſium Catalogi, ſolis oſſibus conſtantes, carnisque omnis & ſpiritus expertes. Non tamen in ultimo loco ponendi prorſus. (1) Quia *primi* ſunt MSCtorum indices in Ruſſia confecti. (2) Quia Moſcuæ 50. tantum exempla ſunt eorum excuſa. (3) Quia impreſſio altera ibidem diſerte prohibita. Adde, quod ex iis cognoſcimus antiquiorem codicem MSCtum in Ruſſorum Bibliothecis non extare Libro IV. Evangeliorum, qui *Sec.* demum *ſexto* poſt *παρθενοτοκίαν* exaratus eſt. Contenti interim ſimus hoc Catone, donec vel J. D. Schumacherus Bibl. Academ. Petroburgenſis præfectus, vel J. P. Kohlius Academiæ Petroburgenſis Ex-Profeſſor, vel ipſe hic A. Schiada uberiores & lautiores nobis apponat dapes. Quorum hic in præfat. hujus Catalogi, ille in proëmio Introductionis in Hiſt. Lit. Slavorum, Catalogum

MSCto-

MSCtorum Ruſſicorum pleniorem nos exſpectare juſſit, & in opere ipſo Introductionis c. 1. §. 1. p. 1. Schumacherum Bibliothecæ Cæſareo-Moſcowiticæ Catalogum nondum editum ſecum habere monuit.

Joh. Chriſtoph. Olearii Lieder-Bibliotheque. Jena 1702. In qua multa emendari atque augeri poſſunt, hac ætate, qua locus hic Hiſtoriæ literariæ, de Hymnorum, Hymnopæorum, & Hymno-exegetarum fatis, olim deſertus, tanto ardore excultus eſt ab eruditis; Attamen hoc ipſo Auctoris laudi nihil adimitur, qui *primus* huic pelago fragilem commiſit ratem, & aliis ut idem auderent auctor extitit.

J. C. Olearii Evangeliſcher Lieder-Schatz IV. Theile. Jenæ 1707. *Primus* eſt Olearius, qui in hiſtoriam Hymnorum & Hymnopæorum accuratius inquiſivit & aliis, ut ad idem negotium ſe accingerent, auctor fuit. Et licet tantum abſit a perfectione hoc opuſculum, ut principia vix appareant, laudandus tamen omnino eſt, quod fregerit glaciem. Laudatus etiam a plurimis, & a quibusdam inſuper compilatus. Majoremque procul dubio ab eruditis iniret gratiam, ſi, quam orſus eſt telam, hanc pertexat, quam ſi, quod P. 2. p. 29. pollicitus eſt quatuor linguarum cantionale, in lucem & aſpectum publicum prodire jubeat.

G. Serpilii Zufällige Gedancken bey J. C. Olearii Lieder-Bibliotheque. Regensburg 1703. (2) *Ejusd. Fortſetzung der Lieder-Gedancken.* ibidem. (3) *Ejusd. Anmerckungen über das Lied, Es iſt das Heyl uns kommen her.* ibidem 1707. Vir, quo

nemo

nemo facile in cantionibus ſacris indagandis, evolvendis, conferendis & examinandis fuit diligentior atque ſolertior. Cantionalibus enim diverſæ notæ fere 400. inſtructus, omne fere otium in iis excutiendis conſumſit. Nec nulli uſui fuit hic labor Eccleſiæ & rei literariæ. Ut enim de concordantia hymnorum Germanicorum (*Lieder-Concordantz*) nil dicamus, quam *Primus* ſtupendo labore confecit, Bibliothecæ ſane Cantionum J. C. Olearii his ſuis collectaneis multum addidit. Et ad Cantionum Germanicarum Syſtema Hiſtorico-Exegetico-Philologicum condendum tantam variarum Eclogarum molem convaſavit, ut, ipſo fatente, uni cantioni illuſtrandæ interdum tres & quatuor ſcapos chartarum (*Buch-Papier*) impenderit. Quod opus ſi ad umbilicum perduxiſſet: Omnia alia procul dubio, ſpiſſiſſima etiam, quantitate ſuperaſſet & ad iſtud lectitandum vix ætas triſeclisenis ſuffeciſſet. (4) *Ejusd. Epitaphia Unterſchiedl. Theologorum in Schwaben.* ibid. eod.

Thomæ Schmidt Geſchichte von Lutheriſchen Geſangbuch und Geſängen. Altenburg 1707. De quo Centone, ut eam animo deſcribere queas imaginem, quæ ejus naturæ & indoli reſpondeat, accipe ſequentia. Scilicet non Hiſtoriam cantionalium vel cantionum ſacrarum eo contineri, ſed narratiunculas quasdam de iis, qui hac vel iſthac cantione vel cantionis particula uſi vel abuſi ſunt. Et emergere fortaſſis aliquid emolumenti potuiſſet ex hoc inſtituto, ſi recte fuiſſet adornatum. Sed quæ hoc ſtromate continentur, eclogæ, non ex fontibus collectæ ſunt, verum

ex

ex rivulis, poſtillatoribus, aliisque practicis, quos dicunt, auctoribus. Sine ullo etiam ordine & ſelectu & judicio collectæ. Et quod omnium minime excuſari poteſt, quædam in iis ſunt profana admodum & oppido impia & ſcandaloſa, digna quæ tenebris æternis opprimantur potius, quam quæ in lucem adſpectumque publicum proferantur. Qualia ſunt p. 156. 223. 297. 352. Alibi.

IN DUODECIMO.

Catalogus hæreticorum Romæ conflatus 1559. *recuſus, cum annotationibus Pauli Petri Vergerii.* Pfortzhemii 1560. Libellus rariſſimus. Qui ſi ad manus fuiſſet Danieli Francko, & J. C. Schrammio, eo tempore, quo de Papiſtarum Indicibus Librorum prohibitorum commentati ſunt, tantum utilitatis ipſis adferre potuiſſet, quantum haud ſcio an ulla res præterea. Quot enim & quanta in his Annotationibus de Pontificiorum Catalogis arcana detecta? Quot pudendi errores in iis indicati? Quot maculæ? Nomina auctorum fœde corrupta. Scriptores quidam peſſimi, & damnatione digniſſimi omiſſi. Quidam inſontes, & nihil niſi res medicas, Juridicas, & Philoſophicas tradentes, in cenſum damnatorum relati. Epiſcopi plures, & Cardinales, & Æneas Sylvius ipſe hæreticorum turbæ immixti. Eraſmi N. T. a Leone X. probatum, in Indicibus hiſce rejectum. Typographi etiam infami hæreſeos ſtigmate notati. Et quia quædam ſuſpecta excuderunt, iccirco eorum

rum opera damnata omnia. Et quæ ſunt alia hujus commatis, acutiſſime a Vergerio obſervata. Qui Epiſcopus Juſtino-politanus initio, & nuncius Apoſtolicus in Germania, veritatis Evangelicæ ſplendore perculſus ad Lutheranos tranſiit. Vir arcanorum Pontificiorum peritiſſimus, & in Hiſtoria Indicum Librorum prohibitorum ita verſatus, ut pauci, quorum & in notis hiſce exactiſſimum condidit Catalogum.

Joh. Ivelli Apologia Eccleſiæ Anglicanæ. Ambergæ 1605. Gravis, moderata, diſerta, & commumuni eruditorum judicio ita probata, ut fere in omnes linguas traducta ſit. Quod vix e millibus uni contigit. (2) *Index Expurgatorius a Fr. Junio editus cum ejus & Joh. Pappi præfatione.* Argentinæ 1599. Qui auctus poſtea, & indice expurgatorio D.D. Caſparis Quirogæ locupletatus, recuſus eſt Argentinæ 1609. 8. Et Hanoviæ 1611. Quas Editiones ſi conſulueris, plura omnino de hoc indice reperies ἀξιομνημόνευτα.

Gerhardi Meyeri Bibliotheca Theologica contracta. Bremæ 1692. Quam Bibliothecæ Theologicæ ſceleton rectius dixeris, quam Bibliothecam Theologicam. Siquidem præter nuda Auctorum nomina vix quicquam continet, idonea magis ad βιβλιογνωσίαν Theol. recolendam, quam colendam, h. e. docendam vel diſcendam. Laudatur tamen à J.H.Hottingero in Biblioth. Quadripart. c. 2. p. 6. ob religionis, credo, favorem, & quod diſpoſitio blandiretur, quæ, ad aliquam de ſcriptoribus Theologicis ideam Lectori imprimendam, non prorſus inepta eſt. Quæ enim ad argumentum ipſum ſpectant, ſtrigoſiora ſunt pleraque,

& cottidiana, & ex aliis collecta, & ſexcentis inſuper ſphalmatis inquinata.

Gisberti Voëtii Bibliotheca Studioſi Theologiæ. Ultrajecti 1651. Ad Theologiam animo complectendam dum docet Auctor, quibus itineribus eatur, βιβλιογνωσίαν ſimul tradit, &, qui in omni ſcientiarum genere extent libri, operoſe memorat. Vir non cottidianæ diligentiæ, & ſtupendæ prorſus lectionis, ſed non confirmati ſatis judicii. Qui in hac Bibliotheca, catalogorum præſidio adjutus, ingentem ſcriptorum molem cumulat, ſed miſcet quadrata rotundis, bona malis, extantia non extantibus. Imo una pagina eundem libellum interdum bis recitat, alienum etiam quandoque argumentum adfingit, nec, quo loco aut tempore impreſſus ſit, ſignificat, aut quid de eo ſit exiſtimandum. Exploſus iccirco à J. A. Boſio in Schediasm. de notitia S. E. c. 2. §. 14. p. 18. Joh. Comenio de uno neceſſario p. 389. aliis.

Index Expurgatorius. Lugduni 1586. Prima hæc eſt Franciſci Junii editio, ad modum Plantinianæ, A. C. 1571 Antwerpiæ impreſſæ, adornata. Quæ poſtea variis acceſſionibus locupletata, ſubinde auctior in lucem exiit. Quod ex ipſo Bibliothecæ noſtræ catalogo ſatis manifeſtum eſt.

Catalogus aller D. P. J. Speners Schrifften. Francf. 1711. Ex quo patet immenſa hujus viri ſedulitas. Qui intra 40. annos (ab A. C. 1665. usque ad 1705.) plura ſcripſit, quam alius intra tot annos valeret legere. Tanta in eo fuit bonarum literarum fœcunditas. (2) J. C. K. Sche-

diasm:

diaſma de Paſtoribus Paganis *von Dorff-Prieſtern* Lipſ. 1711.

Joh. Clerici Quæſtiones Hieronymianæ. Amſtelodami 1700. Laudatæ à Chriſt. Thomaſio in præfatione, Biographiis Patrum quorundam à J. Clerico congeſtis, præmiſſa p. 8. Et dignæ etiam, quæ aſteriſcis notentur, ob dictionis facilitatem, & inaffectatam dulcedinem, rerumque ordinem, utilitatem, varietatem, copiam. Quibus ita abundat auctor, ut non aquas pluvias collegiſſe, ſed vivo gurgite exundaſſe appareat. Vir ſagaciſſimus, & linguarum non tantummodo, ſed & ſcientiarum ferè omnium, & Artis Criticæ cumprimis egregie peritus. Et hoc ſolum nomine in quæſtionibus hiſce, vel ſi mavis, in hac Iſagoge in lectionem Hieronymi à legibus Criticis alienus, quod affectibus erga Martinianæum indulget nimium, & Arminianiſmo (p. 306 340.) æque ac Capellianismo (229.) ſubinde frigidam ſuffundit.

J. F. Gronovii Obſervata in Scriptoribus Eccleſiaſticis. Daventriæ 1651. De quo Joh. Mabillonius in tr. de Studiis Monaſticis P. II. c. 15. p. 575. Utiliſſimum foret, conficere collectiones obſervationum de textibus & locis obſcuris, tam Conciliorum, quam Patrum etiam, ac Auctorum Eccleſiaſticorum, ceu cœptum jam eſt à compluribus literatis, nominatim ab Antonio Auguſtino ex Decreto Gratiani, à Gronovio ex Scriptoribus Eccleſiaſticis, à Mureto ex Auctoribus profanis.

SECTIONIS I.

CAPUT IV.

DE IIS QUI VITAS THEOLOGORUM SCRIPSERUNT.

IN FOLIO.

FRatris Socci *Ordinis Ciſtercienſium Sermones de Sanctis.* Editio antiquiſſima ſine die & conſule, in ipſis Typographiæ incunabulis excuſa, & vel hoc nomine non vulgari loco habenda. Accedunt res his diſſertationibus comprehenſæ, acutæ ſatis pro eo tempore, & dictione non plane impolita expreſſæ. Et operis ipſius raritas, quæ tanta eſt, ut ex millibus vix unus ſit, per cujus aures nomen Auctoris unquam ierit. (2) *Vita Sanctorum Patrum.* Ejusdem cum præcedente commatis, ſi natales ſpectes & impreſſionis tempus. Siquidem & hic codex pertinet ad Typographiæ Primogenitos, omnesque hujus ſuæ ſenectutis habet Characteres. Quod autem ad Syllogen ipſam Biographicam attinet, putatur ea collecta primum ab Hieronymo. Nec alienum eſt à veritatis ſpecie, eum primas appoſuiſſe dapes, quæ ad menſam hanc extruendam ſunt adhibitæ.

A

At ſubito Harpyæ lapſæ de montibus adſunt,
Diripiuntque dapes, contactuque omnia fœdant
Immundo.

Dici enim non poteſt, quantopere poſtea laudabile hoc inſtitutum ſit depravatum, & quot anilibus fabulis hæ deliciæ Hiſtoricæ ſint contaminatæ,

Grandia ſæpe quibus mandarunt hordea ſulcis,
Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ,
Pro molli viola, pro purpureo narciſſo,
Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis.

cujus rei teſtis locupletiſſimus vel ſolum hocce eſt volumen. Quod tot abundat narrationibus fictis, ut qui Hieronymum ejus Auctorem credat, ſuam oppido prodat judicandi infirmitatem.

Jacobi de Voragine Epiſcopi Genuenſis Legenda Sanctorum ſive Hiſtorica Longobardica. Norimbergæ 1492. De quo auctore & opere jam alibi diximus.

Jacobi Verheiden Præſtantium Theologorum effigies Hagæ Comitis 1602. Opus infrequens. In quo imagines quædam, antea æri non inciſæ, quædam ex Alberti Dureri Archetypis expreſſæ. Omnes manu erudita H. Hondii artificioſe, & perleganter ſculptæ, & Elogiis iſtius modi illuſtratæ, quæ non niſi ἀμούσοις, & rerum omnium imperitis diſplicere poſſunt. Quia multa in iis non cottidiana. Quæ ab aliis vel non animadverſa prorſus, vel non ſatis accurate tradita.

IN QUARTO.

Vita D. Ludgeri primi Monaſterienſis Archi-Epiſcopi Saxonumque & Friſonum Apoſtoli. Coloniæ 1515. Auctor eſt Joh. Concinnius, qui eam ex Othelgrimo, Altfrido, Uffingo & aliis collectam hoc habitu in lucem prodire juſſit, ad Hiſt. Eccl. Germanorum non utilem tantum; Sed plane neceſſariam, utut narrationes quasdam admiſtas habeat, quæ ſunt ſuſpectæ fidei. (2) *Monumenta varia ad vitam & doctrinam Sancti Martini ſpectantia, collecta ab Hieronymo Clichtoveo.* Pariſiis 1516. Duodecim ſunt opuſcula, quæ hoc volumine continentur, eaque antiqua omnia, & à viris gravibus & eruditis ſcripta, Sulpitio Severo, Odone Abbate Cluniacenſi, P. Fortunato, Gregorio Thuronenſi; adeoque non in poſtremis habenda. (3) *Jacobi de Paradiſo tr. de animabus exutis à corporibus. Sine loco & temp.* In quo Auctor, Erfordiæ Theologiam profeſſus, Sec. XV. ſtilo rudi (ſic enim de ſe ſcribit in epilogo) diſputat de ſpirituum apparitionibus, exemplum Gregorii M. ſecutus, qui in Dialogis Sec. VI. idem argumentum perſecutus eſt. Sed ita, ut Melchioris Cani, hominis Pontificii, judicio Locor. com. libr. 2. c. 6. p. 656. aniles & ineptæ ubivis fabulæ occurrant. Quod & in hoc opuſculo deprehendet, qui tanti putabit, ut perlegat, & animo intento intueatur. (4) *Baptiſtæ Mantuani de patientia aurei Libri tres.* Daventriæ 1501.

Joh. Vaſtorii Vitæ Sanctorum Regni Sveo-Gothici emendatæ ab Erico Benzelio. Upſaliæ 1708. Commodorum nec paucorum nec mediocrium, iis qui

qui ad ſtudium H. E. ſe adjunxerunt. Nam licet Sacris Pontificiorum addictus Vaſtovius, ſubinde quædam inſpergat, quæ olent παπτπεμανίαν; attamen hos annales à Sec. IX. usque ad Sec. XVI. perduxit, dictione non prorſus ſpernenda uſus, & monumentis quibusdam non ubique obviis adjutus. Acceſſerunt in editione prima Colonienſi, A. C. 1623. impreſſa, epiſtolæ Pontificum, quas omiſit Benzelius, & in earum locum Annotationes ſuas ſubſtituit, in quibus ſexcenta in Vaſtovio emendavit, illuſtravit, & locupletiora ac copioſiora reddidit.

J. G. Stredowski Sacra Moraviæ Hiſtoria, ſive Vita SS. Cyrilli & Methudii. Solisbaci 1710. Acerbo ſudore abs ſe collectam eſſe hanc Hiſtoriam, in indice profitetur Auctor. Nec fuit facile in republ. literaria, qui in Biographia horum Duumvirorum tantum olei conſumſerit. Quotquot enim nanciſci potuit Codices impreſſos & MSCtos, ſolicite excuſſit, & omnes animi vires intendit, ad res Moravienſium Eccleſiaſticas colligendas, ordinandas, illuſtrandas. Sed omnes fere, quos ad orandam hanc cauſam producit teſtes, ſunt recentioris ævi. Sæpe etiam diſcedit ab inſtituto, & ad aliena digreditur. Nec vacuus eſt ab odio, amicitia & partium ſtudio & iis affectibus, qui dedecorant Hiſtoricum. Et oratio tota eſt affectata, inæqualis, inculta, phalerata, lutulenta, & vocibus barbaris ac in civitate latina inauditis contaminata. Adde, quod ſæpius in Hiſtoria literaria hallucinatus in ordinem redactus eſt, à Joh. Petro Kohlio, in Introductione in Hiſtoriam & rem literariam Slavorum.

M. Andreæ Davidis Caroli Würtembergiſche Unſchuld. Ulm. 1708. De Theologis Würtembergenſibus, cum ſermones interdum minus honeſtos ſparſiſſet in H. E. Godofridus Arnoldus, Patris, & Patriæ, & Præceptorum amore ductus, hanc Apologiam ſuſcepit Carolus, doctam omnino & gravem & expeditam, &, quod rarum eſt in hoc ſcriptorum genere, modeſtam. In qua & Arnoldi impetum præclare frangit, & maculas, nominibus Theol. Würtembergenſium inſperſas, feliciter eluit. Parentis Andreæ Caroli Schedis MSCtis adjutus, & ab eodem ad has vindicias adornandas excitatus. Quas perfectiores reddidiſſet, ſi perfectionem minus anxie quæſiviſſet. Dum enim Arnoldi omnia à veritate ſejuncta eſſe contendit, homines fuiſſe Würtembergenſes negat, & hac ratione humanitatem tollens in hominibus, ab uno extremo tranſit in aliud. Impugnatus à quodam Arnoldi Hyperaſpiſte, *In der Hiſtoriſchen Betrachtung wieder Herr* Caroli Würtemb. *Unſchuld.* Sed defenſus à L. M. Fiſchlino in Supplementis, Memoriis Theologorum Würtembergenſium adjectis p. 144. ſeq.

H. C. Arnd Lebens-Beſchreibung des Dionyſius Areopagita. Goslar 1725. Plures ejusmodi Biographias Patrum promittit Auctor in præfatione. Et hæc prima ejus eſt commatis, ut, qui norunt, quantum utilitatis habeat, hæc Hiſtoriæ literariæ particula, exoptent omnes, à fide ſemel data ut non diſcedat.

Joh. Georgii Leucfeldii Hiſtoria Heshuſiana. Quedlinburgi 1716. Multum valuit auctoritate

te apud noſtros Tilemannus Heshuſius, Vir excellenti doctrina & virtute expolitus. Scriptis etiam, & rebus in Eccleſia præclare geſtis, conſpicuus, & varietate fortunæ mirum quantum exagitatus. Septiesque in exilium migrare juſſus. Adeoque dignus cujus memoria peculiari commentario ab oblivione vindicetur. Quod negotium, dubito, an quis felicius capeſſere, & expedire potuerit, noſtro Leucfeldio. Qui tanto rerum apparatu, tanta verborum facilitate, tantaque ingenii ac judicii bonitate inſtructus, id ita executus eſt, ut difficile ſit dictu, utrum Heshuſio an ſibimetipſi hac commentatiuncula plus lucis circumfuderit. Sane plerique de Biographia hac præclare exiſtimant, nihilque in ea notandum cenſent, quam quod Jac. Andreæ, & Formulæ Concordiæ, tacite infenſus fuiſſe videatur.

Volumen continens XIII. Schediaſmata Hiſtorico-Polemica ab A. C. 1562. *usque ad* 1564. *edita,* in quibus quod de Tilemanno Heshuſio ſumtum eſt ſupplicium, qui A. C. 1562. d. 2 Octobr. cum ſuis Magdeburgo excedere coactus eſt, partim defenditur, & vindicatur, partim reprehenditur, & repentino mentis impetu factum eſſe diſputatur. Atque in hac Sylloge ſunt quædam opuſcula, quorum in J. G. Leucfeldii Hiſtoria Heshuſiana nulla prorſus extat mentio, licet ibidem p. 34. XXIII. ordine enumerentur, quæ omnia ad hoc Hiſtoriæ Heshuſianæ caput pertinent. Unde conjici poteſt vaſtitas, & difficultas, & ambiguitas Hiſtoriæ literariæ.

Jodocus Wilcken von Urſprung der Kauffmanſchafft in Leipzig 1595. Digna luculentiore commentario materies. In hoc enim Schediaſmate minutulis tantum aſſertis, quaſi punctis, indicatur, nundinas in Germania Martisburgi primum A. C. 1100. habuiſſe exordium, tum inde traductas Grimmam, hinc Taucham, ac tandem 1387. commigraſſe Lipſiam. (2) *M. Bartholmæus Clamoring von Leben und Sterben Churfürſt Auguſti zu Sachſen.* Dresden 1586. Qui merita hujus Principis in Eccleſiam percenſens, *Es hat S. Churfürſtl. Gn.* ſcribit p. 13. *auf die* Formulam Concordiæ *mit ihren* ſubſcriptionibus *über* 70000. *Gulden aufgewand*, *nicht mit gerechnet, was die* Apologia *koſtet* &c. (3) *Ejusdem Deſcriptio Hiſtorica Principum Anhaltinorum*, ibid. 1587. Non plane nullius pretii. In qua de Georgio etiam Principe Anhaltino, illuſtri Theologo, quædam notatu digna. (4) *Hiſtorie von den Edlen Geſchlecht derer von Molsdorff, genandt die Weller.* Erfurt 1590. Cujus auctor eſt Cyriacus Spangenbergius, ut patet ex p. 35. Vir ſedulus, doctus, & hiſtoriæ German. non imperitus. Qui P. 2. Speculi Nobil. l. VII. c. 22. p. m. 96. De Hieronymo Wellero commentatus, hanc Stirpis Wellerianæ Hiſtoriam priori Biographiæ ſuperaddidit, non facile obviam hodie, & cum M. C. F. Lämmelii Hiſtoria Welleriana 1700. edita, conferendam. (5) *D. D. Rungii Bericht von der Päbſtl. Verfolgung des Evangelii in Steyermarck, Kärnthen, Cräin*, *Wittenberg* 1601. (6) *Von vier Prediger-Mönchen, die zu Bern in der Schweitz verbrandt, um greulicher Miſſe-*

thaten.

thaten. Francof. 1589. Ex quibus patet, relligio quantum potuit ſuadere malorum, & quam ruinoſo fulcro nitatur, de immaculata conceptione Mariæ hypotheſis. (7) *Daſs die Jeſuiter fälſchl. vorgeben, Joh. VIII. ſey kein Weib geweſen.* 1598. Schediaſma non indoctum. In quo multijuga lectio, & nubes teſtium, ex quo multum profecit Eybertus Grimmius, quo nemo ambitioſius in hoc argumento verſatus eſt. (8) *Päbſtl. Confeſſion.* 1599. (9) *G. Fahrenwald Wiederlegung der Reyme Tauſend Fünffhundert Achtzig acht. &c.* Magdeb. 1588. Ubi Joh. Regiomontani Oraculum confutatur, quo 1588. Orbem periturum prædixerat. (10) *Send-Brieff an die neuen Prediger zu Braunwaldia.* 1592. Epiſtola Satyrica, qua horum virorum ambitio, avaritia, & voluptatis ſtudium caſtigatur. (11) *D. Schaller von Ende der Welt.* Magdeb. 1599. (12) *Hiob Gaſts Troſt-Predigt an die, welche von Papiſten verfolget werden.* *Nürnberg* 1540. (13) *Erzählung, wie der Religions-Streit Victorini in Thüringen geſchlichtet.* 1563. Cujus Auctor eſt M. Flacius, Victorini Strigelii adverſarius. (14) *Erklährung derer Theologen zu Leipzig, Wittenberg und Jena, die Satyriſchen Schrifften betreffend.* Dresden 1581.

R. B. D. Joh. Franciſci de Pavinis de Canonizatione Bonaventuræ. (2) *D. Octaviani Oratio de Vita & meritis Bonaventuræ.* (3) *M. Roberti Sermo de laudibus Bonaventuræ.* (4) *Bulla Canonizationis S. Bonaventnræ Sixti IV.* Faſciculus infrequens, in ipſis incunabulis typographiæ impreſſus.

Joh.

Joh. Laur. Moshemi Hiſtoria Michaëlis Serveti. Helmſt. 1727. In qua omnibus, qui unquam de hoc argumento commentati ſunt, palmam præripuit. Siquidem ad elegantiam verborum adjungit præclaram illam rerum œconomiam, copiam, ſelectum, ornatum, & tabulas bene pictas, collocat in bono lumine, ut nihil extet in hoc genere luculentius, plenius, enucleatius, politius, eruditius. Quis enim ea omnia oculis uſurpavit unquam, quæ Auctor? Monumenta & a Serveto ſcripta, & de eo? Edita inedita, eaque maximam partem rariſſima, & iis tantum obvia, quos Muſæ intra velum erudiunt? Et quis rebus his omnibus & coloribus inſtructus, Apelleam ejusmodi Venerem perficere auderet?

Theodori Bezæ Icones, ſive Imagines Virorum doctrina & pietate illuſtrium. Genevæ 1580. In quibus Hieronymus Bolzecus in Hiſtoria de vita Bezæ p. 75. hoc reprehendit cumprimis, quod iræ & ſtudio deditus Auctor, Petrum Ramum aliosque ex hac Sylloge exeſſe juſſerit, illosque tantum admiſerit, qui ſibi, & quibus ipſe bene cupierit, licet nullius commatis homines. Sed infenſiſſimus Bezæ hoſtis eſt Bolzecus, adeoque ex eodem fonte fluxit ejus judicium, ex quo Bezæ præjudicia fluxiſſe dictitat, affectuum intemperie. Ac licet non omnia in hoc opuſculo ſint ejus generis, ut lapillo candido notari mereantur; Dictio tamen eſt egregia, nativo & roſeo quaſi colore ſpectabilis. Ordo ad gentium & Eccleſiarum varietatem accommodatus. Et elogia brevia illa quidem; Sed arguta tamen, & multo eoque non ſtulto ſale reſperſa.

Joh.

Joh. Biſmarci Vitæ & res geſtæ præcipuorum Theologorum &c. Halæ Saxonum 1614. Opus infrequens, & non facile obvium in officinis librariis. Sic enim Henningus Wittenius in præfat. Memor. Theol. Decade I. p. 17. Collegit Balthaſar Mencius Doct. Theol. in Academia Wittebergenſi Elogia. -- Cui ſuppar Auguſtinus Brunnius, Doctores Eccleſiæ A. C. ab A. C. 1590. usque ad annum 1615. recenſuit. - - Et Joh. Biſmarcus qui res geſtas præcipuorum Theologorum explicuit, quorum miniſterio Deus doctrinam Eccleſiæ à corruptelis, & erroribus Pontificiis pene oppreſſam repurgavit. Hos de vitis noſtrorum Theologorum Scriptores, vel ſedulo inquirens, nanciſci hactenus nullibi potui. Hactenus Wittenius de Auctore noſtro. Qui XXV. Theologorum Wittebergenſium vitas à ſe & aliis elucubratas, & hoc faſciculo collectas edidit, & in Epiſtola Dedicat. ad Fridericum Balduinum plures hujus generis libros, & Sectîones Biographicas promiſit, ſed non præſtitit.

Dat Leven des hilligen Vaders Bernwardi Biſchoffes und Patronen des Stifftes tho Hildesheim. Sine loco 1540. Auctor eſt Tangmarus, Bernwardi hujus Præceptor, & Scholæ Hildeſienſis cathedralis primicerius. Cujus muneris nomen quidem adhuc ſupereſt, dignitasque à Præpoſito & Decano proxima; Sed Scholæ ipſæ Baſilicarum dudum ſunt ſublatæ. Nec ineruditus etiam, ſi G. G. Leibnitium audias. Qui in Introductinoe in Collect. Scriptorum, Hiſtoriæ Brunsvic. inſervientium, de eo judicat, & Bar-

war-

wardianam hanc Biographiam latine à Tangmaro ſcriptam, Tomo I. p. 441. ſeq. exhibet, cum MSCtis quibusdam, & hac Metaphraſi Saxonica collatam. Attamen editione quadam uſus videtur Vir illuſtris, à noſtra diverſa. Et eadem hæc noſtra non in Oeconomia tantum, & capitum diviſione, diſcedit à latina; ſed & in rebus ipſis interdum, & miraculorum Barwardianorum deſcriptione cumprimis, & Barwardi Canonizatione, quæ Tangmarianæ telæ ab alio fuit ſuperaddita, & in hoc noſtro exemplo magnopere locupletata.

Tobiæ Eckhardi Lebens-Beſchreibung J. G. Leucfeldes. 1728. Dignum Leucfeldii nomen, quod ſcripto celebretur. Dignum etiam hoc Eckhardi ſcriptum, quod accurate lectitetur, ob rerum ad hoc argumentum ſpectantium copiam, & illuſtrem in brevitate perſpicuitatem, ſelectum, fidem, qua nihil eſt in hiſtoria dulcius. Utinam placuiſſet Auctori p. 32. & 41. & alibi ea pronunciare apertius, quæ paucis verbis tantummodo, quaſi punctulis quibusdam notavit.

J. L. Moshemii Laudatio J. A. Schmidii, Accedit Programma in Ejusdem exequias. Helmſt. 1726. Moshemius virtutum; Auctor Programmatis vitæ Schmidianæ eſt interpres. Reſtat ut aliquis facta illuſtris hujus viri exponat, quibus orbem literarium implevit, & ſe à ſui ſimilibus notabili ratione diſtinxit.

J. L. Leucfeld Hiſtoria Hamelmanni, Quedlinburgi 1720. In qua certat perſpicuitas verborum

rum cum rerum ordine, utilitate, jucunditate, varietate, veritate, copia.

IN OCTAVO.

GEorgii *Majoris de origine & auctoritate verbi divini tr.* Witteb. 1556. In quo Hiſtoria verbi divini breviter, ſed dilucide exponitur. (2) *Phil. Melanchthonis Epiſtola ad Comitem Joh. a Weda.* Francof. 1539. in qua auctor eſt eidem, ut ad bonarum artium ſtudia, & inprimis ad lectionem SS., & Hiſtoriæ patriæ toto animo incumbat. (4] *Joach. Camerarii Hiſtoria J. C. & Apoſtolorum. Editio Vogeliana nitida & emaculata* opuſculi non injucundi, & utilitatis eximiæ. In quo emendata dictio. Diſtributio chronologica. Et res non nugatoriæ, ſed ſelectæ ex SS. & ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Græcis præſertim, judicioſe excerptæ. (4) *Hermanni Bonni Catalogus Sanctorum ſive Farrago Exemplorum de Apoſtolis, Martyribus, Epiſcopis, Patribus.* Halæ 1593. Oportune dicta eſt farrago hæc Sylloge, quæ variarum narrationum non bene junctarum miſtura eſt & congeries. (5) *Philippi Melanchthonis de Eccleſiæ Auctoritate & veterum ſcriptis libellus.* Witteb. 1539. Brevis, ſed planus, ac plenus, & exſpectationi Lectoris ſatisfaciens, ac vel eam ob cauſam in eximiis habendus, quia *Primus* eſt auctor è Proteſtantium numero, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis Catalogum adornavit Hiſtorico-Criticum. (6) *Ejusdem Hiſtoria de vita & Actis D. M. Lutheri.* Witteb, 1552. (7) *Joh. VVigandi admonitio de bonis & malis Germaniæ.*

maniæ. 1566. Gravis, animoſa, varia, rebus magis circumfluens, quam verbis, & ad Hiſtoriam Sec. XVI. Eccleſiaſticam, civilem, & literariam illuſtrandam perutilis.

Vitæ Patrum repurgatæ per Georgium Majorem cum præfatione Mart. Lutheri. Witteb. 1544. Quæ jam inde ab Hieronymi ætate mirum quantum fuerunt corruptæ, & conſtupratæ Vitæ Patrum, a G. Majori, hortatu Lutheri, *primum* repurgatæ ſunt aliquantulum. Aliquantulum inquam. Diſerte enim ipſe in præfatione, ne in alieno libro, inquit, nimis ſevere uti cenſura viderer pauciora ſuſtuli, quam velit Lector ſeverior, ac peto, ut laborem meum ſtudioſi boni conſulant. Nec defuerunt qui telam hanc pertexere poſtea inſtituerunt. Siquidem hæc Sylloge aucta eſt poſtea, & emendata primum a Sebaſtaino Schwanio Paſtore Ratzenburgenſi, tum a Godofredo Arnoldo, & tandem a Joh. Ottone Glüſingio, qui & in præfat. Iſagogica Vitar. lingua Germ. editarum pleroſque memorat ex recentioribus, qui vitas Patrum in lucem publicam emiſerunt.

Joachimi Perionii de Vitis Prophetarum & Sanctarum Mulierum V. T. libri duo. Lutetiæ 1565. in officina Frederici Morelli. Aurei dicuntur ab eo, qui in lucem prodire juſſit poſt auctoris obitum, G. Genebrardo. Nec indigni ſunt prorſus hoc elogio. Res enim in iis comprehenſæ pleræque ſunt aureæ, ex SS. & ſcriptoribus Eccleſiaſticis excerptæ, nec fata tantum prophetarum referentes; Verum & doctrinam. Ordo temporum, quisbus quique vixit, eſt obſervatus.

vatus. Et dictio talis, qualis nec Ciceronem dedeceat, eaque non conſuetudinis tantum, ſed & rationis & ſcientiæ.

G. Fabricii Virorum illuſtrium ſive Hiſtoriæ Sacræ Libri IX. Lipſiæ in officina Vogeliana. In quibus ita pura eſt oratio, ut nihil poſſit eſſe liquidius. Ita libere fluens, ut nusquam adhæreſcat. Nullum, niſi loco poſitum, & tanquam in vermiculato Emblemate, verbum, nec vero ullum aut durum, aut inſolens, aut humile, aut longius ductum. Res autem ejusmodi, ut nihil eum intelligere oporteat, qui uſum earundem non intelligat.

Joh. Ottonis Glüſingii Leben derer H. Alt-Väter, Heil. Matronen und Heil. Märtyrer 2. Theile 2. Volumin. Sylloge ampla, & copioſa, & vario exemplorum genere abundans. Collecta à Rosweido, Cotelerio, Bivario, Majore, Schwanio, Arnoldo &c. In qua bona mixta malis, ac æra infuſa lupinis. Quod & ipſe Glüſingius concedit facile, qui & in obſervationibus adſperſis ſubinde agnoſcit, eſſe quædam in his narrationibus à regula doctrinæ & morum, in SS. comprehenſa, aliena, ac Monachorum ἐθελοθρησκείαν redolentia. Et in Præfat. Part. I. præmiſſa, hæc omnia tradit Lectori attentius examinanda. Interim ipſe, in notis juxta & præfationibus Iſagogicis, mirum quantum interdum à Theologorum noſtrorum linea deflectit, & ad Jacobi Böhmii ductum ſe applicat.

Joh. Clerici Lebens-Beſchreibung einiger Kirchen-Väter und Kätzer. Halle 1712. Oppoſitæ ſunt hæ Biographiæ Guilielmi Cavei Vitis Patrum, qui

in Diſſert de Euſebii Arianiſmo Hiſt. lit. Script. Eccleſ. ſubjecta reſpondit Clerico, & ab eodem rurſus in Epiſtolis Criticis confutatus eſt. Atque hæc hujus opuſculi eſt Hiſtoria. Quod vero ad argumentum attinet; multa ſane in eo continentur peregregia, arcana Hiſtorica, Philologica, Theologica. Monita ad intelligenda ſcripta Patrum utilia & neceſſaria. Hiſt. Eccleſ. & literariæ quædam capita ratione non vulgari illuſtrata. In his enim omnibus excellit Clericus. Vir omni eruditionis genere inſignis. Sed orthodoxiæ nomine non æque conſpicuus. Atque hinc illa libera de Patribus antiquis judicia. Paradoxa de rebus fidei decreta. Et axiomata non pauca Arianiſmum, & Socinianiſmum redolentia. Quæ ita ſe commendarunt huic diſciplinæ addictis hominibus in Anglia, ut libellum hunc Clerici in linguam patriam traduci & Londini 1696. 8. denuo recudi curarint.

Cornelii Graſii Vitæ Sanctorum Tom. IV. Coloniæ 1616. Quas Laurentius Surius primum Tomis quatuor comprehenſas edidit Sanctorum vitas, eas Zacharias Lippelous poſtea miſit in Compendium, & Cornelius Graſius recognitas denuo & locupletatas tandem hoc habitu in lucem prodire juſſit. Nec nullius utilitatis eſt hoc Syſtema. Siquidem ad H. E. illuſtrandam, & amplificandam, valet plurimum. Dummodo ſobrie & cum grano ſalis tractetur, & æra a lupinis accurate diſcernantur. Sunt enim in hoc theatro Sanctorum, qui vel homines non fuerunt vel non ſancti. Nec id etiam cum veritate eſt conſentaneum, quod Auctor in Epiſtol. Dedica

tori

toria ſcribit, nihil in iis eſſe deſumtum è Scriptoribus Apocryphis. Niſi ſcriptores Apocryphos cum eodem illos appellare velis, quorum nomina ignorantur, & narrationes Apocryphas, quæ non inveniri poſſunt in iis exemplaribus, ad quæ lectores remittuntur. Quod tamen eſt verbis ludere tantum, non autem naturam rerum & indolem explicare.

Phil. Bosquierii Antiquitates Franciſcanæ ſive Speculum Vitæ B. Franciſci. Coloniæ 1623. Hic eſt ipſe *conformitatum Sancti Franciſci cum Vita D. N. J. C. libellus* Sec. XIV. à Bartholomæo Albicio, ut putatur, ordinis minorum Monacho compoſitus, & à Capitulo Generali probatus, ac Mediolani 1510. prima vice impreſſus. Rariſſimus omnino; ſed plenus ruris & inficetiarum, Barbariſmorum, Solæciſmorum, &, quod gravius eſt, nugarum, Heterodoxiarum & infandarum blaſphemiarum. Excerptus poſtea & in linguam Germanicam traductus ab Eraſmo Albero, editusque Witteb. 1542. 4. cum præfatione Lutheri ſub titulo, *der Barfüſſer-Mönche Eulenſpiegel und* Alcoran. Et tandem cum puderet ſaniores tot fabularum & anilium ineptiarum, caſtigatus ab auctore noſtro, & alio ordine traditus, repurgatus etiam, & ab extantioribus ſordibus ſolutus, ſed ita ſolutus, ut turpis ſqualor omnes fere paginas adhuc inficiat. (2) *Ejusd. Vegetius Chriſtianus.* Cölln 1615. (3) *Ejusd. de finibus bonorum & malorum.* Coloniæ 1610. (4) *Ejusdem Oratio in exequiis Caſparis Hanotii.* 1626.

Les Vies de Saints Peres des Deſerts & des quelques Saints Par Mr. Arnaud d'Andilly. Paris 1668. *Pri-*

mus hic eſt, qui vitas Eremitarum ſelectas, a Patribus & Doctoribus Eccleſiaſticis Græce & Latine deſcriptas, è textu authentico in ſermonem Gallicum plene, fideliter, & polite tranſtulit, cum antea excerpta tantum de iis extarent in hac lingua, eaque nec bona fide, nec ea dexteritate ac ornatu elucubrata, quo hæ Biographiæ Andillianæ, in quibus orationis lumina, quaſi ſtellæ, illuſtrant rerum deſcriptarum ambitum.

Laurentii Rhodomanni Vita Lutheri Græco carmine deſcripta & Latine reddita. Urſellis 1579. Libellus infrequens, Chriſtiano Junckero inviſus, qui in præfatione Vitæ Lutheri è nummis collectæ, omnes Biographos Martini noſtri enumerans, hunc oratione non attingit. Illuſtris tamen, & venuſto carmine conſpicuus. In quo una cum vita Lutheri, & Auguſtana Confeſſio, & Catecheſis Megalandri noſtri, mollibus aptata eſt numeris, & excellenter deſcripta. Si ea excipias, quæ ex Mythologia Ethnica inſperſa ſunt alicubi Emblemata, quæ tamen & ipſa apparent rara in hoc ſtromate.

M. J. Q. V. D. Bürgers Hiſtoriſche Nachricht von D. M. L. Münch-Stande und Cloſter Leben. Leipzig 1717. In qua Commentatione, c. VII. & VIII. tantummodo de Lutheri vita & ſtatu monaſtico agunt. Reliqua omnia ſunt ἀπροσδιόνυσα. Nec quicquam in iis dictum, quod non dictum ſit prius. Et quæ indici præmiſſa eſt, & p. 107. à Luca Cranacho dicitur confecta imago, Lutherum Monachum exſcribens, è Chriſtiani Junckeri Memoria Lutheri numiſmatica deſumta eſt quidem; ſed toto cœlo ab ea differt, quæ eſt apud nos erudi-

ta

ta manu Cranachi excellenter æri inciſa, criterio etiam Cranachi dracunculo ſe incurvante, notata cum diſticho,

Lucæ. Opus. Effigies. Hæc. Eſt. Moritura. Lutheri.
Æternum. Mentis. Exprimit. Ipſe. Suæ. MDXXI.

J. C. Dithmari Vita Gregorii VII. Francof. ad Viadrum. 1710. De qua bona apud eruditos eſt exiſtimatio, quia ſine ira & ſtudio ex probatis Auctoribus collecta, & bono ordine digeſta, & dictione moderata contexta eſt.

Chriſt. Junckeri Güldenes und Silbernes Ehren-Gedächtniſs D. M. Lutheri. Schleuſingen 1706. Opus, quod apud omnes, qui recte judicant, eſt in pretio, & eo loco habetur, quo nummos habere ſolemus, è quibus ab auctore congeſtum eſt. Commendandum à rotunditate verborum, & varietate ac raritate rerum, quæ ejus ſunt commatis,

Ut tot vix videat gazas ex millibus unus.

Emendandum tamen ſubinde & augendum, cum nummis quibusdam, tum imaginibus, quarum nonnullæ etiam ſunt apud nos, Lutherum cucullatum & excucullatum exſcribentes, quarum nulla in hoc monumento extat mentio.

La vie de la S. Geneviefue compoſe par le Sieur Ceriziers. Brüſſel 1656. Non confundenda eſt hæc S. Geneviefue Belgica cum S. Genoveva, virgine Gallica, cui templum Pariſiis dicatum, cujusque vita extat in Corn. Graſii Vitis Sanctorum P. I. p. 57. Ac licet Auctor noſter in præfatione omnibus modis intercedat iis, qui hanc narrationem confictam eſſe profitentur, inficiari tamen non poteſt, ineſſe eidem aliquid fabulæ Romanenſi

nenſi tam ſimile, ut ovum ovo. Quod, dici non poteſt, quam ſuſpectam reddat eandem, quantumque Lectori pondus ſubminiſtret de veritate ejus exiſtimandi ſecus.

Vita Philippi Nerii aus den Italiäniſchen überſetzet durch Ægidium Albertinum. München 1611. Quæ verſio an cum textu Italico conſpiret amice, injudicatum relinquimus. A latino ſane in multis recedit. Et manifeſtum fiet, ſi cum latinis componas Italica, quædam in hac translatione eſſe omiſſa, quædam interjecta, quædam non bona ſatis fide traducta. Tacemus dialecti Bavaricæ inſuavitatem, & Orthographiæ anomalias. Quæ tamen ita compenſavit auctor, ut & opus ipſum in capita diviſerit, & teſtes plures in margine adduxerit, quam in Gallonii exemplo latino comparent.

Joachimi Camerarii de Philippi Melanchthonis ortu, vitæ curriculo, & morte, narratio. Lipſiæ 1696. Ita ſcripta, ut Biographis exempli loco eſſe queat. Dictione pura, dilucida, caſtigata, numeroſa. Oeconomia venuſta, non diſſoluta, non indecora. Expoſitione ejusmodi, quæ læta triſtia, laudanda vituperanda, maxima minima, prima ultima, media comprehendit. Quæque de amicis Melanchthonis & inimicis, ſcriptoribus hujus ætatis & ſcriptis, rebus etiam in republ. Eccleſiaſtica, civili & literaria, geſtis, præclara interſerit judicia. Incomparabilis enim vir fuit Camerarius, Poeta, Orator, Hiſtoricus, Philoſophus, in omnibus fere ſcientiis excellentes verſatus. Ultra XL. annos cum Melanchthone amicitia & ſenſu conjunctus. Studiorum etiam

ſociu

ſocius & adminiſter, & labecularum quarundam, quæ erant in Philippo, probe conſcius. Aſtrologiæ & Teratoſcopiæ venerator nimius. Matthiæ Flacio & aliis, qui opinionum diſſenſione diſcrepabant à Philippo, non ſatis æquus. Multorumque arcanorum ad hanc cauſam pertinentium diſſimulator ſtrenuus. Adde Vitæ Melanchthonianæ Epilogum, qui in hac Commentatione omiſſus, ex Orationibus, Epitaphiis & ſcriptis, quæ edita ſunt de morte Philippi & Wittebergæ 1591. in 8. impreſſa, repetendus eſt. Aliaque hujus generis ſpicilegia ex Epiſtolis Philippi & Camerarii excerpenda, & huic meſſi ſuperaddenda. (2) Ejusdem narratio de principe Georgio Anhaltino. ibid. De qua J. C. Löſcherus in *Verzeichniſs der Durchlauchtigen Theologen* p. 37. *der vortreffliche Camerarius hat des Georgii Leben mit einen netten lateiniſchen Stilo beſchrieben, welches wohl verdienet geleſen zu werden.* (3) Ejusdem Narratio de Helio Eobano Heſſo ibidem.

Ejusd. de Philippi Melanchthonis Ortu, vitæ curriculo, & morte, narratio. Lipſiæ 1596. De quo antea.

Ejusd. de Philippi Melanchthonis Ortu, vitæ curriculo, & morte, narratio. Lipſ. 1591. de qua jam diximus.

D. Caſparis Ulenbergii Hiſtoria de vita, moribus, rebus geſtis M. Lutheri, P. Melanchthonis, M. Flacii, G. Majoris, & A. Oſiandri. Coloniæ 1622. 2. Volumina. Non adeo in vulgus nota. Nec ea ratione contexta, ut omni culpa careat. Sunt enim in ea quædam ſuſpecta, dubia, incerta, falſa. Quædam ſtudio partium infecta. Et quædam ſcommatis, cavillis, & ſalibus inurbanis conſperſa. Attamen tam fœda non eſt, prout a C. Sa-

gittario in Epiſtola ad P.M. Schönmannum p.626. deſcribitur. Et patebit evolventi, & cum cura verſanti; Sectæ potius tribuenda eſſe, quæ admiſſa ſunt vitia, quam Auctori. Qui ad ſcribendam hanc Hiſtoriam multum attulit induſtriæ, & vitam Lutheri cumprimis, & Melanchthonis tam copioſe & luculenter deſcripſit, ut non reformatorum, ſed reformationis Hiſtoriam condidiſſe videri queat. Unde & ii, qui ad H.E. animo comprehendendam ſe accingunt, his Ulenbergii voluminibus carere commode non poſſunt.

Godofredi Hechtii Vita Joh. Tetzelii. Witteb. 1717. Qui A. C. 1707. ejusdem hujus veteratoris vitam in Diſſertatione Academica expoſuit auctor J. Friderici Meyeri ſchediasmate Parallelo adjutus, reſumtam denuo hanc telam ita pertexuit, ut Biographiam copioſiorem & elegantiorem de hoc indulgentiarum nundinatore, Joh. Tetzelio, non habeamus. (2) *Anonymi Schau-Platz des Tetzeliſchen Ablaſs-Krams.* Erfurt 1717.

Orationes, Epitaphia, & Scripta, quæ edita ſunt de Morte Philippi Melanchthonis omnia. Wittebergæ 1561. Collectio præclara, rara, ad Hiſtoriam Melanchthonis illuſtrandam, & telam, quam Joh. Camerarius de eo excellenter pertexuit, abſolvendam perutilis & perneceſſaria. In ea enim vitæ Epilogus, copioſe in hoc volumine deſcriptus, omiſſus eſt.

Anonymi Leben D. Alberti Crantzii nebſt ſeinem defenſorio Eccleſiæ *und heiligen Calender. Hamburg* 1722. In qua triade eminet defenſorium Eccleſiæ, rude quidem adhuc & impolitum, ſed ἀνέκδοτον hactenus, & nunc demum in lucem

edi-

editum. In quo Monachis mendicantibus gravis dica impingitur. Quæ enim præmiſſa eſt Biographia, licet de vita & ſcriptis Krantzii non faſtidiendas apponat dapes, Germanica tamen latinis ita permiſta ſunt, ut, qui alterutram linguam neſciat, de argumento univerſo nihil prorſus percipere valeat.

J. B. Ritteri Lebens-Beſchreibung M. Flacii Illyrici. Francof. 1723. Auctor navus, & induſtrius, & ad condendam Hiſtoriam non ineptus. Sed iis ſubſidiis non inſtructus, quæ ad conſilia & eventus Eruditorum Sec. XVI. eruendos requiruntur. Quod vel ex ſolo §. 18. p. 70. conſtare poteſt. Ubi de concordiæ ſtudio M. Flacii ita agit, ut perſpicuum ſit, eum ſcholaſticorum Academiæ Wittebergenſis Epiſtolas 1558. Witteberg. cum relatione Hiſtorica controverſiæ Flacianæ, & monumentis authenticis editas, non vidiſſe.

B. L. S. Brunonis des Preuſſiſchen Apoſtels Leben, Tod, Verehrung. Halle 1714. Haud equidem tali me dignor honore, quo Auctor c. 7. §. 9. p. 130. me perſecutus eſt. Nec deeſſe eidem exiſtimo doctrinam, navitatem, alacritatem & *παῤῥησίαν*. Sed ſeveritatem, gravitatem, & decori ſtudium ac curam ei defuiſſe duco. Et quod c. 2. §. 1. p. 29. de H. E. tulit judicium, eam hodie arte Critica indigere magis quam ſcriptoria, id non invitus probo; Sed Criticam ita exercuiſſe Auctorem in hac Commentatione judico, ut iſtius Terentiani parum memor fuiſſe videatur; *Ne quid nimis.*

Vita B. J. Chryſoſtomi. Halæ 1702. Ex vitæ Chryſoſtomi ſcriptoribus collecta, quos græce edidit, ex ſcriptis Chryſoſtomi Etonæ in Anglia 1612. Tomis VIII. excuſis, Tomo Ultimo ſubjunxit Henricus Savilius. Nec negligenter collecta, ſive Hiſtoriam illuſtris hujus viri ſpectemus, ſive doctrinam, cujus præclarum Syſtema exhibet Auctor c. 3. dignum, quod cum hodiernis noſtris Syſtematis conferatur, ut, ſi qua deſint in hiſce, ex illo ſuppleantur, ſi ſuperſint, (ut ſane in doctrina de juſtificatione & ſanctificatione recentiores antiquis ſunt ſuperiores) debitas Deo agamus gratias.

Chriſtophori Pezelii de D. Athanaſio narratio. Witteb. 1573. In qua dictio eſt facilis, plana, rotunda, candida. Diſpoſitio naturalis & rerum geſtarum ordini adaptata. Res etiam variæ, graves, illuſtres, memorabiles. Sed non omnes eodem loco ac numero habendæ. Sunt enim, quæ redolent partium ſtudium, ut quæ de Euſebio refert Auctor. Sunt etiam quæ in dubio, & ancipiti adhuc ſunt poſitæ, v. g. Symbolum, quod vocatur Athanaſianum, ab Athanaſio eſſe conditum.

M. A. M. Veerportens Comment. Hiſtorica de Mart. Bucero. Coburg 1709. In qua, Bucerum in controverſiis Euchariſticis media inter Lutherum & Zwinglium inceſſiſſe via, docet auctor, e monumentis fide dignis, Burneti, Seckendorffii, ipſiusque Buceri parum obviis, & inventu rarioribus. Idque ea ratione, ut, ſi, quantum laboris, & judicii, & gravitatis, tantum ſuavitatis ingenii, & facilitatis ſtili, attuliſſet, belliſſima ſpecie commentatio hæc videri

queat

queat. (2) *Juſtini Meyeri Diatribe de lapſu adiaphoriſtico Bugenhagii.* Hamburg 1710. (3) *Caſparis Crucigeri Oratio de puritate doctrinæ & duabus M. Lutheri & D. P. Melanchthonis Epiſtolis.* Præmiſſa eſt *Diſſert. D. Henrici Muhlii de ſtudio æquitatis tuendæ.* Kiloni 1709.

Hiſtorie Joh. Tauleri nebſt den Kern und Safft ſeiner Lehre. Lüneburg 1689. Quæ Hiſtoria Illuminationis Tauleri dicenda eſt potius, quam Tauleri Hiſtoria. Nec ſine grano ſalis legenda, ob quædam, quæ eidem intexta ſunt Emblemata, Papicolarum diſciplinam redolentia.

M. L. M. Fiſchlini Memoria Theologor. Würtembergenſium. 1710. Opus, ad quod multum laboris adhibuit Auctor, & plurimum induſtriæ. Nec imparatus acceſſit ad hoc Syſtema excitandum, ſed monumentis variis ac præclaris inſtructus, editis & ineditis, Annalibus, Programmatis, Orationibus, Concionibus exequialibus &c. E quibus apis Matinæ more modove hos conduxit favos, eosque ordine chronologico digeſtos multo nectare implevit, eximiæ utilitati futuros iis, qui H. E. & literariæ dant operam. Et illuſtrior multo extitiſſet hujus collectionis fructus, ſi minus lutulenta eſſet & cœnoſa oratio, & loco eorum doctorum, qui vel nullum vel admodum obſcurum nomen habent in Eccleſia, eorum res copioſius eſſent traditæ, qui excellunt præ reliquis & caput efferunt. Horum enim juvat inprimis accurate noſſe virtutes & vitia, amicitias inimicitias, præmia & pœnas, arcana & in vulgus nota, opera effecta & affecta eorumque Hiſtoriam, ortus abortus, alia-

aliaque hujus generis, quorum nulla in programmatis & concionibus feralibus extat mentio, & ad quæ cognoſcenda iis tantummodo patet aditus, quos Muſæ intra velum docuerunt.

M. Erdmann Uhſen Leben der erſten Kirchen-Lehrer und Scribenten des XVI. und XVII. Seculi. Leipzig 1710. Biographiæ eum in finem ab auctore congeſtæ, ut partem facerent H. E. Sec. XVI. & XVII. a ſe compoſitæ. Sed quia ad palatum non erant Thomæ Fritſchio, cujus ſumtibus imprimebantur Annales illi eccleſiaſtici, hoc habitu ſeparatim ſunt editæ. Et rectius fortaſſis rebus ſuis conſuluiſſet Uhſenius, ſi vel ſuppreſſiſſet hunc induſtriæ fœtum, vel eundem majori ſtudio & cura perfeciſſet. Siquidem nec dictio, nec diſpoſitio, nec rerum collectarum ratio præmorſos ſapit ungues. Doctores Eccleſiaſticos promittit, & primus, quem in ſcenam producit, eſt Politicus. Scriptores pollicetur, ſed deſerit non raro fidem & viros affert, qui ſcripſerunt nihil. Et quoties, ſi de ſcriptoribus verba facit, commemorat dubia, & falſa, & ſcitu prorſus indigna, vel integras paginas mutuo petit e Clarmundo? Et ſi librorum exhibet catalogum, quoties ex uno libro facit duos, aut ex duobus unum? Sane Concordiam diſcordem R. Hoſpiniani, ab Hiſtoria ejus de origine & progreſſu Formulæ Concordiæ, non diſtinxiſſet Auctor, ſi plus temporis & diligentiæ ad hoc opus contuliſſet, & ſuis maluiſſet oculis videre, quam alienis.

H. Wittenii Memoriæ Theologorum Decades VI. JCtorum decades IV. Medicorum Decades II. Francof.

coſ. 1674. *Primus* eſt Auctor, qui congerendo Vitas Eruditorum ab aliis deſcriptas, easque in ordinem redigendo, novam rationem condendi Syſtemata Biographica commentus eſt. Laudatus iccirco a D. H. Morhoffio in Polyhiſt. l. 1. c. 18. p. 225. Heinr. Pippingio in præfat. Memor. Theol. p. 5. Nec defuerunt, qui ejus exemplo excitati, poſtea cœptam hanc telam pertexere, & eodem modo Virorum doctorum memorias ab oblivione vindicare, Hiſtoriæque literariæ fines prorogare ſunt conati. Spectantque ad hunc cenſum H. Pippingius, G. H. Götzius, R. L. Rollius. Alii, de quibus omnibus ſuo loco. Ac licet perfacilis videatur hæc ſcripta condendi Methodus, negotiumque vel nullum habere prorſus, vel admodum exiguum. Quia Schedis ab aliis jam elucubratis utitur. Operoſum tamen eſt admodum conducendi elementa, e quibus conficiuntur hæc corpora, & vix ac ne vix quidem abſolvere potuiſſet hoc ſuum conſilium Wittenius, niſi eidem univerſam fere Germaniam perluſtrandi, & in ea decem Academias viſitandi occaſio fuiſſet data.

M. Heinrici Pippingii Memoriæ Theologorum Decades VII. Lipſiæ 1705. Summis laudibus in cœlum elatæ a M. Erdmanno Uhſenio in Epiſt. Dedic. Scriptorum Eccleſiaſticorum Sec. XVI. & Sec. XVII. Nec nullo etiam, aut ultimo loco conſtituendæ. Sed cum *Henningii Wittenii Memoriis conjungendæ, quarum ſunt ſupplementum quoddam & quaſi* ἐπίμετρον. Siquidem ab A. C. 1684. ubi deſinit Wittenii Sylloge, Pippingii rur-

rurſus incipit, & usque ad A. C. 1704. procedens LXX. Theologorum clariſſimorum Biographias exhibet. Lectu omnino dignas, ſed quales eſſe ſolent in Programmatis Academicis, & Orationibus Panegyricis traditæ, quibus ſumma tantum defunctorum capita deſcribuntur, & explorata omnibus, non ea, quæ parum ſunt comperta, & quibus virtutes Eruditorum omnes excelſo atque illuſtri loco conſtituuntur, maculæ autem diſſimulantur ſtrenue, & vel ceruſſa obducuntur, vel plane comprimuntur ſilentio. Quæ ratio deſcribendi vitas Encomiaſtica, ab Hiſtorica, qualem nobis dedit J. Camerarius in vita P. Melanchthonis, toto cœlo eſt diverſa.

Ejusdem Trias Decadum memoriam clariſſimorum Theologorum exhibens, ſacro decadum ſeptenario jungenda. Lipſiæ 1707.

G. H. Götzii Elogia Germanorum Theologorum. Lubecæ 1709. Commode Elogia inſcripſit Auctor hanc vitarum συναγωγὴν, quæ ex Programmatis Academicis contexta, mera comprehendit præconia, & acroamata ejusmodi, quæ ſe lubentiſſime audire dixit Themiſtocles. Inprimis autem lectu digna eſt Philologorum Decas, quæ Heptadecadi Theologorum in fine acceſſit velut ἐπίμετρον. Quanquam nec ipſe Decadum Septenarius eſt nullius Ordinis. Quo ea maxime continentur Theologorum nomina, quorum in Wittenii & Pippingii collectionibus nulla occurrit mentio, ut harum meſſium jure quoddam poſſit dici Spicilegium.

J. G

J. G. Jochii Vitæ Theologorum. Francof. 1707. Wittenii, Spizelii, Pippingii, aliorumque, qui vitas Theologorum Lutheranorum collegerunt, exemplis excitatus, Theologorum reformatorum vitas congerere, & ſingulis ſemeſtribus faſciculum de iis prelo ſubmittere, decreverat Auctor. Sed invita, ut videtur, Minerva. Quæ enim ſalivam movere Lectori, & ad ſequentes ſpectandas incendere debuiſſet hæc Pentas prima, omnem ſubito ardorem potius reſtinxit. Siquidem ipſe Auctor in præfatione fatetur in vita J. Strangii; nihil eſſe magnopere, quod lectu ſit dignum, Guil. Mommæ deſcriptionem pudendis ſcatere in Lutheranos convitiis. Et ex duabus Jacobi Uſſerii biographiis, eam a ſe eſſe editam, quæ eſt Guilielmi Batesfii, cum, quæ a Thoma Smitho literis mandata eſt, illi omnibus modis ſit anteferenda. (2) *M. R. H. Rollius de Profeſſoribus quando ſceptra tenuerunt Academica defunctis.* Roſtochii 1703. (3) *Ejusd. de Doctoribus Academicis ad Gymnaſiorum vel Scholarum gubernacula vocatis ibid.* eodemque anno.

G. A. Götzii Exulanten-Regiſter. Altenburg 1714. Cujus continuationem in præfat. p. 52. pollicitus eſt Auctor, Vir in Analectis Hiſtoricis conficiendis perinduſtrius. An vero promiſſa præſtiterit, an ab iis diſceſſerit? Non liquet.

Lebens-Beſchreibung Caſpar Schwenckfeldes. 1697. Quam θανατολογίαν fortaſſe dixeris rectius, quam βιογραφίαν. Siquidem illam ſatis accurate in hoc Schediaſmate percenſet Auctor, hanc vero

vero vix primis digitis attingit. (2) *Martini Franciſci der verkehrte und bekehrte Manichæer.* 1678. Budiſſin. In qua diatribe id quod p. 172. ex ore converſi Manichæi memorat Auctor, eſſe adhuc ultra 13000. familias in Batavia Manichæiſmo addictas, & iſtud Syſtema fidei amplectentes quod p. 162. deſcriptum legitur, eſt ejusmodi, ut fides eidem adjungi nullo modo poſſit. (3) Immanuel Lippman exjudæi, dicti poſtea *C. G. Burckhard, gewiſſenhafftes Bekändtniſs.* Oettingen 1688.

Gottfried Feinler Theatrum morientium i. e. Schau-Platz 500. ſeelig-verſtorbener Chriſten und 200. *Evangeliſcher Theologen.* Leipzig 1702.

Cuivis & indocto non intractabile thema,
Dummodo ſollerter lecta notare queat.

Geſchichts-Calender aller Römiſchen Päbſte. Leipzig 1697. (2) *Geſchichts-Calender Doct. M. Lutheri.* ibid. 1698. (3) *Geſchichts-Calender J. Calvini.* Halle 1698. Non nova eſt hæc ratio tradendi Hiſtoriam, ſed antiqua, apud Græcos & Latinos jam pridem uſitata, ut in præfatione ad *Calendarium Logicum* monuimus. Renovata autem a Londello S. J. Theol. circa finem ſuperioris Seculi in Gallia, & per annos aliquot ſtrenue in orbe literario frequentata, a nobis etiam *primum* a perſonis ad ſcientias translata. Non accommodata quidem ad univerſam rerum geſtarum indolem, earumque conſilia, & arcana cognoſcenda, utilis tamen ad ea, quæ lectione jam innotuerunt, animo repetenda, & quæ lecturi ſumus, ὡς ἐν τύπῳ prævidenda & prænoſcenda.

Deſid.

Deſid. Eraſmi Roterodami Vita & Epitaphia. Ant-
verpiæ 1536. Prima hæc eſt & antiquiſſima
raſmi Biographia, eodem anno in lucem edita,
uo ipſe lucis uſuram amiſit. Summatim tan-
ummodo & ſtrictim expreſſa. Non tamen ne-
ligenda. Nec deſunt qui copioſius enarrarint
ujus Herois Hiſtoriam: Bartholomæus Calck-
euter Tom. IV. Declam. Melanchthonis p. 706.
aulus Merula peculiari Opere, Lugd. Bat.
607. 4. edito. Alii. Quorum omnium indu-
riam viciſſet, ficto nomine Gratiani Agricolæ
uletæ, quam vero Pfeifferi notior SS. Th.
Candidatus, ſi vixiſſet, & fata ejus conatibus
terariis, in quibus de Eraſmo erat Commenta-
ius Hiſtorico-Criticus, non interceſſiſſent.

J. W. Peterſen Lebens - Beſchreibung. 1719.
Digna, quæ accurate & ſtudioſe lectitetur, tum
b arcana Hiſtorica, quæ in ea percenſentur
le Viris doctis noſtri temporis, eorumque ſin-
gularibus hypotheſibus, controverſiis, libris edi-
is ineditis, laudibusque & maculis, tum ob
nova Syſtemata Theologica, quæ Auctor condi-
lit, & quorum primas lineas ſimul in hac ſua
Biographia deſcripſit, *Chiliaſticum* puta p. 178.
ſeq. *Apocataſticum* p. 296. ſeq. *Prototocoſticum*
p. 319. ſeq. Quibus, dici non poteſt, quos mo-
tus excitaverit noſtra tempeſtate in Eccleſia.
Vir doctus ſane, & pius, & modeſtus, ſed cre-
dulus nimium, & ſuperſtitioſus, & novarum re-
um cupidus. Adde, & ſui ipſius amator nimius.
Siquidem hæ præcipuæ in hoc opuſculo ſunt ma-
culæ, quod Auctor in eo ſe laudavit nimium, &

eos, quos habuit adverſarios, intemperantius inſectatus eſt.

J. Chriſt. Coleri Hiſtoria Godofredi Arnoldi. Witteb. 1718. Cui viro non inviti tribuimus ſedulitatem eximiam, damus multijugam lectionem, & literas, & variorum documentorum copiam, nec demimus ſermonis perſpicuitatem. Denique, ſi qua alia ſibi ſumat, non repugnamus; Hiſtoriam ſane hanc ſine ira & ſtudio non ſcripſit, neque Hiſtoriam de Arnoldo condidit ipſe, ſed conditam ab aliis conquiſivit tantum, & in certas claſſes diſpoſuit, nec, quæ conquiſivit multo labore conlectanea, ita adornavit, ut, quod ſpectaſſe maxime videtur, ex iis poſſimus exſculpere, *Arnoldum fuiſſe Arianum, vel Indifferentiſtam, vel Atheum.* Quem facile largimur fuiſſe hominem, & humani ab eo nihil extitiſſe alienum, rectius etiam conſuluiſſe ſibi & aliis, ſi conſilium de ſcribenda Hæreſiologia vel nunquam animo ſuſcepiſſet, vel ſtatim in lacte ſuppreſſiſſet, unde tanta malorum nata eſt Ilias.

Anonymi Curieuſe Nachricht von den Leben M. Sebaſtian Froſchels. Leipz. 1722. Quæ quare *curioſa* dicta ſit, equidem me exploratum nondum habere fateor.

Memoria Caplatoniana oder Lebens-Beſchreibung zweener Breithaupten. 1725. Memoria hæc Caplatoniana, rectius fortaſſis Breithauptianà, Trium Breithauptiorum vitas continet, quorum *Primus* & *Ultimus* ita fulgent in republ. liter. ut incertum ſit, an Secundum obfuſcent magis, an colluſtrent ſuis radiis.

Chr

Chriſtiani Hoburgs Lebens-Lauff aufgeſetzet von nen Sohn Philipp Hoburg. 1711. Ex qua Bio-aphia cum alia ſcitu non injucunda, tum hoc æcipue intelligas, quæ ab hoc Viro, qui Lu-eranorum primum, tum Reformatorum, ac ndem Mennoniſtarum fuit Doctor, elucubrata t monumenta, & quo loco, & tempore, & b quibus nominibus, & quantopere ex iis non-illa ab aliis corrupta ſint & adulterata.

Vita fama & fata Val. Herbergeri, ſcripta a S. F. uterbachio. Lipſiæ cum figuris æneis. Tribus pla-ılis comprehendi poteſt, quicquid hoc vaſto vo-mine de Herbergero allatum eſt notatu dignum, eliqua omnia aliena ſunt, & ad rem præſentem ihil attinent.

Petri Dan. Huetii Commentarius de rebus ad eum rtinentibus. Amſtelod. 1718. Ex variis libellis, uorum XX. fere reliquit Huetius, vix invenias llum, qui hunc nobilitate vel adæquare, vel ttingere valeat, usque adeo eſt bonæ frugis & xcellentiæ pereximiæ. Anguſtiore inſcriptione otatus, quam argumenti vaſtitas & amplitudo equirit. Siquidem non rerum ad Huetium, ſed d univerſum fere orbem literarium pertinen-ium hic eſt commentarius. Ab eo in literarum nonumenta relatus, qui & ipſe maximam do-trinæ famam conſecutus eſt, & cum omnibus, ui ultimis 60. vel 70. annis Polyhiſtoriæ laude xcelluerunt amiciſſime vixit, eaque tempeſta-e inclaruit, qua ſtudia Philoſophiæ & Philolo-iæ & Criticæ ſpiritum quaſi & vitam reſumſerunt, literariæ Societates, & Ephemerides vel natæ rimum, vel renatæ, & in ſcientiis omnibus

vel nova quædam reperta, vel deperdita reſtituta ſunt. Quæ omnia velut in tabula deſcribit Auctor hoc volumine, ut haberent, qui ea jam noſſent, quo admonerentur; Et qui non noſſent, quo inſtruerentur. Dignum opus quod juventuti in Scholis prælegatur, ob rerum excellentiſſimarum varietatem & copiam, & genus dicendi ſplendidum, in quo eſt odor & ſapor & color antiquitatis. Dummodo Sectæ ſtudium, & Ariſtotelophiliæ nimiæ fermentum, eidem non labeculas quasdam adſperſiſſet.

Davidis Georgii Hiſtoria per Rectorem & Academiam Baſileenſem. Witteb. 1559. Infrequens, lucida, & lectu digna. Sed conferenda cum iis, quæ in Godofredi Arnoldi P. II. l. XVI. c. 21. §. 44. p. 283. ſeq. & Part. IV. Num. 32. p. 232. ſeq. extant, monumentis, & actis publicis, quibus quæ h. l. p. 38. afferuntur heterodidaſcaliæ, & accuſationis capita, a Georgio unquam vel ore vel ſcriptis eſſe tradita negatur, & quam Baſileenſes adverſus mortuum inſtituerunt, & in hoc libello deſcripſerunt, judicandi formam, ea talis eſſe diſerte dicitur, ut in ea Hiſpanicæ inquiſitionis imaginem quandam poſſis deprehendere.

Hiſtoria Davidis Georgii Hæreſiarchæ, conſcripta ab ipſius genero, Nicolao Blesdikio, & edita à Jacobo Revio. Daventriæ 1642. Cujus γνησιότητα in dubitationem adducit Godofredus Arnoldus, in Hæreſiol. T. II. l. IV. c. XXI. p. 285. &, an Blesdikium habeat Auctorem, ambigit; Sed ſine ulla ratione. Siquidem nec vidit eandem unquam

quam, nec legit, nec quicquam ex ea in Syſtema ſuum retulit, quod facere omnino debuiſſet, ſi quicquam de ea voluiſſet decernere, & quam habet in orbe erudito fidem, eidem derogare. Sane non extat facile monumentum, in quo Davidis *doctrina* & *vita*, copioſius, accuratius & luculentius deſcripta ſit, quam in hoc noſtro. Cujus utinam pars prima non intercidiſſet, qua Originem Anabaptiſtarum complexus fuit Auctor, fatorum, dogmatum, morum, bellorum, ſchiſmatum, & arcanorum hujus ſectæ omnium ita conſcius, ut ad Hiſtoriam ejus concinnandam, vix quisquam inveniri potuiſſet commodior aut aptior.

M. Chriſtian Schlegels Lebens-Beſchreibungen derer in Dresden geweſenen Superintendenten. Dresden 1698. Quem virum eſſe ſui nominis h. e. hallucinatorem (*Schlegeln*) per jocum aliquando dixiſſe recordamur W. E. Tentzelium, cum in his Biographiis exiſtimamus omne tuliſſe punctum, facilem, gravem, eruditum, navum, circumſpectum, candidum, fuſum, dulcem, iis virtutibus, quibus excellere oportet Hiſtoricum, eoque apparatu, quo ad Hiſtorias ejusmodi privas eruendas opus eſt, præclare inſtructum.

M. J. Mantzelii Schediaſma de Superintendentibus Parchimenſibus Editum a M. G. Caſpari. Roſtochii 1717. Uvula non inelegans, ſed nondum ſatis cocta.

Ducere purpureum nondum matura colorem.

Auctor enim inopina morte oppreſſus ultimam manum huic Schediaſmati non potuit imponere.

Matthæi Hanſi de Theologis Macrobiis Schediaſma. Gorlicii 1712. (2) *G. H. Götze von unterſchiedenen 50. jährigen und andern Lehrern.* Lübeck 1712. (3) *J. G. Lucii Biographia Ephororum Bernenſium.* Lipſ. 1712. Ad cujusmodi themata elucubranda, non acumen requiritur, aut multijuga doctrina, ſed labor improbus omnia vincens. Et ſi tantum ſedulitatis contuliſſent eruditi in Hiſtoriam doctrinarum ſcribendam, quantum contulerunt adhuc ad Hiſtoriam doctorum, bene ageretur omnino cum hiſtoria ſcientiarum. Cujus jam curta admodum eſt ſuppellex, quæque annalibus ſtudioſorum abundans, annalibus ſtudiorum ipſorum fere deſtituitur.

M. G. Hoffmann Lebens-Geſchichte aller Evangeliſchen Paſtorum Primariorum zu Lauben. Laubani. Libellus ſatis nitidus in ſuo genere. In quo accurata partium conſtitutio, cum dilucida orationis perſpicuitate per omnes ſectiones diffuſa. Nec rebus ſuus deeſt decor. Et ſi quid hiat interdum, materiæ id potius tribuendum eſt vitio, quam artifici, qui largiores lubenter & magis opiparas appoſuiſſet dapes, dummodo ab edaci tempore non fuiſſent arroſæ interdum, vel prorſus devoratæ.

J. Stigelii Carmen conſolatorium. Jenæ 1561. (2) *Zachariæ Prætorii dicta SS. verſibus ligata.* Islebii. (3) *Conradi Portæ* Orationes de Vita *M. J. Rhodii & M. A. Theobaldi.* Islebii 1569.

C. G. Funcke Lebens-Geſchichte derer Görlitziſchen Kirchen-Diener. Görlitz. Collectæ procul dubio e Schedis parentis M. Chriſtiani Funccii in cujus, ut & Jacobi Böhmii vita exponenda

Auctor

Auctor eſt ſolicitiſſimus. Qui & in percenſendis perſonis Eccleſiaſticis usque ad æditunos progreſſus, iſtius Cleobuli parum memor fuiſſe videtur; *Ne quid nimis.* (2) *Matthæi Hanſi Memoriale Concionatorum Uratislavienſium.* Lipſiæ 1710. De quibus ipſe profitetur in præfat. p. 5. Collectas eſſe ex M. C. Sommeri Candelabro Eccleſiæ Uratislavienſis MSCto adhuc & ἀνεκδότῳ, nominibusque concionatorum a ſe ſola adjecta eſſe Epitaphia, ne macilenta nimis in publicum evolarent. (3) *Vita C. Weiſii Scripta a S. Groſſero.* Lipſiæ 1710. Digna, cui perluſtrandæ aliquod temporis ſpatiolum impendatur. Tum ob ſingularia Groſſeri dona, tum ob egregia Weiſii, in eloquentiam cumprimis & Poeſin merita. Qui *primus* veterum præcepta Rhetorica ad præſentis Seculi genium accommodavit. Et ad Eloquentiam Germanicam diſcendam planiorem, quam reliqui, viam commonſtravit, & in Poëſi Germanorum hoc ſemper in memoria ac pectore habendum eſſe monuit, *ut tanquam ſcopulum, ſic fugias inſolentem & conſuetudini in proſa uſitatæ adverſam conſtructionem.*

Hiſtoire du Cardinal Ximenes per Mr. Eſprit Flechier. 2. Tom 2. Vol. Amſterdam 1700. Biographia pereleganter & magno cum lepore ſcripta. In qua eſt vegetum, nitidum, rotundum, & condecenter expreſſum orationis genus. Ordo narrationis tempori accommodatus. Et res lectu ſcituque digniſſimæ, Theologicæ, Literariæ, Politicæ. Harum tamen plures, quam

iſtarum, & illarum. A Monachi enim ſordibus non tantum ad Cardinalis purpuram adſpiravit Ximenes, ſed & ad dignitatem regiam fere, utpote qui mortuo Ferdinando, ſummis in Hiſpania rebus præfuit. Atque tum quidem patuit, quanta in eo fuerit animi demiſſio, quam humi ſerpens, & ab omni gloriæ ſtudio averſa mentis agitatio! Scilicet! Sed non notavit hoc Flechierius. Qui hiſtoriam lectori promittens, Orationem panegyricam tradit. Et quæ in Ximene fuerunt vitia virtutis colore tincta hoc loco præterit, perſuaſus fortaſſis, hæc non ſpectare ad hos corymbos, ſed ad commentationem aliam, quam ſcripſit, *de la fauſſetè des Vertus humaines*, Amſtelodami 1702. 2. Tom. 2. Vol.

Hiſtoria Jacob Böhmens. Hamburg 1798. Auctor eſt M. David Ullmannus, Scholæ Aſcanienſis ultra 40. annos Rector præclare meritus. Vir doctus & pius & in ſcriptis J. Böhmii, ſi quis alius, verſatus. Cujus vitam ſcripſit J. J. Stäckerus, ejus gener & ſucceſſor. In qua & ſcriptorum ejus quendam exhibet catalogum, ſed non abſolutum. Siquidem ea omnia, quæ Vir beatus de J. Böhmio ejusque Theologia congeſſit Schediaſmata edita & inedita, ob rationes certas ſunt omiſſa, nec contentiones commemoratæ, quæ hanc ob cauſam ab eodem ſuſceptæ ſunt olim, atque agitatæ, quarum nos, qui eo tempore eo Magiſtro uſi ſumus, accurate adhuc ſumus memores.

Hiſtorie von M. Joh. Huſſen, Franckf. 1686. Cujus auctor incertus. Patet tamen ex p. 180. eum

eum & σύγχρονον fuiſſe & αὐτόπτην, & apparatu ad hanc Hiſtoriam ſcribendam neceſſario, ſufficienter inſtructum. Qui latine primum eandem concinnavit. Quo idiomate Wittebergæ excuſa, partem conſtituit alteram Epiſtolarum Joh. Huſſi 1537. ibidem in 8vo cum præfatione M. Lutheri editarum. Quod exemplum nec editori noſtro, nec iis, qui ante eum in lucem prodire juſſerunt hoc Martyrologium, innotuiſſe videtur. Ac licet in rebus levioribus quædam inter ea ſit diſſimilitudo, nulla tamen eſt in gravioribus, & iis, quæ ad cauſam ipſam conſiliaque & eventus pertinent. Nec nulla huic hiſtoriæ ex Epiſtolis Huſſi jam laudatis poſſet fieri acceſſio. Interim nec in hoc Germanico, nec in latino exemplo legitur iſtud oraculum Huſſi πολυθρυλλητον *de anſere & olore* combuſto & comburendo. (2) Hiſtorie Hieronymi Pragenſis, ibidem, Eodem.

Caſparis Brantii Hiſtoria Jacobi Arminii cum præf. & notis J. L. Moshemii. Brunſwigæ 1725. De qua alibi.

H. Bolzeci Hiſtoria de vita & moribus Th. Bezæ. Acceſſit Pantaleonis Thevenini de vita Bezæ Cento, & de hæreticis ac religione Poëmatia. Ingolſtadii 1584.

Lex fuit Hiſtoriæ vetus hæc, ne dicere falſum
Audeat, & verum dicere ne metuat.
Bolzeci Hiſtoriæ nova lex; ne dicere verum
Audeat, & falſum dicere ne metuat.

Nec abit ab eo Theveninus. In utroque enim vix mica veritatis; Addo etiam pietatis & gravitatis. Et dum equis velisque id agunt, ut Lectori perſuadeant, Bezam fuiſſe Sodomitam ne-

ſarium, adulterum execrandum, nuptiarum expugnatorem, latronem, furem, impoſtorem &c. p. 96. Scripta ejus plena rebus ridiculis, ſcommatibus, ineptiis, ſarcaſmis &c. p. 62. Et Calvinianos omnes eſſe Atheos p. 100. Hiſtoricorum nomine ſe indignos eſſe produnt, & apud intelligentes id etiam in ſuſpicionem falſitatis adducunt, quod verum eſt, & ad ſcenam hanc adornandam minime confictum. Adeoque digni reſponſione à Beza non ſunt habiti, licet diu ſatis adhuc, poſt editos hos libellos famoſos, in vivis fuerit. Et docuit poſtea Edwinus Santes *vom Zuſtand der Religion* c. 22. p. 206. Henricus Altingius in Hiſt. Theol. Loc. IV. p. 304. Lambertus Dunæus in Præf. Auguſtini de hæreſibus &c. quis, qualis, quantusque fuerit Bolzecus, & quam parum dignus, cujus mendacia vel moleſte feras, vel peculiari ſcripto operoſe diluas.

J. C. Wetzelii Lebens-Beſchreibung der berühmteſten Lieder-Tichter. Herrnſtadt 1719. 3. *Theile* 3. Volumina. Qui ſi me, & curtam in re literaria ſupellectilem cognoviſſet propius, tanto elogio non condecoraſſet, quanto condecoravit P. I. p. 424. Ac licet hoc ipſo in ſuſpicionem fere pervenerit apud nos, atque ſi in ea, quæ tradidit, non ſatis accurate inquiſiverit, vidimus tamen, eum non parum olei huic operi tripartito impendiſſe Quot enim in eo obſervationes de Scriptis & Scriptoribus egregiæ! quot rerum obſcurarum illuſtrationes alibi non facile obviæ! Quot detectiones de cantionibus ſacris & earum Architecti adhuc incognitæ! Quot Sphalmata in Lexic

erudi

eruditorum, & Hiſtorico univerſali, aliisque hujus generis emendata! Et fac in eundem lapidem eum interdum impegiſſe, in quem offendiſſe alios notavit; Scriptores quosdam confudiſſe P. II. p. 181. Falſa de iis commemoraſſe P. II, p. 218. Ridicula etiam attuliſſe, & gravi argumento indigna P. I. p. 188. Attamen pleraque nitent in his voluminibus, adeoque æquus lector paucis non offenditur maculis à viro juvene cumprimis admiſſis, & rebus aliis præclaris largiter penſatis. In quibus præ cæteris laudem merentur Cantionalia quædam rara, & ex millibus vix uni viſa, qualia ſunt,

Chriſtiani Luppii Andächtig Singender Chriſten-Mund 1692. 8. P. II. p. 291. & 105.

Coburgiſche Geſang-Buch 1622. cum Præfatione D. Caſparis Finckii.

Hitzlers Geſang-Buch P. I. p. 204.

M. Jeremiæ Gmehlings Geſang-Buch 1665. P. I. p. 234.

J. C. Wetzels Singularia Weinrichiana. Nürnberg 1728. In quibus, quod p. 32. memoratur, ſingulare phænomenon, nec Wetzelius, nec ipſe Weinrichius ſatis videtur intellexiſſe, ex ἰδιοσυγκρασία Weinrichiana, & experientia propria, quæ mihi in hac re non fallax Magiſtra fuit, explicandum; ſed digito compeſco labellum.

Et calamo audaci ſubſtrictum immitto capiſtrum.

IN DUODECIMO.

J*Acobi Andreæ Vitæ, funeris, Scriptorum &c. Recitatio, curante Joh. Valent. Andreæ.* Argento-

gentorati 1630. Faſciculus hic eſt variorum Scriptorum ad Hiſtoriam Jacobi Andreæ ſpectantium, qui non ultimus Eccleſiæ noſtræ fuit Apoſtolus, Seculique XVI. Theologus celeberrimus & πολυγραφώτατος, & quod primo loco dicendum erat, *Formulæ Concordiæ Architectus.* Vir rebus fere omnibus, quæ aliquid ponderis in Eccleſia habere videbantur, adhibitus. Atque hinc tot in hac Sylloge ſingularia de viris doctis, eorumque ſcriptis, virtutibus & vitiis. Item de Synodis, Colloquiis, Controverſiis, Ordinationibus Eccleſiaſticis, & Eccleſiarum deformationibus juxta, ac reformationibus: Quæ omnia, ad H.E. & literariam illuſtrandam, egregium adferunt emolumentum. Et attuliſſent majus, ſi Biographia prima non eſſet lacunoſa p. 136.& 153. Et Auctori hujus & ſequentium placuiſſet de ſcriptis Andreæ (quorum CLIV. feruntur p. 296.) & inprimis de Formulæ Concordiæ ortu & progreſſu, uberiorem paulo impertiri notitiam, & aperire, quæ fuerit ratio Formulæ Concordiæ *primæ*, cujus mentio fit p. 265. Et *ſecundæ* p. 268. & *tertiæ* p. 272.

Gottfried Arnolds Bekäntniſs von Ablegung ſeiner Profeſſion *Franckf.* 1700. Qui in Profeſſoris Publici Provincia illæſa conſcientia permanere ſe non potuiſſe ſcribit, ob ſummam docentium & diſcentium, & ipſarum ſcientiarum corruptionem Auctor; Qua ratione poſtea Paſtoris publici in Eccleſia munus ſuſcipere, & tot annos intemerata mente ſuſtinere potuerit, fatemur nos non intelligere, cum, ſi non major, ſane non minor Eccleſiæ ſit corruptio, quam Scholæ, &

Anti-

Antiſtiti Sacrorum gravior aliquando de ſuis auditoribus reddenda ſit ratio, quam Profeſſori Academico. Cæterum infrunitum dicere hunc libellum, cum J. C. Colero in Hiſt. G. Arnoldi Sect. I. §. 39. p. 22. nolim, cum quædam in eo contineantur non prorſus ἀπειρόκαλα,

Lebens-Beſchreibung des H. Felix durch P. S. A. C. Cölln 1712. In qua Biographia Auctor, quisquis ille ſit, ſtilo ſimplici & ordine chronologico exponit, qua ratione Felix è Paſtore & ruſtico factus Capucinus, pietate inſigni & variis miraculis id obtinuerit, ut à Gregorio XV. in *beatorum*, & à Clemente XI. in numerum *Sanctorum* ſit transſcriptus. Hoc nomine potiſſimum in Sacrum hunc Catalogum transſcribendus, quod teſte p. 75. Bonis operibus ſuis omnibus diffiſus unico Chriſti merito confiſus fuerit.

Vita Ignatii Lojolæ, ſcripta à Petro Ribadeneira. Antwerpiæ ex offic. Plantiniana 1587. De qua Julius Nigronus in Comment. Aſcetico in Regulas Jeſuiticas P. I. p. 37. *Primus*, inquit, Ignatii vitam literis conſignavit, & familiariter eum novit Petrus Ribadeneira. *Primus* ſane, qui huic Hiſtoriæ ſcribendæ ſe accinxit, ſchedis MSCtis Ludovici Gonſalvi, ipſiusque Ignatii, aliisque documentis adjutus, & vinculis arctiſſimæ familiaritatis Lojolæ adſtrictus. Nec Jeſuitarum Principis tantum, ſed univerſi ordinis hoc opuſculo complexus eſt Hiſtoriam, eo dicendi genere quod planum eſt & æquabile & argumento conveniens. Ea etiam conſtitutione, ut partes non inſuaviter inter ſe conſentiant. Et eo tandem rerum apparatu, copia, ſelectu, ut judicio eo-

rum

rum omnium, qui Jgnatii ſequuntur regulam, probatus fuerit, ſæpiusque ſub prælum miſſus, auctus ſubinde & locupletatus, à quibusdam in compendium miſſus, à Jacobo Gretſero contra Chriſtiani Simonis Lithi impugnationes ſemel & iterum defenſus. Dignus omnino, qui legatur, ſed ea cautione, qua vitas Sanctorum lectitare fas eſt.

Vita B. P. Ignatii, Hiſpanice ſcripta à P. Ribadeneira & Latine verſa à Caſpare Quartemont. Ipris 1612. Quæ à P. Ribadeneira quinque libris latine primum, tum etiam Hiſpanice tradita eſt vita Ignatii Lojolæ, ea poſtmodum ab eodem miſſa in Compendium, novisque miraculis illuſtrata, & Hiſpanice edita, uno anno 1612. bis latine reddita, ſemel à Caſpare Quartemont, & iterum à Jacobo Bidermanno, ſed ita, ut ingens inter eosdem rerum & verborum ſit diſſimilitudo.

Res à B. Ignatio Lojola geſtæ, à P. Ribadeneira Hiſpanice ſcriptæ, & à Jac. Bidermanno latine redditæ. Monachii 1612. ſcilicet Vita Lojolæ ſcripta eſt à P. Ribadeneira.

(1) *Copioſius* Latine & Hiſpanice Quinque libris.

(2) *Contractius* Hiſpanice unico libello. Atque hujus duæ extant verſiones latinæ, uno anno 1612. in lucem emiſſæ.

(*a*) *Uberior* Caſparis Quartemont. Ipris 1612.

(*b*) *Strigoſior* Auctoris noſtri.

Clementis Kirchbergii Elogia D. Luthero & Schumanno facta. Halberſtadii. Farrago encomiorum à Calvinianis, Pontificiis, aliisque, in B. Lutherum collatorum. Quibus acceſſerunt quædam de Benedicto Schumanno teſtimonia, qui auctoris

fuit

uit avunculus. Et ad Hiſtoriam Lutheri con-
lendam collectanea nonnulla Biographica.

Wunderbahrlich Leben der A. C. 1433. *abgelebten Jungfer Lidewig, in latein beſchrieben durch Thomam von Kempen. Augſpurg* 1624. Quod opuſculum Henricus Wharthonus in appendice ad Guil. Carei Hiſt. liter. p. 108. Catalogo ſcriptorum Kempiſii inſeruit; Sed omiſit Rob. Bellarminus, Antonius Poſſevinus. Alii. Et nos Kempiſii fœtum eſſe dubitamus admodum, ob monſtroſas, quæ in eo continentur, fabulas.

SECTIO II.
DE SCRIPTIS SPECTANTIBUS AD THEOLOGIAM CHRISTIANAM.

Caput I.
DE SCRIPTORIBUS BIBLICIS.
In Folio.

Joh. Buxtorffii Biblia Ebraica & Chaldaica cum Maſora Magna & Parva, & ſelectiſſimis Ebræorum Commentariis, R. Salomon Jarchi, R. Aben-Eſræ, R. Da-

R. David Kimchi &c. Baſileæ 1618. corio ſuillo. f. Opus dignum hoc Hercule. In quo poſt IV. editiones Venetas, textus Chaldaicus à deformitate punctationis, & pravitate vocum innumerarum vindicatus, loca in Maſora tranſpoſita, deficientia, pugnantia, numeris depravata, ſubſidio diverſorum exemplarium & Concordantiarum repoſita, & reſtituta ſunt. *Primus* enim eſt Buxtorffius, qui punctationem Chaldaicam fere deperditam, juxta Danielis & Esdræ analogiam, in Targumiſtis reſtituit. *Primusque*, qui male affectam Maſoram ad priſtinam valetudinem virtutemque revocavit. Dignus iccirco habitus, cujus filum in Paraphraſi Chaldaica cumprimis ſequerentur Bibliorum Polyglottorum Anglicanorum Auctores, quod diſerte fatetur Brianus Waltonus in Apparatu Prolegom. IV. §. 14. p. m. 265. Et ſi J. H. Hottingerum audias in Biblioth. Quadripartito l. 2. c. 1. p. 127. Solum hoc opus multorum loco eſſe poterit Commentatorum.

Joh. Buxtorffii Tiberias ſ. Commentarius Maſorethicus triplex Hiſtoricus, Didacticus, Criticus. Baſileæ 1665. Quæ editio reliquis eſt præferenda, tum ob Comment. Criticum, qui totus deſideratur in editione Baſileenſi 1620. 4. tum ob menda correcta, & ea ſuis locis inſerta, ac furculis [ ] incluſa, quæ in editionibus præcedentibus deſiderantur. Nec negligendum Briani Waltoni de hoc Buxtorfii opere judicium, qui in Apparatu Bibl. Prolegom. VIII. p. 288. De Maſora, inquit, ſcripſerunt Elias Levita, Petrus Galatinus, Joh. Mori-

ſlorinus. Joh. D'Eſpeires & alii, *Omnium vero ſccuratiſſime D. Buxtorffius in Tiberiade.*

Biblia Ebraica & Græca Vet. & N. T. cum inter-retatione interlineari latina Xantis Pagnini, & colla-ione Ariæ Montani, ac aliorum, ex Edit. Chriſto-hori Plantini in f. Regali 1572. Editio niti-iſſima & longe *rariſſima*, in qua contra fidem mnium exemplarium impreſſorum & MSCto-um pro eo, quod in Codice Ebræo Geneſ. III. . 15. legitur הוא *ipſe* excuſum הוה quaſi Mo-es idem ſcripſiſſet, quod eſt in Editione vulga-a, quodque Sec. demum IV. in eam irrepſit, *pſam* ſcilicet Mariam, caput ſerpentis contritu-am. Impoſitus etiam voci Ebreæ eſt circellus, anquam Maſorethæ jam pridem in ea, neſcio uid prodigii, animadvertiſſent. Sed nutu divino actum eſt, ut leges Theologiæ tranſituri Critica-tri, leges grammaticas tranſierint, & pro הוא cripſerint הוה. Viri etiam complures doctiſſimi tatim detexerunt hanc fraudem, &, ut Lecto-es caverent ſibi ab hoc angue ſub herba latente, conclamarunt. Et ipſi editionis ſecundæ curato-es A. C. 1584. hanc corruptionem manifeſtam deteſtati, lectionem veram, ejecta ſpuria, re-ſtituerunt. Confer: omnino Sixtini Amamæ Antibarbarum Bibl. l. 1. c. 1. p. 13. & l. 2. c. 3. p. 204. Item Briani Waltoni Apparatum Bibl. Prolegom. VI. p. 271. Danielem Francum de In-dicibus Librorum prohibitorum c. 2. §. 33. p. 26. Et J. H. Hottingerum, qui in Bibliothecario Quadripartito l. 1. c. 4. p. 72. hunc noſtrum Co-dicem deſcribens, hanc certe editionem Biblio-

rum, ait, ne cum emendatiore quidem debet permutare, quisquis obtinere, aut quolibet eam pretio redimere poteſt. Tales enim in ipſam SS. fraudes, & impoſturæ ita ſunt comparatæ, ut vel in lucem productæ, Auctorem reddant παράκλυτον.

Sebaſtiani Münſteri Biblia Ebraica cum interpretatione Latina, & annotationibus Rabbinicis. Baſileæ 1546. 2. Volum. *Primus* eſt Münſterus ex Germanis, qui Biblia Ebraica ſub prelum miſit. *Primus* qui fontes ſecutus, poſt verſionem antiquam vulgatam, novam latinam adornavit (Conf. A. Pfeifferi Critica Sacra p. m. 331.) *Primus* qui Scholiis Rabbinicis textum illuſtrandum ſuſcepit Esdras Germanorum iccirco dictus. Et ab ipſi etiam Pontificiis hoc nomine laudatus, quorun Sacra deſeruit, & cum religione reformatorun commutavit, à Conrado Pellicano, cum in pieta tis capitibus, tum in linguarum orientalium cogni tione cumprimis, imbutus. Ac licet è textu au thentico accentus fere omnes ejecerit, & ſoli duobus Melachim Silluck & Atnach reliqueri hoſpitium; Licet in verſione totus Ebraizet, & phraſes latinas omnes ad genium linguæ prima væ componat; Licet in adjectis annotationibu Rabbinis interdum indulſiſſe nimium videri queat Opus tamen ipſum hoc Biblicum cum ob ratic nes jam allatas, tum ob afferendas adhuc, haber dum eſt in deliciis. Siquidem & totum fere e: aruit hodie in tabernis librariis, utut poſt pr mam Editionem A. C. 1534. impreſſam hæc n ſtra denuo in lucem exierit, & Santis Pagni Editioni, in quibusdam eſt præferendum, qu

car

ret annotationibus, & verſibus quibusdam pla-
deſtituitur, ſi Auctori noſtro fides, qui in
æfat. Vol. I. p. 19. contulimus, ſcribit, obi-
r, Santis in Pentateucho duntaxat Editionem,
ıtheri recognitionem, Steuchi annotationes
xta Ebraicam veritatem, & Oecolampadii par-
ulares verſiones, & quid in quolibet deſidere-
r facile animadvertimus. Santes opus habet
ajore luce, præſertim cum Editionem ſuam
sque annotationibus emiſerit, ſunt in eo plu-
ni omiſſi verſus, ſicut & in Lutheri re-
gnitione.

Benedicti Ariæ Montani Biblia Ebraica cum ver-ne Xantis Pagnini. Item, *N. T. Græcum cum in-rpretat: vulgata.* Cui acceſſerunt Libri Apocry-
ni Græce cum verſione interlineari Genevæ
619. f. Editio commendata præ reliquis à Joh.
erhardo in Methodo Studii Theol. c. 2. p. 56.
commendatione digna ob typorum munditiem,
xtuum originalium & verſionum paralleliſmum,
eruditæ præfationis dexteritatem. In qua p.
1. Jeſuitas inprimis pungit Arias, & ſe ſine
auſa inimicitias eorum ſubiiſſe conqueritur.
Quem locum, ut notatu digniſſimum, Caſpar
cioppius in *infamia Famiani Stradæ* p. 138. re-
etit. Cæterum *Primus* eſt Santes Pagninus (Bria-
i Waltoni hæc verba ſunt, non noſtra, quibus
titur in Appar. Bibl. Prolegom. V. p. m. 270.)
ui novam verſionem latinam poſt Hieronymum
x Hebræo edidit hortatu & impenſis Leonis X.
c poſtquam 25. annos circa eam ſudaſſet, typis
dita eſt anno 1523. Hæc verſio poſtea excu-
ı eſt in Bibliis Regiis, opera B. Ariæ Montani,

 ali-

alicubi mutata, & ad verbum juxta Ebraici textus veritatem reddita. Quod ejus ſtudium omnibus non probatur, dum Pagnini verſionem temere loco movit, & verba barbara & inuſitata, quæ latinæ aures non ferunt, pro Pagnini bonis ſubſtituit. Hoc tamen pro Aria dici poteſt, quod hoc modo tironibus in lingua Hebræa conſuluit, nec Pagnini verba prorſus ſuſtulit; Sed tantum in marginem transtulit. Adde Epiſtolam Andreæ de Leon ad Michaëlem de Jay in Antiquitatibus Eccleſiæ Orientalis, in qua, ubi in verſione interlineari lapſus ſit Arias Montanus p. 143. indicatur. Et V. E. Löſcheri Breviarium Theologiæ Exegeticæ P. II. c. 2. §. 25. p. 123. Ubi editionem Ariæ Montani, ſatis probam eſſe judicat, ſed Keri ſæpe omittere, & in uno & altero loco Judæorum Hiſpanorum nimis temerarias conjecturas ſequi.

Idem Opus Ariæ Montani & Xantis Pagnini Bibli cum Ebraico-Græcum cum verſione interlineari, ex cuſum Aureliæ Allobrogum 1609. Scilicet fal lit Editionis præcedentis titulus, qui Genev recuſum hoc V. & N. T. Syſtema mentitur. No enim alia ratione ab eo differt, niſi ſola inſcr ptione, quod ex comparatione utriusque exem pli patet, quæ ita conſpirant inter ſe, ut men da prioris in poſteriore extent omnia. Con mendanda tamen Editio ex iis rationibus, qu attulimus, & quas à J. H. Hottingero in Bibliot quadripartito l. 2. c. 1. p. 127. allatas eſſe n vimus, qui, Pagnini verſio interlinearis, ait, eo m gis commendata eſſe debet, quanto religioſi verbis textus inhæret.

Jo

Joh. Draconitis Proverbia Salomonis Pentapla cum ſcholiis. Witteb. 1564. f. Ejusdem *Joël πεντάγλωσσος cum ſcholiis.* Witteb. 1565. f. Ejusdem *Michas* hujus commatis. Witteb. 1565. f. Ejusdem *Zacharias* hujus generis. Witteb. 1565. f. Opuſcula paucis viſa, paucioribus nota, Auctoris doctiſſimi, qui, Erasmo Rudingero commemorante in præf. L. 1. Paraphraſeos Pſalmorum, Pauli Fagii fuit diſcipulus, Wittebergæ inter conatus πενταπλῶν ſua ætate h.e. 1566. mortuus.

Joh. Buxtorffii filii Concordantiæ Bibliorum Ebraicæ & Chaldaicæ. Baſileæ 1632. f. Opus πολύχρηστον & omnibus numeris perfectum, ſi particulæ, & nomina propria non eſſent præterita. Quam priorem lacunam ſupplevit Chr. Noldius in Concordantiis Particularum infra nominandus ac laudandus; Poſterior autem adhuc exſpectat aliquem, qui manum admoveat. Nec Buxtorffii eſt hic Index Biblicus, ſed R. Mardochai Nathan Sec. XV. illuſtris, rariſſimus ante hæc tempora, quibus à Buxtorffiis auctus & emendatus, ſemel & iterum ſub prelum ire juſſus eſt, & ſuo jure laudatus à W. Franzio de Interpret. SS. p. 52. ſeq. Andrea Sennerto in præfat. Manualis Concordantiarum, Humphredo Prideaux in connexione V. & N. T. Parte I. L. V. p. 431. Qui, *Es hat dieſes Buch den Ruhm, daſs es das beſte und vollkommenſte von dieſer Art iſt, das man haben kan. Und iſt zum Verſtande der Ebræiſchen Bibel ſo nöhtig, daſs kein einiger der dieſe* Studia *treibt, ohne daſſelbe ſeyn kan, in dem es ſo wohl vor das beſte* Lexicon, *als vor die beſte* Concordance *hiezu* paſſ*iren kan.*

R. Jekuthiel verſio Germanica SS. V. T. literis Rabbinicis impreſſa. Amſtelod. A.M. 5447. A.C. 1679. in qua optima de Meſſia oracula (ut Pſalm. II. & XXII.) turpiſſime depravantur, & c. VII. Eſaiæ, jugulum religionis Chriſtianæ ita petitur, ut ſuppudere debeat Chriſtianos, ſe illam privilegio armaſſe.

Pentateuchus & Lect. Propheticæ cum V. Libris feſtivalibus & gloſſis R. Sal. Jarchi. Idiomate Germ. literis Rabbinicis f. Literaturæ Rabbinicæ exhibentes promulſidem. De quibus Chriſtianus Gerſon in Talmude c. XI. p. 82. *Die Juden, welche in Teutſchland wohnen, haben von* D. *Luther ſo viel gelernet, daſs ſie auch die Bücher* Moſis, *den Pſalter, und etliche Bibliſche Geſchichte-Bücher teutſch gemacht haben. Iſt aber böſe teutſch. Denn es iſt zu ſehr nach den Ebræiſchen Worten gegeben. Aber in ihren Kirchen und* Synagogen *leſen ſie nicht darinnen.*

Sepher Hammaggid, i. e. Prophetæ priores & poſteriores Ebraice & Germanice cum gloſſis Raſchi Germanicis lit. Rabbinicis excuſi. Pragæ 2. Vol. in f. Laudati à J. C. Wolfio in Bibl. Hebr. P. II. p. 458. & Joh. C. Wagenſeilio in præfat. *der Jüdiſchen teutſchen Red-und Schreib-Art* p. m. 36. *Es füget ſich mehrmahl, daſs die Jüdiſch-teutſche Dollmetſchunge der Wörter und Auslegung eines Spruchs mir mehr zu ſtatten kommt, als alle übrige* Subſidia, *und daſs ich mich an ſelbige halte. Wie ſie denn Wort für Wort, ſo deutlich es immer ſeyn kan, gibt, ohn bekümmert, es möcht gleich die* Traductio *in der teutſchen Sprache wohl oder übel klingen. Und wer verlanget in den* Studio Ebraico *es ſo weit zu bringen, daſs er ſelbſt die Jüdiſchen* Commentatores *der Bibel verſtehen*

ehen möge, der mache ſich zuerſt die Anmerckun-
en, welche in den teutſchen Chumaſch *befindlich, wie*
uch die teutſchen Zenna Renna, *wie auch* Maggid,
ekandt, ſo werden ſie ihn eine groſſe Anleitung und
behelff geben, weiter zu den Ebræiſchen zu gehen.
actenus Wagenſeilius.

Biblia Ebraica Eliæ Hutteri. Hamburgi. 1587.
ccesſit huic volumini in fine *Ejusd. cubus Al-*
habeticus Ebreæ Linguæ. Ibid. 1588. Varia
octrina luculenter inſtructus fuit Elias Hutterus;
ed qui, quod pudet fateri, ſuarum virtutum
meritorum, nullum adhuc præconem invenit
orbe literario. Tacemus in præſenti *Calenda-*
um naturale Magicum univerſale, cum *quadrato*
tymologico, & *cubo Alphabetico*, ſive Lexici Ebrai-
novi compendio, quorum inventor fuit;
uantum ſtudii & operæ, imo quantos ſumtus,
Codicem hunc Ebræum contulit vir optimus,
literæ ſerviles à radicalibus ſitu ac colore diſ-
etæ, Lectorum oculis ſe ſtatim objicerent, &
ac ratione intelligendi laborem ſimul levarent!
uod ante eum nemini in mentem venit. Nec
it facile, qui ſimili ratione Sacrum textum in-
imi curabit. Unde in pretio habenda eſt hæc
ditio, eoque accuratius cuſtodienda, quo cer-
us conſtat, eam primam partem facere Operis
blici Polyglotti Wolderiani, quod Hamburgi
596. Græce, Latine, & Germanice prodiit Vo-
um. 3. in f.

David Wolderi Biblia Sacra V. & N. T. Græce,
atine, Germanice. Hamburgi 1596. Vol. 3. Par-
es VII. In quibus (1) verſio Græca τῶν ό in V.
. & in N. T. textus authenticus (2) Latina du-

 plex

plex, vulgata & Santis Pagnini. (3) Germanica B. Lutheri de A. C. 1545. (4) Loca parallela. (5) Gloſſemata quædam marginalia. Opus præclarum, nec facile obvium, & quod in Bibliis Polyglottis à Proteſtantibus editis primum locum occupat, ſi à Joh. Draconitidis particulis V. T. πενταγλώσσοις diſceſſeris. Nec eam ob cauſam ſpernendum eſt hoc Syntagma Sacrum, quod codicem Ebraicum comitem non habeat; Et in verſione Lutheri Germanica poſt A.C. 1545. nonnulla à Megalandro ſint immutata v. g. in Epiſt ad Rom. I. v. 30. alibi, & in notis marginalibus vocabula quædam nova, & Latinis inaudita adhibita. Etenim hos ſcrupulos omnes nobis eximit præfatio Auctoris ad Lectorem. Et ipſi ſua ſponte corruent, ſi recogitaveris, Eliæ Hutteri Editionem Bibliorum Ebraicam A.C. 1587 in lucem emiſſam, partem facere hujus Syſtematis Polyglotto-Biblici primam. Verſionemque Lutheri A. C. 1546. ultimo reviſam, in omnium hodie eſſe manibus, antiquiores non item. Et novata vocabula uſurpare licere, cum deeſt verbum vetus, vel id, quod habemus, non ſatis eſt idoneum, ad ἔμφασιν rei exprimendam.

Biblia Græca h. e. V. T. ex verſione τῶν ό *cum* libris Apocryphis & N. T. Baſileæ 1545. f. Qui Codex eſt è Bibliotheca Abr. Calovii, manu Phil. Melanthonis ſubinde notatus, qui & præfat. præmiſit. Editio autem ipſa tota ac Exemplum Aldinæ eſt adornata. Quæ A. C. 1518. prodiit Venetiis, & omnium editionum Germanicarum, quæ Sec. XVI. & XVII. prodierunt

runt, fuit πρωτότυπον. Brianus Waltonus in Appar. Bibl. Prolegom. IX. §. 29. p. 333. Ab Aldina editione τῶν ό fluxerunt omnes editiones Germanicæ. Quæ plerumque quoad verba Aldinam ſequuntur, niſi quod ordinem Librorum, capitum, & verſuum quorundam, quæ alio ordine, quam in Ebræo poſita fuiſſe, omnes antiqui codices teſtantur, ad normam textus Ebræi plerumque mutarunt, & transſpoſuerunt, ut Baſileenſis ſecunda, cum præf. Phil. Melanchthonis &c.

Erasmi Roterodami N. T. Græco-Latinum. Baſileæ 1519. ex offic. Frobeniana. Quæ ex quinque Editionibus, quæ ab A. C. 1516. usque A. C. 1536. quo exceſſit è vita, in lucem emiſſæ ſunt ab Erasmo, eſt ſecunda, cum priore, quæ 1516. excuſa eſt, conveniens, ſi ſpectes raritatem, & contentorum ſeriem, & dicti claſſici 1 Joh. V. v. 7. omiſſionem. Deflectens autem ab ea, quod longe eſt emaculatior, & caſtigatior, & veram ac genuinam lectionem in priore depravatam locis 230. reſtituit, & locis circiter 70. in lectiones interpolatas, & minime probandas diſcedit, teſte J. Millio in Prolegom. in N.T. p. 114. Et hæc eſt illa editio, qua, una cum priore, & Aldina, quæ 1518. lucem vidit Venetiis, uſus eſt B. Lutherus noſter transferendo N. T. intentus.

Ejusdem N. T. Græco-Latinum. Baſileæ 1522. f. Tertia hæc eſt Erasmi N. T. Editio. in qua quædam omiſſa, quæ in prioribus Editionibus occurrunt. Quædam contra occurrunt, quæ in iis non extant. Etenim in hac editione exulat

compendium Theologicum, quod in prioribus, una cum aliis velut Prologi Galeati locum occupat. Occurrunt autem variæ Lectiones quædam, oppido quidem paucæ, & ex Aldina Editione deſumtæ; attamen in prioribus Editionibus non obviæ. Lectiones etiam puræ nonnullæ & Germanæ ſunt reſtitutæ ſibi. Et quod maximum eſt, Pericope illa illuſtris 1 Joh. V. v. 7. in antecedentibus exemplis omiſſa, in Codice Britannico reperta, & ſedibus antiquis eſt reddita.

Ejusd Annotationes in N. T. Baſileæ 1516. f. Quæ *prima* eſt annotationum Erasmi in N. T. Editio, quæ in ſequentibus Editionibus mirum quantum ſunt mutatæ, emendatæ, locupletatæ. Eruditæ ſane & lectu jucundæ. Sed liberiores interdum. Declamatoriæ etiam nonnunquam magis quam Criticæ, & in locis Patrum Græcorum citandis non ſemper fide dignæ, quia verſionibus magis Auctor, quam textu authentico uſus eſt. Perrarum tamen hoc eſt opuſculum, & Editionis primæ N. T. ab Erasmo in lucem emiſſæ pars altera. Cui ſi quis partem primam poſſit addere, quæ ipſum N. T. Græco-Latinum continet, Editionem habebit Novi fœderis longe rariſſimam.

Deſiderii Eraſmi N. T. Græco-Latinum cum annotationibus. Baſileæ 1639. Sexta hæc eſt Editio N. T. Eraſmiani, ad modum quintæ expreſſa, quæ 1535. Baſileæ prodiit, & cui Eraſmus uno tantum anno ſuperfuit, & ſupervixit. Et hæc quidem cum prioribus in eo convenit, quod textus græcus ex MSCtis optimis, & fide digniſſimis deſumtus, in capita & verſiculos non eſt dige-

digeſtus, nova etiam verſione latina, velut veſte quadam eſt exornatus, & annotationibus uberioribus illuſtratus; Deflectit autem ab iisdem, quod capita argumentorum contra moroſos, operi præmiſſa, & annotationes eidem ſubjunctæ, his ultimis Editionibus magnopere ſunt auctæ, indiceque copioſo locupletatæ, & omnia emaculatius quam antea impreſſa. Adeoque his nominibus in pretio habenda, etiamſi raritatis nullam habere rationem velis.

Joh. Millii N. T. cum acceſſionibus Ludolphi Küſteri. Lipſiæ 1723. Opus triginta annorum. In quo Auctor ex centum & ultra viginti Codicibus MSCtis, plures quam triginta millia Lectionum variantium vel ipſe collegit, vel per Amicos colligendas curavit. Vir ſine controverſia doctiſſimus; ſed qui ſtupendo hoc labore diviſit eruditorum ſententias, iisque occaſionem dedit dubitandi, utrum eodem plus emolumenti, quam detrimenti dederit Eccleſiæ, ſuæque famæ. Nam *primum* variantia quæque ex Codicibus MSCtis enotavit, & in iis ea quoque, quæ Lect. Var. numero inſeri vix merentur. *Tum* ipſe ex ingenio quædam N. T. loca corrigenda ſibi ſumſit, notatus iccirco à Dan. Whitby S. T. P. & Eccleſiæ Salisburienſis Præceptore in Examine Variantium Lectionum Joh. Millii, & Joh. Chriſt. Wolfio in Curis Philologicis & Criticis in IV. Evangelia & Acta Apoſt. *Et tandem* inexſpectato hoc Lect. Var. cumulo, novam Atheis, aliisque SS. hoſtibus, materiam ſuggeſſit, Auctoritatem N. T. claſſicam in dubium vocandi. Adde, quod hæc Lud. Küſteri Editio

Ale-

Alexandro Helladio in ſtatu præſenti Eccleſiæ Græcæ c. XV. p. 235. cum editione St. Curcellæi eodem loco ac numero habenda, h. e. Arianiſmi labe coinquinata quodammodo videatur.

Eraſmi Schmidii Concordantiæ N. T. Witteb. 1638. f. Præferendæ Concordantiis Gr. Henr. Stephani, in quibus voces multæ confuſæ, omiſſæ, thematibus alienis aſſignatæ. Majorique in pretio habendæ, ſi in ſingulis vocibus diverſarum ſignificationum habita fuiſſet ratio.

Quatuor Evangeliſtarum verſio Perſica cum translatione latina concinnata per Abrahamum Whelocum, qui addidit notas Philol. & variantes lectiones. Londini 1657. f. Opus parum frequens. De quo Joh. Saubertus in Prolegom. ad Var. Lect. Mathæi p. 42. Metaphraſin hanc, Paraphraſin eſſe verius, quam Metaphraſin, traductam ex Syro potiſſimum, adornatam à Simon Ibn Joſeph, Ibn Abraham Altabrizi A. C. 1314. in urbe Chriſtianis habitata Caffa, mandato principis Ibn Sahm Abdaula, Ibn Scirana, cognominati Teflizi. Eandemque edi cæptam ab Abrahamo Wheloco D. & Arabicæ Linguæ Profeſſore in Academia Cantabrigienſi, ſed eodem à fatis intercepto abſolutam ſumtibus D. Adami civis Londinenſis.

Imm. Tremellii & Fr. Junii V. & N. T. verſio latina cum notis perpetuis. Acceſſit translatio Librorum Apocryphorum cum notis. Et N. T. è lingua Syriaca in LL. traductum. Hanoviæ 1596. Opus ob ſummam auctorum in vertenda SS. fidem, & illuſtranda dexteritatem ſupra

lau-

laudem poſitum. In quo & id non extra decus eſſe arbitramur, quod nonnulli in eo putant eſſe reprehendendum. Dictio Ebraizans. Voces hac illac explicationis cauſa inſertæ. Ratio transferendi ad Paraphraſin accedens propius, quam ad Metaphraſin. Capitum diſtinctio interdum nonnihil immutata. Et ſi quæ ſunt alia hujus farinæ. Sane ſenſus Scriptorum V. & N. T. egregie in eo eſt explanatus, & Scholiis perpetuis ita illuſtratus, ut laudes ejus apud omnes, qui norunt, quid ſit enarrare eloquia divina, excelſo illuſtrique loco ſitæ fuerint, & adhuc ſint, & impoſterum futuræ ſint.

Verſio Latina Librorum V. T. Canon. & Apocryphorum Thomæ Guarini ex verſione S. Pagnini & Fr. Vatabli expreſſa. Baſileæ 1564. f. Sed palpum objicit Lectori Guarinus, dum in Indice juxta & præfatione profitetur, hanc verſionem ex S. Pagnini & Fr. Vatabli translatione eſſe expreſſam. Quæ ab utraque ita diſcedit, ut novam prorſus Metaphraſin conſtituat, ab aliis omnibus diſtinctam.

Biblia Latina. Baſileæ 1491. f. Editio ignota Le Longio, Maittairio, aliis, excuſa impenſis & ſingulari cura ſpectabilis Viri Nicolai Keslers, civis Baſileenſis, cum prologis generalibus & ſpecialibus, argumentis etiam librorum, & locis Parallelis N. T. in margine adjectis. Quæ tamen in V. T. nulla ſunt. Actus etiam Apoſtolorum non Evangeliſtis, ſed Epiſtolis Paulinis ſunt ſubnexi. Et verſiculorum diſtinctio plane exulat. Unde & in citatione Parallelorum V. T. ſola indicantur librorum capita. Novi au-

tem Teſtamenti ſimul Sectiones, in quas quodvis caput eſt diſtributum, per elementa literarum margini adſcripta h. m. Matth. 5. B. vel Rom. 6. F.

Biblia Latina. Lugduni 1518. Quibus in fine hoc adjectum eſt ἐπίμετρον;

Fontibus è Græcis, Hebreorum quoque libellis,
Emendata ſatis, & decorata ſimul,
Biblia ſum præſens, ſuperos ego teſtor, & aſtra,
Eſt impreſſa nec in orbe mihi ſimilis,
Singula quæque loca cum concordantibus extant,
Orthographia ſimul, quam bene preſſa manet.

Nec bullatas has eſſe nugas tantummodo exiſtimes. Nam licet jactata illa ex fonte Hebraico & Græco emendatio, vel nulla ſit, vel perexigua; *Primus* tamen eſt Editor, qui textui Latino variantes Lectiones adjecit, è codicibus impreſſis & MSCtis collectas, & loca parallela in SS., & *Jure Canonico, & Joſephi antiquitatibus* occurrentia in margine notavit, & capitibus ſingulis argumenta, quatuorque Evangeliſtis Canones Euſebianos præmiſit. Unde mirari ſatis non poſſumus, quî fiat, ut in republica literaria tam ignota ſit hæc editio.

Jacobi Fabri Stapulenſis Quintuplex Pſalterium Latinum, ſcilicet *Gallicum*, quo Eccleſia Gallica Ciſalpina olim uſa eſt. *Romanum*, quod Tranſalpinis fuit uſitatum. *Hebraicum*, , quod ad Sophronii preces ex Ebræo latinitate donatum ab Hieronymo. *Vetus*, quod ante Editiones Hieronymianas valuit in Eccleſia Latina. *Conciliatum*, quod

quod pauca addidit & mutavit in Gallico, quo magis veritati, & Hebraico concordet Pſalterio. Pariſiis 1509. f. Ex offic. Heinrici Stephani. *Opus rariſſimum.* Laudatum à Le Longio in Bibl. Sacra p. 646. Edit. Lipſ. Inviſum Viro Doctiſſ. Joh. Frickio, quod è præf. Generali theſauro antiquit. Teuton. Schilteriano præmiſſa ſuſpicamur. A Patribus Tridentinis iis operibus annumeratum, quæ repurgatione indigeant; Teſte Auberto Miræo in Auctario Bibl. Eccleſ. p. 127.

Roberti Stephani Concordantiæ Latinæ V. & N. T. ex officina ejusdem 1555. f. Opus ſtupendo labore congeſtum, nitideque & emaculate excuſum, & ab utilitate non minus, quam raritate commendabile.

Mathiæ d' Erberg la Sacro-Santa Biblia in lingua Italiana. Nürnberg 1712. *Primus* eſt Auctor è Proteſtantibus, qui SS. N. & V. T. in linguam Italicam traduxit, laude ſingulari iccirco exornandus. Quæ enim à Nicolao de Malermi, Brucciolì, Diodati & aliis elucubratæ ſunt verſiones hujus commatis, eæ & raræ ſunt in his terris, & ad Pontificiorum mentem adornatæ ut plurimum, & minutulis literis impreſſæ, & orthographia ejusmodi exaratæ, quæ hodie fere in uſu eſſe deſiit. Atqui hæc omnia ſuſtulit Auctor hoc Sacro labore ſuo. Vir non adeo felici ſidere natus, & ſingulari fato uſus, meliore tamen fortuna dignus, & vel ſolo hoc opere id promeritus, ut laus major ipſi tribuatur in orbe literario, quam eidem adhuc tributa eſt.

Nicolai

Nicolai Siberi Verſio Germanica omnium Librorum V. & N. T. cum figuris. Norimbergæ 1483 f. Opus plerisque inviſum, in Bibliotheca Uffenbachiana 50. thalerorum pretio æſtimatum, in quo præter Hiſtoriam Pſalmorum, & Epiſtola ad Laodiceos, idiomate ſuperioris Saxoniæ reddita, continetur.

Joh. Schilteri theſaurus Antiquitatum Teutonicarum, exhibens Ottfridi Opus Evangelicum, Notkeri Pſalterium, Willerami Paraphraſin geminam Cantici Canticorum, Keronis Regulam Benedicti &c. cum obſervationibus & præfationibus J. G. Scherzii, & J. Frickii Ulmæ 1727. Opus arduum, varium, ſplendidum, laborioſum, multorum nec mediocrium commodorum ac fructuum. Ex quo patet Germanorum loquendi & ſcribendi modus quantum mutatus ab illo. Poëſis quantopere expolita. Et literis elegantioribus quanta ſubinde in Germania facta ſit acceſſio. Utinam etiam iis, quibus Theologia continetur. Sed Laicis faciliorem olim ad SS. fuiſſe aditum, Doctisque liberius à vulgata verſione diſſentiendi arbitrium, quam ſequenti ævo & poſt Concilium Tridentinum maxime, ex iisdem his monumentis eſt perſpicuum. Quibus ſi vel Dn. Scherzio vel Frickio placuiſſet addere, quæ vel Joh. Iſaacus Pontanus in Originum Francicarum l. VI. c. 24. p. 578. ſeq. vel J. Henr. Urſinus in Compendio Hiſt. de Eccleſiarum Germ. origine p. 102. ſeq. adjecit Analecta dogmatica. Et ipſis his cimeliis multum eſſet additum, & obſervationes non parum fuiſſent locupletatæ, lectorique dapes appoſitæ non faſtidiendi commatis

v. g.

v. g. Salutationem Angelicam, quæ *Ave Maria* dicitur hodie, iis temporibus nondum fuiſſe in precum numero, & à fratribus mendicantibus demum, orationibus, ſacris meritoriis, certo numero cottidie fundendis, eſſe inſertam.

Biblia Gloſſata Norimbergenſia ſive Vinarienſia. Norimbergæ 1686. f. corio ſuillo. Editio nitida. Imaginibus æneis exornata, & paraphraſi interlineari illuſtrata, quæ tamen pro diverſitate auctorum diverſa eſt, nec uno eodemque loco ac numero habenda. Laudata à multis, quorum Symbolas collegit Carolus Arndius in Bibliotheca J. F. Mayeri continuata c. 1, p. 15. ſeq. ſed & caſtigata non uno loco ab aliis. Theodoro Daſſovio v. g. in eleganti diſſert. de modo ſeminandi diverſa ſemina Hebræorum Veterum §. 10. 15. ſeq. Et in diſſert. de Sepultura animalium Ebræis uſitata §. 20. Nec non in diſſert. de rebus in agris relictis Ebræorum §. 4. 5. 27. Aliis.

Biblia Germanica B. Lutheri cum Annot. perpetuis Pauli Toſſani. Minden 1716. f. *Schwartz Corduan vergüldet.* Opus creta & carbone notandum. *Creta* ob verſionis dexteritatem, typorum munditiem, locorum Parallelorum & notarum ipſarum ubertatem, lucem, nervum, guſtum. *Carbone* autem ob Scholiaſtis ſtudium partium, & Sectæ ſuæ fermentum, quod februis ſuis hac illac immiſcuit, & quo nomine jam pridem à Winckelmanno, Mentzero, Walthero & aliis non optimo lapillo notatus eſt.

Biblia Germanica B. Lutheri cum Annot. C. M. Pfaffii, & J. C. Klemmii. Tübingen 1729. f.

corio ſuillo. Opus arduum, illuſtre, varium, diffuſum, & utilitatis non protritæ, ſed prorſus eximiæ a Duumviris C. M. Pfaffio & J. C. Klemmio elucubratum, qui ſcriptis variis orbi erudito jam pridem ſuam probarunt Polyhiſtoriam. Nec nihil olei in divinis hiſce Pandectis illuſtrandis conſumſerunt. Sive explicationem ſpectes verborum ac rerum difficilium, ſive applicationem ad fidei & vitæ alimentum. Nova etiam nonnulla in medium producta ſunt, & ab aliis nondum delibata. Qualia ſunt argumenta capitum in Evangeliorum ſcriptoribus N. T. quæ ita adornata ſunt, ut è capitibus omnibus, velut è præmiſſis, hæc emergat concluſio: E. *Chriſtus eſt verus Meſſias*. Quæ prora & puppis eſt Hiſtoriæ Evangelicæ. Cæterum ut unius hominis non eſt, nec duorum, δυσνόητα SS. videre omnia & aperire; Ita bene fecit omnino V. S. R. Pfaffius, quod in V. T. Scholiis nihil omnino dederit Paradoxophiliæ ſuæ, omniaque (ut ipſe in præfatione ſcribit) ad mentem Eccleſiæ Evangelicæ vel adornarit, vel adornari fecerit. Bene etiam Klemmius, quod in N. T. explicatione & applicatione J. R. Hedingeri filum ſecutus ſit, ut ipſe fatetur in Prologo. Interim, quæ noſtra eſt fragilitas, hoc ipſo efficere non potuerunt, ut hoc opus non deficiat in quibusdam. Etenim in

(*a*) V. T. Scholia fere ſunt macilentiora, & cum ſpeciminis primi divitiis, initio nobiſcum communicatis, non ſatis conſpirantia. Hiſtoria etiam Pſalmorum tota neglecta. Prophetarum oracula, non ea, qua ſperabamus, mentis acie recluſa. Verſio Lutheri inter-

interdum ſine cauſa immutata, ut 2 Chron. XXX. 18. Interdum oppido falſitatis inſimulata, v. g. Pſalm. XXII. 17. Ubi Auctor, *Es ſtehet in Ebræiſchen* wie ein Löwe, *an ſtatt daſs wir in Teutſchen leſen:* ſie haben durchgraben. Quod idem eſt, ac ſi diceres, Lutherum in h.l. non fontes ſecutum, ſed rivulos, interpretem vulgatum, non textum authenticum. Quod tamen à veritate eſt ſejunctum.

(*b*) N. T. De locis quibusdam vexatiſſimis, quæ deſunt in exemplaribus Græcis antiquiſſimis & Latinis nonnullis & Germanicis noſtris omnibus, quæ à Lutheri tempore usque ad Sec. XVII. ſunt excuſa, imo in ipſis etiam Bibliis Vinarienſibus exulant. v. g. Marc. XI. 26. Luc. XVII. 36. &c. ne γρὺ quidem dictum eſt. Parabolæ etiam fere omnes ex mente aliorum potius, quam ex indole ſua, & regularum Hermeneuticarum præſcriptione ſunt enodatæ. Et explicationes nonnullæ recentiorum v. g. Seb. Schmidii peregregiæ & peroportunæ prorſus omiſſæ.

Hiſtoriæ V. & N. Teſt. Iconibus repræſentatæ, & ſelectis Epigrammatis exornatæ à Chriſtophoro Weigelio. Norimbergæ 1708. f. regali. Opus ſplendidum. Futurum ſplendidius, ſi pictoribus atque poetis in eo ſemper fuiſſet æqua poteſtas. Sed non ita valuerunt arte & ingenio, qui Epigrammata fecerunt, quam qui Emblemata. Quorum in V. T. viſuntur 151. in N. T. 100. erudita manū omnia æri inciſa.

Biblia Germanica è verſione B. Lutheri in idioma inferioris Saxoniæ tralata à Joh. Bugenhagio. Magdeburgi 1536. f. Verſio & editio ignota Le Longio, & ab hodiernis noſtris verſionibus multis in locis plane diverſa, ut Gen. XLI. 42. *He leth vor ehm uthropen, dat me de Knie vor ehm bögen ſcholde.* Item Gen. IV. 1. *Eck hebbe gekregen den Mann des Herren.*

Das Neue Teſtament deutſch. Marpurg. *durch* Franciſcum Rhodum 1529. Editio perrara. (1) Quia primam Lutheri verſionem N. T. continet, in qua poſtea usque ad A. C. 1545. ſubinde quædam ſunt immutata. Et patet ex collatione hujus editionis cum hodiernis, quam diſtent inter ſe, & quot variantes in iis Lectiones occurrant. (2) Quia Marpurgi impreſſa, non Wittebergæ, ubi eo tempore Typographi verſionem Lutheri SS. Germanicam inprimendi habebant quaſi privilegium. (3) Quia ad mandatum Philippi Landgravii Haſſiæ impreſſa, quæ res ea ætate plane inuſitata erat. (4) Quia modo ea tempeſtate recepto impreſſa, ſine prologis, argumentis, verſiculis, gloſſis. (5) Quia plerisque, qui Hiſtoriam verſionis Lutheri, & varias editiones notarunt, eſt inviſa.

Bibliorum Germ. V. T. pars poſterior ab Eſaia usque ad precat. Manaſſis cum toto N. T. ex verſione B. Lutheri. Wittebergæ 1540. f. *Durch Hans Lufft.* Editio rara, ut ſunt omnes editiones Bibliorum Lutheri ante annum 1545. excuſæ, dummodo non eſſet ἀκέφαλος.

Melchioris Zangeri Examen verſionis Lutheri in Biblia. Moguntiæ 1605. f. Scilicet, Fulgur ex pelvi.

Et

Et cornix contra aquilam. Cujus oculos confixit Michaël Beringerus J. U. D. & Ebr. Linguæ PP. in Academia Tubingenſi *in der Rettung der Lutheriſchen Bibel-Dollmetſchung.* Tubingæ 1613. 4. In qua docet Zangeri ſcopum eſſe interpreti vulgato & Joh. Dietenbergio ſuam commodare operam. Atque hinc factum, ut verſionem Lutheri, non ad textum authenticum, ſed ad translationem vulgatam & Dietenbergicam exegerit, v.g. p. 14. & eandem ex iisdem correxerit, & in indice linguam Latinam linguis Authenticis annumerarit.

Concordantiæ Bibliorum Germanico-Ebraico-Græcæ M. Frid. Lankiſchii cum introduct. Chriſtiani Reineccii. Lipſiæ & Francof. 1718. *in Schweins-Leder.* Memoriæ aſylum. Exegeſeos promtuarium. Oratoriæ Sacræ inventarium. Cujus uſum peculiaribus diatribis commonſtrarunt Glauchius & Feuſtkingius. Utinam typotheta ad hoc opus exornandum tantum adhibuiſſet induſtriæ, quantum qui reviſionem ſuſcepit M. C. Reineccius, tum quidem tot mendis conſpurcatum in lucem non prodiiſſet. Quorum ſi quod ſpectare velis ſpecimen, agedum evolve p. 294. Ubi duo tantummodo indicantur loca ex Geneſi, in quibus extet vox Germanica *Frembdling.* In quibus poſterior eſt falſus, & prior ita inſufficiens, ut præter eum adhuc quatuor vel quinque occurrant alia, in quibus vox dicta legitur.

Pauli Crellii Promtuarium Biblicum auctum per Danielem Feſſelium. Francofurti 1662. f. De quo Glauchius in Sched. de uſu Concord. c. 1. p. 6.

id, quod ad priorem partem & nomina propria, ſatis eſſe promtum.

Tobiæ & Jacobi Dornkrellii Biblia Hiſtorico-Harmonica V. & N. T. Luneburgi 1686. f. Opus immenſæ utilitatis, ſi tantum judicii attuliſſent auctores (Pater & filius, hic in V. ille in N. T.) quantum laboris. Rarum tamen in tabernis librariis (ut recte judicat J. A Fabricius de Verit. Relig. Chriſt. Script. c. 29. §31.) quia Autoris ſumtu in lucem prodiit. Qui Eccleſiæ Holſtedenſi in Ulzenſi Ephoria admotus 1678. ſpecimen Bibliorum Ordinatorum primum in lucem edidit; Tum, 1686. relicto hoc ſacro munere, Luneburgum ſeceſſit, comparataque Typographia ſuis ſumtibus, Biblia hæc Hiſtorico-Harmonica imprimi curavit, deinde 1690. ab Electore Brandenburgico factus præpoſitus Gulzovienſis in Pomerania ulteriore, tandem 1700. denuo de ſtatione publica deceſſit, & Hamburgum commigravit, Biblia ſua Dogmatico-Parallela abſoluturus. Quæ tamen 1704. fatis interceptus perficere non potuit.

Novum Teſtamentum Germanicè dialecto inferioris Saxoniæ expreſſum. Wittebergæ ſine mentione anni f. Codex hic in fine eſt mutilus. Apparet tamen, Editionem eſſe antiquiſſimam, ex phraſibus quibusdam durioribus in Edit. antiquiſſ. adhibitis, & in recentioribus correctis v. g. Matth. I. v. 2. Abraham *hefft gebohren den Iſaack.* Pro quo in recentioribus, Abraham *telde Iſaack &c.* Et ſic in aliis, ubi hæc Editio tum ab Editionibus hujus dialecti, tum etiam ab aliis mirum quantum abit.

Peri-

Pericopæ Epiſtolicæ & Evangelicæ totius anni. Germanice, dialecto inferioris Saxoniæ expreſſæ cum gloſſa magna marginali, & parva interlineari. Baſileæ 1517. f. Liber rarus. Ex quo patet, quæ fuerit harum Pericoparum indoles ante Lutheri tempeſtatem.

M. Lienhart Brunners Bibliſche Concordantz. Straſsburg 1530. *Primus* eſt Auctor, qui Concordantias Germanicas in univerſam SS. concinnare aggreſſus, Conradum Agricolam poſtea, & Fridericum Lankiſchium habuit Sectatorem. Et hoc unicum ad exiſtimationem huic operi comparandam poterat ſufficere. Sed ſuperſunt plura, quæ eidem pretium apud intelligentes conciliare poſſunt. Raritas, & antiquitas, & Scriptoris æque ac ſcripti ipſius ſingularitas. Etenim Sectiones capitum per literas A. B. C. indicatæ ſunt, quia ſacer codex Germanicus in verſiculos nondum erat digeſtus. Voces obſoletæ, & antiquatæ, & nobis hodie incognitæ, ex verſione Lutheri prima deſumtæ, quæ poſtea mirum quantum mutata eſt. Orthographia plane ſingularis, & nomina quædam propria Prophetarum, aliorumque, alia longe ratione, quam hodie expreſſa. Et quia Auctor de Luthero ejusque meritis ne verbum quidem facit, & qua SS. verſione ac Editione uſus ſit, oratione nusquam attingit; Manifeſtumque omnino ſit, Prophetarum Libros à Megalandro noſtro ea tempeſtate nondum omnes fuiſſe translatos; Nos ita auguramur, Brunnerum in concinnandis hiſce concordantiis una cum Lutheri verſione, & Ludovici Hetzeri famoſi Anabaptiſtæ translatione

eſſe uſum, qui Prophetas eo tempore jam tum è ſermone Ebraico in Germanicum traduxerat. Ipſum etiam Hetzeri fuiſſe ſocium & adminiſtrum, qui iſthoc tempore non paucos habebat aſſentatores. Et ad editionem illam SS. Germanicam ſuam etiam contuliſſe Symbolàm, quæ 1530. Wormatiæ apud eundem Wolfium Kopphll excuſa eſt, è cujus officina hæ concordantiæ prodierunt, in qua teſte J. Frickio de ſcriptis Lutheri p. 2719. Prophetæ quatuor, Jeſaias, Jonas, Habacuc, & Zephanias ex Lutheri, reliqui omnes ex Hetzeri verſione mutuo accepti, in lucem prodire juſſi ſunt, conſociatione plane Heterogenea, & connubio admodum monſtroſo.

IN QUARTO.

CHriſtiani Noldii *Concordantiæ Particularum Ebræo-Chaldaicarum.* Hafniæ 1679. 4. Opus rarum, laborioſum, eruditum, & Concordantiarum Buxtorfianarum ſupplementum. Et deſiderii iſtius coronis, quo arſiſſe legimus Wolfgangum Frantzium, qui in tr. de Interpretatione SS. p. m. 124. cum de uſu concordantiarum diſſeruiſſet, quæ recenſent dictiones indeclinabiles, optandum eſſet, ſcribit, ut ante omnia in Hebræis concordantiis hic defectus compleretur, & ab aliquo perito itidem Hebrææ indeclinabiles particulæ tabulis ſimilibus comprehenderentur.

Pentateuchus cum V. libris feſtivalibus Ebraice & Latine, acceſſerunt annotationes ex Rabbinorum Comment: Venetiis 1551. 4. Editio nitida ac rara,

cara, cujus auctorem accepimus eſſe Sebaſt. Münſterum.

Hiſtoria Joſephi Patriarchæ, Arabice ex Alcorano excerpta & triplici verſione latina illuſtrata à Th. Erpenio. Leidæ 1617. 4. Ut ſpecimen exſtaret textus Alcorani authentici & impoſturarum Iſmaeliticarum.

Pſalmi Davidis Syriace & Latine editi à Thoma Erpenio. Lugduni Bat. 1625. 4. Qui & notas addidiſſet, niſi interceſſiſſent fata.

N. T. Græce cura & impenſis Nicephori Theſſalonicenſis Epiſcopi, & Demetrii urbis ſanctæ Sacerdotis, operas dirigente Erasmo Schmidio, & corrigendi onus ſuſtinente Zacharia Gergano. Wittebergæ 1622. typis Auguſti Borecii. Editio infrequens. Omiſſa à J. A. Fabricio L. IV. Bibl. Gr. c. V. p. 186. & à J. Le Longio memorata quidem P. I. Bibl. Biblicæ p. 487. Sed ita, ut nec integrum exhibuerit indicem, nec eum Græco idiomati, quo ſcriptus eſt, ſatis reſpondentem, & nomen Borecii in Boncejum transformarit.

N. T. Græce cura Nicolai Gerbelii. Hagenoæ 1521. Editio longe rariſſima, ad editiones Frobenianas & Aldinam ita facta, ut inter easdem quaſi ſit media. In neutrius enim verba juraſſe videtur Auctor, Erasmi in prima & ſecunda N. T. editione apparanda ſocius & adminiſter. Atque hanc Lutherum noſtrum in verſione N. T. ſecutum exiſtimat M. T. Eckhard in conjecturis de Codice græco N. T. quo uſus eſt Lutherus. Cui ſe oppoſuit P. A. Boyſen in diſſert. Critica de Codice Græco, & conſilio, quo uſus eſt Lutherus

in conficienda verſione N. T. Germanica. In qua docet, verſionem Lutheri ad editionem Frobenianam magis & Aldinam, quam ad Gerbelianam eſſe adornatam. Fatetur tamen (ſ. 3. p. 6.) hanc Hagenoenſem raram eſſe, & primis illis æquiparandam, quæ MSC. interdum Codicibus dignitate, fide, pretio, pares ſunt, & à peritis habentur.

N. T. Græce & Germanice Joh. Winckleri. Luneb. 1693. compactum in 4to, & inſerta ſingulis paginis charta munda cum notis MSCtis. Parabamus enim eo tempore Edit. N. T. cum ſuccinctis vindiciis cuilibet verſiculo adjectis.

Quatuor Evangeliſtæ & Acta Apoſtolorum ex Lingua Græca, addita ſimul verſione Latina, Germanica, Danica, Luſitanica, Belgica &c. à Bartholomæo Ziegenbalgo, Henrico Plutſchow, & J. E. Grundlero A. C. 1708. & ſequ. in Linguam Malabaricam translati, & Tranquebariæ 1714 typis Malabaricis exſcripti. Opus perrarum in terris noſtris, & nullibi venum expoſitum. In quo diſtinctio vulgata capitum retenta quidem, verſiculi autem alia ratione diſtributi, idque ob linguæ genium, quo ea poſtremo loco dicuntur quæ apud Europæos primo, adeoque verſiculi ſolo commate, vel colo, diviſi, dividi ſermone Malabarico non potuerunt. Conf. *Oſt-Indianiſche Berichte der Däniſchen* Miſſionarien T. I. p. 246. & alibi.

Martini Troſtii N. T. Syriaco-Latinum. Cothenis 1621. 4. Cujus inſignem in explicatione N. T. uſum ad oculum oſtendit Jacobus Martini, qui præfationem præmiſit. Hiſtoriam & primum N. T. Syriaci in Europam adventum percenſet

Guil

Guil. Poſtellus in præfat. Coſmographiæ infra à nobis allatæ. Antiquitatem Brianus Waltonus in Apparatu Bibl. Prolegom. V. p. 268. qui eam non multo poſt Apoſtolorum tempora factam, conſtantem, ſcribit, eſſe Orientalium traditionem; nec deeſſe argumenta, quæ idem ſuadeant. Publice etiam per Orientem in Eccleſia legi.

Joh. Apocalypſis Syriace (charactere Syro & Ebræo) *Græce & Latine* edita à Ludovico de Dieu Lugduni Batav. 1627. 4. Editionum N. T. Syriacarum ea tempeſtate impreſſarum ſupplementum, in quibus omnibus deerat Epiſt. Petri 2. Joh. 2. & 3. Judæ tota, & Joh. Apocalypſis. Quia in Codicibus MSCtis non reperiebantur. Adeoque *primus* Apocalypſin hoc anno publicavit Ludovicus de Dieu. Cui ſucceſſit poſtea Eduardus Pocockius, qui 1630. edidit Epiſtolas Catholicas. Atque ſic tandem N. T. Syriacum integrum in lucem aſpectumque publicum prodiit. Ubi ſilentio prætereundem non eſt, Dn. la Croze in typo Chriſtianiſmi Indici c. 3. p. 307. pro eo, quod Ludovicus de Dieu in fine Apocalypſeos legit, Caſparum Hanravitam hoc exemplum ſcripſiſſe, *Caſparum Hnduie* ſive *Indum* legendum eſſe exiſtimare.

Excerpta N. T. Syriaci cum Latina interpretatione Chriſt. Cellarii. Cizæ 1682.

Hiſtoria Chriſti Perſice conſcripta à P. Hieronymo Xavier, & Latine reddita ac animadverſionibus notata à Ludovico de Dieu Lugd. Bat. 1639. 4. Cujus accedunt rudimenta Linguæ Perſicæ. Opus infrequens, & Miſſionariorum exilem in tradenda SS. fidem non obſcure demonſtrans.

Dici

Dici enim non poteſt, quantopere corruperit Auctor Hiſtoriam Evangelicam. Quod præclare docet Daniel Francus de Indicibus Librorum prohibitorum c. 2. §. 34. p. 27. nec ipſe Richardus Simonius diffitetur, qui in Hiſt. Critica textus N. T. c. 3. p. 33. Optandum eſſet, ſcribit, ut P. Hieronymus Xavierius Jeſuita Miſſionarius, Hiſtoriæ J. C. quam Perſice ſcriptam reliquit, non tot inſeruiſſet fabulas, excerptas è Libris N. T. Apocryphis. Adde ejus Hiſt. Criticam verſionum N. T. c. XVII. p. 206. Et J. H. Hottingerum. Qui in Bibliothecario Quadripart. l. 1. c. 4. p. 72. Hieronymi Xavierii Hiſtoria Evangelica Perſica, ait, tot manifeſtæ fraudis habet notas, ut, an Patronum habeat, qui vel excuſare fuerit auſus facinus, nedum quidem potuerim reſcire. Hactenus Hottingerus. Et quis cauſæ hujus deſperatæ Patrocinium ſuſciperet? Quæ tam tetra eſt & male olens, ut Jeſuitas omnes ejus maxime pudeat. Et D. Petavius etiam elabendi rimam non perſpiciens, Xaverium hujus Hiſtoriæ Auctorem eſſe ridicule neget l. XIX. de incarnatione Chriſti c. VII. Niſi hanc negationem, more Jeſuitis uſitato, ambigue propoſitam, ita interpretari velis, eum dialecti Perſicæ auctorem non eſſe, qua Lugduni Batavorum eſt edita. Sic enim Mr. de la Croza *in Indianiſchen Chriſten-Staat* l. VII. p. 676. *die Hiſtorie J. C. iſt von* Hieronymo Xavier *in Portugiſiſcher Sprache beſchrieben, und durch einen Muhamedaniſchen Indianer, namens Abdel Senarim Kaſem ins Perſiſch überſetzt worden. Man kan mit Warheit ſagen, daſs dieſes ein Buch voller Lügen*

und

und die gantze Chriſtliche Religion beſchimpfenden Unwahrheiten iſt. Daſs man es mit guten Recht nennen mögte das Evangelium des Pabſts, welches von dem Evangelio Chriſti weit unterſchieden iſt. Adde ejus l. V. p. 427.

Epiſtola Pauli ad Romanos Lingua Syriaca. Edita à M. Chriſt. Crineſio è Teſtamento Syriaco Vienneſi. Wittebergæ 1612.

Johannis Ap. Epiſtola Catholica I. Syriace (charactere Syriaco & Ebræo) & Latine cum Alphab. Syr. opera Mart. Troſtii. Cothenis 1621. 4. Tyronum in lingua Syriaca rudimentum.

Pauli Epiſt. ad Coloſſenſes Syra, cum vocibus primitivis & derivativis à J. C. Wichmannshauſen, Witteb. 1702. 4. Ejusdem cum præced. commatis.

Hiſtoria Joſephi lignarii Arabice edita, & verſione Latina notisque illuſtrata à Georgio Wallino. Lipſ. 1722. 4. Fabula eſt potius quam hiſtoria, eaque tempore, loco, auctore incerto, contexta ſtilo impuro, & ita comparato, ut ex Ebræo translata videri queat.

Edwardi Thwaites Heptateuchus (h. e. Pentateuchus Moſis cum libro Joſuæ & Judicum) item Liber Jobi & Evangelium Nicodemi *Anglo-Saxonice.* Hiſt. Judith fragmentum, *Dano-Saxonice.* Oxonii 1698. 4. Ex qua decade octas prior Alfricum ſec. X. ſcriptorem non ignobilem habet auctorem.

Quatuor Evangeliſtarum verſio Gothica & Anglo-Saxonica, ex codice argenteo depromta à Franciſco Junio, emendatius edita à Thoma Mareſchallo, & obſervationibus illuſtrata Amſtelodami

dami 1684. 4. Quarum *prior* ab Ulphilà G
thorum Epiſcopo, & Theophili ſucceſſore, q
concilio Nicæno interfuit & una cum Epiſc
pis aliis eidem ſubſcripſit A. C. 360. confecta
antiquitatis Literario-Gothicæ venerandum,
fere unicum eſt cimelium, laudatum á Socr
te l. IV. c. 17. Sozomeno l. 2. c. 37. Niceph
ro l. 11. c. 48. Deſideratumque à Joh. Saubert
in Prolegom. ad Var. Lect. Mathæi p. 42. Alii
Poſterior incerto tempore & auctore concinnat
multa continet, quæ in vulgatis IV. Evangel
ſtarum Editionibus latinis fruſtra quaeras. Unc
& non contemnendum Mareſchalli & Junii juc
cium, quod & Joh. Schilterus in præf. Ottfric
præmiſſa & Theſauro Antiqu. Teuton inſerta
13. repetiit; Verſionem Gothicam ad textu
Græcum, Anglo-Saxonicam ad Latinum mag
adornatam. Et obſervat Jacobus Uſſerius
Epiſtola ad Franciſc. Junium, Orationem Dom
nicam in verſione Gothica doxologia concluc
quæ in verſione vulgata latina abeſt, manifeſ
indicio, Ulphilam fontibus Græcis, non riv
lis latinis, eſſe uſum.

*Evangelia I. C. ex Græco Gothice translata ab U
fila.* A. C. 360. cum parallelis verſionibus Sue
Gothica, Norræna ſ. Islandica, & vulgata La
tina. Stockholmiæ 1671. 4. Præmiſſa eſt d
ctiſſima Stiernhelmii præfatio de Linguarum G
neſi. Et adjectum Gloſſarium Ulfila-Gothicu
Franc. Junii, illuſtratum à Stiernhelmio Holmi
1670. 4. Acceſſit in hoc volumine Dieteri
von Stade Specimen Lectionum Antiq. ex Ot
fridi Libris Evangeliorum Stade 1707. Qu

omn

omnia ſi cum præcedentibus conjunxeris, habebis egregiam verſionum rariorum ſyllogen. Quarum neutram ad manus fuiſſe Viro Doctiſſ. Joh. Frickio ex iis colligimus; quæ in præfat. Generali, ad theſaurum Antiqu. Teutonicarum Joh. Schilteri de verſione Bibliorum Gothica commentatus eſt, ubi has illuſtres Editiones Amſtelodamenſem & Holmienſem prorſus præteriit. Et de Codice Franciſci Junii argenteo, ita diſſerit, ut Thomæ Mareſchalli obſervationes, quæ Edit. Amſtelodamenſi acceſſerunt, nunquam legiſſe pateat.

SS. V. & N. T. verſio Latina duplex, Vulgata Antiqua & Nova. Franc. Vatabli, vel ſi mavis Leonis Judæ (Conf. F. V. Calixti Prolegomena Hieronymi operibus præmiſſa p. 8.) cum ejusdem annotationibus. Hanoviæ 1605. 4to Maj. In qua verſio nova veterem ſuperat puritate, perſpicuitate, fide. Nec deeſt Scholiis præſtantia, licet ex ore Vatabli ab auditoribus tantum excepta. Laudata ſane à Joh. Mabillonio de ſtudiis Monaſticis P. II. c. 2. p. 259. & ab ipſo Joh. Crellio Sociniano in reſp. ad H. Grotii libellum de ſatisfactione Chriſti c. 1. p. m. 43. Et ante eum à Matthia Flacio in præfatione Clavis SS. Edit. Baſil. 1567. p. 9. Et à Judæis Pariſienſibus, qui ejus Lectiones publicas velut exploratores interdum viſitare ſolebant, cum ſtupore audita. Damnata quidem à Theologis Sorbonenſibus, quod vulgati Interpretis auctoritati nebulas offunderent, ſed defenſa à Roberto Stephano, qui A. C. 1545. vivo adhuc & ſuperſtite Vatablo *primus* hoc opus in lucem aſpectumque publicum pro-

prodire juſſit nitide excuſum, à cujus munditie & ornatu hæc Editio Wecheliana non multum abeſt. Adde integritatem & intemeratum verſionum & notarum habitum. Siquidem qui Salmanticæ 1584. hæc Biblia Stephaniana denuo ſub prelum ire juſſerunt Doctores Salmanticenſes teſte Joh. Mabillonio de Studiis Monaſticis P. II. c. 2. p. 259. quædam ex iis ſecuerunt loca, quaſi ſuppoſita à ſuſpectis Auctoribus. Quo latrocinio hæc Editio non eſt infeſtata.

Verſio Gallica SS. V. & N. T. Amſtelodami 1687. 4to Maj. Editio nitida. Verſio exacta: Notæ ſuccinctæ & egregiæ, ubi partium ſtudio non laborant. Hoc enim πρῶτον ψεῦδος eſſe eorum, qui velut λαμπαδοφόροι huic operi diverſo tempore manus injecerunt, Roberti Oleviani, Joh. Calvini, Miniſtrorum Genevenſium, docet Richardus Simonius in Hiſtoria Critica Verſionum N. T. c. XXX. p. 345. Ubi & Hiſtoriam recenſet hujus Metaphraſeos, & quibus ſe maculis Architecti ejus contaminarint, pronunciat. Scilicet multis in locis ab interprete vulgato, & antiquo Gallo, cujus 1536. Antwerpiæ impreſſa extet translatio, diſceſſiſſe, & in omnibus Editionibus quædam immutaſſe, & in iis nonnulla in deterius v. g. 1. Tim. IV. v. 10. ubi, pro eo, quod in prioribus Editionibus fuit, *qui eſt Sauveur de tous hommes.* In hac editione legitur, *Qui eſt le conſervateur de tous hommes.*

Antonii Bruccioli Biblia Sacra V. & N. T. in linguam Toſcanam translata. Venetiis 1551. 4to cujus Auctor quare in indice librorum prohibitorum

torum juſſu Conc. Trident. confecto, inter auctores primæ claſſis prohibitos relatus, docet Richardus Simonius in Hiſt. Critica V. T. L. 2. c. 22. p. 126. Scilicet quia à communi aliorum Catholicorum ratione receſſit. Nec vulgatum interpretem conſuluit; ſed textum Hebræum, & cum ejus non admodum peritus eſſet, Pagninum &c. Cujus rei conſcii procul dubio, qui denuo prelum ſubire juſſerunt Brucciolum, ejus nomen rejecerunt in finem operis, & Epiſtolas nuncupatorias primis Editionibus præmiſſas, Simonioque l. c. memoratas, de permittenda vulgo SS. in lingua vulgari verſione, plane prætermiſerunt.

Verſio Gallica N. T. Joh. Clerici cum notis. Amſtelodami 1703. 4to. Opus non contemnendum, laudatum à C. M. Pfaffio in Hiſt. Theol. literaria l. 1. c. 1. §. 8. p. 60. Sed ob Auctoris indolem legendum cautius, & circumſpectius.

Biblia D. Martini Lutheri Germanica. Augſpurg 1539. Apud Henricum Steiner. In Median Quarto. Editio rara, quæ mirum quantum abit ab hodiernis noſtris editionibus in prolegomenis, Scholiis, & Interpretatione ipſa. Unde & nihil diſſentimus à Judicio J. Frickii, qui in Appendice Hiſtoriæ Lutheraniſmi V. L. Seckendorfii p. 2723. *Es wäre der Mühe werth, eine Collation dieſer alten Editionen anzuſtellen, und die alten Vorreden zu conferiren und ſolche zu publiciren.* Crellius *hat dergleichen gethan* (in Conſiliis Witteb. P. I. p. 8. ſeq.) *Allein es iſt ſolche Arbeit nicht ohne Druckfehler, und möchte wohl ein* Supplementum *leiden.* Sed quis eſt, qui princi-

P pes

pes editiones omnes in numerato habeat. Quæ licet tanto numero exierint in lucem, ut unicus Joh. Lufftius Typographus Witteb. ſe ſupra 100000. impreſſiſſe profiteatur. Attamen tam raræ ſunt omnes, ut in Bibliothecis publicis vix compareant, nedum in privatis librorum colle-ctionibus.

Biblia V. & N. T. Germanica. Tiguri 1548. 4. Non infeliciter ex linguis authenticis expreſſa, ſed inſuaviora ob Dialectum Helveticam. Unde & ſpem Auctoris, non is, quem volebat, exitus conſecutus eſt. Prævaluit enim Lutheri verſio, & ab ipſis Eccleſiæ reformatæ Doctoribus, Piſcatoris, aliorumque translationibus eſt antepoſita, & hodienum anteponitur. Quod occaſionem dedit Theologis Wittebergenſibus in Conſiliis Theologicis P. I. p. 31. (a) ſcribendi. *Es iſt zwar in den Schweitzeriſchen eine teutſche Bibel zu Zürch ausgegangen, aber es hat dieſelbe keine ſonderliche Nachfrage gehabt. Sie iſt auch den Zwingliſchen Glauben in die Leute zu bringen viel zu ſchwach geweſen. &c.* Et ſi quam ob cauſam habenda eſt in pretio, hæc eſt cumprimis, quod Apoc. 2. v. 17. in ea *Lapidis Philoſophici* diſerte fit mentio, ſcilicet! Confer. J. M. Dillherri Elect. l. 3. c. 21. p. 537. Et Jacobi Gotfridi Hiſt. A. C. p. 371. Et J. H. Hottingeri Bibl. Quadripartitum l. 2. c. 3. p. 154. ubi omnes hujus verſionis editiones recitat, earumque conſenſum & diſſenſum inter ſe notat, & contra Conradi Schlüſſelburgii judicium vindicat.

Verſio Germanica V. & N. T. Joh. Piſcatoris cum explicatione & doctrinis cuivis capiti additis.

tis. Herbornæ 1617. in 4. Maj. 3. Volum. Et quidem verſio ex Tremellio - Juniana verſione Latina maximam partem expreſſa eſt. Explicationes autem & doctrinæ cum grano ſalis legendæ, & æra à lupinis adcurate ſunt diſcernenda. Impugnavit etiam hanc verſionem Paulus Köderus Paſtor Kochbergenſis 1607. in collatione verſionis Piſcatorianæ cum Lutherana; ſed tutatus eſt ſemet Piſcator in opere peculiari Apologetico. Quod laudat J. H. Hottingerus in Biblioth. Quadripart. l. 2. c. 4. p. 168.

Ejusdem Anhang des Herborniſchen Bibel-Wercks, Herborn 1624. Opus quatuor annorum. Unde non plane nihil emergat commodi, ſed ſexcentis allegationibus falſis depravatum, Auctoris verſioni ſuperſtructum, & analogiæ fidei reformatorum accommodatum. Cui ita addictus fuit Piſcator, ut ex magni nominis Theologis ſolus fere ſit, qui ſupralapſariorum hæreſin eſt profeſſus.

Biblia Pentapla, ſive verſio V. & N. T. Germanica Ulenbergii, Evangelico - Lutherana Martini Lutheri, Evangelico - Reform. Joh. Piſcatoris, Judaica Joſephi Athiæ cum N. T. Joh. H. Reitzii & Hollandica. 1711. 4. 3. Volum. De quo opere Theodorus Daſſovius in Alloquio de pura doctrina conſervanda §. 5. p. m. 6. Biblia Pentapla, ſcribit, Hermanni Holl Bibliopolæ Hallenſis, A. C. 1710. inhibebantur, ut in regiis terris typographia non continuaretur, quia inde nil niſi religionum indifferentiſmus metuebatur; ſicut ipſe auctor me præſente Wandesbeci teſtabatur. Qui quæſitus, cur variarum religionum verſiones ſcripturæ conjungeret, reſpondebat,

unam eſſe fidem, unum Deum. Cæterum parum pietati litabat, nec ſacris intererat, nec Sacra cæna utebatur, nec remiſſionem peccatorum digne manducantibus obſignari credebat.

Dieterici von Stade Specimen Lectionum Antiquarum Francicarum ex Ottfridi Monachi Wizamburgenſis Libris Evangeliorum. Stade 1708. 4. Vir doctus & in Lingua antiqua Francica, quæ hodiernæ noſtræ vernaculæ mater eſt, egregie verſatus. Sed ſeptuagenario jam major, cum hoc ſpecimen in lucem ederet; In Flacium etiam non ſatis æquus, cui multum debemus, ob monumentum Ottfridi è tenebris erutum. Et licet in Ottfridianæ præfationis verſione Latina quædam luculentius expreſſerit, quam Flacius in Germanica, quædam etiam traduxerit, quæ Flacius transferre non eſt auſus, quod mirum non eſt, cum inventis facile ſit addere; Attamen nonnulla etiam invita Minerva tranſtulit. Et in adjectis Scholiis hac illac facilioribus dedit lucem, obſcurioribus omiſſis. Rectius etiam putamus auctorem ſuis, noſtris, Ottfridique rebus conſuluiſſe, ſi Flacium imitatus loco verſionis Latinæ, Germanicam adornaſſet. Siquidem hac ratione Solæciſmos LL. evitaſſet, Ottfridum evidentius explicuiſſet, & ſermoni Francico antiquo juxta ac hodierno noſtro majorem impertiviſſet lucem.

Biblia Martini Lutheri V. & N. T. Editio Sterniana. Luneburgi 1864. 4. Maj. Cottidianum noſtrum Enchiridion, ſexcentis in margine obſervationibus & citatis notatum.

Biblia Martini Lutheri V. & N. T. Witteberg 1702. in mediis flammis, quæ 1710. Bibliothecam meam abſumſerunt, ſarta tecta conſervata, ſi quædam vulnera ligaturæ inuſta exceperis.

R. A. Korthum Weiſſagungen Eſaiæ aus dem Ebræiſchen überſetzet, nebſt einer PARAPHRASI *und Anmerckungen. Leipzig* 1709. 4.

Ejusdem Pſalmen Davids aus den Ebræiſchen ins Teutſche überſetzet mit einer Paraphraſi *und Anmerckungen.* Franckfurt 1716. Auctor, in quo multæ magnæque virtutes, ingenium facile, judicium acre, plurimum ſtudii, linguarum exoticarum cognitio, grave & nervoſum dicendi genus, pietas, modeſtia, & quidquid laudari in viro erudito poteſt. Cum quo magna mihi fuit olim familiaritas, & non vulgaris conſuetudo. Quique talis ſemper deprehenſus eſt à me, qualis jam deſcriptus. Et ſi qua fuit in eo imbecillitatis humanæ labecula, à qua nunquam ſe putavit eſſe alienum, παραδοξοφιλία fuit, h. e. ſingularis illa à communi eruditorum opinione diſcedendi cupiditas. Quæ an à natura ipſi contigerit, an à Godofredi Arnoldi diſciplina, cujus uxoris Sororem habebat in matrimonio, haud plane ſcio. Hoc ſcio, hæc ejus in Pſalmos meletemata eſſe peregregia, & digna, quæ integra in lucem eant, cum mutila adhuc ſint, & pars tertia eorum vix prodierit.

Pſalterium Davidis Latino-Germanicum cum Salomonis Proverbiis, Eccleſiaſte, & Cantico Canticorum. Wittebergæ 1574. Ubi Lutheri præfationes, verſiones, & gloſſæ marginales utroque Sermo-

ne ita exhibentur, ut Germanis Latina παραλλήλως reſpondeant.

R. A. Korthum Jobus ibid. 1708. 4. In quo Hermannus *von der Hardt* in Comment. in Jobum MSC. & poſt eum G. G. Zeltnerus de novis Bibliorum verſionibus Germanicis p. 128. literaturæ Ebraicæ non vulgarem laudant peritiam, utut in translatione ipſa quædam monenda eſſe ducant.

Ejusd. Prüffung einer Schrifft, wieder die Uberſetzung des Hiobs. Dortmund 1717. 4.

G. W. Eccleſiaſtes Germanice redditus & notis illuſtratus. Memmingen 1723. Quo operi Salomonis perobſcuro nonnihil lucis affunditur, & cum aliorum interpretum, tum C. Seebachii cumprimis verſio & explicatio obeliſco notatur, & ſtilo quaſi decretorio proſcribitur.

Novum Teſtamentum Germanice ex verſione D. M. Lutheri. Witteb. 1540. 4. Editio perrara, quia ultimam manum auctoris nondum experta, quam poſteriores ſenſerunt. Quæ enim 1535. primum integra in lucem exierunt Biblia Lutheri Germanica, ſubinde ab Auctore reviſa ſunt, usque ad A. C. 1546. quo ex hoc corporis ergaſtulo ſolutus eſt. Et qui poſſeſſor fuit hujus Codicis noſtri, eundem cum poſterioribus Editionibus accurate contulit, & quæ in iis emendata ſunt, in hac notavit. Integram etiam Lutheri Epiſtolam eidem inſeruit A. C 1529. ad Jacobum Probſtium, Evangeliſtam Bremenſem ſcriptam, & adhuc ineditam.

Novum Teſtamentum Germanice cum Medit. Practicis cuivis verſiculo ſubjectis Auct. Paſchaſio Ques-

Queſnel. Francof. 1718. 4to. Qui in verſione Montenſem Janſeniſtarum fere ſequitur. In Meditationibus vero excellit, ubi non παππίζει. Accedit Hiſt. hujus operis à translatore J. A. Grammlichio addita.

Novum Teſtamentum Latino-Germanicum. Tiguri 1535. Prima hæc editio N. T. Latino-Germanica, quæ in lucem aſpectumque publicum prodiit. Infrequens omnino & paucis nota. Excuſa Joh. Zwickii Conſtantienſis conſilio, ad imitationem exemplorum Græco-Latinorum, quibus Eraſmus primum Eccleſiæ & reipubl. Literariæ opes auxerat. Latina etiam hæc translatio tota Eraſmiana eſt. Germanica autem Theologorum Tigurinorum ab ea tamen, quæ 1548. ibidem prodiit, multis in locis diverſa v. g. 1 Cor. XI. 25. Ubi eſt in hac editione: *deſſelben gleichen auch den Kelch nach dem Abendmahl, und ſprach;* Das Tranck das Neue Teſtament in meinem Blut &c. pro quo in poſteriore de A. C. 1548. legitur, *deſſelben gleichen auch das Trinck-Geſchirr nach den Abendmahl* &c. Cæterum in eo conſentiunt, quod capita in verſus non ſunt digeſta; ſed literis tantummodo quibusdam, diverſitatem Sectionum ſignificantibus, in margine notata. Et quod opus ipſum apud Chriſtophorum Froſchoverum eſt excuſum, qui in ſacris Pandectis vulgandis tantundem diligentiæ contulit Tiguri, quantum Wittebergæ Johannes Luftius.

Pauli Apoſtoli ad Laodicenſes Epiſtola latine & Germanice opera Stephani Prætorii. Adjecta ſunt fragmenta Apoſtolorum & Patriarcharum Teſtamenta. Hamburgi 1595. Quæ omnia *primus*

in linguam Germanicam transſtulit, & in lucem aſpectumque publicum prodire juſſit Prætorius. Vir pius & optimus J. A. Fabricii judicio in Codice Apocrypho N. T. p. 808. Sed non ſatis usque cautus, neque in Criticis exercitatus. Cujus omnia, quæ imprimi curavit, opuſcula fiſco adjudicata; ipſe autem errantes ſuas opiniones v. g. hanc Epiſtolam Pauli eſſe genuinam, A. C. 1600. revocare compulſus eſt. Conf. C. T. Rangonis Prudentia Eccleſ. c. 23. §. 7. p. 255.

Jacobi Dornkrellii Specimen Bibliorum ordinatorum, Hiſtoricorum & Doctrinalium. Cellis 1678. Rarum, paucis viſum, & à Nic. Alardo in Bibliotheca Harmonico-Biblica præteritum. Hiſtoricorum tamen Bibliorum tantummodo eſt ſpecimen, non Doctrinalium. Nec putamus, Auctorem eo tempore, quo hæc edidit, de dogmaticorum librorum Harmonia, γρυ quoddam in numerato habuiſſe, quam abſolutis Hiſtoricis ſuſcepit demum & pollicitus quidem eſt publico, ſed non præſtitit.

Biblia V. & N. T. Germanice, Ebersdorffii. In Voigtlande 1727. Quæ à Comite Ludovico de Zinzendorf aliisque ejusdem cum eo ſenſus, adornata, multum diſſenſionis excitavit in ſuperiore Saxonia, & Luſatia, & alibi, quibusdam aſteriſco, aliis contra obelo digna eſſe, cenſentibus. Ac horum major omnino fuit numerus, quam illorum. Nec nulla etiam iisdem ita judicandi ratio. Multa enim in capitum ſummariis, N. T. cumprimis, nova, ſingularia, paradoxa, & offendiculi plena, in Miniſtrorum Eccleſiæ contemtum, & ipſius fidei orthodoxæ præjudicium dicta, religionem eclecticam, & neſcio quem

Enthu-

Enthuſiaſmi amorem redolentia. Unde & à ſupremo Conſiſtorio Dresdenſi atro lapillo notata, & venundari prohibita, & à facultate Theologica Jenenſi rejecta, quod contineret multa, quæ animis Lectorum non ſatis confirmatorum, poſſint eſſe detrimento.

In Octavo.

Biblia Ebraica cum notis Ebraicis & lemmatibus Latinis D. E. Jablonski. Berolini 1699. 8. Editio omnibus aliis præferenda, ob exemplarium raritatem, mendarum paucitatem, præfationis Polyhiſtoriam. Auctor tamen eſt V. E. Löſcherus in Theol. Exegetica P. II. c. 2. p. 224. Unum alterumve locum in ea eſſe immutatum juxta Criticam R. Menachem, qui in conjectando nimium ſibi permittat.

Biblia Ebraica D. J. H. Maji. Francof. 1716. Impenſis J. B. Andreæ, qui & ſingulari mentis acumine excogitavit artem conſonantes Ebraicas una cum vocalibus & accentibus exſculpendi, & hac ratione mendis gravioribus ponendi obicem. Cui tamen non ita annuit fortuna, ut errata omnia ex hac Editione exterminata ſint.

Biblia Ebraica J. H. Michaëlis. Halæ 1720. 8vo maj. Variantium lectionum Sylloge, locorum parallelorum multitudine, & notationum acumine nobilitata.

Libri Paralipomenωn Hebraice cum verſione interlineari Xantis Pagnini collato Ben. Ariæ Montani aliorumque ſtudio ex officina Plantiniana 1611. Daniel, Esdra, Nehemia, ibidem 1611. Pro-

verbia Salomonis, Job, Canticum Canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiæ, Eccleſiaſtes & Eſther 1614. Pſalmi Davidis ibidem 1615. Eſaias, Jeremias, Ezechiel, reliquique Prophetæ XII. Minores ibidem 1610. Editio perrara. Dummodo opus ipſum expletum eſſet omnibus ſuis numeris & partibus. Elegans etiam & ſatis correcta J. H. Hottingeri judicio in Biblioth. Quadripart. l. 2. c. 1. p. 127. Qui & addit l. c. non recte facere, qui Bombergi, Plantini, Stephani, elegantiſſima exemplaria quotidiana terunt, brevique conterunt manu; *κειμήλια* hæc eſſe, quæ ut diu Bibliothecam ornent, parce contrectari debeant.

Joh. Alb. Fabricii Codex Pſeudepigraphus V. T. Hamburgi 1723. 8vo.

Ejusd. Codicis Pſeudepigraphi V. T. Volumen alterum. Hamburgi 1723.

Ejusd. Codex Pſeudepigraphus N. T. Hamburgi 1703.

Ejusdem Codicis Pſeudep. N. T. Pars tertia. Hamb. 1719. Illuſtris hæc eſt Bibliotheca ſcriptorum obſcurorum Hypobolimæorum, iis omnibus perutilis & pernecesſaria, qui accurate cognoſcere diſcupiunt, quam diſtent æra lupinis. 1 Cor. XI. 19.

Pſalmi Davidis Ebraici cum verſione interlineari Xantis Pagnini à Ben. Ar. Montano emendata. Ex Offic. Plantin. 1608. Auguſtus ab Hoim chartam mundam inſeruit, & ſua manu verſionem Lutheri Germanicam adſcripſit.

Hiſtoria Eſther Ebraice & Latine. M. H. Rumpii Hamb. 1608. *Catecheſis Lat. minor cum precibus.* Bremæ 1627. Pſalmus II. 8. 16. 22. 40. 45. 68. 69.

69.72.97.110.118. Ebraice, Chaldaice, Latine, Græce, cum Epiſt. Pauli ad Galatas Græce, Syriace, Latine, Germanice, Bremæ. 1614. (2) *Proverbiorum Arabicorum Centuriæ duæ*, collectæ ab Arabe Anonymo, Latine redditæ & notis illuſtratæ à Joſ. Scaligero & Th. Erpenio Lugd. Bat. 1623. qui & ſua manu in ſingulis paginis emendavit quædam, & Hiſt. Libelli præmiſit. (3) *Ejusd. Thomæ Erpenii Rudimenta Linguæ Arabicæ.* Lugd. Bat. 1628. Cum pereleganti conſilio de ſtudio linguæ Arabicæ feliciter inſtituendo. (4) Joh. Buxtorffii Epitome Grammaticæ Ebrææ. Goslariæ 1632. 8vo.

V. 7. Græcum ex verſione τῶν ό cum libris Apocryphis è Codice Alexandrino editum à J. E. Grabe, Oxonii è theatro Scheldoniano Tom. I. 1707. Tom. II. 1719. Tom. III. 1720. Tom. IV. 1709. VIII. Volum. Editio omnium editionum ſplendidiſſima, emaculatiſſima, commendatiſſima ob typorum elegantiam, textus accuratam recenſionem, Prolegomenων πολυϊςορίαν Criticam, Codicis Alexandrini antiquitatem & peculiarem ἐξοχὴν, qua Vaticanum & omnes alios hujus generis in toto orbe codices poſt ſe relinquit, docente Briano Waltono in Appar. Bibl. Prolegom. VIII. §. 34. p. 335. qui eundem *primus* in lucem aſpectumque publicum prodire juſſit, Bibliisque Polyglottis Londini 1658. excuſis inſeruit. Unde & hæc Editio τῶν ό omnibus aliis, tribusque adeo illis illuſtriſſimis, Complutenſi 1515. Aldinæ 1518. Romanæ 1587. quæ reli-

reliquis omnibus Editionibus dederunt originem, eſt anteferenda.

V. T. Græcum ex verſione τῶν ό cum libris Apocryphis, cui acceſſit N. T. cum locis parallelis & variantibus lectionibus. Lipſ. 1697. in 8vo Maj. Editio laudanda à typorum munditie, variantium lectionum ſegete, & vario eruditionis adparatu in Prolegomenis obvio, quorum auctor, ſiglis tantummodo J. F. in fine notatus, eſt Johann Frickius, Ulmenſium hodie Theologus longe celeberrimus. Neque tamen cum præcedente Editione comparanda, quia nec ad mentem Codicis Alexandrini, nec Vaticani, ſed ad exemplum Editionis Londinenſis A. C. 1653. excuſa, eſt conformata. Cujus editores, dici non poteſt, quam male habeat Brianus Waltonus in Apparatu Biblico Proleg. VIII. §. 33. p. 335. quod profiteantur, ſe editionem Romanam excudere, cum nimiam aſſumſerint licentiam, eam pro lubitu mutandi & interpolandi, & eam ad Ebræum textum & nuperas verſiones accommodarint.

Liber Sapientiæ Germanice denuo ex Græco translatus cum locis var. lection. Annotat. Halæ 1705. parall.

Liber Syracidis eadem ratione adornatus. Halæ 1706. Uterque à Godofredo Arnoldo è textu authentico in ſermonem noſtrum verſus, & à D. Paulo Antonio notis illuſtratus. Uterque etiam dignus aſteriſco. Lutherus enim interpretem vulgatum fere ſecutus eſt. Et ipſe textus Græcus poſt ejus tempora ex MSCtis aliisque documentis ſubinde eſt emendatus.

Senten-

Sententiæ Syracidis Græce cum Annot. Joach. Camerarii. Baſileæ 1557. Ej. Camerarii *Notatio figurarum* Orat. in ſcriptis Apoſtolicis Lipſiæ 1556. 8. Par nobile opuſculorum, ut ſunt omnia Camerarii.

Sententiæ Syracidis Græce & Latine editæ à Mathia Bergio. Helmſt. 1580. Qui textum Græcum cum aliis Editionibus contulit, variisque in locis emendavit, & eidem translationem novam latinam addidit cum notis quibusdam brevibus, ſed argutis.

Canticum Canticorum Germanice cum notis, auctore Chriſtophoro Seebach. Berolini 1706. 8vo. Qui ut in verſione Ebraizat nimium, ita nec in notis omne tulit punctum. Sane Jacobo Turhamo multo eſt inferior.

N. T. Græce & Latine Theod. Beza interprete, cujus accedunt adnotatiunculæ ex majoribus ejus adnot. excerptæ 1590. 8vo. Verum nec textus Græcus emaculate ſatis expreſſus. Nec annotationes partium ſtudii ſunt expertes.

N. T. Græce cum lemmatibus Græcis, & teſtimoniis mutuis, ac variis lectionibus. Tiguri 1566. 8vo. Editio ignota Le Longio & ab ea diverſa, quam p. 474. Bibl. Sacræ affert, quod copioſius in codicis noſtri frontiſpicio oſtendimus.

N. T. cum var. lect. & locis parallelis Steph. Curcellæi. Amſtelodami 1699. 8. Male audit, quod varias lectiones nonnullas ex ingenio ſuo commentus ſit, & Codices non notarit, & interpunctione quædam loca corruperit, & Socinianis fuerit faventior. Mitius tamen de eo ſentit C. M. Pfaffius in diſſert. Critica de Var. N. T.

Lect.

Lect.c.7.p.135. Et J.C. Wolfius Vir κριτικώτατος & de integritate Græci textus defendenda, ſi quis alius, ſolicitus, in præfat. *Curarum Philologicarum* p. 7. diſerte profitetur; Se in hoc ſuo Florilegio Critico, editiones N. T. quæ ope veterum ac probatorum Codicum extent, optimas, & in iis Curcellæi illam inprimis ſecutum.

N. T. Græce cum locis parallelis & Var. Lect. Aug. Herm. Franckii. Lipſiæ 1702. 8. Editio Oxonienſi præferenda. Cujus inexcuſabiles quædam in præf. notantur mendæ. Nec parum ſplendoris accedit ei ex præfatione nova, in qua de vera ratione tractandi SS. inprimis libros N. T. pie & erudite diſſeritur. Et oppido ineptum eſt argumentum, quo Auctor *des Pietiſtiſchen Hochmuht-Greuels* p. m. 10. hanc Editionem in ſuſpicionem Socinianiſmi adducere conatur.

N. T. Græce ex Editione Henrici Wettſtenii. Amſtelod. 1711. 8. Omnium editionum Græcarum minoris formæ optima, emendatiſſima, ſplendidiſſima. Ipſique Millianæ anteponenda, ſi variantium lect. & locorum parall. ſelectum ſpectes, & canonum Criticorum ac Prolegomenωn inſignem uſum, quorum auctor eſt Gerhardus *von* Maſtricht, vel, ſi ſiglorum explicationem quæris, Gerhardus de Trajecto, Moſæ Doctor G. D. T. M. D.

N. T. Græce cum verſione latina interlineari Ben. Ariæ Montani. Lipſiæ 1602. Qui miro Artificio verſionem vulgatam & rejicit ſimul, & retinet, accuſat & defendit, graviſſimam, & tutiſſimam omnium eſſe dicit, & tamen integram & incorruptam ſupereſſe dubitat, eamque in omnibus fere lineo-

lineolis corrigit, & ſe tamen animum eam corrigendi habuiſſe inficiatur. Una fidelia eundem parietem dealbans, & nigrans.

Biblia Sacra vulgatæ editionis Sixti V. juſſu recognita atque edita. Antwerpiæ ex Offic. Plantiniana 1599. 8vo Maj. Quæ Sixti V. nomen præſcriptum habet hæc vulgatæ verſionis editio, Clementis VIII. eſt, non Sixti, ut liquet ex præfatione. Sixtina enim ſemel tantummodo excuſa Romæ 1590. f. à Clemente VIII. ſtatim ſuppreſſa eſt, ob mendorum multitudinem, quorum ultra duo millia correxit Clemens in hac ſua Editione; neque tamen nulla reliquit emendanda, quod diſerte profitetur præfatio, quæ in locum Bullæ Sixtinæ ſucceſſit, à Clemente in exilium abire juſſa, ſed à Sixtino Amama revocata in Antibarbaro Biblico L. I. p. 98. ſeq. Ubi & p. 113. exhibetur Breve Apoſtolicum Clementis VIII. quod in hac & plerisque Editionibus deſideratur. Ex quo patet (1) Clementinam hanc 1592. prodiiſſe primum h. e. anno XLVI. poſt Concilium Tridentinum; Adeoque hanc verſionem pronunciatam eſſe authenticam 40. annos ante quam extiterit, & emendata ſit, & autoritate Pontificis confirmata. Quod prodigio videri poterat ſimile. (2) Sixtinam vulgatæ verſionis Editionem una cum Bulla Papali longe eſſe rariſſimam. (3) Clementinas priores, omnesque Brevi Apoſtolico munitas, eſſe infrequentes, & eam, quæ prima eſt harum ac Romæ 1592. f. prodiit, infrequentiſſimam. Quibus adde Editiones ab incunabulis Typographiæ impreſſas usque ad

ad A.C. 1500. nec non Aldinas, Stephanianas &c. Quæ omnes

Apparent raræ nantes in gurgite vaſto.

Biblia vulgata ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata Joh. Hentenii. Antwerpiæ 1572. In quibus quid *plus* eſſet in aliis codicibus impreſſis, atque MSCtis, aſteriſco, quid *minus*, obelo, quid *diverſum*, duobus ſtigmatis notatum eſt. Editio rara ob eam, quam Simonius Hiſt. Crit. Verſ. N.T. c. XI. p. 141. attulit rationem.

Sebaſtiani Caſtellionis Biblia Sacra. Lipſ. 1724. Opus IX. annorum. Culpatum à multis, & Pelagianismi, Arminianiſmi, Socinianiſmi, imo & Ethniciſmi accuſatum, quod nova vocabula in SS. oracula inveheret, nova dogmata creparet; emphaſes ſacras negligeret, & Canticum Canticorum Catullianis & Tibullianis diminutivis molliter tinnulis contaminaret; Sed laudatum ab aliis, & eo cumprimis, qui hanc novam Editionem accuravit, Chriſtophoro Wollio, qui in diſſertatione Critica, eidem præmiſſa, omnes ingenii ac judicii nervos intendit, ut quas hæc verſio à maledictis adverſariorum ſuſceperat maculas, ex ea elueret. Et licet non prorſus ejusdem cum eo ſimus ſententiæ; Cum, quod accidere ſolet cauſæ Patronis, ab uno extremo ad aliud defeciſſe eundem deprehendamus; Hoc tamen in veritatis gloriam diſſimulare non poſſumus, Caſtellionem *primum* eſſe ex eruditorum numero, qui Scriptores ſacros veteris Novique Teſtamenti, ore Ciceroniano loqui docuerit, & una fidelia duos dealbans parietes, Sacras Pandectas ita in ſermonem Latinum transtule-

tulerit, ut verſio ſimul vicem Commentarii ſuſtinere queat. Digna, quæ à Studioſis Theologiæ & LL. accurate & ſtudioſe lectitetur.

Santis Pagnini verſio Latina V. & N. T. ex Ebræa & Græca veritate translata. Francof. 1581. 8vo 2. Vol. Habenda in pretio, quia juſſu Leonis X. adornata, nec minori fide, quam labore confecta, & *prima*, quæ poſt Hieronymi tempora ex fontibus deprompta eſt. Neque tamen ita omnibus numeris abſoluta, ut nulla prorſus erroris labe infecta ſit, quod præclare docet Wolfgangus Frantzius de Interpret. SS. p. 31. ſeq. & p. 58.

Pſalterium Davidicum cum duplici verſione & Annot. ex Edit. Robert. Stephani 1556. Editio emaculata, nitida, rara. In qua translatio à Vatabli & Pagnini translatione mirum quantum diverſa. Et Annotationes liberaliores, pinguiores & exquiſitiores iis, quæ in Bibliis à Rob. Stephano 1545. Lutetiæ editis & 1605. Hanoviæ recuſis, itemque in Pſalterio 1546. à Rob. Stephano ſeorſim edito, continentur. Suppreſſa & prohibita à Facultate Theol. Pariſienſi una cum aliis Auctoris Editionibus Bibliorum Græcis, Latinisve, & indicibus dictorum Biblicorum, ut docet Richardus Simonius in Hiſt. Critica verſionum N. T. c. XI. p. 132.

Novum Teſtamentum Latinum. Coloniæ 1529. In qua Editione non privæ tantum voces Phraſesque, ſed integri verſiculi, iique non pauci, occurrunt, qui in Sixtina & Clementina vel prorſus deſunt, vel longe aliter leguntur. Et ne mala fide egiſſe Auctorem, & pro ſuo fortaſſis arbitrio textum interpolaſſe exiſtimes; Ecce in

præfat. teſtatur, ſe nulla in parte à vulgatiſſima lectione temere diſceſſiſſe, niſi ſicubi veterum exemplarium probatiſſimorum fide & ſinceritate vinceretur. Quæ loca diverſo charactere exſcribi curavit Auctor, ut lectori ſtatim pateant. Et ſunt in iis quædam à Sixto & Clemente diſpuncta, quæ tamen in græco diſerte continentur. v. g. 1 Petr. IV. 24.

Pſalterium Davidicum vetus ac ſexcentis amplius ſcribarum mendis caſtigatum &c. Wilh. Dan. Lindani. Coloniæ 1576. 8. Cujus Elenchus vetuſtiſſimorum Pſalterii exemplarium cum præfatione ad Clericos Ruremundenſes eidem addita meretur legi.

Pſalterium Sextuplex. In quo quatuor verſiones, Vulgata D. Hieronymi, Felicis Pratenſis, Seb. Münſteri, & duæ Paraphraſes, Chaldaica ex octaplo Auguſtini Juſtiniani Epiſcopi Nebienſis & Joh. Campenſis. Argentorati 1545. Libellus perrarus (1) quia olim fuit Joh. Stigelii, qui manu ſua eidem nomen inſcripſit, cum carmine latino, in laudem Pſalterii à ſe confecto. (2) Quia una cum aliis & verſionem & paraphraſin perraram continet, illam Felicis Pratenſis; hanc Joh. Campenſis. (3) Quia unica tantummodo hac vice impreſſus, & à paucis omnino viſus eſt. Nec ab ipſo quidem Jac. Le Longio, diligentiſſimo alioquin Editionum S. Codicis indagatore. Solam enim ejus affert ἐπιγραφὴν P. I. Bibl. p. 673. Nullumque præterea Lectori de eo dat guſtum. Quod feciſſet procul dubio, ſi ipſemet opuſculum hoc ſuis oculis uſurpaſſet. Tum enim more ſuo attuliſſet, opinor, quædam ad Hiſto-

Hiſtoriam ejus ſpectantia. Et illam frigidam notaſſet auctoris ratiunculam, ob quam Pſalmorum titulos abs ſe omiſſos eſſe ſcribit, ſcilicet quia nihil admodum, vel parum ad eorundem intellectionem faciunt, quo nihil dici poteſt falſius & vanius.

Pſalterium Latinum Conradi Pellicani. Tiguri 1532. Qui ex Ebræo transtulit, & explicationem interlinearem adjecit. Atque hæc Editio Argentoratenſi, quæ 1526. prodiit, omnino eſt anteferenda, quia illa nolente, hæc volente Auctore impreſſa eſt. Illa ſine, hæc cum ejusdem emendatione, illa mendoſior, hæc emaculatior.

Le Nouveau Teſtament, à Mons. 1710. Verſio à Janſeniſtis concinnata, Antonio le Maitre, Antonio Arnaldo, Iſaaco le Maitre de Sacy &c. à Clemente IX. & Innocentio XI. prohibita, à Malleto & Maimburgio aliisque impugnata, ab Arnaldo & Sectæ ſuæ ſociis & adminiſtris defenſa, & poſt annum 1665. quo prima vice prodiit, ſæpius excuſa, ſed ita, ut vix ulla in lucem exierit editio, in qua non aliquid ſit immutatum. Conf. J. Le Long Bibliothecam ſacram P. II. c. 5. p. 75. ſeq. ubi famoſæ hujus Metaphraſeωs vel potius Paraphraſeωs amplior extat Hiſtoria. Et Richardum Simonium in Hiſtoria Critica verſionum N. T. c. XXXV. 36. 37. 38. 39. p. 396-483. ubi cenſura ſevera & immiti caſtigatur.

Defenſe de la traduction du Nouveau Teſtament imprimé à Mons, ſine mentione loci & anni. Adornata, ut videtur, ab Ant. Arnaldo, & oppoſita Lud. Maimburgio, qui primam Montenſem

ſem N. T. editionem 1665. impreſſam aculeato ſcripto impugnaverat.

Nouvelle defenſe de la Traduction du N. T. imprimè à Mons, contre le Mr. Mallet Dr. de Sorbonne. Cologne 1682. 8. Auctor eſt A. Arnaldus Janſeniſtarum, per 40. & quod excurrit annos, promachus. Eo minus hoc nomine reprehendendus, quo majorem Symbolam ipſe ad N. T. Montenſe contulerat. At exagitatus à Richardo Simonio in Hiſtoria Critica verſionum N. T. c. XXXVII. p. 435. quod cramben à Portus-regii Doctoribus coctam tantummodo recoxerit, & id egerit magis, ut probaret, licitum eſſe N. T. in linguam vulgarem transferre, quam ut è verſione Montenſi maculas èlueret.

Continuation de la Nouvelle defenſe de la Traduction du N. T. imprimè à Mons, contre le Mr. Mallet &c. Cologne 1682. 8. In qua Arnaldus una fidelia duos, pluresve dealbaturus parietes, & Malleti, & Filleau ac Meynierii obtrectationibus reſpondet, qui Janſeniſtas Calviniſmi, & ipſius *Deiſmi* ſcabie laborare ſcripſerant.

N. T. Gallice & Germanice Francof. 1700. 8. *Schwartz-Corduan verguldet.* Ubi Gallica verſio eſt Theologorum Genevenſium, paucis quibusdam vocibus obſoletis in ea mutatis, Germanica eſt B. Lutheri.

Biblia V. & N. T. ſermone Anglicano ex fontibus expreſſa. Londini 1668. 8. Quæ qua ratione elaborata ſint, docent Acta Synodi Dordracenæ Seſſ. VII. p. 27. Et Brianus Waltonus in Apparatu Biblico Prolegom. V. p. m. 270. In omnes, ait, fere Europæ linguas hodie eloquia

Sacra

Sacra traducta ſunt, Italicam, Gallicam, Hiſpanicam, Polonicam, Belgicam &c. Inter omnes vero eminet Anglicana, Jacobi Regis auſpiciis, collatis multorum virorum doctorum ſtudiis, elaborata.

Biblia Vet. & N. T. ex originali idiomate in linguam Belgicam translata. Lugduni Bat. 1638. 8. Editio pernitida. Verſio exacta. Cujus ratio, & Hiſtoria petenda ex Actis Synodi Dordracenæ. Seſſ. VI. ſeq. p. m. 26.

Ottfridi Evangeliorum liber, veterum Germanorum Grammaticæ, Poëſeως, Theologiæ præclarum monumentum. *Evangelien-Buch in Alt-Fränckiſchen Reimen vor* 700. *Jahren beſchrieben.* Editum à M. Flacio Illyrico. Baſileæ 1571. 8. Liber rariſſimus, unica tantum vice impreſſus (ſcilicet eo tempore quo hoc ſcribebamus, Theſaurus Antiquit. Teut. Joh. Schilteri lucem nondum viderat) & in Officinis librariis plane nullis, in Bibliothecis autem oppido paucis obvius. Cujus editionem verſione Latina & ſcholiis quibusdam illuſtraturum promiſit Dietericus *von Stade*, ſed non præſtitit, fatis interceptus. Neque hoc ſolum nomine in pretio habendus eſt hic Codex, ſed eam etiam ob cauſam magni pendendus; quia cum Codice MSCto Vindobonenſi collatus, multisque in locis emendatus, & lacuna ingens, quæ p. 592. in omnibus exemplis editis inſedit, & inveteravit, expleta eſt. Adde, quod antiquiſſimum hoc eſt monumentum Lingua Germanica exaratum, quod ſuperſtitat. Antiquiſſimum etiam Germanicæ Poëſeως & Grammatiſticæ ſimulacrum, ex quo patet, Germanos veteres æque ac

Græcos in ſcribendo uſos accentibus, quos quidem non ubique expreſſit Flacius, prout in MSCto habentur, attamen expreſſit alicubi, ut p. 19. &c.

Idem Liber adhuc ſemel. Ejusdem Editionis cum priore, ſed non ejusdem commatis. Quia neque cum MSCto collatus, nec emendatus & expletus; Sed adhuc lacunoſus eſt. Inter rariores tamen Libros rariſſimus nuncupatus à J. H. *von Seelen* in Memoria Stadeniana p. 62. & è Bibliotheca Gudiana magno pretio redemtus à C. G. Schurtzfleiſchio & in Bibliothecam Vinarienſem translatus l. c. p. 68.

Epiſtolæ & Evangelia cum Hiſt. Paſſionis & excidii Hieroſolym. in Linguam Sorabicam translata. Budiſſinæ 1695. 8. Auctor præcipuus eſt M. Paulus Prætorius, qui in prolegomenis de Orthographia & Etymol. Linguæ Sorabicæ diſſerit, & in hac translatione præter Lutheri verſionem (quam Sorabicæ ad latus poſuit) fontes etiam conſuluiſſe, & ad eosdem in translatione ſe compoſuiſſe, ſcribit.

V. T. ex verſione Lutheri ἀκέφαλον. Witteb. 1524. 8. Editio rariſſima, & quantivis pretii, ſi Codex non eſſet mutilus. Deeſt enim in eo Pentateuchus. Reliqui vero libri omnes V. T. adſunt à Libro Joſuæ usque ad Canticum Canticorum. Et in iis Pſalterium ex prima verſione à viris doctis magno ſtudio expetitum, & à noſtra verſione mirum quantum diverſum. Sicut & reliquorum librorum præfationes & verſiones in hac editione obviæ, à noſtris hodiernis non parum abeunt. Et ne vel Typographum, vel nos in numeris aliquid peccaſſe exiſtimes; Ecce clau-

ſulam, quæ in fine Libri Eſther legitur, *ende des andern Theils des A. T. gedruckt zu Wittenberg Melchior Lotter der Jünger. In Jahr nach Chriſti Gebuhrt Tauſend fünf hundert und Vier und zwantzig.* Quo finito ſequitur in pagina altera *das dritte Theil des A. T.* Witteb. MDXXV. Qua parte continetur Liber Jobi, Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtes, & Canticum Canticorum. Confer. omnino J. Frickium in Appendice ad Seckendorfii Hiſt. Lutheraniſmi p. 2715.

N. T. Germanice ex verſione Lutheri in idioma inferioris Saxoniæ translatum. 1524. 8vo cum figuris, vivis coloribus animatis. Editio nitida & rara. Impreſſa (ut patet ex Act. Apoſt. ſubſcriptione) apud Petrum Quesnel, qui fuit Coloniæ, ſuppreſſo ſtrenue per opus univerſum Lutheri nomine. Verſio ab hodierna multis in locis diverſa, ut Apoc. II. 17. *Eck will ohm gheven einen witten Stein*, Præfationes nonnullæ in noſtris editionibus plane exulantes, ut Præfatio Apocalypſi præmiſſa, quam veluti Meduſæ caput noſtratibus opponit Seb. Heiſſius de Verbo Dei Diſp. 2. N. 81. p. 47. Et alia, ab ipſo Luthero poſtea emendata, quod oportune monet V. L. de Seckendorff in Hiſt. Lutheranismi l. 1. §. 144. p. 590.

Das Neue Teſtament Hieronymi Embſers. Nürnberg 1720. Quod Georgii Ducis Saxonici impulſu ab H. Embſero in Linguam Germanicam traductum, & 1527. prima vice Dresdæ impreſſum eſt in f. Ut Lutheri N. T. è manibus hominum extorqueretur, id ferè totum è Lutheri translatione eſt compilatum, paucis quibus-

dam locis exceptis, in quibus interpretem vulgatum & ſemetipſum, ac ſua Phantasmata ſecutus Auctor, carduos obtrudere lectori, quam dare lactucas, maluit. Recuſum etiam poſtea eſt opus aliquoties, & ex ſuperioris in inferioris Saxoniæ dialectum traductum. Sed interpolatum ſemper, & ita commutatum, ut poſteriores editiones prorſus alio modo ſe habeant ac priores. Et tantum abeſt ut ardor legendi N. T. Lutheri hoc ipſo reſtinctus ſit, ut velut oleo ingeſto incenſus ſit potius & magis inflammatus.

Dat nye Teſtament dorch Hieronymum Emſer verdütſchet 1530. Quod dialecto ſuperioris Saxoniæ duabus jam vicibus in lucem publicam prodierat N. T. Emſerianum, id à Monachis Roſtochienſibus in inferioris Saxoniæ idioma translatum eſſe, ex Epiſtola quadam Lutheri ἀνεκδότῳ refert V. L. *von Seckendorff* in Hiſt. Lutheraniſmi L. 2. §. 29. p. 792. cujus verba accipe, Lutherus *zeiget dem Churfürſten an, daſs einige Mönche zu Roſtock* Emſers N. T. *in niederſächſiſcher Sprache drucken laſſen, weshalben die Bürger in Roſtock und Lübeck wünſchen, der Churfürſt möchte durch ein Fürbittſchreiben bey Hertzog Heinrich von Mecklenburg zu wege bringen, daſs ſolches verhindert werde. Ich (ſo fähret er fort) kan zwar* Emſers N. T. *wohl leiden, weil es faſt gantz, auſſer vvenig Worten mir abgeſtohlen, ſeine Gloſſen aber ſeyn ſehr böſe und ſo giftig, daſs ſie allen Nutzen, ſo man aus dem Texte nehmen könte, verderben. Auch dieſer Vorbitte gab der Churfurſte ſtatt, und ſchrieb deshalben an den Hertzog von Mecklenburg.* Atque hinc factum fortaſſis, ut opus interruptum hoc idiomate totum

è pre

è prelo non emerſerit. Siquidem hæc editio cum Actis Apoſtolorum finitur.

Das neue Teſtament durch Amandum Polanum von Polansdorf mit den beſten gedruckten und auf Pergamen geſchriebenen Exemplarien collationiret und mit allen Treuen überſehen. Baſel 1603. Collationem tantummodo & emendationem N. T. inſcribit hoc ſuum opuſculum Polanus. Verſionem enim dicere non eſt auſus. Quia verſionem Lutheri interpolavit ſolum, & hac ratione limpidum hunc fontem & ſuas tantummodo undas trahentem turbavit. Interdum dialecto Helvetica, & Theologiæ Calvinianæ ἰδιοσυγκρασίᾳ, adeoque quibusdam in locis conſtupravit potius, quam emendavit. Negari tamen non poteſt, Codicibus Græcis impreſſis, & MSCtis optimis auctorem eſſe uſum. Loca etiam nonnulla exactius expreſſiſſe, quam Megalander noſter. Et quod primo loco monere debuiſſem, verſionem ipſam eſſe rariſſimam. Sic enim G. G. Zeltnerus de novis Bibliorum verſionibus Germanicis §. 8. p. 8. Amandi Polani verſio N. T. perraro hodie in Bibliothecis reperitur, neque à me unquam oculis uſurpata eſt, ſicuti forte nec à Kortholto, nec à Walthero, qui eam attigerunt tantum, nec diem vel conſulem indicarunt.

Das neue Teſtament, treulich aus dem Griechiſchen in das Teutſche überſetzet. Eine neue Ausfertigung. Amſterdam 1660. Auctor eſt Jeremias Felbinger, Sileſius, ſcholæ Coslinenſis quondam Rector, ſed ab officio dejectus ob Arianiſmi ſcabiem, qui Emdæ hanc verſionem N. T. elucubravit, rogatu quorundam, ut ſcribit in præ-

ſatione, ad laborem hunc ſubeundum invitatus; Verum iis ornamentis non inſtructus, quibus excellere oportet, qui onus tantum cum laude ſuſtinere cupit. Ut enim de nova ſcribendi ratione nihil dicamus, quam Auctor ſibi permiſit; Quis ſine ſtomacho legat tot (1) Inaudita vocabula v. g. *die Sohnſchafft* Rom. 9. 23. *die Verhauſung*. Matth. 1. 17. *der Tabbard*. Luc. 15. 22. (2) Locutiones Germanorum auribus inſuetas v. g. *einen bemaulkorben*. Matth. 22. 34. (3) Metaphraſes manifeſtum Arianiſmum redolentes v. g. Joh. 1. v. 1. ſeq. Rom. IX. v. 5. 1. Joh. 5. v. 20. Judæ v. 4. (4) Variantes lectiones in ipſum textum infarctas v. g. Matth. 1. 11. (5) Veras lectiones in notis ſubjectis in ſuſpicionem *νοθείας* adductas. Et quæ ſunt alia hujus farinæ. Quæ effecerunt, ut prohibitus ſit quidem libellus, ſed eo avidius quæſitus à rei librariæ peritis, & rariorum iccirco Catalogo inſertus.

V. T. Germanice ex verſione Lutheri in idioma inferioris Saxoniæ translatum. Magdeburg 1540. 8. Verſio a ſuperiore plane diverſa, ſuaſu & conſilio Joh. Bugenhagii adornata, qui & ſummaria capitum addidit.

N. T. Germanice translatum a Caſp. Ern. Trillero. Amſtelod. 1703. 8. Auctor de Socinianiſmo ſuſpectus quibusdam, (vere, an falſo, noſtrum non eſt definire) ſane in verſione nimium Græciſſat. Quæ à G. G. Zeltnero in tr. de novis Bibliorum verſionibus Germanicis varias ob cauſas eſt improbata, & in Ducatu Luneburgenſi,

ſi, teſte Catalogo Bibl. Maſtrichianæ p. 119. eſt prohibita.

N. T. Germanice tranſlatum à Joh. Henr. Reitzio. Offenbach 1703. 8. Dignum *aſteriſco*, ob loca parallela, & variantes lectiones, & Microgloſſaria præmiſſa; *obelo*, ob inuſitatam orthographiam, & adfectatam vocum, & phraſium Græcarum expreſſionem. Adde quod Auctor à Michaële Berns in patefactione conſiliorum Wandesbeccenſium, in ſuſpicionem naturaliſmi, & à G. G. Zeltnero in tr. de novis Bibliorum verſionibus Germanicis c. 1. §. 19. p. 137. Socinianiſmi adducitur. A qua labe poſteriore ſe purgavit in præf. Goodwini Edit. ultimæ; Accuſatus denuo à Zeltnero in notis ad c. 2. libri citati p. 137.

N. T. Germanice cum ſummariis, adnot. & doctrinis J. R. Hedingeri Studgart 1704. 8. Editio prima, optima, non caſtrata. Explicationes nervoſæ, doctrinæ graves, ſucci plenæ, egregiæ. Quicquid contra videatur aliis J. F. Meyero in peculiari Diatribe de N. T. J. R. Hedingeri. Th. Ittigio in H. E. Primi poſt C. N. Seculi c. 7. Sect. V. §. 3. p. 437. M. Hartwigio Bambanio h. e. G. E. Ezardio in Pietiſtiſchen Catechiſmo p. 80. In eo tamen judicium noſtrum cum judicio M. C. Reineccii conjungimus, qui in præfat. Concordantiarum Bibl. Lankiſchianarum p. m. 9. rectius feciſſe *Dn. Hedingerum exiſtimat, ſi quod fecit alicubi* v. g. 1. Cor. 13. v. 8. 2. Cor. 3. v. ult. Coloſ. 6. v. 16. verſionem Lutheri non deſeruiſſet, ſed eam ſartam tectam Le-

ctori

ctori exhibuiſſet, & ſi quid in ea putaſſet corrigendum, monuiſſet in adjectis ſcholiis.

Evangelium infantiæ J. C. 1699. 8. Fabuloſum quidem, antiquum tamen, & a Muhammede ipſo compilatum. (2) J. Sebaſtiani Mitternachtii *diſſertationes*, Numburgi 1665. Continent Comment. in Joh. c. 21. v. 22. curioſum, doctum, utilem, varium, vaſtum, conſtantem XIX. diſſert. in quarum *prioribus* XVIII. hoc problema excutitur: An Johannes Evangeliſta adhuc ſit ſuperſtes? *in ultima*; An Judæus à tempore paſſionis Chriſti adhuc obambulet, & orbem pervagetur? Quæ fabula jam à Seculo XIII. per ora virûm volitavit.

Biblia Germanica Lutheri V. & N. T. ex Editione Joachimi Morgenweg. Hamburg 1708. In quibus laudamus tabulas generales totius SS. & ſpeciales ſingulorum librorum, una cum ſpecialiſſimis privorum capitum. Dicta etiam claſſica, lineola quadam ſubducta, & hac ratione ab aliis diſtincta, & pleraque alia, quæ præ cæteris Editionibus ſingularia habet hæc editio. Neque tamen calculo noſtro probamus ea, in quibus verſionem Lutheri deſeruit Auctor, J. F. Hedingeri filum ſecutus, ut 1. Cor. 13. 8. 2. Cor. 3. v. ult. Epheſ. 1. v. 10. &c. Et alia, ubi utriusque ductum aſpernatus, quædam, neſcio quare, ex ſuo codice prorſus exeſſe juſſit, ut ſubſcriptionem Epiſtolæ ad Romanos &c.

Biblia Germanica D. Martini Lutheri. Herborn 1595. In quibus verſio quidem Lutheri exhibetur integra, licet non ex Wittebergenſi, ſed Francofurtana Editione expreſſa. Sed in reliquis

quis nihil fere ſimile habet hæc Editio cum Editionibus noſtris. Etenim Lutheri præfationes & notæ marginales prorſus ſunt omiſſæ, & in earum locum aliæ ſubſtitutæ. Capitum argumenta & oeconomia mutata. Index prorſus transfiguratus. Et operi univerſo Cantiones Ambroſii Lobwaſſeri cum Catechiſmo Heidelbergenſi eſt ſuperadditus. Unde acerba illa Theologorum Wittebergenſium invectiva in Reformatos Herbornenſes, quæ legitur in Conſiliis Theol. Witteberg. P. I. p. 30-46.

Libellus Chriſtiados Witteberga 1573. In quo ſumma Evangeliorum exhibetur verſibus latinis à Joachimo Beuſto, Germanicis ab Ambroſio Lobwaſſero, Græcis & Ebraicis ab Abdia Prætorio elaboratis. (2) Evangelia anniverſaria Germanice, Latine, Græce & Ebraice edita 1537. Quæ verſio Ebraica eſt Joh. Claji Rectoris primum Northuſani, tum paſtoris pagani in Bendeleben, qui & proprio inſtinctu, & Michaelis Neandri hortatu hunc laborem aggreſſus eſt.

Evangelia Anniverſaria Ebraica converſa à Friderico Petri. Wittebergæ 1573. Verſioni Joh. Claji præferenda, quia propius accedit ad φράσιν Biblicam, à qua Clajus interdum diſcedit longius, ἀκυρολογίαις quibusdam & idiotiſmis Rabbinicis illectus.

IN DUODECIMO.

JOh. Leusdenii Biblia Ebraica non punctata. Francof. 1694. Editio nitida, venuſta, emacula-

culata. Editioni Plantinianæ, Raphelengianæ, Hannovienſi, &c. anteferenda, quia á J. A. Eiſenmengero, Viro Linguæ Ebraicæ peritiſſimo, eſt reviſa, & ad Chriſtianorum æque ac Judæorum uſum præclare accommodata.

N. T. Græcum ex Bibliotheca Regia. Lutetiæ ex Officina Roberti Stephani 1549. Editio perrara, ut ſunt omnes Roberti hujus. Nec eo nomine commendanda ſolum; Sed & eam ob cauſam, quia exſcripta eſt. (1) Typis nitidiſſimis. (2) Ad fidem Codicum MSCtorum vetuſtatis ſpecie adorandorum. (3) Sine omni macula & errore typographico. Hoc enim diſerte ſcribit Paulus Colomeſius in Bibl. ſelecta p. 208. A quo tamen abit Godofredus Olearius, qui in obſervat. in Matthæum c. IV. §. 7. quatuordecim hujus Editionis obſervat Sphalmata.

N. T. Græcum cum oliva Pauli Stephani 1677. 12. In quo laudamus loca parallela, variantes lectiones, & præfationem Henrici Stephani de ratione veterum dividendi Evangeliſtas in tmemata, & uſu Canonum Euſebianorum.

N. T. Belgico idiomate. Antwerpiæ 1553. Editio rara. Paucis viſa. Nulli, qui de verſionibus Belgicis aliquid memoriæ prodiderunt, memorata. Tota ad mentem Interpretis vulgati expreſſa. Et dictionibus Latinis, ceu Emblematis, quibusdam reſperſa v. g. Matth. 1. 1 *den Boeck der generatien* l. c. v. 3. *Abraham ghenereret Matth.* 3.3. *doet penitentie Act.* 23.3. *goede conſciencie Act.* 24. 2. Tertullus *een Orateur Gal.* 1.3. *Gratie ſy vende &c.*

Roma-

Romanæ correctionis in Lat. Bibliis edit. vulgatæ loca inſigniora obſervata à Franciſco Luca. Antwerpiæ, ex officina Plantiniana 1603. Libellus infrequens & curioſus. In quo auctor velut in tabula exhibet loca, juſſu Sixti V. & Clementis VIII. in vulgata verſione correcta, adhibito autographo Romano, & adſperſa ſimul ſua epicriſi. Et utinam tanta ejus in hoc argumento extitiſſet ſinceritas & fides, quanta diligentia. Sed docet Sixtinus Amama in Anti-barbaro Biblico l. I. c. X. p. 73. ſeq. eum multa à Clemente in Editione Sixtina correcta præteriiſſe ſilentio. Quam tamen maculam ſingulari virtute poſtea diſpunxit. Siquidem Auctor eſt Amama l. c. c. XII. p. 86. Lucam hunc noſtrum adhuc alium conſcripſiſſe catalogum, quo repræſentarit loca, quorum correctione poſt Sixti & Clementis curas perfectior reddi poſſet; feliciter cæpta correctio, ſi accederet Pontificis Auctoritas. Quem Catalogum Genevenſes quoque typographi ad calces Bibl. Interlin. adjecere. Confer. Briani Waltoni Apparatum Bibl. Prolegom. X. p. 361.

Barbaries vulgatæ verſionis Max. Percelli. Marpurgi 1679. 12. Opuſculum apis inſtar breve, ſed aculeatum, nec indignum, quod denuo in lucem edatur. Cui præluſit Eraſmus. Qui in Editione N. T. prima 1516. ſecunda 1519. & tertia 1522. Solæciſmos Interpretis vulgati & Barbariſmos *primus* notavit, & quaſi veru prænotato damnanda cenſuit, male iccirco habitus, cum ab aliis, tum à Joh. Millio in Prolegom. in N. T. n. 1125. ſeq. p. 113. ſeq. cujus tamen argu-

gumenta tanti non ſunt, ut frangere Eraſmum & de ponte deturbare valeant.

Pſalterium Davidis è ſermone Ebræo in Germanicum converſum ab Adamo Reuſnero. Francof. 1683. 12. Auctor, qui ſectæ Anabaptiſticæ addictus fuiſſe putatur, in verſione ſua nimium Ebraizat, & in dictis harmonicis interdum fertur extra oleas.

Biblia Germanica D. M. Lutheri. Tubingen 1627. In qua editione exulant quatuor illa loca dubia, quæ deſunt in exemplaribus Græcis antiquiſſimis, & latinis nonnullis, Germanicisque noſtris omnibus, quæ à Lutheri ævo usque ad initium Sec. XVI. excuſa ſunt. Marc. XI. 26. Luc. XVII. 36. Jac. IV. 6. Apoc. XXI. 26. Et dictum vexatiſſimum 1. Joh. V. 7. uncis incluſum literis latinis expreſſum eſt, ut conſtaret, illud in prioribus Germanicis non extitiſſe; & nunc deinum in easdem adſcitum.

IN 24.

NOv. T. Syriacè charactere Ebraico ſine punctis. Antwerpiæ ex officina Chriſt. Plantini 1575. Quod cum codice MSCto Colonienſi contulit Franciſcus Raphelengius, & hoc habitu in lucem prodire juſſit, adjectis in fine quibusdam variantibus Lectionibus.

CAPUT II.

DE SCRIPTORIBUS ISA-GOGICO-BIBLICIS.

IN FOLIO.

BRiani *Waltoni Biblicus Apparatus*. Tiguri 1673. Qui vel unus noſtro judicio diligen-
er lectus, ad cuncta, quæ ad SS. facilius intelli-
gendam ſunt neceſſaria, ſufficiat. Ita omnia
n unum faſciculum collegit, Chronologica, Geo-
graphica, Archæologica, Philologica, Hiſtori-
ca, Critica. Tanta in eo eſt doctrinæ copia,
& judicandi facultas, tantum in inquirendo ſtu-
lium, in inveniendo ſucceſſus. Unde & ſepa-
atim hic Apparatus excuſus, & ab omnibus
ere, qui poſt eum in Critica Sacra tentarunt
liquid, compilatus eſt. Neque tamen proba-
us eſt ab omnibus, vel omnino probandus.
Qui enim hanc Editionem in lucem prodire juſ-
it J. H. Heideggerus Reformatus, in præfat. di-
erte ſcribit, eſſe in hoc Apparatu nonnulla, qui-
bus fontium integritas & SS. certitudo labefa-
ctari nonnihil queat. Matthias Waſmuthus
Lutheranus in vindiciis SS. Sect. I. §. 3. p. 10.
Waltonum in hoc opere hypotheſes Capellia-
nas cum damnoſo Eccleſiæ ſcandalo, & fædiſſima
labe incomparabilis iſtius editionis Biblicæ
πολυγλώττου, accerrime defendendas ſuſcepiſſe.

Richardus Simonius Pontificius in Hiſt. Crit. V. T. l. 3. c. 21. 22. 23. 24. p. 102 - 124. in omnibus Prolegomenῶν Waltonianorum capitibus, quædam atro carbone notanda deprehendit. Adeoque in omnibus Eccleſiæ Chriſtianæ cætibus Auctor ſuos habuit Ariſtarchos. Neque nullam etiam iisdem dedit ſuggillandi occaſionem. Literas Samaritanas vel Phænicias eas eſſe, quibus uſi ſint ante captivitatem Babylonicam Ebræi. Puncta vocalia cum conſonis non ejusdem eſſe ætatis. Errata quædam in textum Authenticum irrepſiſſe. Et quæ ſunt alia hujus commatis. Immenſus iſte erga verſiones antiquas affectus, Manifeſtus in Hiſt. literaria & ratiocinationibus quibusdam lapſus, Et alia complura hujus farinæ, Waltonum omnino hominem fuiſſe docent, & nullum fuiſſe unquam magnum ingenium ſine miſtura tenebrarum.

Analyſis Logico-Typica epiſtolarum Pauli omnium & Apocalypſeωs Johannis, Georgii Andreæ Fabricii Lipſiæ 1634. f. Opus non ſpernendum, & cum M. Pflacheri Analyſi conjungendum, quæ in N. T. ibi deſinit, ubi hoc incipit. *Ejusdem Tabula totius philoſophiæ.* Brunſvigæ 1624. f. in quibus ſcientias cunctas ſuis lineis deſcriptas tradit auctor, eclecticam philoſophandi rationem ſequutus in omnibus, excepta Logica, in qua hæreſin Ramæam eſt exoſculatus.

Georgii Chriſt. Langen die gantze heil. Schrifft in 3. Tabellen ex Lat. in Germ. Linguam tranſtulit J. M. Geis. Francof. 1720. f. Initiandis utiles magis, quam initiatis.

Humphredi Hodii Libri IV. de Bibliorum textibus originalibus, verſionibus Græcis, & Latina vulgata. Oxonii 1705. f. Opus κριτικώτατον. In quo Ariſteæ hiſtoria τῶν ὁ νοθείας convincitur, ſimulque in veros hujus verſionis natales inquiritur, & quæ, qualis, quantaque ejus per omnia ſecula fuerit auctoritas, oſtenditur, ac textus originalis præcellentia egregie vindicatur. Laudatum ſæpius ab Antonio van Dale in diſſertationibus ſuper Ariſteam, & ab Humphredo Prideaux Parte 2. Connexionis V. & N. T. cum Hiſtoria profana, & ab utroque etiam ll. cc. compilatum.

Michaelis Waltheri Officina Biblica. Wittebergæ 1703. Quam laudat ex merito Vir κριτικώτατος J. G. Carpzovius in præfat. Introduct. ad Libros Hiſt. V. T. eamque diſſimulato Auctoris nomine, J. H. Heideggero ferè, totam compilatam, ſcribit. Id tamen in ea notandum eſſe monet, *Parte prima* evagari Auctorem nimium, & Syſtematographorum veſtigiis inſiſtere; *Parte* autem *ſecunda*, de ſcopo, chronologia, & auctoritate divina Librorum utriusque Teſtamenti pauciores fere apponere dapes, obſervationibus Philologicis & Exegeticis diſtentum. Pluresque controverſias criticas ab eodem plane prætermiſſas, quod pleræque poſt obitum ejus demum ſint exortæ.

Sebaſtiani Franckii verpitſchiertes, mit VII. Siegeln verſchloſſenes Buch &c. 1539. f. Scilicet collegit Auctor loca SS. obſtantia, &, adjecta in fine Iſagoge Harmonica, qua ratione concilianda ſint, indicat, labore non illaudato, nec animo fortaſſis

malo, ſed ſucceſſu non uſque conatibus reſpondente. Stilus enim eſt incultus, ordo confuſus; & res quædam plane portentoſæ v. g. Hermetem clarius ſcripſiſſe de Chriſto, quam Moſen: In Turcis & Ethnicis dari quosdam pro fratribus habendos; Lucam à via veritatis declinaſſe, &c.

In Quarto.

ANalyſis typica omnium cum V. tum N. T. librorum hiſtoricorum Moſis Pflacheri. Baſileæ 1595. 4. Opus laborioſum, utile, acutum, & omnibus aliis hujus commatis anteferendum, ſi libris hiſtoricis dogmatici, aliique acceſſiſſent.

Joh. Himmelii Memoriale Biblicum. Lipſ. 1617. 4. Cujus Diſpoſitiones librorum Hiſtoricorum SS. fere ad verbum è Pflachero ſunt excerptæ: Dogmaticorum autem N. T. à M. J. A. Fabricic rurſus ſunt compilatæ. Acceſſit Ejusdem Himmelii *Diſſert. de B. O.* Item Ej. *Concordia diſcors* Frid. Balduini quædam adverſus Chriſt. Pelargum, & Pelargi adverſus Balduinum, M. Caſp Wagneri Epiſt. Domin. Diſpoſitiones.

Guilielmi Surenhuſii βίβλος καταλλαγῆς. h. e de dictis SS. V. T. in N. T. allegatis. Amſtelod 1713. In quo non vulgaria eruditionis Rabbinicæ, & Talmudicæ veſtigia, multa etiam bona, ſed plura oppido periculoſa, falſa, incerta, abſurda, & ex aliis, ſuppreſſis nominibu petita.

Intr

Introductio ad libros canonicos V. T. Hiſtoricos, Poëticos & Propheticos Joh. Gottlieb Carpzovii. Lipſ. 1721. 4. In qua de cujuslibet libri inſcriptione, auctore, argumento, ſcopo, uſu, auctoritate, ætate, œconomia, commentatoribus &c. ita diſſeritur, ut, ſi hoc uno duce inſtructus fueris, reliquis omnibus hujus metalli facile poſſis carere.

Joh. Henrici Hottingeri Theſaurus Philologicus, ſive Clavis SS. Tiguri 1659. 4. Clavis, inquam, ad varios SS. & Orientis theſauros recludendos neceſſarius. (2) *Iſaaci Voſſii de ſeptuaginta interpretibus eorumque translatione & Chronologia diſſertationes.* Hagæ. Com. 1661. Multis portentoſis hypotheſibus refertæ, & ab Hornio, Colvio, Schotano, Coccejo, Waſmutho, Humphredo Hodio &c. oppugnatæ.

Joh. Hülſemanni Principium Theol. Canonicum, Apocryphum, Eccleſiaſticum, Suppoſititium. Seb. Heiſſii Diſput. duæ de Verbo Dei. Chriſt. Schotani Diatribe de auctoritate verſionis τῶν ὀ, contra Iſ. Voſſium. Herm. Conringii vindicatio ſuorum de Codice Ebræo dictorum M. Waſmutho oppoſita. Joh. Coccei defenſio altera codicis Ebræi, contra J. Voſſium. Joh. Muſæi Apologia Bibl. Erneſtinorum Vito Ebermanno oppoſita. Anonymi deſiderium operis Biblici univerſalis h. e. Germanico-Latino-Græco-Ebraici. M. Aug. Poſſelt *Nachricht von denen erſten Auflagen der Bibel nach der Uberſetzung des* D. Lutheri. Joh. Henr. Michaelis de Codicibus MS. Biblico-Ebraicis. J. A. Schmidii Pſeudo - Vetus Teſta-

mentum. P. Antonii Spicilegium Hiſtorico-Eccleſiaſticum ex præfat. Lutheri in V. T. J. H. Feuſtkingii de Symbibaſmo (i.e. demonſtratione) biblico. G. J. Henckii diſſert. de uſu librorum Apocryphorum V. T. in N. T. J. G. Abicht de Scriptore libri Joſuæ. J. G. Grötſch de libro Jeremiæ combuſto. Jer. 36. J. H. Michaelis de Jeſaia Propheta, ejusque vaticinio. Ejusdem de Jeremia & ejus vaticinio. Chriſt. Chemnitii de perſona & libro Jobi. G. H. Götzii, Num Lutherus librum Jobi cum Terentii ſcriptis & Æneide Virgilii contulerit? J. A. Schmidii abuſus Pſalmi 109. imprecatorii. C. B. Michaelis de Proverbiis Salomonis. R. H. Rollii Salomo à ſcepticiſmo defenſus. J. C. Bœcmann Salomo à ſcepticiſmo vindicatus. Diſp. duæ Chriſt. Chemnitii de ſalute regis Salomonis. F. Q. Gregorii de temperamentis ſcriptorum N. T. C. P. Richter de Apoſtolis. J. H. Michaelis de textu N. T Græco. Joh. Muſæi de ſtilo N. T. J. Erici Oſtermanni poſitiones Philol. textum N. T. Græcum concernentes. J. Friſchmuth de fœdere novo Diſſert. duæ. J. Fechtii obſervationes ad ſcriptum nonneminis. *Unterſuchung etlicher Oerter des neuen Teſtaments &c.* C. F. Sinneri de Diſtinctionibus Textus N. T. G. Fr. Heupelii de Ulphila ſive verſione IV. Evangeliſtarum Gothica. J. E Gerhardi Exercit. ad N. T. Syriacum. J. D Strobachii de eruditione Pauli Apoſtoli. J. M Heineccii Paulus διαλεγόμενος. J. F. Meyeri Petri Apoſtoli conjugium. B. Eslingii de Pſeudepigraphis S. Apoſtoli Pauli. A. D. Habichorſtii SS auctoritas. A. Kunadi confeſſio Petri, & ear

ſecut

ſecuta Chriſti reſponſio. Sylloge egregia, conſtans XL. opuſculis minoribus, iisque Homogeneis. In quibus multa præclara, nec nulla omnino cara, ac rara.

J. Olearii Diſſert. de ſtilo N. T. cui accedit J. H. Boecleri diſſert. de lingua N. T. originali. Aug. Pfeifferi de Maſora, ſive Critica ſacra Ebræorum. J. A. Quenſtedt de puritate fontium. Ejusd. de αὐθεντία textus Ebræi V. ac Græci N. T. J. Tarnovii de SS. ſenſu. D. Clodii de Parallelisſmo SS. J. Sauberti ſacrorum obſervatorum triga. J. Gerhardi Annot. in c. 9. Act. P. Bergeri de Antiphraſi SS. A. D. Habichorſtii de Akyrologiſmo. E. H. Polemann de Pleonaſmis SS. G. W. Kelleri Comment. Philol. ad Eccleſiaſtæ c. 7. 28. Diſſert. Prior & poſterior. In quibus omnibus excellit Olearii diſſertatio de ſtilo N. T. & ita eminet, omneque tulit punctum, ut exiſtimemus, eam à Theol. ſtudioſo non legendam ſolummodo, ſed totam ediſcendam.

Philologia ſacra Salomonis Glaſſii. Jenæ 1668. 4. Suaſu I. Gerhardi ab auctore ſuſcepta, & ita ad umbilicum perducta, ut βιβλιομάςιγες omnes, & in iis I. G. Huntlæus maxime, cui eſt oppoſita, alto rubore ſuffuſi, obmutuerint ſubito, contra fontium puritatem vix hiſcere vocibus auſi. A. Ioh. Ben. Carpzovio in præfat. Artis concionatoriæ non immerito *Opus aureum* vocata; Sed nec inepte ab A. H. Franckio in Manuductione in Lectionem SS. p. 40. notata, quod Auctor (1) Regulas pleraſque ex M. Flacii clave SS. deſumſerit. (2) Exempla præcipue

ex notis Iunii & Tremellii collegerit. (3) Regularum numerum præter neceſſitatem auxerit (4) Interdum pro idiotiſmo habuerit, qui non eſt talis revera. (5) Rationes regularum non attulerit. (6) Doctrinam de Idiotiſmis non omnem exhauſerit.

Philologus Ebræo-Græcus Joh. Leusdenii. Lugd. Bat. 1685. *Joh. Olearii* Tr. de Stilo N. T. cui acceſſit *J. H. Boecleri* Diſſert. de lingua N. T. Originali. Lipſiæ 1702. *Joh. Sauberti* variæ lectiones Græci Evangelii Matthæi. Helmſtadii 1672. *J. B. Minulci Diſſ. duæ in Artem Criticam J. Clerici* 1699. Witteb. 4. In qua tetrade particula *prima* commendanda eſt à facilitate. *Secunda* ab excellentia. *Tertia* à raritate (teſtis enim eſt J. Millius in Proleg. in N. T. §. 1405. p. 152. ſe ſummo ſtudio eandem fruſtra quæſiviſſe) *Quarta* à claritate adverſarii.

Joh. Hoornbeek Libri 8. de convincendis & convertendis Judæis. Lugd. Bat. 1655. 4. In quibus ſtilus facilis, methodus concinna, res præclara. Laudati à M. Difenbachio in præf. Judæi convertendi, & in op. ipſo §. 9. p. 47. J. C. Wagenſeilio in præfat. Telorum Igneorum Satanæ p. 5o. (2) *Joh. Leusdenii Philologus Ebræo-Mixtus.* Ultrajecti 1663. 4. Ad intelligendam SS. perutilis, atque iccirco in academiis quibusdam publice prælectus, utut Graculus Æſopicus totus pennis furtivis ſuperbiat. (3) *Martini Schoock Deſperatiſſima cauſa papatus.* Amſtelodami 1628. 4. Scriptum juvenile magna acerbitate compoſitum.

Si-

Sixtini Amamæ Antibarbarus Biblicus Libro IV. auctus, cum variis diſſertationibus, orationibus, & Comment. de decimis Moſaicis. Franequeræ 1656. Opus infrequens hodie, quo egregie docet auctor, quantopere ignorantia linguarum orientalium ſuperioribus ſeculis ſacras literas fœdarit, quidque poſt Sixti & Clementis repurgationem in vulgata verſione ſuperſit adhuc emaculandum. (2) *S. Jacobi Epiſtola Arabico-Latina*, cum punctatione Niſſelii, & gloſſario Arabico M. Nicolai Panecii. Witteb. 1694. (3) Herm. ab Hard orat. de fontium Ebræorum intreprete Luthero. Ejusdemque duo programmata Antiquit. Ebraicas illuſtrantia.

Petri Danielis Huetii Demonſtratio Evangelica, cum Tr. de Paradiſo terreſtri. Lipſiæ 1694. Opus infinitæ lectionis, ſed nec ſubtilitatis ejus, nec utilitatis, nec excellentiæ, cujus putatur vulgo. Dum enim nimium demonſtrat auctor, revera demonſtrat nihil. Et dum à mendaciis ethnicis petit præſidium, ipſam veritatem Evangelicam reddit ſuſpectam. Quippe oppido confundit perſonas, loca, tempora, nomina, acta, facta. Et inducit libertatem faciendi quidvis è quovis, quadrata è rotundis, hiſtorias è fabulis, veritates Mathematicas è puris putis conjecturis, & vice verſa. Quod idem de ejus Quæſtionibus Alnetanis eſto judicium. An vero qui in fine acceſſit *de ſitu Paradiſi* tractatus, Samueli Bocharto ſubductus ſit, quod à Stephano le Moyne, Huetio exprobratum eſſe novimus, noſtrum non eſt definire. Ipſe in commentario de rebus ad eum pertinentibus L. V. p. 341. inventionem ejus nec ſibi, nec Bocharto deberi,

 decla-

declarat, ſed Viris antiquioribus. Et L. VI. p. 399. additam huic Editioni Lipſienſi ſuam, ſcribit, effigiem; Sed ruſticanam, & ſubabſurdam, qualis eſſet agaſonis aut bajuli.

Joh. Buxtorffii Tiberias, ſeu commentarius Maſorethicus. Baſileæ 1620. 4. Editio prima, ratione temporis, ſed non ratione dignitatis. Siquidem in poſterioribus acceſſit totus Commentarius Criticus, qui in hac deſideratur.

Jacobi Uſſerii Armachani Syntagma de Græca 70. interpretum verſione, cum Libri Eſtheræ Origenica editione, & diſſertatione de Cainane, & Epiſt. ad L. Capellum de var. lect. Ebraic. Lipſ. 1695. 4. Opuſcula doctiſſima, ut ſunt omnia Uſſerii, qui in hoc Syntagmate probare ſatagit, primitivam illam *τῶν ὁ* interpretationem prorſus intercidiſſe.

Joh. Frid. Meyeri Hiſtoria verſionis Germanicæ Bibliorum B. M. Lutheri, cum Mantiſſa de translationibus Bibl. Germanicis ante Lutherum editis & ineditis, ac notis veterum Biblicis. Hamburgi 4. ſine anno. In qua multa convaſavit Auctor non cottidiani commatis de verſionis Lutheri origine, progreſſu, interpolatoribus, laudatoribus, vituperatoribus &c. Sed quantopere lapſus ſit in hiſce collectaneis, è M. Joh. Melchioris Krafftii emendandis & corrigendis in Hiſt. verſ. Luth. Meyerianæ intelliges, qui & ipſe Joh. Frickio in Appendice Hiſtoriæ Lutheraniſmi Seckendorfiani adhuc reliquit errorum Meyerianorum quoddam Spicilegium. (2) *Chriſtiani Kortholti tr. de variis SS. Editionibus.* Kiloni 1686. 4. Opus eruditum de plerisque SS. verſionibus non con-

contemnendum, lectori ſuppeditans guſtum. Natum ex collectione VI. diſput. quas Auctor in Acad. Kilonenſi habuerat, editumque prima vice Kiloni 1668. 4. Poſtea autem auctum & ibidem 1686. recuſum. Sed ita auctum, ut multis acceſſionibus augeri adhuc & locupletari queat. Multa etiam cum utilitate uſurpatum à Jacobo Le Longio in Bibliotheca Biblica, ſed qui pro perca ſcorpium. Siquidem in præfatione Kortholtum in hoc opere, circa verſiones antiquas Simonium plerumque exſcripſiſſe, tradit, circa Germanicas autem, & alias populares quædam habere peculiaria.

M. Chriſtophori Zelleri Hiſtoria SS. Ulmæ 1701.

Inceptis gravibus plerumque & magna profeſſis
Purpureus, late qui ſplendeat, unus & alter
Aſſuitur pannus.

Atque hujus commatis hoc eſt opusculum. Sunt quædam in eo non plane nullius utilitatis. Sed titulus non reſpondet operi. Appendix vaſtior eſt quam corpus ipſum. Pleraque in eo comprehenſa ſunt protrita, & in vulgus nota. Et ſi quid præfulget nonnunquam, id ex aliis eſt compilatum, Glaſſio, puta, Walthero, Leusdenio, Ligtfooto, Huetio &c.

M. J. M. Kraffts Prodromus Hiſtoriæ verſionis Germanicæ Bibliorum. Hamburgi 1714. 4. Ejusd. *Prodromus continuatus*, ibid. 1716. Ejusd. *Prodromi continuati duplex appendix*, ibid. 1716. 4. Tantus cum πρόλογος ſit, quantus erit λόγος ipſe? Eximius procul dubio & egregie copioſus. Et ſi non numeris omnibus abſolutus, omnibus tamen

men, qui in hoc argumento verſati ſunt, multis nominibus anteponendus, ob inſignem apparatum, quo Auctor ad hoc inſtitutum feliciter peragendum inſtructus eſt. Accedit M.C. Reineccii *Antwort auff das bedencken M. J. M. Krafftens Leipzig* 1714. 4. item M. Joh. Oldermann *de imperfectione verſionum*. Helmſt. 1716.

P. Adolphi Boyſen Diſſertatio Critica, & Theologica de Codice N. T. & conſilio, quo uſus eſt B. Lutherus in conficienda interpretatione Germanica. Lipſiæ 1723. 4. Scilicet contra T. Eckhardum diſputat. A. Cl. & B. Lutherum in conficienda N. T. verſione Codice Gerbeliano uſum, non ita demonſtratum eſſe docet, ut dubitationi nullus relictus ſit locus. Par adverſario, ſi ſpectes dictionis nitorem, ſuperior, ſi exempla, teſtimonia, argumenta, &, quæ ad litem hanc componendam requiruntur, ſubſidia. Siquidem Codicibus Græcis Frobenianis & Aldinis inſtructus fuit Auctor, & Germanicæ verſionis Editionibus vivo adhuc & ſuperſtite Luthero excuſis, quibus omnibus Vir Doctiſſ. T. Eckhardus caruit.

Adami Reichenbergii Hiero-Lexicon reale. Lipſiæ 1714. In quo non plane nihil eſt utilitatis. Conducit enim ad explicationem SS. vocumque & phraſium & rerum Theologicarum cognitionem, Auctorum etiam notitiam, & ſuggerit occaſionem ea, quæ allata ſunt, attentius perpendendi. Sed vinum non ubique reſpondet ſuſpenſæ hederæ. Multa enim in hoc Lexico reali ſunt non realia, quædam aliena, ſupervacanea, frigida, vulgata etiam & protrita, & cottidiani commatis. Nec pauca falſo citata, male digeſta,

ſta, & indiligenter corrogata. Et hoc non Rechenbergii culpa, qui Vir fuit eruditiſſimus; ſed eorum, quorum ope in concinnando hoc Syntagmate uſus eſt. Siquidem is non tam fuit Auctor ejus, quam moderator.

Chriſtiani Kortholti de variis SS. editionibus tr. Kiloni 1668. De quo alibi. (2) *Chriſt. Helvici Chronologia univerſalis.* Gieſſæ 1618. Laudata à Winckelmanno juniore in præfatione C. Helvici Theatro Hiſtorico præmiſſa. (3) *Pauli Friſii tr. de tempore Miniſterii Chriſti & ordine in Lectione Evangeliſtarum obſervando.* Wittebergæ 1604. Brevis, ſed non ſolidus. (4) *M. J. Zehneri Oratio de vita Jobi.* 1593. In qua contendit Jobum fuiſſe Jobabum Gen. XXXVI. 33. regem Idumæorum potentiſſimum, quod à Friderico Spanheimio in Hiſt. Jobi c. IV. p. 57. multis argumentis confutatum eſt. (5) *Ægidii Strauchii diſſert. de tempore diluvii.* Witteb. 1653. (6) *Jacobi Thomaſii inſignia IV. Evangeliſtarum.* Jenæ 1672. Schediaſma egregium, præclara eruditione & doctrina tinctum, cujus generis fere ſunt omnia hujus Auctoris, qui variis Scientiis liberaliter fuit inſtitutus. (7) *M. J. Zehneri ſimilitudines Biblicæ.* Lipſ. 1603. Ejusdem *Paralipomena ſimilitudinum Bibl.* ibid. 1604. Opus ex variis eruditionis Sacræ profanæque Emblematis contextum & teſſelatum. (8) *Michaelis Beringeri Rettung der Bibl. Dollmetſchung D. M. Luthers wieder die Unwahrheit Melchior Zangers.* Tubingen 1613. ſcriptum non indoctum, & ſingulari παῤῥησίᾳ elucubratum; ſed vehemens, & acerbum. (9) *Caſparis Franckii Clavis SS.* Stetini

1658.

1658. Opus imperfectum, quod tantum abeſt, ut ad finem ſit perductum & expolitum, ut ultra primas lineas non multum videatur proceſſiſſe.

Jacobi Martini Locorum Theologicorum deſcriptio. Witteb. 1620. Non Locorum Theologicorum hæc eſt deſcriptio, ſed faſciculus XX. Diſſert. de Theologia & SS. perſpicuitate ſtili, concinnitate Methodi, & rerum ipſarum utilitate præniten-tium, ſane non in iis habendarum, quæ poſtremæ conditionis ſunt. (2) *Theodor. Thummii Diſquiſitio de verbo Dei quadripartita.* Tubingæ 1625. Optimum hoc opus eſt T. Thummii, ex quo non parum profecerunt Michael Waltherus in Officina Biblica, & Salomon Glaſſius in Philologias.

C. M. Pfaffii de recta Theologiæ Propheticæ conformatione. Tubingæ 1729. In qua non obſcure apparet Phyſiognomia Pfaffii literaria. Linguarum variarum cognitio. Librorum non cottidianorum lectio, Rerum paradoxarum venatio, conjuncta cum libertate judicandi, & vacuitate à partium ſtudio. Sed ultra primas lineas non videtur proceſſiſſe hæc Commentatio, tantum abeſt, ut ad coronidem ſit perducta. Auctores recentiores tantum in ea allegati, non veteres, ne Flacius quidem, ex quo fere omnes profecerunt, & cui Glaſſius ſua fere debet omnia, qui tamen p. 21. præ aliis in hoc argumento commendatus eſt. Regulæ quædam illuſtres prorſus omiſſæ, v. g. Oraculorum Propheticorum complementa non raro quærenda eſſe in Auctoribus profanis, Joſepho, Strabone, aliis &c. idque variis in locis docuiſſe Uſſerium, & Prie-dau-

dauxium. Joh. Clerici Canones nonnulli Critici ſecurius admiſſi, v. g. de locutionibus Prophetarum hyperbolicis, qui non ſine ratione notati, & ex Hermeneutica proſcripti ſunt ab aliis, & nuper adhuc à J. J. Rambachio in Comment. de Criteriis ſenſus Myſtici §. 13. p. 42. quam auctor ipſe p. 21. & alibi dignis laudibus extulit.

R. A. Korthum Erörterung der Frage: Ob in den Sprüchen Salomonis eine intendirte Connexion *und wahre Verbindung ſey?* Franckf. 1728. Prodromus hic eſt majoris operis, quod Auctor molitur, quo Proverbia Salomonis non temere ſparſa eſſe demonſtrabit, ut ſine calce arena, ſed accurate contexta, ut artus in corpore. Cujus rei & in hac promulſide non ſpernenda dedit ſpecimina, Vir doctus, pius, navus, ſincerus, & ad hoc opus arduum & deſperatum tentandum, ſi quis alius, accommodatus. Cujus tamen dictio & mentis agitatio ita ſingularis eſt & abſtruſa, ut non niſi à robuſtis, & ſeverioribus diſciplinis ſatis firmatis legendum exiſtimemus, quia exercere poteſt utrimque judicium.

IN OCTAVO.

M. *Adami Miri Bibliſches-Antiquitäten-Lexicon.* Leipzig 1727. Vir induſtrius & diligens, ſed linguarum & antiquitatis non ſatis peritus, & ipſo genere dicendi durior. Sane iis præſidiis non inſtructus, quæ ad opus ejusmodi, quod in indice promittitur, abſolvendum requiruntur. Atque hinc tantus macularum cumulus. Tot aliena, dubia, falſa, contraria, ſtrigoſa,

goſa, lacunoſa, dicta, ſed non probata, probata, ſed teſte non idoneo, idoneo, ſed eo vel inconſulto, vel non recte allegato, vel perperam intellecto. Nec præferenda eſt hæc Editio poſterior priori. Quæ enim eidem acceſſerunt, minimi ſunt reputanda, quæ emendata, nihili. Adeoque hoc ſolo nomine bene promeritus eſt Auctor, quod opus hoc inſtituit, inſtitutumque aliis reliquit perpoliendum.

J. H. Heideggeri Enchiridion Biblicum V. & N. T. Tiguri 1681. Bonæ notæ libellus. Sed non ita numeris omnibus abſolutus, ut nihil maculæ in ſe contineat. Quod docet Th. Crenius in animadverſionibus Philologicis Parte II. c. 4. p. 101. ſeq. & Ioh. F. Mayerus in Bibliotheca Biblica Diſſert. III. c. 1. §. 6. p. 34. Et Carolus Arndius in Contin. hujus Bibliothecæ p. 7. ſeq. Compilatus etiam, ſi I. G. Carpzovium audimus in præfat. Introduct. ad Libros V. T. Hiſtoricos, ex Michaelis Waltheri officina, & in citandis noſtræ Eccleſiæ doctoribus, non ſatis accuratus & exquiſitus.

J. A. Kromeyeri Diſpoſitiones Memoriales librorum ac capitum omnium V. ac N. T. Ienæ 1700. 8. Suis non defraudandæ laudibus; Sed ſuo tamen, cui ereptæ ſunt, auctori merito reſtituendæ. Quod fecit vir Ven. J. A. Schmidius, edito 1707. libello, cui titulus. *Diſpoſitiones Memoriales Biblicæ ex MSC. dictisque B. Georgii Götzii, è quibus auctor diſpoſitionum Biblicarum mutatis mutandis maximam partem exſcripſit.*

J. Friderici Reimmanni Bibliſche Fragen über das Alte und Neue Teſtament. Franck. & Lipſ. 1711. 8. Men-

Mendoſior eſt hæc editio, quam prior. Novumque Teſtamentum ignavius elaboratum quam Vetus. Hiſtoria SS. præmiſſa mutila & manca, totumque opus imperfectum. Emendatum quidem & auctum in locis quibusdam in ſchedis MSCtis, ſed in pluribus adhuc emendandum & augendum. Nec dignum ea laude, qua mactatur à J. E. Bergero in inſtructorio biblico n. 6. p. 22. ubi ſcribit: J. F. Reimmanns *bibliſche Fragen ſind Grund-artig, und dienlich, nicht nur der Jugend, ſondern auch denen Alten, ihrer Gedächtniſs aufzuhelffen.*

J. G. Pritii Introductio in lectionem N. T. Lipſiæ 1722, Laude omnino digna, ſed multo dignior, ſi vel auctor ipſe curas ſecundas huic editioni ſecundæ addidiſſet, vel is, qui acceſſiones quasdam interſperſit, paulo largiores nobis adpoſuiſſet dapes.

C. M. Pfaffii Diſſert. Critica de genuinis librorum N. T. lectionibus. Amſtelodami 1709. 8. Primus hic Auctoris fœtus eſt, Anno ætatis 23. in itinere ab ipſo confectus. Accurate tamen & cogitate elucubratus, ſi novitates quasdam & paradoxologias criticas exceperis. Quæ tamen impedire non potuerunt, ut ad illuſtriſſimorum ſcriptorum laudem Auctor non pervenerit.

Auguſti Pfeifferi Critica Sacra. Dreſdæ 1688. Præclara ſane, ſed quam promulſidem critices ſacræ adpellaveris rectius & ante-cœnam, quam ipſam Criticam. *Primus* tamen eſt ex noſtris, qui Critices Sacræ quoddam edidit Compendium. Ut J. G. Carpzovius *Primus*, qui Syſtema. Et Klemmius Criticam N. T. (2) *Andr. Riveti*

Critici Sacri. Lipſ. & Francof. 1690. quos ſi legeri non pœnituerit, ſane non pœnitebit legiſſe, lau datos ab hoſtibus v. g. Dupinio in præfat. Bibl. Aut Eccleſ. T. I. p. 6.

M. A. E. Miri Philologia Sacra. Lipſ. & Budiſſ 1699. Qua plus laudis promeruiſſet auctor, ſ eos, per quos profecit, laudaſſet liberalius, & ſeme ipſum parcius.

M. Tobiæ Eckhardi Conjecturæ de Codice Græc N. T. quo uſus eſt Lutherus in conficienda Ger manica interpretatione. Halberſtad. 1722. Con ferendæ cum diſſertatione Critico-Theologic P. A. Boyſen, qua conjecturis hiſce conjectura opponuntur, ejusdem ſane ponderis, ſi non ma joris. Sane ſubſidiis magis abundavit Boyſenius quam Eckhardus. Codicibus, puta, Græci Frobenianis & Aldinis, & Editionibus Germa nicæ verſionis, ſuperſtite Luthero adhuc excu ſis, ſine quibus, qui de hac controverſia faciun judicium, male locant operam, & ſtudium inut liter conſumunt.

Kurtzer Bericht von dem Inhalt der Bibel. Hi desheim 1721. Auctor eſt Caſpar Neumannus Paſtor Eliſabethanus, utriuſque Gymnaſii P. F & Eccleſiarum Inſpector. Qui hoc Schediaſm 1699. Uratislaviæ ſub prelum ire juſſit. Eſt que pars concionis, quam Vir doctiſſ. eoder anno feria 2. Paſchatos habuit ad verba Luca c. 24. v. 27. Quod ſane, qui accuravit han editionem, ſilentio neutiquam præterire de buiſſet.

J. E. Bergeri Inſtructorium Biblicum. Berli 1719. Opuſculum, quod rationibus eorum ve hemen

iementer conducet, qui in tractandis rebus ſacris parum adhuc verſati ſunt. Nec iis etiam nullum dare potuiſſet fructum, qui valent earum ſcientia, ſiquidem Auctor majore librorum apparatu fuiſſet inſtructus. Ut fortunæ, non ipſi tribuendum videatur, ſi quid in hiſce ſchedis mancum deprehendatur.

J. J. Rambachii Commentatio de ſenſus Myſtici criteriis. Jenæ 1728. Oppoſita (ut patet è p. 44.) Viro cuidam docto, qui in Programmate, de conſiderata ſenſus ſcripturæ Myſtici inveſtigatione, interpretationem Auctoris myſticam, loci Eſaiæ 22. v. 20. ſeq. in Inſtitut. Hermeneut. traditam, nihil ſolidi continere ſcripſerat. Et perbella ſane hæc eſt Commentatiuncula. Siquidem dictio in ea eſt candida. Structura facilis. Criteria acute excogitata. Exempla copioſa. Cautiones circumſpectæ & judicioſæ. Obſervationes ſingulares & ſcitu dignæ. Et ſi qua in pulchello hoc corpuſculo labecula, hæc eſt fortaſſis, quod Auctor argumenti dulcedine captus, & cautionis p. 74. datæ oblitus, ſenſum myſticum in locis quibusdam SS. hoſpitari exiſtimat, ubi non eſt, ut p. 44. ubi per Typum myſtice & typice Romam adumbrari hariolatur.

M. Andreas Franckenberg de dignitate Hiſtoriæ propheticæ. Witteb. ſ. anno. Qui Melanchthone uſus Magiſtro, Gymnaſii Dantiſcani primum fuit Rector, tum Academiæ Wittebergenſis PP. Vir in literis egregius, neque ſui diſſimilis in moribus. Qui in hac Iſagoge in lectionem prophetarum omnino aliquid humani paſſus eſt, dum

verſionem τῶν ὁ θεοπνεύςως factam eſſe, erro-
ris opinicne ſibi finxit, (p. 33.) Et fabulis qui-
busdam de ſcriptis Adami &c. (p. 43.) facile
nimis aures præbuit; Attamen in reliquis fer-
omnibus, ſpeciatim in conſtitutione ſuſcep-
operis, & orationis colore, rerum etiam ple-
rarumque ſelectu, ornatu ac habitu, ita verſatus eſt
ut optandum eſſet, eum in ſcholis Theologorum
magis notum eſſe, & magis eſſe tritum. (2
Stephani Junii Bruti Vindiciæ contra Tyrannos
Edemburgi 1579. De quo alio loco.

*Andreæ Glauchii de Concordantiarum Biblicarum
uſu Schediaſma.* Lipſiæ 1682. F.G.SS. *Hodegeticum
Concordantiale de concordantiarum Lanckiſianarum uſu*
Lipſiæ 1687. Quod ſolenne eſt iis, qui com-
mendandum ſuſcipiunt aliquid, ut modum exce-
dant; Id & Auctoribus hiſce contigit; Majorem
faciunt concordantiarum ſacrarum uſum, quam
revera eſt. Et cum indicent tantummodo, a,
ubi, & quoties vox occurrat in Sacro codice,
hoc etiam tribuunt iisdem, docere, quo ſenſu
ſingulis in locis uſurpetur. Quod licet optandum
omnino ſit Theologiæ tamen exegeticæ munus eſt,
nec magis ad concordantias biblicas proprie c
dictas ſpectat, quam explicatio Auctorum claſ-
ſicorum ad eorum indicem.

IN DUODECIMO.

M. *Henrici Kippingii Exercitationes Sacræ de
SS. V. & N. T.* Francof. 1665. πα-
ραδοξότεροι in quibusdam, ut Exercit. XI. p. 9.

ubi putat Auctor, Canticum Canticorum eſſe Idyllium gamicum, celebrans amorem Salomonis erga Pharaonis filiam. (2) *J. F. Buddei diſſert. de Principatu Abimelechi.* Jenæ 1694. 12. Commentatio Politico-Rabbinica in Cap. IX. Judicum ex Abarbanelis Comment. in h. l. maxime excerpta.

M. Aug. Herm. Franckii Manuductio ad Lectionem SS. Halæ 1693. In qua tantus optimorum præceptorum apparatus ex aliorum obſervationibus & uſu proprio collectus, ut unus, noſtro quidem judicio, diligenter lectus, ſufficiat, ad comparandam SS. recte interpretandi facultatem; Ita omnem hujus ſcientiæ imaginem expreſſit. (2) *V. Thilonis* Pathologia Oratoria. Lipſ. 1687.

M. J. C. Schaden Anleitung, wie man die Bibel leſen ſoll. Leipzig 1691. 12. Opuſculum non tam eruditione quam pietate conſpicuum.

L. Hutteri Enchiridion Biblicum. Witteb. 1620. Codex 1646. manu Jacobi Welleri notatus, quo ipſo anno Dreſdam profectus eſt, ad munus Concionatoris aulici ſupremi ſuſcipiendum. (2) *Caſparis Finckii Vade mecum.* Sleuſingæ 1620.

J. Crugeri verba VII. Chriſti in cruce. Goslariæ 1616. *Joh. Pappi parva Biblia.* Roſtochii 1627. Opuſculum ad diſtinctam de quovis libello ſacro ideam animo inſcribendam perutile & perneceſſarium. Dignum, quod cum Theologiæ ſtudioſis pernoctet, peregrinetur, ruſticetur, & totum ediſcatur.

M. J. Erythræi Breviarium biblicum, lemmata ſacra Librorum V. & N. T. ſtilo ligato exhibens. Sedini 1667. Non invita prorſus Minerva contextum; Sed tamen non ita aſpirante, ut plane nihil Auctor contra leges Poëtices admiſerit.

CAPUT III.

DE COMMENTATORIBUS BIBLICIS.

IN FOLIO.

PHilonis Judæi opera quæ exſtant Græce & Latine. Francof. 1691. f. Vixit ſec. I. poſt C N. Et eſt antiquiſſimus SS. Commentator Judaicus, qui exſtat. Et quidem ſtilus eſt candidus ſublimis, & Platonis ſimilis. Oeconomia vero inordinatior. Res autem Allegoricæ, Symbolicæ, Myſticæ. Nec inepte judicat Photius Codice 105. p. 278. ab eo omnem Allegoricum SS. interpretandi modum in Eccleſiam promanaſſe.

Pars Prima Bibliorum Lat. cum gloſſa ordinari majore & minore interlineari, quæ comprehendi Pentateuchum cum libro Joſuæ & Judicum i folio regali. Opus ſplendidiſſimum, ſi inte grum. Et quod mireris, in primis Typogra phi

phiæ incunabulis nitidiſſime & emendatiſſime impreſſum.

S. Thomæ Aquinatis Catena aurea in IV. Evangeliſtas. Pariſiis 1517. Editio quidem non optima (Siquidem illæ habentur pro optimis, in quibus & nomina auctorum & loca notantur in margine, è quibus Commentationes ſunt excerptæ, qualis eſt Antwerpienſis 1592. & Veneta 1593.) antiqua tamen, eoque nomine non in poſtremis habenda. Siquidem judice Richardo Simonio in Hiſt. Critique des Commentateurs du N. T. c. 33. p. 473. Editiones recentiores omnes adulterina quædam admiſta habent, quibus hæc noſtra non eſt commaculata, ſi ἐπιγραφὴν excipias præclari operis, quod in Editione Veneneta 1486. non *aurea Catena*; ſed *Continuum* appellatur, plane ut habetur in præfat. in Matthæum, qua inchoat Aquinas catenam ſuam, cujus Hiſtoriam tradit Ant. Poſſevinus in Apparatu S. T. 2. p, 477. Et Thomas ipſe in præfat. in Marcum p. 115. Laudes vero & maculas notat R. Simonius l. c. Scilicet multa in ea contineri ex Auctoribus Græcis hauſta, quorum verſio nulla in vulgus proſtet, à Græcis in Italia degentibus Auctori ſuggeſta, qui ipſe Græcæ linguæ ſcientiam aſſecutus non ſit, quod patet ex ejus præf. in Marcum l. c. & aliunde. Attamen pleraque non ex auctoribus ipſis excerpta: Sed ex Catenis aliis, & nonnulla in fontibus plane non reperienda. (2) *Joh. Stöfleri Calendarium Romanum Magnum.* Oppenheim 1518. Opus rarum Viri eximii, & Aſtronomiæ ac Geographiæ in Germania reſtauratoris, qui mendas Calendarii

Romani in conſtitutione Paſchatis acute ſatis perſpexit, & conſilia non inepta de iis tollendis, dedit. Sed littori locutus eſt eo tempore, & ſtudium inutiliter conſumſit.

Thomæ Aquinatis Commentaria ſuper Epiſtolas Pauli. Venetiis 1498. Quæ ex Patribus Latinis excerpta ſunt potiſſimum, Auguſtino, Haymone, aliis. Quorum tamen ſenſum magis quam verba refert Auctor, ac pro more ſui Seculi, & ingenii acumine mira ſubtilitate proponit, oblitus, ſe Commentarium ſcribere, non Syſtema Theologiæ theticæ aut Polemicæ. Atque hinc tot excurſiones, diſputationes, quæſtiones, declamationes, diſtinctiones, aliæque hujus generis cupediæ Scholaſticæ. In quibus ſ peritiam linguarum, & uſum Philologiæ & artis Criticæ deſideres; Tempori illa potius quam Auctori defuiſſe ſcias.

Hugonis] de S. Caro comment. in omnes epiſtola Pauli, Actus Apoſtolorum, epiſtolas Catholicas & Apocalypſin. Baſileæ 1502. f. Septima hæc eſ tantummodo pars Commentarii Hugonis, qu vixit Sec. XIII. & Concordantias *SS. primus* au ſpicatus eſt, ſed hoc tamen nomine habenda ii pretio, quia ex editione prima eſt, & ration earum partium *SS.* eſt perfecta, quas enumera vimus. Licet ratione totius operis ſit mutila & imperfecta.

Biblia Latina integra cum Poſtillis Nicolai de Lyra additionibus Pauli Burgenſis & replicis Matthiæ Do rinck. Norimbergæ 1493. f. IV. Volum. Editio rara & accuratiſſima, judice auctore Bibliothecæ *Sarrazianæ* p. 2. Et ſane Lyranus eſt in

ter

terpres optimus, *primusque* poſt Hieronymum, qui in ſenſu SS. literali eruendo cum laude verſatus eſt. Paulus etiam non obeſæ naris eſt Criticus. Sed Dorinckius ineptus eſt Sophiſta, qui carpit in Lyrano, quod non capit.

Matthiæ Flacii Clavis SS. Baſileæ apud Joh. Oporinum. 1567. 2. Vol. Auctor meliore fortunâ dignus. *Primus* eſt enim, qui V. & N. T. ſermonem ad certas regulas revocavit, & Hermeneuticæ Sacræ condendæ modum præſcripſit. Laudatus iccirco à plurimis. Compilatus ab omnibus, qui de Interpretanda SS. poſt ejus tempeſtatem aliquid tentarunt. Superatus à nemine. Ipſe autem ſe ſuperaſſet, ſi, in Parte II. maxime; ordinem obſervaſſet magis, & inficetam ſuam de P. O. hypotheſin, non data quavis occaſione infucandam ſumſiſſet.

Matthiæ Flacii clavis SS. Pars I. & II. Baſil. 1580. Opus laudatum à Matthia Höenio ab Höeneg, Balthaſare Meiſnero, Andrea Keslero, Salomone Glaſſio, Wolffgango Franzio, Joh. Hülſemanno, nobis, aliis. Et laudandum omnino ob luculentam terminorum Biblicorum collectionem, explicationem, applicationem, uſum etiam in theologia Poſitiva, Polemica, Exegetica &c. Et Regulas Hermeneuticas excellentiſſimas, quæ P. II. continentur. Emendatum quodammodo à Sal. Glaſſio; Sed emendandum adhuc & ſupplendum in omnibus partibus. Et ea ratione, quam commonſtravit Joh. Olearius. Qui Theologiæ univerſæ L. 3. p. 1850. ſeq. peculiare conſilium inſeruit, de aſſidua lectione,

ne, aſſiduo uſu, & neceſſario Clavis Flacianæ ſupplemento.

Joh. Brentii Comment. in Exodum. Halæ 1545. Ejusdem Comment. in *Leviticum.* Francof. 1592. Ej. Comment. in *Librum Judicum & Ruth.* Halæ 1544. Ejusdem *Comment. in Amoſum.* Halæ 1544. Ej. *Homiliæ in Acta.* Apoſt. 1541. f. Ej. *Joh. Brentii* (Quem & Ulricum Encauſtium, vulgo Ulrich Engſter, nuncupatum, Auctor eſt Paulus de Scala Lib. I. Miſcell. c. 22. p. 20.) *Homiliæ in Lucam, hiſtoriamque paſſionis, & reſurrectionem* J. C. Francof. 1542. f. Quæ omnia, dici non poteſt, quam ſe probaverint Luthero noſtro, qui in epiſtola 1530. ſcripta, & Amoſo Brentii præmiſſa commendat ea ab ubertate Spiritus, ſuavitate, puritate, elegantia, moderatione &c.

Huldrychi Zwinglii Complanatio Eſaiæ. Tiguri 1529. Ejusdem *complanatio Jeremiæ.* Tiguri 1531. f. in qua ſecutus τοὺς ό, & Oecolampadium (quem omnibus Eſaiæ interpretibus judicat eſſe præferendum) vulgatam verſionem utriusque prophetæ ita emendat, & ſcholiis adjectis illuſtrat, ut pateat, eum valuiſſe judicandi facultate. Hoc unico fortaſſis arguendus, quod exiſtimat, verſionem τῶν ό hodierno textui Ebraico eſſe anteferendam.

Theodori Bezæ N. T. Græco-Latinum, cum annot. Edit. Stephaniana 1588. f. *Et pluteum cædit, demorſos & ſapit ungues.* Opus dignum laurea Apollinari, & tanta laude condecorandum, quantum artis Criticæ dignitas & uſus in SS. intelligitur. In quo, ſi quid humani paſſus eſt

Auctor

Auctor, hoc eſt potiſſimum (1) quod Sectæ ſuæ placitis tam pertinaciter, velut hedera ulmo, adhæreſcit, & eidem quacunque data occaſione colorem impertire connititur. (2) Eos tantum laudibus in cœlum tollit Commentatores, qui ſibi in religione ſunt ὁμόψηφοι. (3) Aliis omnibus cruces adhibet & fidiculas, & in iis Eraſmo cumprimis, cui multum debent interpretes N. T. & Matthiæ Flacio, quem in ſcholiis ad Matth. XXVI. 15. vocat virum execrandæ memoriæ, Eccleſiæ Chriſtianæ peſtem, cujus *Clavis* SS. partim ex plagiis, partim ex putidiſſimis commentis ſit corrogata. (4) In judicando audacior eſt interdum, quam decebat. Cujus rei præter αὐτοψίαν teſtem habemus Brianum Waltonum, qui in apparatu Bibl. Prolegom. IV. p. m. 266. Accurata N. T. Editio T. Bezæ multis videtur. Non deſunt tamen, qui auctorem nimis audacem fuiſſe judicant, cum à recepta lectione ſæpius ſine neceſſitate recedat, & unius, interdum nullius codicis auctoritate fretus, Prætoriam exerceat poteſtatem, ex conjecturis mutando & interpolando textum ſacrum modo prohibito.

Andreæ Maſii Joſuæ Imp. Hiſtoria Illuſtrata & explicata. Antwerpiæ ex Offic. Plantiniana 1574. f. JCtus eſt, qui hanc telam pertexuit, ſed tanta ſolertia & ingenii ſagacitate eam pertexuit, ut omnibus iis exemplo eſſe queat, qui tale quippiam in SS. moliuntur. Sane hic commentarius eſt ſolidus, luculentus, acutus, gravis, in opus illuſtre Biblic. Crit. Angl. adſcitus, omni-

omnibusque Comment. qui extant in Joſuam, anteferendus, ſed in ſententiis Rabbinorum afferendis interdum eſt nimius, & in SS. dijudicanda, ultra quam fas, licentioſus. Quis enim ferat illud v. g. quod p. 310. legitur, *Libros Paralipomenωn multis in locis curtos eſſe & confuſos?* Tulit tamen id ipſum Bernhardus de Sandoval in Indice Expurgatorio p. 19. Tulerunt etiam cenſores Belgici in Indice Expurgatorio, quem edidit Franciſcus Junius p. 277. qui plura alia minoris commatis in hoc Maſii Opere configenda ſanciverunt.

Harmoniæ Evangelicæ à Martino Chemnitio inchoatæ, & per Polycarpum Lyſerum continuatæ Libri V. Francof. 1622.

Harmoniæ Evangelicæ de paſſione Chriſti Commentarius Joh. Gerhardi. ibidem.

Harmoniæ Evangelicæ Chemnitio-Lyſerianæ continuatio Joh. Gerhardi. Roterodami 1646. Opus luculentum, illuſtre, aureum, duobus voluminibus diſtinctum, decies recuſum, & ab ipſis hoſtibus laudatum, nedum ab aliis. Cui elucubrando Triumviri omnes nervos ingenii, doctrinæ & induſtriæ intenderunt, Martinus Chemnitius, Polycarpus Lyſerus, Johannes Gerhardus, quorum iſte à capite I. progreſſus usque ad c. LI. Ille à c. LII. usque CXL. Hic à c. CXLI. ad c. CLXXX. Et licet Harmoniam Hiſtoriæ paſſionis eo fine à ſe ſcriptam eſſe neget Gerhardus, ut Harmoniæ Chemnitio-Lyſerianæ telam pertexeret, eadem tamen Methodo eſt concinnata, & eodem plauſu ab eruditis excepta, & Apellea huic imagini velut linea extrema ſuperaddita

In

In qua ſi componas *Symbolas*, quas conferre unicuique horum Triumvirorum ad hoc opus perficiendum placuit, Chemnitium intelliges in eo laboraſſe multum, Lyſerum plus, Gerhardum plurimum. Ea tamen dictionis, ordinis, dexteritatis, induſtriæ, luminis, & acuminis *Symphonia*, ut non locorum & temporum intervallis diſtracti, ſed una congregati, feſtum λαμπαδοφορίας celebraſſe, & velut curſores de manu in manum ſibi tradidiſſe faces cenſeri queant.

Joh. Maldonati IV. Evangel. Commentarii. Moguntiæ 1624. f. In quibus candidiſſimo lapillo notamus, præclaram linguarum & rerum notitiam, cum exacta judicandi facultate conjunctam; Sed atro carbone, ſtili acerbitatem, & controverſiarum Theol. interjectiones, & diffuſum nimis SS. explicandi modum, cum quibusdam Paradoxis v.g. in Cap. VII. Matth. v. 1. p. 158. Evangeliſtas res non eo ordine ſcripſiſſe, quo factæ à Chriſto vel dictæ ſunt, & audacioribus quibusdam conatibus criticis v.g. Joh. IV. 48. Sane Joh. Mabillonius in Tr. de ſtudiis monaſticis P. II. c. 2. p. 252. Maldonatus, ſcribit, ſuper Evangelia bonus eſt & egregius; Niſi quod de S. Patribus paulo loquatur liberius. Jacobus Göttenius l. 1. Obſervat. c. 7. p. 36. Maldonatus non ſolum explicat quædam contra communem Patrum conſenſum, ut in Comment. ad Joh. VIII. 56. Matth. XVI. 18. XVIII. 29. XXVI. 29. Joh. VI. 53. Matth. XIII. 25. Sed & novas ſententias & à Patribus diſſentientes profert, ut Joh. VI. 62. III. 29. & IV. 12. Andreas Rivetus in Criticis Sacris c. VII.

P. I.

P. I. p. 43. Maldonatus in Commentariis in Evangelia à communi Patrum ſententia ſciens, volens, idque etiam profeſſus diſcedit, ut Matth. XI. 11. c. XVI. 18. item c. XIX. XX.

Biblia Latina V. & N. T. illuſtrata à Luca Oſiandro. Francof. ad Mœnum 1609. f. 3. Volum. Summis laudibus ornata ab Abr. Calovio in præf. Bibl. Illuſtrat. Tomo I. p. 12. Auguſto Pfeiffero in Hermen. Sacra Can. 93. Hypomn. ad Cap. XV. §. 12. p. 520. aliis, nec immerito. Siquidem in iis vulgata verſio eſt emendata, & illuſtrata. Res obſcuræ ad ductum Lutheri & Brentii explicatæ, & inſertis locis communibus ad uſum traductæ. Et ſi quid in iis acriore cenſura dignum occurrat, hoc eſt præcipue, quod ipſe textus Ebræus interdum corruptionis arguitur, ut 2 Paral. XXII. 1. Et quod in dictis quibusdam explicatio adfertur παϱάδοξος, ut 1 Petr. III. 9. 10

Hugonis Grotii Annotata ad V. T. Pariſiis 1644. f.

Ejusdem Annotata in IV. Evangeliſtas. Amſtelodami f. 1641.

Ejusd. Annotata in reliquos N. T. libros. Pariſiis 1646. f. 3. Volum. Opus infrequens & egregium. In quo Auctor omnes interpretes præcedentes ſuperat Polyhiſtoria, & acumine, & iis ſubſidiis, quæ ad verum SS. ſenuſum erendum requiruntur. In ea autem Parte, qua Evangeliſtis lucem adſpergit, ſuperat ſe ipſum. Et omnibus ſane, qui ante & poſt eum fuerunt, commentatoribus palmam feciſſet dubiam, ſi in V. T. Judæorum, & in N. T. Socinianorum decretis minus credulam adplicuiſſet aurem.

Ioh.

Joh. Conr. Dieterici Antiquitates Biblicæ. Giſſæ 1671. f. Poſthumum eſt hoc opus ab Auctore inſtitutum quidem, ſed non abſolutum. Imo ne inſtitutum quidem ſatis. Dictio enim eſt indigeſta. Oeconomia turbata, & propemodum nulla. Et res magno labore collectæ quidem; Sed ſelectæ nondum, & in ordinem redactæ. Cujus rei alia cauſa afferri non poteſt, quam præmaturus Auctoris obitus. Qui, ſi vixiſſet, procul dubio æra à lupinis ſegregaſſet, & reſectis iis, quæ nihil faciunt ad rem, ea retinuiſſet tantum, quæ ad illuſtrationem SS. pertinent. Aliud etiam fortaſſis vocabulum præſcripſiſſet operi, quod, tantum abeſt, ut Antiquitatum Biblicarum nomen ſibi vindicare queat, ut potius, Sylloge variarum lectionum ad loca quædam SS. V. T. enodanda utilium, dici mereatur.

M. Henrici Büntingii Itinerarium SS. cum notis J. G. Leucfeldii. Magdeburgi 1718. Opus hæreſews accuſatum initio, docente J. M. Heineccio in Antiquit. Goslarienſibus L. VI. p. 546. Sed poſtea multorum judicio probatum. Jam tricies & amplius excuſum. Magno ſtudio & labore congeſtum. Et unicum in hoc genere, quod extat. Non indiligenter illuſtratum à Viro nobis olim amiciſſimo J. G. Leucfeldio, ſed illuſtrandum adhuc & augendum, tam ex autoribus aliis, quorum nullam hic Scholiaſtes habuit copiam, tum inprimis ex Burchardi deſcriptione terræ ſanctæ, qui ante CCCCL. annos decennali peregrinatione has oras peragravit, & peculiari opere ἀνεκδότῳ adhuc deſcripſit, cujus exemplum MSCtum apud nos ſuperſtitat.

Caſpa-

Caſparis Calvöri Anniverſarium Evangelico-Epiſtolare Dodecaglottum. Lipſiæ 1719. Textuum Sacrorum à Doctoribus Eccleſ. quovis anno recitandorum explicatio hæc eſt, Critico-Homiletico-Metaphraſtica, ab Auctore Doctiſſ. collecta in eorum gratiam, qui ſpiſſa Interpretum Sacrorum volumina ſibi comparare non poſſunt, paupertate fracti. Nec ſua laude defraudandum eſt hoc inſtitutum. Habent enim hic in compendio verbi divini præcones, quod in multis voluminibus diſperſum eſt. Verum hoc ipſo non omnis res eſt confecta. Diverſarum enim religionum ſunt Critici, adeoque indicio quodam monere debuiſſet Lector, quid in allatis ſcholiis conſentiat, quid repugnet fidei analogiæ, quod cujusvis non eſt decernere. Tum illuſtraturi locum unum, Lectorem interdum remittunt ad alium ubi jam illuſtratus eſt, atque hinc explicatio debuiſſet repeti, & hoc modo lacuna expleri. Deinde & hoc ſemper addi, quo libro, capite, paragrapho, pagina, id, quod ex Auctoribus allatum eſt, legatur, ut, quibus vacat, & libet, eo facilior ad fontes patuiſſet aditus! Et tandem Spicilegii loco, quod Auctor cuivis textui ſuperaddidit, rectius fortaſſe adjeciſſet faſciculum fidei & vitæ, vel, ſi mavis, credendorum & agendorum Syllogen. Siquidem in applicatione multis non minus hæret aqua, quam in explicatione SS.

Ioh. Feri Comment. in Matthæum. Moguntiæ 1569. Cujus laudes apud Sixtum Senenſem in Biblioth. Sancta L. IV. p. 269. excelſo illuſtrique loco ſitæ ſunt, ubi, Germaniam concionatorem parem ſuæ tempeſtate non habuiſſe, ſcribit. Et apparet ſan-

e

t hoc opere, Auctorem fuiſſe meliorem Orato-
m, quam SS. interpretem, & verba felicius pro
ggeſtu feciſſe, quam Virorum Θεοπνεύστων ex-
icuiſſe, Linguarum & Artis Criticæ expertem,
interpretis Vulgati veſtigiis tantummodo in-
erentem. Subinde tamen quædam occurrunt
hoc opere, quæ Pontificii ab eo abeſſe mallent:
nde & iſtud poſt mortem Auctoris ab hæreticis
terpolatum eſſe fingunt, præſertim ad verba;
ibi dabo claves. Et Cenſores Romani 1574.
is Typographis inhibuerunt Feri opera diſtrahi
ıe facultate.

*Georgii Wicelii Auslegung der Sonntäglichen Epi-
ıln und Evangelien.* Maintz 1571. Orator pro-
ıbilis ſua tempeſtate, qui Ebraicæ & Græcæ
ınguæ peritus, Dominicales SS. Textus non
epte explicat, nec applicat inſulſe, & ita enar-
t, ut ad inveniendum expeditior videatur,
ıam ad ornandum, & digerendum. Populo ta-
en vendibilis. Unde & ſæpius recuſa eſt hæc
us Commentatio, & in LL. translata à Gerhar-
ı Lorichio. Mirum tamen quantum in Editio-
bus omnibus mutata, aucta, imminuta, ca-
ata, & ſexcentis convitiis in Proteſtantes ab
ıctore collutulata. Qui à Pontificiis ad eos
ansgreſſus integrumque decennium commora-
s, poſtea rediit ad vomitum, & maledicta gra-
ſſima in eosdem congeſſit. Vir Vertumno
utabilior, & ab ipſo Vito Erbermanno in præf.
ellarmini Vindicati Amator proprii cerebri di-
us, & multarum heteroclitεων & anomalia-
m accuſatus.

Ejuſdem Poſtilla Latinè reddita per Gerhardum Lo-richium Hadamarienſem. Coloniæ 1553.

Henrici Bullingerii Jeremias expoſitus CLXX. con-cionibus. Tiguri 1575. In quo multa occurrunt quæ ad diverſitatem verſionis, ad locutiones Pro-phetæ recte intelligendas, & prope ad ren Grammaticam & diſpoſitionem pertinent, quo-rum in concionibus ipſis Eccleſiaſticis nulla al Auctore facta eſt mentio. Facta autem eſt hoc loco, ut Homiliæ lectori eſſent inſtar Commen-tarii. (2) *Franciſci Riberæ Commentarius in XI. Prophetas.* Coloniæ 1600. De quo Richardu Simonius in Hiſt. Critica V. T. L. III. c. 12. p. 52 Ribera Jeſuita prolixum ſatis in 12. minores Pro-phetas Commentarium ſcripſit, præ Leone Ca-ſtro judicio præſtare videtur. Nam recentiore veteribus adjungit, & utplurimum ſenſum ma-gis literalem adfert, ſtudet præcipue & form loquendi Prophetarum explicare. Proprius familiaris illi Auctor Hieronymus, cujus quide opera attente legerat, &, ut ab aliis legi poſſin tradit regulas. Cæterum nihil rarum & ſing-lare, quod Criticam ſpectat, habet, & medioc-ter linguam Ebraicam & Græcam calluit. S hunc defectum ſummum ejus judicium ſupplev

Benedicti Pererii Commentarii in Geneſin. Mogu-tiæ 1612. Laudati à P. Lambecio in Commen. de Bibliotheca Vindobonenſi L. VIII. Codice 3 n. 3. p. 375. Elia Dupinio in Nova Bibliotheca E-cleſ. S. E. Tom. XVII. p. 44. D. G. Morhoffio i Polyhiſtore T. II. L. I. c. I. §. 7. p. 4. Aliis. t tales omnino ſunt, ut laus, quaſi debitum pr-mium, iiſdem ſit deferendum. Siquidem nn

tantu

antum præſtantiſſimum ingenium contulit Au-
ſtor ad hoc opus perficiendum; Sed & adjunxit
iterarum peritiam, & loquendi elegantiam, &
ordinem lucidum, & multarum rerum exquiſi-
iſſimam cognitionem. Unde tot in hoc volu-
nine recondita, & exſpectatione digna, & in-
udita antea & nova, & copioſe & varie & pro-
pe faſtidioſe explicata. Faſtidioſe inquam. Ne-
que enim negari poteſt, eum interdum diffluere
nimium, & à materia ſubſtrata diſcedere, &
Philoſophorum decreta congerere, & quædam
iberius pronunciare ac audacius, v. g. p. 3 - 6.
n. 10. *Pentateuchum longo poſt Moſen tempore in-
terjectis multifariam, verborum & ſententiarum clau-
ſulis, veluti ſarcitum, & explicatius redditum, &
ad continuandam Hiſtoriæ ſeriem melius eſſe diſpoſitum.
Fuiſſe etiam priſcis illis temporibus diaria, & Annales,
n quibus res Sacræ memorabiles, & ad Sacræ doctri-
næ propagationem utiles, ſcribebantur continuata ſe-
ie, ab his qui omni ætate eruditionis ac pietatis lau-
e florebant, atque ex horum ſcriptis ſumta eſſe multa
orum, quæ nunc ſunt in Sacris libris, brevius ta-
nen & diſtinctius tradita, & in meliorem ordinem
adducta.* Quas hypotheſes Richardus Simonius
nutuo acceptas gypſo & cera cruſtavit poſtea,
& iisdem Hiſtoriam ſuam Criticam V. T. ſuper-
truxit.

IN QUARTO.

*MAtthæi Poli Synopſis Criticorum aliorumque SS.
interpretum.* Francof. 1694. 4to Maj. V.
Volum. 3. Tomi. *Primus* hic eſt, qui Critico-

rum Catenam condidit, & præter Bibl. Critica Anglicana, auctores plures alios redegit in compendium, omnibusque SS. libris Canonicis ex iisdem adſperſit lucem, æterna laude dignus, licet auctorum mentem non ſemper exacte ſit aſſecutus, nec ubique ſelegerit optima, nec ſelecta ordine ſatis concinno digeſſerit, nec, quæ ex tot ſententiis pugnantibus veri ſimillima ſit, pronuntiarit. Notatus iccirco à Joh. Thilone in Epiſt. Dedicat. & præfatione Medullæ Theologiæ ſive Epitomæ Bibliorum Criticorum præmiſſa, & *ſcepticismi* reus factus.

R. Moſis Majemonidis More Nevochim ante 550. annos ab Auctore Arabice ſcriptus, tum à R. Samuele Aben Tybbon Ebraice, & à Joh. Buxtorfſio Latine translatus. Baſileæ 1692. 4. in quo auctor id agit, ut, qua ratione phraſes in SS. inſolentiores, & ſenſum literalem non admittentes ſint accipiendæ, oſtendat, Linguæ Ebraicæ indolis non imperitus, ſed Ariſtotelicæ Philoſophiæ nimium deditus, & his ſordibus puritatem SS. non raro inficiens.

R. Abarbanelis Comment. in Habacuc Ebraice & Latine interprete J. D. Sprechero. Helmſt. 1703 *R. Eſaiæ Comment. in Joſuam*, latine redditus, & notis illuſtratus, à J. G. Abicht Lipſ. 1712. Malachias Propheta cum Comment. *R. Aben Ezra R. S. Jarchi R. David Kimchi* & Diſp. Ebraicis a Explicat. M. S. Bohlii. Roſtochii 1637. *Pirk Abhot* cum Harmonia Biblica, & Indice F. E. C Giſſæ 1701. *J. F. Loskani Comment. Raſchii, Ezra Baal* Hatturim, Chaskuni, & Raſchbam, i c. XLIX. Geneſeos. Francof. ad Viadrum. *M. (*

Ludo

Ludovici Tr. Talmudicus de primitiis cum Comment. Rambam. Ebr. & Lat. Lipſiæ 1696. *Ejusdem Tr. Talmudicus* cum Comment. Bartenora Ebr. & Lat. Lipſ. 1696. tribus diſputat. abſolutus. *Ejusd.* Tr. Talmudicus de ſtatutis cum verſ. Lat. & Annot. Lipſiæ 1696. *M. P. A. Boyſen* κυβεία ανθρώπων. Eph. IV. 14. Witteb. 1712. *Chr. Ludovici* duo programmata. Libellus Rabibinicus (Cujus Auctor *Leo Mutinenſis*). *Recede à malo*, Ebr. & Lat. cum Not. Philologicis ſine mentione anni & temporis. Rabbinorum hæc Synagoga eſt. Eo diligentius obſervanda, quo minora ſunt Schediasmata, & quo facilius eædem n Officinis librariis ſolent diſparere.

Joh. H. Hottingeri Hiſtoria Creationis. Heidelbergæ 1659. in c. I. Geneſeως. Luculentus, & amæ Auctoris, quam ſummam habuit inter ſuperioris Seculi Philologos, ex aſſe reſpondens. *Ejusdem Diſſert. Theologico-Philologicarum faſciculus.* Heidelb. 1660. Ejusd. cum præced. metalli. *I. J. Oldecopii* programma de diebus, locis & nominibus fatalibus. Luneburg. 1661. 4.

Humphrey Prideaux Alt-und Neues Teſtament in eine Connexion, *mit den Juden und benachbahrten Volcker Hiſtorie gebracht.* 2. *Theile Dresden* 1721. Opus arduum, diffuſum, eruditum & varietate rerum non minus, quam copia & ſelectu, & utilitate conſpicuum. Ex Anglicano ſermone in Gallicum & Germanicum traductum. Intra VI. annorum ſpatium octies in Anglia impreſſum. Ab Ephemeridum ſcriptoribus omnibus laudatum. Ex Auctoribus optimis excerptum. Et ad Theologiam Propheticam inprimis illuſtrandam per-

T 3 utile

utile & perneceſſarium. Quæ una cum Parabolica Theologia tot nebulis adhuc involuta eſt ut prima principia ejus vix appareant, tantum abeſt, ut à Flacio, Glaſſio, Scioppio, Coccejo, Gülichio, Gürtlero, & aliis exhauſta ſit & abſoluta. Nec obſtat Commentationis hujus imperfectio. Quæ ab æra Nabonaſſarea ſive anno ante C. N. 747. inchoans, in anno poſt C. N. 33. deſinit, adeoque eorum, qui ante Jeſaiam vixerunt, oracula non attingit; Etenim & unguis leonem, & culmus ſpicam, & guttula generoſitatem vini prodit, & caput Coæ Veneris Apellis dexteritatem. Antiquiora Eccleſiæ Judaicæ tempora ex Auctoribus profanis illuſtrare non potuit Auctor ob monumentorum fide dignorum penuriam, & quæ in recentioribus Eccleſiæ Chriſtianæ Seculis jacere videntur, excitare & erigere nequivit, ob valetudinis imbecillitatem & brevitatem vitæ. Adeoque ſi quid in hoc peccatum eſt, fato id tribuendum, non conditori hujus novi Syſtematis. Qui ſi quid humani paſſus eſt, in hac difficili & lubrica rerum ſuſceptarum via, hoc fuit præcipue, quod nimium indulſit conjecturis, & Paradoxologiis, & ἰκϐολαῖς τȣ̃ λόγȣ. Paralogiſmorum etiam & Analogiarum quarundam ſe reum fecit. Et J. Uſſerii Annales ſecutus, non ubique ſatis ſincere profeſſus eſt, ubi per eos profecerit.

Abrahami Gülichii Theol. Prophetica de rebus V. Amſtelodami 1690. 4.

Ejusd. Theologiæ Propheticæ pars altera. Ibid. 169. 4. Imperfectum eſt hoc opus, & ad finem Periodi I. N. T. tantummodo ab Auctore deductum

P.

Præclarum tamen, & à Salomone *van* Till in præ-
ꝼat. Methodi concionandi, & Biblioth. Theol.
Selecta præ reliquis omnibus commendatum,
quod Commentarii Prophetici Joh. Cocceji in
eo in compendium ſint miſſi; & in Harmoniam
juxta articulos temporum redacti. Unde mirum
quantum utilitatis emergat in eos, quorum cogi-
tationes in oraculis Prophetarum explicandis
conſumuntur.

*Ejusd. Librorum Propheticorum V. & N. T. com-
pendium & Analyſis.* ibidem 1694. 4.

Esromi Rudingeri Paraphraſis Pſalmorum. Görli-
tii 1581. Libri V. Duo Vol. cujus Auctor
Crypto-Calviniſmi nomine ſuſpectus eſt, Parado-
xophilus etiam in quibusdam, & ſibi aliquantu-
lum ſuffenus. Sua tamen laude non defraudan-
dus. Multæ enim in eo literæ, ſumma vitæ in-
tegritas & incorrupta quædam latini ſermonis
caſtitas. Phil. Melanchthonis primum per XV.
annos in Acad. Witteb. collega, tum Joachimi
Camerarii gener, & tandem ob ubiquitiſmi infi-
ciationem in Moravia apud fratres Bohemos exul,
ubi & hanc Paraphraſin Pſalmorum condidit.
Opus *rarum* & paucis viſum, dignum tamen, quod
pluribus innoteſcat. Quia (1) *Primus* eſt auctor,
qui ad eruendam Pſalmorum Hiſtoriam ſuam co-
gnitionem fixit & collocavit, eamque cla-
vem interpretationis conſtituit. (2) *Primus* Pſal-
mos ex Pſalmis explicuit, & tenebras unius, lu-
ce alterius diſſipavit. (3) *Primus* lapſus aliorum
interpretum annotavit v. g. (*a*) Inſcriptiones Pſal-
morum cum Pſalmis ipſis unius eſſe ætatis & au-
ctoritatis. (*b*) Eos omnes eſſe Davidicos, qui Da-

vidis nomen præ ſe ferunt, & qui eodem deſti tuuntur, ab eo non eſſe profectos. (c) De Pſalmorum Hiſtoria & verſuum connexione non anxie eſſe laborandum. (d) Eos totos eſſe Propheticos & typicos, in quibus eſt aliquid hujusmodi &c

Samuelis Reiheri Matheſis Moſaica cum appendic aliorum SS. locorum Mathematicorum. Kiliæ 1679 4. Opus eo majoris faciendum, quo minus repe ritur hodie in Officinis librariis, & quo paucio ra exſtant hujus generis ſcripta, in quibus Ma themathica SS. loca Mathematice ſunt explicata Et optandum, ut Matheſi Moſaicæ, Hagio-Pro phetica, & Evangelico-Apoſtolica ſucceſſiſſet Vid. *Neu-beſtellten* Agenten 1704. p. 993.

Martini Geieri Prælectionum Biblicarum in Pſal mos pars prima. Dresdæ 1668. 4.

Earundem Pars ſecunda. Ibidem, eodem ann 4. Prælectionibus hiſce XVII. annos inſumſi Auctor celeberrimus. Sed Profeſſorio muner fungebatur adhuc eo tempore. Adeoque Philo logiæ magis quam Theologiæ, & Hermeneuti cæ rationem habuit. Et notas quidem dedit Cri ticas, & Grammaticas, ſed non juſtum i hymnos ſacros commentarium.

M. Chriſt. Sontagii tituli Pſalmorum. Siluſiæ 1677 In quibus laudamus Auctoris animum, conatum ſtudium. Sed damnamus ſtili ſcabritiem, Me thodi rationem Poſtillatoriam, & rerum incor ditam farraginem. In qua verſiones ſexcenta & explicationes, & opiniones ſine epicriſi. E epicriſes ſine mentis acie. Quid quod in ſuſp cionem adductus eſt Auctor à Gundlingio *i neue*

euen Unterredungen Menſ. Jan. p. 18. Atque i aquis furtivis hæc ſua prata irrigaverit.

Polycarpi Lyſeri Prælectiones Academicæ in Prophetas minores. Lipſiæ & Goslariæ 1709. 4. Illuſtre prorus eſt hoc Lyſeri nomen in Eccleſia, & republia literaria. Et hinc etiam lumen accipiunt hæ rælectiones Acad. à pronepote auctoris editæ, & Commentatione in Hagæum, quæ ex MSCto xciderat ſuppletæ, futuræ illuſtriores, ſi manuiſſent auctores fontes ſequi, quam rivulos.

Chriſt. Chemnitii Quæſtiones in Geneſin. M. J. E. Buſmanni Obſervationes Sacræ. Joh. Meiſneri le pluralitate perſonarum divinarum ex voce אלוהים. *Chriſt. Chemnitii* IV. diſſert. de arbore itæ. *T. Eckhardi* Paulus Athleta 1 Cor. IX. 26. 7. *Mart. Geieri Protevangelium* Gen. III. 15. *A. G. C. Kirchmayerus* de Paradiſo. *J. Fabricius* e Paradiſo, ejusque amiſſione & cuſtodia. J. Deutſchmanni Medit. Genethliaco-Paradiſiacæ. *I. Varenii* Trifolium Hiſtoricum de Paradiſo, Ophir, & Simone Mago. *M. J. C. Udenius* de acrificio Caini & Abelis. *M. J. E. Bornitii* Exercit. Philol. ad Gen. IV. 26. M. Georg. Götzius e præſepio Chriſti. *C. Kortholt* de Virga Aaronis florida. *M. C. S. Ziegra* de Serpentibus ignis populo Iſraëlitico immiſſis. *A. Sennerti* Aſſert. braicæ ex Geneſ. III. 8. VI. 4. & XXXVI. 24. jusd. Exercit. Phil. ad Cantic. Cantic. c III. 1. 2. 4. 5. *M. F. Viccii* Exercit. Philol. ad Gen. XI. 3. 4. *J. Saubertus* de ſtatua ſalis, & Lothi x Sodoma egreſſu. *J. Friſchmuthi* de Ligatione ſaaci diſſert. V. *J. Meiſneri* Plerophoria Jobi ex Cap. XIX. 25. 26. 27. *Joh. Welleri* Pſalmi I.

 expo-

expoſitio. *A. Calovii* Cap. LIII. Eſaiæ ab impugnatione H. Grotii vindicatum. *J. Guil. Baieri* diſſert. ad Eſaiæ cap. XXVI. 20. *M. G. Meierus* ad Jeremiam XXXI. 20. *Anton. à Mara* de viſionibus Ezechielis c. I. & X. *J. F. Meyer* de vulpeculis Samſonis Jud. XV. 4. *Joh. Tarnovii* Comment. in Prophetam Obadiam. *M. A. Töpfer* jus figuli in lutum Jer. XVIII. 16. *J. Friſchmuth* de Angelo fœderis Mal. III. 1. ſeq. *I. Majoris* Oratio Chriſti προαγώνιος. Joh. XVII. *A. Grothuſi* Symbolum. Joh. Clodii ζῶον ἀχθοφόρον ex Matth. XIX. 24. Marc. X. 25. Luc. XVIII. 25. *F. Bechmanni* Diſſert. ad 1 Joh. I. 7. *C. Ziegra* Ιησουνοματολογία. *J. G. Beieri* de raptu Chriſti in cœlum ad Joh. III. 13. Ej. de adfectantibus parochiam 1 Tim III. 1. Homogeneæ ſunt hæ in unum faſciculum collectæ particulæ, argumenti Exegetici, & omnes boni commatis; una tamen altera eſt excellentior, auctior, ſolidior & lectu dignior.

M. J. C. Ortlobii Davidis delirium coram rege Achis 1 Sam. XXI. 11-16. *Andr. Sennerti* Oraculum Jeſ. VII. 14. *Ejusd. Diſſert.* ad Pſalmum graduum IV. V. VI. & X.

T. A. Rivini Serpens, iſte antiquus ſeductor Lipſ. 1685. *C. Wegleiteri* Serpens tentator ad Geneſ. III. 12. & 14. *J. E. Gerhardi* ſpectrum Endoreum ex 1 Sam. XXVIII. *J. E. Busman* Scheol Ebræorum. *J. Hülſemanni* vir Zemach ad Zachariæ c. VI. 9. *S. Schmidius* de Sabbato Δευτερο-πρώτῳ. *J. H. Michaëlis* de Cantico Canticorum Salomonis. Ejusd. de Paradiſo ex Geneſ. II. 8. *S. Nieman* de myſterio Iſraëlis ſalvandi

Ro-

...om. XI. 25. 26. *J. Tarnovius* ad Act. c. III.
9-21. *M. G. H. Götzius* de Centurione ſub
ruce Chriſti Matth. XXVII. 54. *D. Müller* mi-
tia Apoſtolica 2 Cor X. 3. *A. Battus* de agno
nactato ob origine mundi Ap. XIII. 8. *A. D.*
Habichorſtius de odoratu ſurculi Jiſchajani Eſ. XI.
. Ej. Status non bonus Iſraëli à Deo datus Ez.
XX. 25. *M. J. H. Meliſſandri* B. J. Theologus
x Cap. II. & III. Apoc. *M. G. Neumannus* de
palma ab Angelis non intervertenda ex Col. II.
18. *J. C. Danhauerus* de Melchiſedecho ejusque
perſona, officio, factis è Gen. XIIII. *J. G. Dor-*
ſcheus de ſanguine & ſuffocato Act. XV. 20. *C.*
G. Koch Labyrinthus Chiliaſtarum inextricabilis.
Th. Ittigius de Evangelio mortuis annunciato ad
1 Petr. IV. 6. Quæ Collectio mera ſelecta in ſe
continet, ſignanda creta nivea, niveisque lapillis.
M. Waſmuthi Vindiciæ S. Ebraicæ Scripturæ.
Roſtochii 1664. *H. Conringii* Epiſt. Gratul. ad
ducem Auguſtum, qua ſimul novam SS. verſio-
nem à ſiniſtris ſuſurris vindicat. Helmſt. 1666.
M. Waſmuthi programma Conringio quam ma-
xime oppoſitum. Kiloni 1666. *Ej.* Pars tertia
Vindiciarum, ſive Anti-Conringius Apologeticus
Kiloni 1669. *H. Conringii* Actio injuriarum in
M. Waſmuthum. Helmſt. 1669. *J. Fechtii The-*
ſes miſcell. ex Philologia Ebræa & Philoſophia
prima. *A. Sennertus* de Ebrææ SS. Linguæ origi-
ne, antiquitate, progreſſione, incremento, va-
ria fortuna, cultu &c. *M. J. F. Nicolai* de lite-
ris Ebræorum, Græcorum & Latinorum mne-
monicis. *M. J. Marci* de accentibus Biblicis. *A.*
Pfeifferus de Poëſi Ebræorum veterum. Idem de
Ma-

Maſora ſ. Critica ſacra Ebræorum. Ejusd. Exercitationes Biblicæ. *J. Welleri* Spicilegium quæſtionum Ebræo-Syrarum. *A. Pfeifferi* Examen Abarbanelis ad Obadiam. *Ej.* Prælectiones in Prophetiam Jonæ. *J. B. Carpzovius* de legitima tetragrammati Jehovah Lectione. *H. Opitius* de votiva exclamatione Evæ matris: Gen. IV. 1 *Ej.* Davidis & Salomonis ſatellitium Crethi & Plethi. *J. Friſchmuht* de SS. diviſione in legem Prophetas, & Hagiographa. *M. C. Hoffmann* ficus arbor Philologice conſiderata. *M. E. C Boldichii* Pontifex Maximus Ebræorum. *M. J. G Drechsleri* Cithara Davidica. Quæ hoc volumine continentur, ſunt

(1) Philologico-Polemica, atque hæc multa bile ſunt tincta.

(2) Philologico-Exegetica, & Archæologica & hæc multo ſale ſunt reſperſa.

Theodori Hacſpanii Sylloge diſput. Theol. Philologicarum. Altorffii 1663. In quibus id agit Auctor, ut doceat, quantos Philologia in Theolog Polemica fructus ferat, & quam ægre adverſario os queamus obſtruere, ſi hoc ſubſidio deſtituamur. *H. Mülleri Quæſt. ſelectar. Semicenturi prima, & ſecunda.* Roſtochii 1664. 4. Ordine quidem nullo digeſta, ſed præclaro mentis acumine propoſita & enodata.

J. Tarnovii Exercitationes Biblicæ. Roſtochi 1609. 4. Editio rarior. Acceſſerunt XLI. Diſſertationes Theol. ut in juſtum volumen excreſceret collectio hæc literaria, virorum præſtantiſſimorum, ex quibus eminent Tarnovii, Affelmanni, Hinckelmanni, Salmuthi, Lyſeri, Pe

larg

rgi, Winckelmanni &c. Atque in his ulti-
us errorum à P. Toſſano in explicatione SS. com-
iſſorum texit catalogum.

Victorini Strigelii Hypomnemata in omnes Libros
T. Lipſiæ ſ. anno. 4. Hypomnemata ſunt
ntummodo, quæ tradit Auctor. h. e. Adnotatiun-
ılæ, ex Auctorum lectione confectæ; Sed ita
men confectæ ſunt, ut una cum diligentia, &
gacitatem Auctoris ſpirent. Ut pote in quibus
plicatio verborum Grammatica, & rerum diſ-
oſitio Logica, & veræ ſententiæ confirmatio
heologica exhibetur.

D. Eraſmi Roterodami Paraphraſis in N. T.
annoveræ 1668. 4. Difficillimum genus com-
ıentandi eſt Paraphraſticum, arctiſſimis carce-
bus incluſum, & rebus non tantummodo, ſed
rerum ordini ita adſtrictum, ut ne latum qui-
em unguem evagari liceat. Atque in eo ita
erſatus eſt Eraſmus, ut & eos vicerit, qui ante
ım tale quippiam moliti ſunt, & iis ſpem vi-
oriæ ademerit, qui poſt eum hanc telam ſunt
orſi. Mira in dictione perſpicuitate uſus, &
legantia, & ubertates, & in rerum explicatione
upenda παῤῥησία & libertate.

J. Lichtfooti Horæ Ebraicæ & Talmudicæ in IV.
vangeliſtas. Lipſiæ 1684. Ejusd. *Horæ Ebr. &*
alm. in Acta Ap. partem epiſtolæ ad Romanos & 1.
ad Cor. ibid. 1679. Opus paradoxologicum
quibusdam, & à vulgata interpretum via mi-
ım quantum deflectens. Sed præclarum ta-
ıen in plerisque, & vel hoc nomine haben-
ım in pretio, quod in eo Auctor *primus* oſten-
it, quantum utilitatis præbeant ſcripta Talmu-
dica

dica & Rabbinica, ſi quis iisdem oportune ſci
uti. Laudatus iccirco à J. C. Wagenſeilio
præfat. Telorum Igneorum Satanæ p. 66. &
illuſtri quaſi ſpecula collocatus, quod multa ſu
peditaverit, de quibus nemo interpretum unqua
cogitaverit, nec ſine Talmudis peritia cogita
potuerit. Item ab Hermanno *von der Hardt*
Medabenis &c. c. 8. p. 78. quod geographia
Palæſtinæ ſcrutatus ſit ſedulo, videritque mult
quæ antea viderit nemo. Adde Petrum Juri
um in præf. Hiſtoriæ Criticæ dogmatum & cu
tuum p. m. 7. qui hoc tantummodo in eo a
guendum eſſe cenſet, quod ab Henrico Aim
wortho multa acceperit mutuo, nec ejus tame
unquam vel tantillam mentionem injecer

(2) *Seb. Pfochenii Diatribe de linguæ Græcæ in N
T. puritate.* Francof. 1689. In qua Auctor d
monſtrare nititur, nullos eſſe in N. T. Ebrai
mos; ſed nititur. Notatus ob Paralogiſmos
dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter ab
Pfeiffero in Critica ſacra c. 3. p. m. 58. Ir
probatus ab H.A. Franckio in Manuductione
Lectionem SS. p. m. 37. Confutatus à Thon
Gatakero.

G. Calixti Concordia Evangeliſtarum. Halberſ
dii 1624. Prima hæc eſt Editio hujus oper
auctore inſcio & inconſulto edita, ut ipſe ſcri
in Digreſſ. de Arte Nova p. 134. recognita p
ſtea, & ex MSCtis ejus aucta à filio F. V. C
lixto. Helmſt. 1663. Et licet ab eo, qui p
mam hanc editionem in lucem prodire juſ
inſigni elogio mactetur in Ep. ad Lect. Eſt
men & manet ſcriptum juvenile, judice J.

bri

ricio in Hiſt. Bibl. P. IV. p. 48. non ad publi-
ationem concinnatum, ſed tumultuarie dicta-
um ſtudioſis, eorumque uſibus deſtinatum.

*G. Calixti Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana, fi-
eque & ſymbolo;* Ejusque *Vincentius Lerinenſis.*
Ielmſt. 1655. Quæ Editio priorem in 8. æquat
orma, ſ. typorum elegantia & circumſpecto eo-
um uſu; ſuperat autem materia, & argumento.
iquidem in fine eruditam admonitionem habet
uperadditam. Ej. *Calixti Expoſitio literalis in
cta & utramque Ep. ad Corinthios, Epheſios, item
d Philippenſes.* Brunſw. 1653. & 54. *Conradi
Iornei Expoſitio literalis in utramque Ep. Petri,
res Johannis, unam Judæ, Epiſt. item ad He-
ræos & Jacobi* ibid. 1654. 55. in quibus Para-
hraſes Calixti ſunt languidiores; Horneii au-
em diffuſiores, ſucculentiores & graviores.
Jtriusque uſibus privatis ſtudioſorum magis quam
uſtui publico adcommodatæ. Adeoque ab ipſis
uctoribus non editæ.

*J. Druſii Annot. in N. T. ſive præteritorum li-
ri X.* Franequeræ 1612. Scilicet ea præcipue
otavit Auctor, quæ ab Eraſmo & Beza ſunt præ-
erita. Atque hinc nata opuſculi inſcriptio.
Quod Amſtelodami 1632. recuſum poſtea to-
um, quantum quantum eſt, in Biblia Critica
Anglicana eſt adſcitum ob raritatem & ἀκρίβειαν.
Majorique honore eſſet dignum, ſi tot minutiis
Grammaticis non eſſet infectum. *Pauli Epiſt.
ad Titum Arabice* cum Joh. Antonidæ verſio-
ne interlineari Latina ex Officina Plantiniana.
1612. 4.

Fri-

Friderici Spanhemii Dubiorum Evangelicoru Pars I. II. III. Genevæ 1700. Opus excellentiſſimum & in Polyhiſtoria Theologica nulli ſecundum. Sed partium laborans ſtudio, & nimi ſpiſſum, utpote quod, ſi ea linea eſſet abſolutum, qua cœptum, in ſolo N. T. vel 50. Tomos impleviſſet.

Caſparis Bertrami Matthæus enucleatus. Arnſtadii 1651. *Mich. Rayeri Exegeſis Epiſt. Pauli ad Romanos.* Francof. 1657. Joh. Gerhardi Commentarius in Epiſt. ad Ebræos. Jenæ 1641. In quibus ultimus eſt primus.

Antonii Bynæi Gecreutzigter Chriſtus. Caſſe 1688. Commentarius Criticus in Hiſtoriam paſſionis J. C. doctus, ſpiſſus, dives, ſplendidus, & cum nullo alio conferendus, ſi ſpecte eruditionis Philologicæ affluentiam & varietatem. Quæ tamen Auctori tribuenda non omni eſt, ſed iis, quorum adminiculis in hoc opere eſt uſus, Lichtfootio, Grotio, Caſaubono, Seldeno & Joh. Gerhardo cumprimis. Hi enim i pleriſque eidem prætulerunt lampada. Ne profitetur ubique noſter, per quos profecerit Cujus rei ſi quod exemplum deſideras, evolve ſ c. I. §. 30. p. 46. ubi de errore populari quo affert, mutuo accepit à Joh. d' Eſpagne Schilboleth. p. 533. Opp. Attamen mentionem hujus viri fecit nullam. Adde loca ſexcenta ali in quibus nomen Gerhardi ſubticuit, cui magn ære obſtrictus eſt. Quædam etiam parum dext explicuit ut c. 12. §. 22. p. 451. particul ἀπ᾽ ἄρτι. Et c. 8. §. 12. ſeq. p. 287. Sacr

Cæn

ænæ Myſterium ita illuſtravit, ut, cui Sectæ no-
en dederit, non obſcuré intelligatur. (2) *Ano-
mi ſonderbahre Predigten über die Paſſion*, *aus
m Engliſchen in das Teutſche übergetragen.*
anckf. 1690. Ecce! bibliopolarum fraudes
aſtuta molimina. Hic libellus A. C. 1653.
lucem eſt editus Bremæ à M. Felice Hau-
edio, Reformatæ Eccleſiæ addicto Paſtore. Et
ım emtorem non reperiret, nec tuto etiam
ənum exponi poſſet, ob phraſes quasdam in
dium Suecorum immiſtas, ad quos Epiſcopatus
remenſis eo tempore pervenerat, paulo poſt
Ducatum mutatus, Bibliopola ne ſumtus per-
eret, rejecto priore titulo cum Epiſtola Dedi-
ıtoria, & carminibus gratulatoriis, alium præ-
xit operi indicem, & in eo, omiſſo Auctoris
omine, id ipſum ex Anglico in ſermonem Ger-
ıanicum traductum eſſe confinxit.

Chriſt. Waſewitzii Turtur Iohannæus. Magdeb.
658. Scriptum hoc eſt Philologico-Polemi-
um in Joh. Baptiſtæ Biographia illuſtranda &
indicanda occupatum, & ab induſtria auctoris
otius, quam mentis acie commendabile.

Petri Alitis de utroque Chriſti adventu libri II.
ariſiis 1561. *Alani Copi* Harmonia Evangeliſta-
ım, Lovanii 1572. *D. W. Damaſi* Lindani Pa-
ıphraſis in XXX. Pſalmos Davidicos priores.
ıntwerpiæ ex Offic. Plantiniana. 1572. *D. J.
eiſentritii* Conſtitutio Vet. & Apoſt. Eccleſiæ de
radibus & temporibus prohibitis. Budiſſinæ
572. E quibus *primus* eſt Gallus, *ſecundus* An-
lus, *tertius* Belga, *quartus* Germanus. Omnes
ontificii, eodem tempore illuſtres. Primus Poë-

ta, ſecundus Theologus, ſed Janſeniſta, tertius Criticus & quartus JCtus.

Joh. Gerhardi Comment. ſuper Epiſt. ad Hebræos Jenæ 1661. *Ch.Chemnitii* expoſitio capitis I. Ep. Pauli ad Galatas. *Fr. Balduini* diſputationes IV. in Ep. ad Philippenſes. *H.J. Strubius* de SS. Theol. principio. *W. Lyſeri* Diſputationes tres in tria priora capita Evang. Johannis. *M. B. Stolbergius* de amictu & victu Joh. Baptiſtæ. *M. G. Goetzii* Pars altera de præſepio Chriſti. *Æg. Strauchii* Ægyptiacum Servatoris noſtri Exilium. *H. Nicolai* Paſſionalia. *J. Friſchmuth* Eli Eli Lama Sabachtani. *Andr. Kunadus* de ſanctis redivivis Matth. XXVII. v. 52. 53. *C. R. Ritmeyer* de Analyſi Apoſtolica Phil. III. 23. & 2. Tim. IV. 6. *J. A. Schmidius* de Armatura ſpirituali Epheſ. VI. 10. *C. Franckius* de Jacobo dilecto, & Eſavo rejecto Rom. IX. v. 10. *W. Lyſerus* de Agno Dei, tollente peccatum mundi. *Fr. Ulrici Calixti* de natis ex Deo, an peccent? 1. Joh. III. 8. *J. Welleri* Pſalmi primi expoſitio. Quæ in unum faſciculum collectæ particulæ omnes boni ſunt commatis, & gnarus utroque ſuo laudabit pollice easdem.

Jacobi Saurin diſcurſe über die Bibel Pars I. in Pentateuchum. Lipſ. 1722. Scriptor egregie ſubtilis, & elegans, & doctus. In quo vaſta lectio, arguta dictio. Gravis docendi, modeſta & pacata diſputandi ratio. Mira & ab omni ſtudio partium aliena in diſſerendo explicatio. Auctorum citatorum ingens cumulus. Eorumque non cottidianorum, & notorum in vulgus; ſed optimorum & ſelectiſſimorum, & non ubi-

vis

vis obviorum. Qui ſi qua humanitatis labecula infectus eſt, hæc eſt præcipue, quod Exegeticis fere tantum has ſuas vigilias dicatas eſſe voluit, non Ethicis. Ideoque varietate eruditionis delectare Lectorem magis, quam emendare ſtuduerit.

Theodori Reincking Bibliſche Policey. Francof. 1663. De qua Chriſt. Thomaſius in Cautelis circa Juriſpr. Eccl. c. 7. §. 9. p. 63. Schuppii Salomon *oder Regenten-Spiegel*, quamvis ſit ſcriptum extemporaneum, & ſubinde parum decens perſonam Schuppii; majus tamen ſpirat judicium, quam ſoceri ejus Reinckingii liber, cui titulus, *Bibliſche-Policey*, qui valde papizat. Et in hiſtoria certaminis inter Imperium & Sacerdotium c. 2. Appendicis p. 647. Non diffitendum eſt, inquit, multa hic contineri egregie bona. Sed tamen etiam paſſim deprehendes Axiomata ex ſtatu peculiari reipublicæ Judaicæ ad res publicas Chriſtianas, jam à Theologis Pontificiis pro firmando dominatu clericali contorte applicata, & hic repetita.

Conradi Graſeri plaga regia, ſive Commentarius in Apocalypſin. Tiguri 1610. Dialogiſticus eſt hic Commentarius, isque tripartitus. Non indoctus quidem, ſed hypotheſi tamen magis privatæ, quam ſcopo Johannis ſuperſtructus.

Ioh. Deutſchmanni Meditationes Sacræ in Hiſtoriam Dominicæ Paſſionis &c. Witteb. 1669. Quas Meditationes inſcripſit Auctor in indice, Homilias poſtea appellavit in ipſo opere, h. e. Scapham, ſcapham. Et egregie falleris, ſi putas

TE in hoc volumine reperturum, non quod pueri in faba, Commentarium luculentum in Paſſionis Domini noſtri J. C. Hiſtoriam. Imo pura puta Poſtilla eſt, ſit venia dicto, ſtilo rebus ipſis exacte reſpondente concinnata h. e. protrito, maculoſo, hiſpido, ſcholaſtico-Philoſophico, ut ii ad eandem velut ad ſacram anchoram confugere poſſint, qui ſine ſcriptis ejusmodi verba facere ad populum non poſſunt.

C. Cruſii Conſiderationes de paſſione I. C. Hannoveræ 1653. Quarum Auctor fuit JCtus octogenarius. Vir doctus, pius, navus. Sed compilator melior fuit, quam exegeta. Et felicior JCtus, quam Criticus.

Sam. Waltheri Verſuch einer richtigen Erklärung des IX. Cap. an die Römer. Magdeb. 1725. Totum hoc tentamen poſtulato eſt ſuperſtructum, quod Auctor p. 10. *Arcanum explicationis* appellitat. Quoque concuſſo collabaſcit univerſa moles, quæ eidem eſt inædificata. Nec ejus ratio p. 43. ita probata eſt, ut extra omnem dubitationis aleam ſit poſita. Et ſi etiam probata eſſet, non tamen omnes difficultates Hermeneuticæ in hoc capite tolluntur. Manet enim l. c. v. 20. ſeq. de figulo allatum ſimile. Quod etiamſi ad potentiam Dei illuſtrandam accitum eſſe concedere velimus Auctori doctiſſimo, p. 51. ſq. Attamen hoc ipſum eſt illud attributum, unde οἱ ἐξ ἐναντίας abſolutum decretum ſolent elicere.

Auguſtini von Steuben Erklärung des N. T. Bremen 1723. In quo opere non multum eſt ſanguini

guinis & nervorum, nævorum autem plurimum. Acerrimus enim Calviniſmi Hyperaſpiſtes eſt Auctor. Facultate interpretandi SS. non ſupra vulgarem modum inſtructus. Literis melioribus mediocriter tinctus. Aliorum magis Commentatorum quam ſuismet ipſis divitiis opulentus. Vir tamen candidus & apertus, ut videtur, & à ſimulandi ſtudio alienus. Qui ne commiſſas ſibi eruditionis drachmulas ſudario involveret, ſuis ſumtibus hoc opus imprimi curavit, & ut impenſas aliquo modo reciperet, & res perditas reſtauraret, ipſe varias regiones & urbes peragravit, & eruditis exempla venum expoſuit.

F. Seraphini Capponi à Porella Commentarii in Iohannem. Venetiis, apud Juntas. 1604. Opus infrequens. Et hoc unicum eſt, quod in eo eſt eximium. Reliqua enim omnia ſunt levidenſia, & nullius fere ponderis. Elocutio ſcholaſtica. Oeconomia Scholaſtica. Res Scholaſticæ. Diſputationes ſpinoſæ. Explicationes protritæ. Digreſſiones peregrinæ. Totum opus plenum religionis erga Romanum Pontificem; Sed inops ab eruditione, & iis encomiis vix dignum, quibus à cenſoribus librorum in Italia mactatum eſt.

Ioh. VVilhelmi Peterſen Erklärung des Hohenliedes Salomonis. Budingen 1728. In qua explicatione genus orationis eſt liquidum, fluens, expolitum, & quod mireris, in ipſa amœnitate nervoſum. Obſervationes quædam præclaræ. Et ſcriptores nonnulli in teſtimonium adſciti, qui admodum apparent rari nantes in gurgite

vaſto; Sed interpretatio ipſa coacta eſt aliquantulum, & arceſſita longius, & hypotheſi ejusmodi ſuperſtructa, quam pauci probabunt ſuo calculo, ſcilicet, *Canticum Canticorum Salomonis*, *Apocalypſi Iohanneæ eſſe Parallelum*, atque in eo, æque ac in hac, deſcribi fata Eccl. N. T. à prima ſua origine, uſque ad id tempus, quo Chriſtus regnum in hiſce terris auſpicatus, ea poteſtate dominabatur, quæ eſt ampliſſima. (2) *Ejusdem Erklärung der VVeiſsheit Salomonis.* ibid. 1727. Quod opuſculum pari paſſu cum præcedente ambulat, ſi ſpectes Auctoris *παραδοξολογίαν*, qua contendit *Librum Sapientiæ eſſe Canonicum*, à Salomone ipſo confectum, à Scriptoribus V. & N. T. ſæpius allegatum &c. Impari, ſi reſpicias ἑρμηνείαν, quæ in hoc, quam in illo eſt liquidior, apertior, nervoſior & aſteriſco dignior.

Ioh. Tarnovii Commentarius in Pſalmos pœnitentiales. Lipſiæ ſ. anno. Candidus, luculentus, orthodoxus, & ab omni novaturiendi pruritu, qui alioquin exprobratus Auctori eſt, (Vide Exercit. ejus Bibl. p. 484.) longe remotus.

Ejusdem nucleus Epiſtolarum Dominicalium & feſtivalium. Roſtochii 1649. Opus poſthumum, imperfectum, & à maturitate tam procul remotum, ut injuriam feciſſe videantur Tarnoviano nomini, qui iſtud in publicum prodire paſſi ſunt, cum nihil habeat Tarnoviani ſalis.

IN OCTAVO.

M. *Lutheri Poſtillarum Eccleſiaſticarum, Tomus I. & II.* Latine Argentorati 1525. De quibus J. Frickius in Appendice ad Seckendorfii Hiſtor. Lutheraniſmi p. 2728. *Die Kirchen-Poſtille Lutheri iſt nicht nur in der Niederſächſiſchen Sprache heraus kommen: Sondern es hat* Martinus Bucerus *zu Straſsburg ſelbige gleich Anfangs, wie ſie Stückweiſe heraus kam, in das Lateiniſche überſetzet, und in* 5. Tomis in 8vo A. C. 1525. 1526. *und* 1527. *zu Straſsburg heraus gegeben. VVorüber aber Lutherus ſich hart beſchweret in den* Tractat: Daſs die Worte Chriſti noch feſte ſtehen. T. III. p. 739. *Deshalben er auch einen Lateiniſchen Brieff an den Buchdrucker* Joh. Secerium d. 13. September 1527. *geſchrieben, und darin* Bucerum *zwar gelobet, daſs er ſeine Arbeit wohl und ſchöne überſetzet, auch ſeyn die 3. erſten Theile gut und reine, den 4ten aber habe er mit einer grauſamen und läſterlichen Vorrede und gifftigen Anmerckungen häſslich geſchändet, indem er nemlich darin den Sacramentirer-Irrthum eingeflicket, daher er verlange, wo* Secerius *dieſen vierdten Theil wieder auflege, ſo ſoll er dieſen ſeinen Brieff mit dazu drucken, daſs ers nicht mit den Sacramentirern hielte. Der Brieff ſtehet* T. II. Ep. fol. 348. Hactenus Frickius. Qui l. c. queritur, ſe Buceri hanc verſionem non vidiſſe, adeoque pronunciare non poſſe, an eadem ſit cum illa, quæ 1535. Argentorati à Joh. Herwagio recuſa eſt, Lutheri præfatione munita. Quod nos utraque verſione inſtructi adſeveramus,

unam eſſe Buceri verſionem, ſed in poſteriore Editione Buceri additamenta eſſe omiſſa, quæ in hac priore extant. Adde ſis Jac. Godfriedi Hiſt. A. C. p. 90.

M. Lutheri Ionas cum annotationibus, in LL. traductus à I. Lonicero, Argentorati 1526. *Ejusdem Habacuc in LL. translatus ab eodem.* Ibidem. Qui interpres maluit Germanizare interdum, quam comtæ latinitatis ſtudio Lutheri idiotismos & genera dicendi Heroïca perimere.

(1) *Ioh. Oecolampadii Annotationes in Hoſeam, Ioëlem, Amos, Obadiam, Ionam, Micham.* Baſileæ 1535. Opus poſthumum, à Gaſtio, Oecolampadii diſcipulo, ex ore præceptoris exceptum, luce tamen non prorſus indignum, ob Auctoris in ſenſu literali indagando ſtudium. Licet, quæ indagata ab eo ſunt, protrita ſint pleraque & vulgaria, & à communibus Interpretum explicationibus non diſtincta. (2) *M. Lutheri Ionas cum annotationibus.* Argentorati 1526. Joh. Loniceri ſtudio è lingua Germ. in LL. translatus, qui in Epiſt. Dedic. Fateor, ſcribit, non debebant hæc alia, quam Demoſthenica, vel Tulliana, vel Eraſmica, vel, ſi qua eſt, majore, ut alioquin Lutheri omnia, ita hæc quoque præclariſſima monumenta verti, non mea incomta dictione, ſed pius affectus ille, quo in hominem Dei rapior, in cauſa eſt, ut vel tanta me audere non pudeat, præſertim cum & regnum & gloriam Chriſti vel hac parte promoveri non ſi quod diffidam.

Eraſmi Rot. Paraphraſis in Epiſtolas Pauli Germanas & in omnes Canonicas, Epiſtolam itidem ad Ebræ

Ebræos. Baſileæ 1521. 8vo. *Primum* hoc fuit Paraphraſεωs Erasmianæ ſpecimen, ſpeciminisque primi prima editio. Eamque ob cauſam habenda in pretio. Siquidem in poſterioribus editionibus multa ſunt immutata. Quod *αὐτοψία* docet.

M. Lutheri Annotationes in Eccleſiaſten Salomonis. Witteb. 1632. Prima hæc eſt editio hujus libelli, qui poſtea Tom. III. Op. Lutheri inſertus, Adnotationes continet in dictum Salomonis opuſculum, ex ore hujus Megalandri primum exceptas, & ab ipſo deinceps in lucem editas, in quibus tamen ſe Eccesiaſten indicaſſe potius, quam explicuiſſe ſcribit.

Der Prophet Jonas ausgeleget durch M. Lutherum. Erfurt 1531. Ejusd. *Habacuc.* 1526. ibid. Ej. *Zacharias* ſine anno & loco. Quæ opuſcula omnia exſtant quidem in Tomis Lutheri Altenb. Scilicet Jonas T. III. p. 351. Habacuc ibid. p. 418. Zacharias T. IV. p. 319. Sed variat in his editionibus orthographia, & diſpoſitio, & ipſa verſio, ut Jonæ c. IV. 6. *Der Herr verſchaffete eine milde Rüben* &c. Hiſtoriam autem horum opuſculorum tradit J. Frickius in Appendice ad Seckendorfii Hiſt. Lutheraniſmi p. 2716. *Erasmi Diatribe de Libero Arbitrio* in linguam Germanicam translata à Nic. Hermanno 1526.

M. Lutheri Sermon von der Haupt-Summa des Göttl. Geſetzes. Witteb. 1526. *Urbani Regii Troſt wieder die Verzweiffelung.* Witteb. 1532. *Matthæi c. V. VI. VII. ausgeleget durch M. Lutherum.* Marpurg 1533. Ex quibus Commentatiunculis *Prima* legitur in Opp. Lutheri T. II. Edit. Altenb.

p. 82. ſeq. *Ultima* T. V. p. 806 - 934. *Secunda* autem Pauli dictum Rom. IV. 16. exponens, Papiſmum docet ſolatii omnis eſſe expertem.

Franciſci Lamberti Comment. in Amos, Abdiam & Jonam. Argentorati 1525. *Ej. Comment. in Micham, Naum, Habacuc.* Ibidem eodem anno. *Ej. Comment. in Sophoniam, Aggæum, Zachariam & Malachiam* ibidem 1526. Auctor ſane bonus, qui ingenio valuit & ſtudio, & habuit quandam eo tempore non admodum uſitatam linguæ Græcæ & Ebraicæ peritiam. In ſermone latino non infans, attamen non diſertus, utpote cujus nec emaculata, nec polita, nec numeroſa eſt oratio. Prophetarum etiam moralis magis, quam literalis explicatio. Verſionis vulgatæ nimia exiſtimatio, & de libro IV. Esdræ fere major, quam fas eſt, opinio. Habendus tamen in honore ac pretio, quia unus ex primis fuit Eccleſiæ reformatoribus, cujus præfationes multum faciunt ad H. E. ſpeciatim reformationis, & ſtatum Eccleſ. Pontificiæ cognoſcendum. Siquidem in Minoritarum ordine vixit Auctor integros 20. annos. Tum ad Proteſtantium caſtra digreſſus, variaque fortuna uſus, hac illac ſparſit Evangelii ſemina. Et tandem Profeſſioni Theologicæ in Academia Marpurgenſi admotus A. C. 1530. ibidem eſt mortuus, cum vix annum 43. expleſſet. Quod eam ob cauſam monendum exiſtimamus, quia pauci ſunt admodum, quibus notum eſt Lamberti hujus nomen, pauciores, quibus merita, & longe pauciſſimi, quibus ſcripta ſunt cognita, quæ jam pridem diſparuerunt in tabernis noſtris literariis.

Ejus-

Ejuſdem Exegeſis in D. Johannis Apocalypſin. Marpurgi 1528. Auctor gravis, pius, præclara eruditione atque doctrina ornatus, Codice etiam Apocalypſeos MSCto græco, eoque pervetuſto inſtructus. Nec Artis interpretandi ſcripta Prophetica, prorſus imperitus; Sed homiliis ſcribendis habendisque nimium aſſuetus, frequentius, quam fas eſt, à textu in locos communes evagatus.

Victorini Strigelii Hypomnemata in omnes libros N. T. Lipſiæ 1565. 8vo. Prima hæc eſt hujus libri Editio, longe nitidior illa altera, quam ſupra jam indicavimus, Comment. Bibl. in 4to percenſentes.

D. Pauli Conſtantini Phrygionis Comment. in Micham. Argent. 1538. Opuſculum rarum, luculentum, eruditum, eo magis ſtupendum, quo obſcurius eſt nomen Auctoris in orbe literario, & quo rudius fuit adhuc ejus tempeſtate Philologiæ ſtudium. *D. Joh. Draconitidis Comment. in Danielem.* Marpurgi 1544. Catecheticus magis quam Criticus, neque tamen facile obvius. *D. Martini Lutheri Comment. in Danielem.* Francof. 1544. Imo potius præfatio Lutheri in Danielem à Joh. Fredero, M. Georgii Rorarii inſtinctu in LL. translata & hoc nomine inſignita, quod Commentarii vicem ſuſtinere poſſit.

Nicolai Fülleri Miſcellaneorum Libri IV. Heidelb. 1618. *Ejuſd. Miſcell. Liber V. & VI.* Lugduni 1625. An Füllerus per Druſium profecerit, an Druſius per Füllerum, noſtrum non eſt definire. Alter ſane alterum hoc nomine exagitavit. Et in Appendice Libri VI. ſe purgavit Füllerus, Vir exqui-

exquiſitæ diligentiæ dictus à Grotio in Annot. in Luc. c. 11. 49. (2) *Arnobii Diſput. adverſus gentes.* Quibus acceſſit M. Minutii Felicis Octavius. Hanoviæ 1605. 8. Edit. elegans cum notis Elmenhorſtii.

Theod. Hacſpanii Miſcell. Sacr. Libri duo cum Exercit. de Cabbala Judaica. Altorfii 1660. *Joh. Buxtorfii Florilegium Hebraicum.* Baſileæ 1648. *Ioh. Seldenii de Diis Syris Syntagma.* Lipſ. 1662. Vina tria vendibilia, quibus non opus eſt ſuſpenſa hedera.

Andreæ Knopken Comment. in Epiſt. ad Romanos. Witteb. 1524. Opus infrequens, & ſi non alia de cauſa, iccirco tamen in pretio habendum, quia Auctor *primus* in Evangelii παλιγγενεσία Livonorum fuit Apoſtolus, & *primus* eorum SS. interpres publicus, isque, ut tum erant tempora, ſatis candidus, doctus, gravis, orthodoxus.

Joh. Henrici Urſini Analectorum Sacr. Libri VI. Francof. 1658. *Ejusd.* Analect. Sacr. Volumen alterum. ibid. 1660. *M. Laur. Fabricii Partitiones Codicis Ebræi.* Witteb. 1626. In qua dyade opuſculorum prius ſe commendat varietate, poſterius raritate, laudatum à Wolfgango Franzio de interpret. SS. p. 45. & à Th. Crenio Theſauro Librorum Philol. I. p. 217. inſertum, ne intercideret.

J. A. Fabricii Obſervationes ſelectæ in varia loca N. T. Hamburgi 1712. In quo volumine tres Scriptores continentur, omiſſi in Bibliis Criticis, & digni tamen, qui in iis locum inveniant, tum quia ſeparatim reperiuntur rarius, tum quia no-

cotti

cottidiani ſunt commatis, quæ in S. Codice notarunt.

Ægidii Hunnii prælectiones in 21. capita Geneſeos Marpurgi 1589. Auctor multæ induſtriæ, magnique laboris, variæque doctrinæ, qui, id quod animo concepit, exponit luculenter, & non invenuſtum Theologiæ ſuæ Hermeneuticæ exhibet ſpecimen in his prælectionibus, vel quæſtionibus potius in Geneſin. Sed & humanitatis ſuæ ſimul ſiſtit documentum, dum multa iisdem admiſcet Scholaſtica, ſpinoſa, frigida, inutilia, dubia, incerta, & intellectui humano prorſus impervia.

J. Sauberti Sectio I. Codicis Chumaſch Latine verſi. Helmſt. 1660. Cujus reliquas 51. Paraſchijoth una cum Haphtharoth promiſit Auctor, magni Conringii gener, ſed non præſtitit.

Manaſſe Ben Iſrael de creatione problemata 30. Amſtelod. 1635. Cujus Auctoris omnia opera præclara ſunt & rara, & hoc præ cæteris habendum eſt in pretio ob C. Barlæi Epigramma eidem præmiſſum, quo parum abfuit, quin notam *Libertinismi*, & ipſius *Atheismi* ſibi contraxerit Poëta, teſte Bælio in voce Barlæus not. D.

J. Tarnovii Exercit. Biblicæ. Lipſiæ 1640. Quibus multi objecerunt multa, v. g. quod Auctor in his vulgatas explicationes dictorum claſſicorum temere rejiciat, aliasque periculoſas ſubſtituat, ac iisdem nefaria heterodoxorum dogmata incruſtet &c. Atque hinc, quæ p. 484. ſeq. legitur, Apologia habuit originem.

J. H. Sandhagen kurtze Einleitung, die Geſchichte J. C. zu betrachten, &c. Berlin 1710. In qua

Au-

Auctor, Andream Oſiandrum ſecutus, (qui *primus* hanc Hypotheſin in medium protulit) Scriptores N. T. accuratam ſervaſſe temporum ſeriem, contendit, nec unquam ab ea in rebus enarrandis defeciſſe.

J. Ant. Strubbergs Harmonia Evangelica Manualis Lemgo 1725. In qua præter typorum munditiem, & formæ concinnitatem, laudamus (1) Hiſtorias Evangeliſtarum omnes, omiſſis ὑςεροπρωτολογίαις, ſecundum ordinem temporis eſſe digeſtas. (2) Eas non invicem confuſas, ſed quasvis ſeparatim, integre tamen, & ita excuſas, ut ſibi παραλλήλως reſpondeant. (3) Non omnes promiſcue pro parallelis habitas, quæ quandam inter ſe habent χέσιν; ſed quæ ratione materiæ, formæ, loci, temporis, perſonarum, exacte conſpirant.

Herm. Auguſti Franckii Anmerckung über etliche Oerter der heil. Schrifft, nebſt andern Tractätlein item *Anonymi* (C. E. Trilleri) *Unterſuchung etlicher Oerter heil. Schrifft.* Francf. & Lipſ. ſ. anno Scilicet à bibliopola turpi-lucri-cupido conjunctim edita ſunt hæc opuſcula, Auctoribus inſciis & inconſultis, qui tempore loco & animo diverſo in hoc labore conſpirarunt, & ſexcentos crabrones in ſe concitaverunt, quorum tamen compunctiones non ſuſtinuerunt inulti.

Anonymi (C. E. Trilleri) *Unterſuchung etlicher Oerter in N. T. cum J. Fechtii Obſervationibus ad hoc ſcriptum.* Mansfeld 1702. Prima pars tantummodo Trilleriani operis exſtat in hoc Codice. Et Fechtius in ſuis obſervationibus hunc ſe

ſervat ordinem, ut primum laudanda laudet, tum reprehendenda reprehendat, & Trillerum in quibusdam obſcurum, otioſum, & injurioſum Lutheri & aliorum caſtigatorem ſe exhibuiſſe demonſtret.

M. Sam. Theod. Schönlandi Beweiſs, daſs Lutheri Verſion *des N. T. die Wahrheit nicht aufgehalten.* Dresden 1702. Qui & ſuis & noſtris rebus conſuluiſſet rectius, ſi nec Trilleri rejeciſſet omnia, nec Lutheri cuncta mordicus defenſitaviſſet. Eſt modus in rebus &c.

M. Gottfried Chriſtiani Lentneri Hiſtoria Evangelica in tabulis. Leipzig 1728. Opus poſthumum. Quod ad aliquam perfectionem adſpirare potuiſſet, ſi Auctor morte præmatura non fuiſſet juſſus *manum de tabula*; Sed fati hujus acerbitate factum eſt, ut ultra primas lineas non multum proceſſerit.

Joh. Heinr. Urſini Arboretum Biblicum. Norimb. 1663. Ejusd. *Exercit. de Zoroaſtre, Hermete, Sanchoniathone, cum ſpicilegio Chr. Arnoldi.* Ibid. 1661. Præclarum omnino utrumque eſt opuſculum, ſi ſpectes materiam. Nec deeſſet forma, concinnus ordo, ſelectus rerum & ſoliditas, ſi tantum attuliſſet Auctor judicii, quantum memoriæ, induſtriæ, ac lectionis attulit.

Wolffgangi Franzii Hiſtoria animalium. Witteb. 1659. Sexta hæc eſt Editio hujus libelli XL. annorum ſpatio in lucem emiſſa. Et vel ex eo conſtare poterit ejusdem qualitas. Qui ex aliis excerptus, & ab Auctore juventuti academicæ prælectus, iis eſt perutilis, qui SS. in Eccleſia

ex-

exponunt publice, dummodo cum judicio, & ſelectu fuerit adhibitus.

Franciſcus Valeſius de Sacra Philoſophia, ſive de iis, quæ phyſice ſcripta ſunt in libris Sacris. Francofurti 1700. De quo V. H. Voglerus in programmate Comment. de rebus Phyſicis & Medicis in SS. præmiſſo; Plane intra fines ſe continet Fr. Valeſius, de Sacra Philoſophia præclaro libro. Qui ut multiplici reconditave doctrina refertus, magnoque judicio confectus eſt; Ita omnium pene induſtriam in Sacri hujus argumenti tractatione ſuperavit. Nec in eo temere eſt quod deſideres. Niſi forte quod opiniones ſuas non ubivis ſatis idoneis rationibus communivit, & quædam miraculoſe facta, nimis ad naturales cauſas videatur reducere. Ex novo etiam fœdere vix aliquid attingit.

Godofr. Mülleri Θηρολογία Biblica. Witteb. 1676. Superat Franzium earum, quas tractat, rerum ubertate & ordine. Sed Frantzius tamen lampada ipſi prætulit, & ejus prata non parum irrigavit. Adeoque iniquum erat, hujus viri nomen tam pertinaci ſilentio involviſſe. (2) *Ioh. Mülleri Lutherus defenſus.* Hamburgi 1658. Libellus optimus. Cui cum Carolus à Creutzen, Soc. Jeſu Theologus, oppoſuiſſet *Lutherum indefenſum, den unvertheidigten Luther*, Mullerus denuo ſub prelum ire juſſit, *defenſionem Lutheri defenſi, den wohlvertheidigten Luther.* Hamburg 1659.

Thomæ Bartholini de morbis Biblicis Miſcellanea Medica, Francof. ſ. a. *Ejusdem Paralytici N. T.* Lipſiæ 1685. Ej. *de latere Chriſti aperto diſſert.* Ibid.

Trias

Trias omni laude condecoranda, ſive ornatum dictionis ſpectes, ſive rerum ordinem, ſive eorundem utilitatem, ſelectum, præſtantiam. Et ſi quid in ea lapillo ignobiliore notandum, hoc eſt præcipue, quod interdum varias Interpretum opiniones recenſet tantummodo, & rem ipſam injudicatam relinquit. Ut P. I. c. 24. p. 83 ſeq.

Chriſt. Warlizii Diatribe de morbis Biblicis. Witteb. 1714. 8. Quid dignum tanto tulit hic promiſſor hiatu? Parturiunt montes &c.

Levini Lemnii libri 2. de habitu & conſtitutione corporis. Erfurt 1582. *Ejusd. de Herbis Biblicis* Tr. ibid. 1581. *Ej. de occultis naturæ miraculis* Libri IV. Coloniæ 1581. Eckſtormii fuit hic Codex, cujus nomen ipſius manu expreſſum adhuc in fronte tr. II. & III. legitur. Et præclare multi de opuſculis Lemnii judicant, eo inprimis, quod *de herbis Biblicis* inſcribitur. Hoc enim dilucidum dicitur Alſtedio in præfat. Encyclopædiæ Biblicæ. Et in opere ipſo p. 79. elegans; Verum expers fuit linguæ Ebraicæ Lemnius, addictus religioni Pontificiæ, Interpretis vulgati diſcipulus. Facultate Botanicam Sacram explicandi non ſatis inſtructus, imo ne quidem ea exacte dijudicandi, quæ ad hanc diſciplinam ſpectant. Unde tot in his meletematis aliena de Manna, Murice &c.

Andreæ Hollanders Spiegel guter und böſer Regenten, in den Lebens-Lauff der XIX. Könige Juda. Francof. 1682. 8. Exemplo Reinckingii, Schuppii & Leblavii excitatus, rationem ſtatus jam regum Judaicorum tempore fuiſſe uſitatam, commonſtrare Auctor annititur, daturus delicatiora;

ſi ingenium Schuppii, Apparatum Politicum Bodini, & judicium Naudæi ad hoc opus pertexendum ſimul attuliſſet.

Philippi Melanchthonis Scholia in Proverbia Salomonis. Halæ Suevorum 1538. In quorum præfatione miſſa Anagogia, Allegoria, & Tropologia, interpretationem Grammaticam pollicetur Auctor, ſed pro Grammatica Ethicam ſæpiuſcule ſubſtituit.

Hieronymi Bullingeri Comment. in 1. Epiſt. ad Corinthios. Tiguri 1534. *Ejusdem Comment.* in 2. Epiſt. ad Corinth. Tiguri 1534. *Ejusdem Comment. in Epiſt. ad Galatas, Epheſios, Philippenſes, & Coloſſenſes.* Ibidem 1535. Qui Auctor nec frequens eſt admodum apud nos, nec nullius exiſtimationis. Linguarum Authenticarum peritus. Hiſt. Eccleſiaſticæ gnarus. In SS. Interpretum antiquiorum & recentiorum lectione præclare verſatus. In Arte etiam Critica, Paraphraſtica, Analytica, & cauſis quibusdam Eccleſiaſticis gravioribus cognitus, & inprimis probatus. Sectæ tamen ac diſciplinæ ſuæ adhæreſcens. Atque iccirco ita legendus, ut herbæ à Medicis, & nummi à Trapezitis.

Philippi Melanchthonis Poſtilla. ſ. Lectionum Evangelicarum Pars I. II. III. IV. Heidelb. 1594. 4. Volum. Quas ex ore Melanchthonis exceptas, ſibique in variis rapſodiis communicatas, cum præf. & apologia edidit Chriſt. Pezelius, qui & in dedicat. Partis I. Caſparum Peucerum judicaſſe refert, eam, quæ in Philippo fuit, divinam & humanam ſapientiam, in Chronicis ejus &

præ-

prælectionibus Evangelicis ſe maxime præbere ſpectandam.

Philippi Melanchthonis Annotationes in Evangelium Matthæi. 1522. ſine loco. Opuſculum ex ore Auctoris exceptum, interpolatum (p. 49.) non expolitum, nec ad coronidem deductum. Sola editionis antiquitate & raritate commendandum.

Phil. Melanchthonis Comment. in Epiſt. Pauli ad Romanos. Witteb. 1557. Editio prima, cum qua ſecunda, quæ ſequitur, in omnibus apicibus conſpirat.

Philippi Melanchthonis Comment. in Epiſt. 1. ad Cor. & in aliquot capita 2. Epiſt. ad Cor. Witteb. 1561. Codex, in cujus Antica Paulus Eberus, Joh. Pomarius, & alii, in Poſtica autem Caſpar Peucerus ſua manu quoddam conſignavit oraculum, ad memoriam ſui poſſeſſori commendandam, qui ejus ætatis mos fuit, quo Philothecæ nondum fuerunt uſu receptæ. Quod autem ad argumentum ipſum attinet, Auctor eſt Joh. Wigandus *in der Chriſtlichen Erinnerung von dem Bekäntniſs derer Theologen in Meiſſen von Abendmahl* p. 16. Philippum in Comment. in Epiſt. ad Corinthios & Coloſſenſes Sacramentariorum agere cauſam.

J. L. Vivis de Epiſtolis conſcribendis libellus. Baſileæ 1536. In quo, quæ p. 44. extat de Auctoribus Epiſtolarum ἐπίκρισις, tota aureola eſt, & ad verbum ediſcenda. (2) *Henrici Bullingeri Comment. in Epiſtolas Pauli ad Theſſal. Timotheum, Titum, Philemon.* Tiguri 1536. In quo dictio facilis quidem, ſed impura, barbariſmis & ſolæciſmis contaminata. Obſervationes quædam

X 2 non

non planè nullius utilitatis, ſed homileticæ magis, quam Criticæ & Exegeticæ, eæque digreſſionibus interdum ita diſtentæ, ut & loquacem delaſſare valeant Fabium. (3) *Beda de Schematibus & Tropis SS. Item locutiones figuratæ ex Auguſtino excerptæ & Schemata è Chryſoſtomo collecta* à B. Weſthemero. Baſileæ 1536. (4) *Urbani Regii de formulis caute loquendi.* Wittebergæ 1536. Editio prima eaque infrequens.

Joh. Brentii Exegeſis in Evang. Joh. Hagenoæ 1530. 8. Ubi denuo repetendum id, quod ſupra jam de eo allatum eſt, Lutheri judicium Addendumque, quod extat in ejusdem colloquiis Menſalibus n. 73. p. 529. *Es iſt, ſprach* D. M L. *keiner unter denen Theologen unſer Zeit, der die heil. Schrifft alſo erkläret und handelt, als* Brentius. *Auch alſo, daſs ich mich offt verwundere über ſeinen Geiſt, und an meinen eigenen Vermögen verzweiffel Und ich glaube, daſs keiner unter uns vermögte zu thun was er in der Auslegung über das* Evangelium Johannis *gethan hat. Wie woll er aber bisweilen ſeinen eigenen Gedancken etwas nachhänget, doch bleibet er auf den rechten Sinn und Meinung, und ſchreitet nicht über die Einfältigkeit GOttes Worts, darum ihm das ander wohl zu gute zu halten iſt.*

Joh. Brentii Pericopæ Evangelicæ Dominicales & Feſtivales. Wittebergæ 1559. In quibus nihil ſingulare & reconditum; Attamen & nihil, quod non ſincerum ſit & ſanum. Atque hoc eſt, quod Auctori confecit famam.

Eraſmi Sarcerii in Matthæum Scholia. Francofurti 1538. Vir antiqua pietate & fide. Sed iis opibus non inſtructus, quæ ad plicas SS. evolvendas

d

das ſunt neceſſariæ. Qui diſputat, ubi debebat docere, &, quid ipſe ſentiat de rebus ſacris, exponit, ubi, quid ſenſerit Matthæus eo tempore, quo ſcripſit Evangelium, oportuiſſet explicare.

Davidis Chytræi Enarratio Levitici. Witteb. 1575. *Ej. Enarratio Numerorum.* Witteb. 1572. Ubi in utraque occurrit verſio Latina nova, ſcholiis quibusdam illuſtrata, & locis doctrinæ exornata, virtusque ſumma, perſpicuitas.

Ejusdem Chytræi Enarratio in Deuteronomium. Witteb. 1575. *M. M. Oberndorfii Oratio* de abductis ex arce Altenburgica duobus Principibus Erneſto & Alberto à C. Cauſungo ibid. 1575.

Ejuſd. Explicatio Apocalypſeos Johannis cum figuris. Witteb. 1563. Libellus non ſpernendus. Siquidem animi pietate, & ſermonis perſpicuitate, & multarum rerum doctrina, & Hiſtoriæ cumprimis cognitione excellit Auctor; Verum ad velum à Myſteriis in Apocalypſi occultatis reducendum, parum eſt locuples & validus. In diſputationibus occupatus magis, quam in explicatione rerum & verborum. Laudandus tamen in partibus.

Salomonis Glaſſii Medit. ſacrarum ſuper Ep. Dom. & Feſt. totius anni Pars prior 1636. Pars poſterior ibidem. 8. 2. Volum. Minoris æſtimandæ, niſi tantum nomen ſibi præſcripſiſſent.

Danielis Crameri Schola Prophetica. Hamb. 1606. Vir præſtanti ingenio, & florenti ſtudio, doctus etiam, & ad diſſerendum ſatis ſolutus, & expeditus. Sed Philoſophus melior, quam Philologus, & ad Theologiam Polemicam, & Homileticam tractandam aptior, quam ad Exegeti-

cam. Editio tamen hæc prima recentiori in 4to eſt præferenda, quia in poſteriore præfationes omiſſæ ſunt. (2) *Joh. Schröderi Apodixis Theologica de donis increatis à filio Dei cum humana natura communicatis.* Schweinfurti 1606.

Conradi Dieterici Analyſeωs Evangeliorum Dom. Pars Hiemalis. Giſſæ 1612. Ej. *Pars Æſtivalis.* ibid. 1615. Ej. *Pars Feſtiv. duplex*, *Prima* ibid. 1617. *Secunda* ibid. 1619. 3. Volum. 8. In cujus partis ultimæ dedic. judicium ferens de Poſtillatoribus, Lutherum dicit Divum, Chemnitium Magnum, Matheſium politum, Hunnium diſertum, Muſæum peritum, Saccum copioſum, Celichium grandem, Simonem Pauli acrem, Fiſcherum eloquentem, Avenarium facilem, Pflacherum elegantem. Ipſe laudatus à J. B. Carpzovio in præf. Tyrocinii Artis Concionatoriæ, & J. Oleario in Orat. Eccleſ. L. I. c. 3. M. 2. §. 10. p. 47. à rerum exquiſitiſſimarum ubertate, varietate, copia. Et à Th. Geilfinck *in der Poſtillen* Poſt p. m. 23. omnibus reliquis Poſtillatoribus prælatus.

Joh. Pappi Homiliæ in Pericopas Evangelicas. Argentorati 1602. 8. Breves quidem & perſpicuæ, ſed ſuperficiariæ etiam, &, ut videntur impræmeditatæ.

Frid. Balduini Paſſionis Typicæ liber I. Witteb 1614. *Liber II.* ibid. 1616. In quorum primo exhibentur Paſſionis J. C. typi X. *perſonales;* In ſecundo X. *reales*, iique ſtilo plano ac perſpicuo additis ſubinde doctrinis & commonefactionibus

Chriſtoph. Corneri Oeconomia & explicatio Epiſt. & Ev. Dom. Francof. 1585. Qui in eadem cum Sal. Glaſ

ſi

ſio eſt hæreſi, Evangelia & Epiſtolas Dom. plerumque ejusdem eſſe argumenti, & ſingularem quandam inter ſe habere ſymphoniam.

Ejusdem Pſalterium Latinum cum expoſitione. Lipſiæ 1581. Libellus olim notior & acceptior, quam hodie. Ex prælectionibus Jodoci Willichii ab Auctore collectus, ter intra decennium ſub prelum miſſus, & ad Odas divinas rectè intelligendas peraccommodatus, quarum non ineptam tradit explicationem, conjunctam cum Hiſtoria, & analyſi rhetorica, & uſu Theologico in vita communi inde percipiendo.

Joh. Stumpfii Comment. in Epiſt. Judæ. Coburgi 1636. 8. *Wilhelmi Nigrini Papiſticus SS. contemtus.* Witteb. 1629. Uterque lectione dignus, *ille* ob nervoſam & ſuccinctam perſpicuitatem, *hic* ob indefeſſum in ſcriptis adverſariorum ſtudium.

Bibliandri Harmonia SS. Görlitz 1705. 8. In quo auctore, cujus verum nomen eſt David Hermann, ut deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.

Andreæ Althameri Conciliationes locorum SS. Budiſſinæ 1560. 8. Hujus opuſculi Editio prima jam 1528. Norimbergæ, Secunda autem 1535. prodierat: Adeoque hic Althamerus *primus* eſt ex Lutheranis, qui Harm. Bibl. contexendæ ſe accinxit, vir Bibliandro multo eruditior, ſed ordinis non ſtudioſior.

Martini Geieri Allgegenvvart GOttes. Leipzig 1674. *Ejusd. 72. Bibl. Liebes-Sprüche.* Ibid. 1677. 8. Par nobile ſcriptorum, ex quo apparet, Geierum fuiſſe ornamentum noſtræ Eccleſiæ, dul-

cem oratorem, acutum Philologum, excellentem Theologum.

J. W. von der Lith Steine des Anſtoſſens. Nürnberg 1707. In quibus Homiliis ingens eſt intervallum, ſi ſpectes textuum ſacrorum diſpoſitionem cum explicatione & applicatione. Si elocutionem, exiguum. In omnibus enim eſt facilitas quædam orationis inaffectata, quam nulla poſſit affectatio conſequi. At rerum difficilium explicatio, vocum phraſiumque impeditarum enodatio, & lapidum offenſionis disjectio, non eſt in omnibus. Sane in Homilia V. nec Oeconomia candido lapillo eſt notanda, nec ἐξεργασία, nec ullus ſcrupulus in ea dubitanti Lectori eſt exemtus.

Paſſions-Schule i. e. Calixti, Dillherri, Kippingii, & H. Mülleri Annotat. in Hiſtoriam Paſſionis J. C. Francof. 1688. In qua Sylloge H. Mülleri Annot. partem faciunt maximam, & lectu digniſſimam, qua antiquitatis Paſſionalis ſtudioſus carere non poteſt. Conferenda tamen cum Joh. Gerhardi Harmonia Hiſtoriæ Paſſionis J. C. è qua integras interdum excerpit particulas Müllerus, non indicato Gerhardi nomine, qualis eſt illa Num. II. p. 2. de Gethſemane, quæ tota eſt ex Gerhardi l. c. p. 17.

J. L. Mosheimii Heilige Reden. Hambug. 1725. Quorum ſermonum peracutum & judicii plenum eſt orationis genus: Sed tamen adſtrictum nimis & contractum, nec ſatis populari aſſenſioni accommodatum. Quod vero Appendicis loco in fine adjectum eſt problema, de pœnarum infernalium perennitate, id facilius expediri non

pote

poteſt, quam ſi ſupponas, damnatos æternum peccaturos, quod & ratio docet, & SS. non obſcure ſignificat Apoc. XVI. 8-12. Quo poſito ceſſat illa de nullitate proportionis inter delictum & pœnam objectio.

Catechetiſche Unterſuchung der beyden Epiſteln Petri. Amſtelod. 1702. Cujus Auctor cum in aliis, tum in explicatione 1 Petr. III. 19-20. à vulgata interpretum linea diſcedit.

Anonymi Verſuch einer Erklärung des Hohen-Liedes Salomonis nach dem Senſu literali. Breslau 1720. Cujus Auctor ſic infit, ceu ſcriptor cyclicus olim &c. Nota ſunt, quæ ſequuntur in Horatio de A. P. 136-139. Et hæc genuina eſt hujus novi Commentatoris Proſopographia. Aureos montes pollicetur, carbones dependit. Interpretes omnes Cantici Canticorum in præf. ſuggillat, ſuggillandus ipſe magis quam reliqui, qui ante eum falcem in hanc meſſem immiſerunt. Siquidem ejus

(1) Explicatio tota eſt fabuloſa, precaria, coacta, profana, comica, temeraria & Eccleſiæ Chriſtianæ cive, nedum doctore prorſus indigna.

(2) Applicatio eſt elumbis, frigida, hebeſcens, lumine & acumine deſtituta, & vitæ civili potius quam ſpirituali accommodata.

J. G. Reinbeck kurtze Erörterung der Offenbahrung Joh. Berlin 1718. Vir Doctiſſimus, qui multa habet ſingularia. Sed hoc tamen cum aliis commune, quod Apocalypſin non ex ſcopo auctoris, ſed ex ſua hypotheſi explicuit.

Philippi Nicolai Comment. de regno Chriſti. Francof. 1607. Qui revera eſt Comment. in Joh. Apocalypſin, in cujus libro 2. χερσίντε ποσίντε id agit Auctor, ut Lectori perſuadeat, A. C. 1670. finem mundi affuturum.

Ejusd. Comment. de regno Chriſti Germanice, interprete M. Gothardo Artuſio. Luneburg 1628.

Joh. Saurin Sermons ſur divers textes de l' Ecriture S. Hagæ 1708. Vir doctus, acutus, gravis, facilitatis paciſque ſtudioſus, qui & diligenter animo verſat, quæ dicenda ſunt, &, quæ verſavit, excellenti orationis genere pronunciat. Extra fumum & undam poſitus, ſi in explicatione SS. ſuæ ſectæ, & in Sermone IV. argutiis Philoſophicis minus indulſiſſet.

C. A. Heumanni Lutherus Apocalypticus. Hannoveræ 1717. Scilicet Sylloge hæc eſt programmatum Scholaſticorum ad Hiſt. reformationis ſpectantium, quorum primum Apocalypſeωs univerſæ œconomiam, velut in tabula, conſpiciendam; & extra Sindonem cognoſcendam ſiſtit. Et ô felicem ænigmatum divinorum interpretem, ſi id præſtitiſſet Auctor Doctiſſ. quod in præf. ſe præſtitiſſe ſcribit, ubi, nulla, ait, utor hypotheſi precaria, ſed apocalypſin interpretor ex Apocalypſi &c. Nam & hæc hypotheſis eſt precaria, quam p. 3. fundamenti loco ſubſternit, *Apocalypſin nihil eſſe quam H. E. compendium*, quæ potius eſt prænunciatio pœnæ divinæ ſeptem Eccleſiis Aſiaticis infligendæ, ſi perrexerint ea linea, qua cæperant, Curios ſimulare & Bacchanalia vivere. Dolemus etiam, Auctorem in Diſſert. IV. de ſomnio Friderici tabulam æneam non vidiſſe,

quæ

quæ eſt apud nos, quaque illa viſio Electoris ante centum, & quod excurrit, annos copioſe & diligenter eſt delineata.

Johannis Feri Enarrationes in Johannem. Antwerpiæ 1562. De quibus Sixtus Senenſis L. IV. Bibliothecæ Sanctæ p. 296. Dominicus Sotho Segobienſis, Ordinis prædicatorum, Annotationes edidit in Comment. Joh. Feri ſuper Johannem, oſtendens, loca ſeptem ac ſexaginta caute in his eſſe legenda. Cui Michaël Medina, Franciſcanus à ſumma probitate atque eruditione laudandus, edito pro defenſione eorum locorum Apologetico volumine reſpondit.

IN DUODECIMO.

GUilielmi Ameſii Lectiones in Pſalmos Davidis. Amſtelod. 1658. Poſthumus eſt hic fœtus Ameſii, atque hinc tam rudis, & hebes, & impolitus.

C. H. Sandhagen Theologiſche Sendſchreiben Pars I. & II. Jenæ 1711. Quæ multa egregia & erudita, & ad explicationem SS. præclare facientia continent.

J. Lomeieri Obſervat. in Lucæ cap. XVI. Ultrajecti 1651. Libellus παραδοξόλογος; ſed à veritate ita alienus, ut ne imaginem quidem ejus oſtendat, nedum eandem ipſam. Expoſitio tota, quanta quanta eſt, ſcopo Chriſti (affluentiam fortunarum non eſſe notam veræ Eccleſiæ aut υἱοθεσίας τοῦ Θεοῦ) circumſtantiis textus, & modo loquendi Ebræis Græcisque uſitato, eſt adverſa. Meritoque rejecta à viris doctiſſimis Sal-

déno

deno, Brinckio, aliis. Quibus in Editione obſervationum Daventrienſi 1690. vindicias opponere conatus eſt Auctor. Sed conatus eſt.

P. J. Speners Sprüche der heil. Schrifft, die von Welt-Leuten gemiſsbrauchet werden. Franckf. 1693. Opuſculum præclarum & tanto Auctore omnino dignum. *A. H. Franckens Timotheus.* Halæ 1695.

Joh. Durrii Primitiæ. ſine loco & tempore. Hæ primitiæ crudæ ſunt adhuc & immaturæ, & ſapore vel nullo, vel non excellenti admodum præditæ.

Harmonie des propheties Anciennes & modernes. Cologne 1687. In qua dum ſtatim in limine deficit Auctor, ſupponitque, Kotterum, Poniatoviam, Drabicium, Noſtradamum &c. eodem ſpiritu, quo Johannes, actos, & eorum prophetias Apocalypſeωs Johanneæ eſſe Apocalypſes (p. 3.) non potuit non labi, errare, decipi, & prædictionibus Apocalypticis ejusmodi eventus affingere ac periodos, quas à Spiritus S. ſenſu toto cælo diverſas eſſe, experientia, optima prophetiarum Magiſtra, docuit.

Joh. Boeckholt (Bucholtz) Memoria crucis & paſſionum J. C. 1651. *I. G. Dorſchei Latro Theologus, & Theologus latro.* Roſtochii 1668. Scilicet duæ ſunt Orationes Academicæ, in quarum (1) de Theologia latronis in cruce. (2) De Judæ proditione Dorſcheus diſſerit, pronunciator harum rerum ſincerus & grandis; Sed qui in adjectis notis extra ripas diffluit, & ſermones quosdam G. Calixti, neſcio qua ratione huc tractos, velut latrocinia infamat. (4) *I. Avenarii*

narii precationes carmine Elegiaco per M. Hartmannum Creidium, Francof. 1650.

IN 16mo.

UNterſuchung etlicher Oerter des N. T. die wegen übeler Uberſetzung die VVarheit aufgehalten. Dantzig 1699. Ejusd. Pars altera 1702. Auctor harum inveſtigationum, quæ ſæpius excuſæ ſunt, & quarum pars prima H. A. Franckii Obſervat. in SS. eſt adjecta, fuit C. E. Trillerus, homo non indoctus, ſed male moratus, & ſingularis in Theologia ſenſus, impugnatus à Fechtio, Schönlandio, Zeltnero &c.

Ioh. Cocceji repetitio locorum V. & N. T. de Anti-Chriſto, Lugd. Bat. 1667. Quæ de Anti-Chriſto in SS. occurrunt loca, & de Pontifice Romano explicari vulgo ſolent, de Caligula, Simone Mago, Barcoceba, Domitiano, Trajano, Appollonio &c. commode intelligi poſſe, peculiari opuſculo propugnavit H. Grotius 1640. Amſtelod. excuſo. Cui Samuel Mareſius primum, tum Hippolitus Fronto Caracotta, qui eſt D. Molinæus, & tandem Joh. Coccejus ſe oppoſuit. Vir doctus, & in linguis æque ac lectione SS. egregie verſatus. Sed ſubobſcurus, & ſuis interdum ſententiis imbutus. Qui hoc Schediaſmate Polemico-Exegetico Profeſſionem Theologicam in Academia Franeckerana ſibi promeruit.

CA-

CAPUT IV.

DE SCRIPTIS THEOLOGORUM ANTIQUORUM.

IN FOLIO.

SEC. I.

ORthodoxographa ſ. Bibliotheca Patrum Baſileenſis à Joh. Jac. Grynæo edita. Tom. I. ex officina Henrico-Petrina 1569. Integra hæc Bibliotheca conſtat ſcriptoribus 85. Ex quibus hic tomus exhibet 17. ſcilicet Euſebii de Abgaro fragm. ejusdemque de Chriſto Narrationem, Ignatium, Jacobum Juſtum, Prochorum, Anonymum de Chriſti imagine Aut. trip. Hiſt. fragm. Methodium, Carmina Sybillina, Nilum, Agapetum, Dorotheum, Canones Conciliorum, Andream Hieroſolym. Pantaleonem, Ennodium, S. Huldrichum, Bacharium. Hoc eſt, fœnum & ſtipulas, aurum & ſcorias, æra & lupinos, ſcriptores genuinos & ſpurios.

SEC. II.

Dionyſii Areopagitæ opera Gr. & Lat. cum ſcholiis S. Maximi, & paraphraſi Pachymeræ, interprete B. Corderio. Antwerp. 1634. ex offic. Plantiniana. Editio ſplendidiſſima hujus Auctoris, Qui licet ille non ſit, cujus Act. XVII. v. 34.

34. fit mentio; dignus eſt tamen, qui diligenti manu à nobis verſetur, primum quia antiquus eſt, & ſi non ſec. IV. quinto tamen jam notus, tum quia Myſticorum communis parens, & tandem quia primum Theologiæ Myſticæ exhibuit compendium & quoddam velut Syſtema.

Juſtini Martyris Opera, item *Athenagoræ Athen. Theophili Antioch. Tatiani Aſſyrii & Hermiæ Phil.* tr. Græc. & Lat. Coloniæ 1676. f. Quot, quantaque nomina! Microbibliotheca hæc eſt Patrum ſecundi poſt N. C. Seculi, exhibens quinque Scriptores illuſtres hujus tempeſtatis, qui omnes idololatria & Philoſophia Græcorum faſcinati, veritatis divinæ ſplendore, tamquam fulmine, percuſſi, Chriſto dederunt nomen, & pro religionis Chriſtianæ veritate Apologias ſcripſerunt.

Clementis Alexandrini Opera Græce & Latine. Coloniæ 1688. f. De quo Th. Reineſius lib. I. var. lect. c. 22. p. 92. Scriptor ſuo ſeculo omnium doctiſſimus. Penu enim eruditionis & ſcientiarum appellant οἱ μεμνημένοι. Iſaacus Caſaubonus in exercit. I. Anti-Baroniana p. 2. Clemens Alexandrinus eſt Vir inexhauſtæ doctrinæ.

D. Irenæi adverſus hæreſes Libri V. ſtudio & opera F. Franciſci Feu-ardentii. Coloniæ 1625. In doctorum Eccleſiaſticorum Senatu *primus* eſt Irenæus, qui cum hæreticis acie conflixit, & iisdem hunc ſuum Pentateuchum oppoſuit, quorum primo ἔλεγχον, ſive detectionem τῆς ψευδονύμȣ γνώσεως, reliquis autem quatuor ἀνατροπὴν,

h. e.

h. e. redargutionem illius complexus eſt. Et quantopere dolent Eruditi, Græcum Irenæi Codicem injuria temporum vel intercidiſſe prorſus, vel ita abſcondidiſſe ſemet, ut fruſtra adhuc in Bibliothecis Europæ omnibus quæſitus fuerit; Tantopere iis ſeſe obſtrictos profitentur, qui verſioni latinæ incerti Interpretis, antiqui tamen, ſervandæ, & græcis fragmentis, in Patribus diſperſis, colligendis illuſtrandisque poſuerunt operam. Quorum ſi non *primus* eſt, qui hanc Editionem curavit Fr. Feuardentius, à primis tamen proxime abeſt, Vir ſine controverſia doctiſſimus, ſed omnium eorum non ſatis æquus judex, quibus non idem, quod ipſi placet, probatur. *Petri Galatini de Arcanis Catholicæ veritatis libelli XII.* Acceſſit *J. Reuchlini de Cabala* dialogus. Francof. 1612. De quibus quid exiſtimemus, diximus alibi.

Q. Sept. Florentis Tertulliani opera. Baſil. 1550. f. Edit. Frobeniana. Patrum Latinorum antiquiſſimus eſt Tertullianus, & Lactantii judicio l. V. Divin. Inſtitut, c. I. p. 333. omni genere literarum peritus, ſed in eloquendo parum facilis, & minus comtus, & multum obſcurus.

Sec. III.

S. Hyppolyti opera Græce & Latine. Vol. I. Hamburgi 1710. Vol. II. 1718. Scilicet debemu[s] hanc editionem J. A. Fabricio, qui, quæ ſparſ[a] fuerunt adhuc Hyppolyti opera, diverſis locis a[c] temporibus edita, genuina & ſuppoſititia, in unu[m] faſciculum collegit Vol. I. Quæ vero fuerun[t] inedita, conjecit in Vol. II. iisdemque addid[it] ſpicilegium Patrum ſec. III. ut quaſi Microbiblio

thec

ecá ſit Patrum Græcorum, qui vixerunt hoc
culo.

Origenis Adamantii opera. Pariſiis 1512. e pre-
Aſcenſiano. Editio nitida, conſtans IV. Tomis,
II. Volum. f. Habenda in pretio, utut verſio-
m Latinam tantummodo illuſtris hujus auctoris
mprehendat. Eſt enim hæc prima Origenis
jus editio. Textusque Græcus operum ple-
rumque, quæ in ea exſtant, eſt deperditus.
erſio itidem antiqua eſt, & maxima ex parte
Ruffino confecta, & recte in Origenianis judi-
t P. D. Huetius l. 3. ſect. 3. §. 1. p. 244. In au-
icum officinis pretioſa ipſa ſcobs eſt, & ſtudioſe
lliguntur ramenta.

D. Cæc. Cypriani Opera. Baſileæ 1521. ex offic.
oben. *B. Fulgentii Afri* Opera. Item *Joh. Ma-
ntii* opera. Hagenoæ 1520. f. Ex quibus prior
lſit ſec. III. Duo poſteriores ſec. VI. Prioris hæc
t editio tertia, Poſteriorum prima; Priorem
lucem exire juſſit Eraſmus Roterodamus, po-
eriores Bilibaldus Pirckheymerus.

SEC. IV.

*Euſebii Pamphili Præparatio Evangelica Græc. &
atine.* Interprete & Illuſtratore Franc. Vigero.
Coloniæ 1688. Opus nobiliſſimum, in quo tot
brorum deperditorum fragmenta continentur,
t, ſi hoc horreo literario eſſemus deſtituti, ſex-
entarum rerum utiliſſimarum inopia laboraremus
ı omni ſcientiarum genere.

*Euſebii Pamphili Demonſtratio Evangelica Græc.
& Lat.* Coloniæ 1688. Ubi quæ deſiderantur
ı Demonſtrationis Evangelicæ Exordio & Epilo-
o, ex J. A. Fabricii Syllabo ſcriptorum, qui de

veritate religionis Chriſtianæ commentati ſunt, ſuppleri poſſunt, qui ea ex Bibliotheca celſiſſimi Walachiæ Principis J. N. A. F. Maurocordati eruta l. c. Græce & Latine exhibuit, adeoque huic corpori & amiſſum caput reſtituit, & crura.

Athanaſii Opera Latine in IV. Tomos diſtributa. Baſileæ 1564. Auctor verſionis eſt Petrus Nannius, fidus ſcriptorum veterum explicator, & diligens, & oneri tanto non impar, qui poſt Reuchlini, Politiani, Eraſmi & Gelenii cœpta, tandem finem impoſuit huic operi, cupiditate gloriæ & utilitatis publicæ, mercediſque privatæ ad id inductus.

Joh. Chryſoſtomi de Diverſis N. T. locis ſermones 71. Græce & Latine. Lutetiæ Pariſiorum apud Antonium Stephanum. Editio nitida & emaculata, & rara. Guilielmo Caveo, & J. A. Fabricio non viſa, ſane non memorata, neque ab illo in Hiſt. lit. S. E. p. 206. Neque ab hoc in Bibl. Græca l. V. c. 15. p. 657. Exhibens eas Homilias, quæ Tom. V. Operum Chryſoſtomi Editionis Morellianæ continentur, quæque eo dictionis genere ab Auctore ſcriptæ ſunt, ut, teſte Suida in voce ἰωάννης aureum & divinum nomen hæreditario jure conſecutus ſit χρυσῦντε καὶ θεῖον ἐκληρονόμησεν ὄνομα.

Epiphanii opera Latine. Baſileæ 1560. f. ex offic. Oporiniana. *Clementis Alexandrini opera Latine.* Baſileæ 1566. Priora debemus Jano Cornario, Melanchthonis diſcipulo, qui Epiphanium nec editum antea, nec à quoquam translatum pri-

rimus hoc habitu in conſpectum publicum pro-
ire juſſit. Poſteriora Gentiano Herueto, viro
octo, qui raro deſerit auctorem, nec verborum
iops, nec ambitu eorum abjectus.

Baſilii M. opera omnia Latine. Baſileæ 1565. III.
'omi. Verſio hæc variorum eſt, ſed veterum
naxime, quam caſtigavit W. Muſculus, & in
uibusdam locis plane ſuſtulit, aliamque ſubſtituit,
c præfationem præmiſit, in qua laudes Baſilii M.
ecantat, qui Demoſthenes Græcorum Patrum ab
raſmo dicitur.

D. Hilarii Pictavienſis Opera. Baſileæ 1570. f.

'uſtini Martyris opera Latine verſa, & ſenten-
is priſcorum patrum illuſtrata. Baſil. 1565. ex
ffic. Froben: Ubi notandum, Hilarium primum
x Latinis eloquentiæ gladium ſtrinxiſſe contra
rianos, eumque in lucem prodire juſſum ab Era-
no cum incomparabili præfatione, qua exactum
liquod & abſolutum artis ſuæ ſpecimen adfectaſ-
e videtur, ut Vigiliusin Æneide, Ovidius in Medea,
'ullius in Oratore, Auguſtinus in civitate Dei,
lieronymus in Comment. in prophetas, Bernardus
n Cantico, Thomas in materia Euchariſtiæ. Juſti-
us autem à Joh. Lango translatus eſt, qui raram
dem cum pari eloquentia & nitore obtinuit, teſte
luetio de Cl. interpretibus. p. 275.

S. Hieronymi Stridonenſis opera omnia cum Eraſmi
cholis & aliorum. Francof. & Lipſ. 1684. f.
om. XII. Vol. III. Editio præclara, & Frobenia-
ı, Baſileenſi ab Eraſmo procurata, ab A. C.
516. ad A. C. 1565. ſepties ibidem excuſa
ovemque Tomis conſtante, tribus integris
mis auctior, quorum priores duo varias vario-

rum adnotationes, comprehendunt, ultimus autem indicem quadruplicem.

S. Hieronymi Stridonenſis Opera cum Eraſmi Scholiis. Baſileæ apud Joh. Frobenium 1526. Tomi IX. Vol. V. Primus eſt Eraſmus, qui Hieronymi opera ad MSCtos Codices collata & emendata, ſcholiis ſuis illuſtravit, iisque eruditiſſimis, ſuoque nomine dignis (unde & intra 50. annos ſcilicet ab A. C. 1516. ad A. C. 1565. ſepties recuſa eſt hæc editio, Baſileæ quinquies, Lugduni ſemel, & iterum Pariſiis,) ſed liberioribus interdum & acerbioribus, & a Theologorum Romanenſium placitis toto cœlo diverſis. Quocirca in omnibus Indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum commemoratur Eraſmi nomen, & ſimul notatur, quid in hac ejus Hieronymi Editione diſpungendum, & litura inducendum ſit. Et hoc quidem ſæpius & ad nauſeam usque legimus. Sed Codices expurgatos & interlitos, & flagitioſis ejusmodi lituris conſpurcatos, nunquam vidimus, præter hos quinque. Qui Bibliothecæ Collegii Societatis Jeſu Ratisbonenſis quondam pars fuerunt, & à poſſeſſoribus hiſce, ad indicis Librorum Expurgandorum regulam ita ſunt emaculati, dicam, an commaculati? Ut hac illac quædam voces, phraſes, lineæ, interdum plures periodi, & integræ paginæ, lituris ſint obductæ, ut vix apex amplius appareat; & quaſi timendum ſit, ne reviviſcerent alicubi literæ confoſſæ, niſi ſepelirentur inſimul, injecta etiam charta munda te-ctæ ſunt & contumulatæ. Et ne quid deeſſet huic novo latrocinii generi, in orbe literato, n-

terdum integræ pagellæ ſunt reſectæ & amputatæ. Ut Tomo II. ubi hæc ſimul addita eſt notula: *Præfatio Eraſmi ſtudio exciſa, quia commode corrigi non poterat.* Scilicet ne neſciret Lector, quid ſibi velit pagellæ truncatæ ſuperſtitans particula l. c. obvia. Atque hac de cauſa hoc exemplar judicamus eſſe rariſſimum, habendumque in pretio, cujus lituris liquido coargui poſſunt adverſarii. Sic enim Con. Zacharias ab Uffenbach Conſul Francofurtanus, Vir πολυμαθέστατος nobisque amiciſſimus, in literis 1727. d. 12. Jul. ad nos exaratis; *Zu den merckwürdigen Exemplar derer* Operum Hieronymi *gratulire von Hertzen. Ich erinnere mich ehedem auch eine* Editionem Eraſmianam *eines gewiſſen* Patris Eccl. *die aus gleichmäſſigen Papiſtiſchen Eifer nach denen* Indicibus expurgatoriis *durch und durch caſtriret, obliteriret, und verhuntzet geweſen, in unſers Seel. Dieſenbachs Bibliotheque, geſehen zu haben. Und hielte der Seel. Poſſeſſor dieſes Exemplar mit Recht ſehr hoch, weilen die Papiſten läugnen, daſs ſie mit denen Autoribus und Büchern nach dieſen Indicibus würcklich alſo umgingen.*

D. Aurelii Auguſtini omnium operum Epitome compoſita à Joh. Piſcatorio 1555. In qua ſi quid laudandum, hoc eſt quam maxime, quod integra quædam opuſcula Auguſtini huic ſuo compendio inſeruerit Auctor; ſi vituperandum, illud eſt, quod exemplaribus uſus, ab iis, quæ poſtea Baſileæ & Lutetiæ prodierunt, diverſis. Quæ enim Index expurgatorius Argentorati 1609. in 8vo recuſus p. 10. in Epiſtola Joh. Piſcatorii

 huic

huic Compendio præmiſſa, delenda cenſet, ea aſteriſco potius quam obelo putamus digna.

Cyrilli Alexandrini Opera. Baſileæ 1566. Qui primus Eccleſiæ Orientalis Patriarcha Concilii Oecumenici Tertii A. C. 431. Epheſi coacti fuit præſes, Neſtoriique heterodoxiam non minore animo quam ſucceſſu disjecit, γνώμων τῆς ἀκριβείας, id eſt, accurationis regula inde dictus Eulogio apud Photium Codice 230. p. 452.

SEC. VI.

Fulgentii & Maxentii Opera huc ſpectant, Cypriani op. ſec. 3. annexa.

SEC. VII.

Venerabilis Bedæ opera omnia tomis VIII. comprehenſa, & tribus vol. compacta. Coloniæ 1688. Quæ quinta & ultima & optima Bedæ operum eſt editio, tamdiu in honore futura, donec alia melior prodierit, ſive illa ad mentem Caſimiri Oudini in Tr. de Script. Eccleſ. p. 1109. ſive ad alterius arbitrium fuerit digeſta. Nec Auctor ipſe ponendus eſt in minimis. Cujus opera eo vivo adhuc & ſuperſtite publice in Eccleſiis prælecta ſunt. Quique *Venerabilis* nomen conſecutus, in Philoſophia Ariſtotelem, in Theologia Auguſtinum veneratus eſt maximè, & *primus* eos præ aliis venerandos eſſe docuit.

SEC. VIII.

Joh. Damaſceni opera Græce & Lat. Baſil. 1559. ex offic. Henric-Petrina. f. *Joh. Caſſiani opera* Ibid. f. Editio Caveo & Oudino ignota, à Marco Hoppero adornata, à materia magis, quam for-

formæ externo ſplendore commendanda. Siquidem Joh. Damaſcenus *primus* eſt, qui theologiæ Chriſtianæ theticæ ſyſtema excitavit, omiſſis tamen articulis quibusdam fundamentalibus v. g. de P. O. & inſertis pluribus quæſtionibus otioſis, & oratione à SS. & conſuetudine in Eccleſia recepta ſubinde declinante. Et Joh. Caſſianus *primus* ex Latinis, qui Theol. Myſticæ ſparſit ſemina, & vitæ cœnobiticæ inſtituta pleniore ſyntagmate complexus eſt.

Homiliæ in totius anni Evangelia ab Albino Flacco Alcuino juſſu Caroli M. collectae, quibus acceſſerunt Fr. Laur. Surii Carthuſiani conciones exegeticae in Epiſtolas dominicales. Coloniae 1576. f. *Prima* haec eſt omnium Poſtillarum, ſive ab Alcuino congeſtae ſint Homiliae, ſive à Paulo Diacono, ſive ab alio. Et dolendum eſt tantummodo, *Homiliare* iſtud antiquum, juſſu Caroli M. collectum, non intemeratum ad nos eſſe devolutum, ſed tot acceſſionibus auctum, tot modis variatum, mutatum, interpolatum, ut quae genuina in hac collectione ſint, quae ſpuria, aegre diſcerni queat.

SEC. IX.

Maxent. Rab. Mauri Opus de laudibus ſanctæ crucis. Auguſt. Vindelicor. 1605. Infrequens & duabus tantum vicibus impreſſum, ſcilicet l. c. & Phorzhemii 1503. f. Quæ editio nitidior eſt hac noſtra, ſed rarior & inventu difficilior. Nec ineptum eſt, quod H. C. Agrippa c. 47. de vanitate Scientiarum p. m. 101. de eo tulit, judicium. Confinxit, ait, Cabaliſtico quodam artificio pleraque Rabanus Maurus Monachus, ſed latinis cha-

characteribus, & verſibus inſertis variis imaginibus, qui quaque verſus lecti, per quælibet ſuperficiei ac imaginum lineamenta, ſacrum aliquod enunciant Myſterium depictæ illic Hiſtoriæ repræſentativum, quæ etiam ex prophanis literis extorqueri poſſe nemo ignorat, qui Valeriæ Probæ ex Virgilii carminibus de Chriſto Centones legerit. Quæ omnia, & ejusmodi, ſunt ſpeculationes otioſorum hominum.

SEC. XII.

Bernhardi Clarevallenſis Opera, ex editione Jodoci Clichtovei. Pariſiis apud Joh. Petitum 1517. Quæ in mentem nobis revocant, quod in Michaëlis Neandri præfat. Theologiæ Bernhardinæ memoratum legimus; B. Lutherum, Bernhardum & Taulerum omnibus aliis Theologis præferendum cenſuiſſe. Atque hinc patet ratio, quare pluribus vicibus, quam reliqui Patres omnes, ſit impreſſus, tam invidendis laudibus ornatus, Doctor mellifluus, Theodidactus, & ſpiritualis doctrinæ theſaurus ſit exiſtimatus.

Ejusd. Opera. Ibid. Apud eundem, Ejusdem Clichtovei ſtudio. 1513.

SEC. XIII.

Jacobi de Voragine Aurea legenda, ſine tempore & loco; ſed ea ratione excuſa, ut in ipſis Typographiæ incunabulis è prelo emerſiſſe appareat. Et alio jam loco profeſſi ſumus, quid de opere hoc ipſo exiſtimemus.

Raymundi Martini Pugio fidei cum obſervat. Joſephi de Voiſin, & introd. Joh. Ben. Carpzovii Lipſ. 1687. Opus doctiſſimum, & captum iſtius ſeculi, quo vixit Auctor, longe excedens, compila

pilatum à Porcheto Salvatico, cujus pennis rurſum ſe veſtivit Petrus Galatinus, ſcilicet

Prædator furi detrahit exuvias!

Thomæ Aquinatis Summa Theologiæ. Antwerpiæ 1624. Ex omnibus Aquinæ ſcriptis, quorum XVII. Tomi proſtant excuſi, hæc *ſumma Theologiæ* eſt ultimum, optimum, & uſu tritiſſimum. Quæ in linguam Græcam, Arabicam, & Chinenſem translata, auctoritatem claſſicam habet apud eos, qui ex Auctore ſibi imponunt vocabulum. Nec nullæ ſunt dotes, quibus decorata eſt. Acumen, brevitas, copia, varietas. Quæ tamen mirum quantum amittunt de ſplendore ſuo, ſi maculas inſpexeris, quibus hoc Syſtema reſperſum eſt. Quæſtiones inutiles (quas ipſemet reprehendit in aliis in Prologo) Μεταθέσεις εἰς ἄλλο γένος, citationes falſas, concluſiones futiles, reſponſiones elumbes. Et alia hujus commatis ab aliis copioſius notata. Quibus adde imperfectionem operis, quod ad articulum de Sacramentis procedit tantummodo. Adeoque Articulo de extremo judicio, & quæ cum eo connexa ſunt, deſtituitur, qui in Lombardi, Bonaventuræ, aliorumque Scholaſticorum Syſtematis ultimum locum occupat, quemque fatis interceptus Thomas addere non potuit. Fruſtra proinde *ſumma* appellatum, quod non conſummatum eſt. Et cui aliquid deeſt, ſi accurate computes calculum.

SEC. XIV.

Porcheti Salvatici Victoria adverſus impios Ebræos &c. ex recognitione R. P. Aug. Juſtiniani. Pari-

 ſiis.

ſiis 1520. Opus ex Raymundo Martino compilatum, perrarum tamen, & tanti habendum,

Hybernæ quanti commeruere roſæ.

Joh. Tauleri des Hilligen Lehrers Predige. Halberſtadt 1523. Dominicanus fuit Auctor, qui Sec. XIV. Coloniæ & Argentorati vixit, & tricarum Apinarumve Scholaſticarum pertæſus, Theologiæ Myſticæ ſtudio ſe totum tradidit, & in eo tantos fecit progreſſus, ut *Myſticorum Princeps* dicatur à Petro Poireto, in Epiſtola de Myſticis ſcriptoribus p. m. 556. Qui & l. c. præclare diſſerit de ejus ſcriptis, eorumdemque variis Editionibus, verſionibus, interpretationibus, characteribus, &c. Et p. 557. addit, Taulerum & ſcripſiſſe idiomate veteri Germanico, idque *exemplar rariſſime inveniri.* Atqui noſtrum hoc ipſum eſt, quod tam inſolenter occurrit in Bibliothecis & librorum officinis.

Simonis de Caſſiâ Libri XV. de religione Chriſtiana. Baſil. 1517. Opus infrequens, & à paucis viſum, & ab iis etiam, qui Bibliothecas Theologicas condiderunt, vel neglectum, vel obiter inſpectum tantum, in quo Auctor Sec. XV. illuſtris, collatis inter ſe IV. Evangeliſtis, & rebus eorundem in certas claſſes digeſtis, univerſam Servatoris noſtri Hiſtoriam explanandam ſibi ſumſit, Interpretis vulgati filum ſecutus, ſed ita ut interdum ab eo diſcedere ſibi integrum exiſtimaverit, interdum etiam verba alia ratione interpungenda putaverit. Ut p. 1. ubi verba Joh. c. I. 3. ita dividenda eſſe hariolatur. *Et ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita eſt.* Nec in eadem cum Editore ſumus hæreſi, qui

Au-

Aureum hoc opus appellat in indice; Verum nec illud imus inficias, aliquo loco & numero eſſe habendum, & pro eo tempore, quo concinnatum eſt, præclare de eo exiſtimandum. Longe enim aliâ conditione eſt, ac cætera, quæ Scholaſticorum ævo ſunt elucubrata. Licet etiam ex Seculo ſuo nonnihil traxerit vitii. Dictionis ſqualorem. Explicationes SS. Allegoricas, Tropologicas, Anagogicas. Egreſſiones à propoſito. Et epiſodia prolixa hac illac intexta. Quibus adde fati intemperiem, quæ Auctorem perdidit, antequam opus abſolvere, & ad perpendiculum exigere, & explorare potuerit, an omnes lineæ & anguli ad normam reſpondeant.

SEC. XV.

Henrici Citharoedi, vel Harphii Theologiæ Myſticæ libri III. Coloniæ 1538. Editio prima & optima, in qua intemerata adhuc exſtant ea loca, quæ P. Poiret in Ep. de Charact. Myſt. p. 562. ab Inquiſitionis officio ſcribit eſſe prohibita, & in Editione Romana 1585. & Colonienſi 1537. omiſſa. *Frid. Nauſeæ Blancicampiani Lib. V. rerum Conciliarium* Lipſ. 1538.

Alphonſi de Spina Fortalitium fidei f. Maj. ſine die, conſule, loco, titulo, literis Semi-Gothicis inter ipſa incunabula Typographiæ excuſum. Editio rariſſima operis rariſſimi. Utpote vere omnium Edit. prima, ab iis diverſa, quæ R. Simonio in Bibl. Critica T. III. p. 317. & J. C. Wolfio P. II. Bibl. Ebrææ p. 1123. laudata ſunt.

Joh. Tritthemii opera ſpiritualia, collecta à Joh. Buſæo, Moguntiæ 1605. f. Collectio infrequens, quæ conſtat XX. variis opuſculis à Tritthemio ela-

elaboratis, & ita digeſtis, ut Stromata Tritthemii Theologica vocare poſſis.

Joh. Junioris Ordinis Prædicatorum Scala cœli. Lubecæ 1476. Rectius, *faſciculus fabellarum* putidiſſimarum varii generis, ex vitis patrum, floribus ſanctorum, Hiſtoriis Scholaſticis &c. excerptarum, ſermone barbaro, inculto, & vix ſemi-latino conſcriptarum, ad illuſtrandas virtutes & maculas, ordine Alphabetico in hac ſcala cœli dicam an tartari? digeſtas. Ex quarum lectione, ſi quid exſpectandum eſt emolumenti, hoc eſt præcipue, quod velut per tranſennam perſpicimus miſeriam ejus ævi, quo Auctor obſcurus claruit. Et noſtræ tempeſtatis felicitatem ex ejus infelicitate accuratius intelligere condiſcimus.

IN QUARTO.

ABrahami Sculteti Medulla Theologiæ Patrum, qui ante Concilium Nicænum floruerunt. Ambergæ 1598. Opus egregium, & cum aliis omnibus, tum iis maxime accommodatum, qui vaſta Patrum volumina pervolvere vel nolunt, vel nequeunt. Legendum tamen cum grano ſalis, ob partium ſtudium, quo laborat alicubi.

Ejusd. Medulla Theologiæ Patrum, qui ante & poſt Concilium Nicænum floruerunt. Francof. 1634. Quæ editio priori illa eſt ſesquialtera parte auctior, adeoque eadem locupletior, & pretioſior, &, addidiſſem fere, rarior. Dupinium enim, librorum optimorum helluonem, priorem tantum Editionem vidiſſe, ex præfat. Bibl

Au

Aut. Script. Eccleſ. Tom. I. p. 6. intelligo. Qui hoc opus l. c. multis aliis præferendum judicat. Scultetumque ſolum eſſe ſcribit ex recentioribus, qui doctrinam Patrum in Compendium miſerit, idque ratione ſatis accurata; Sed Scholaſtica, quæ non omnibus ex æquo placeat.

SEC. I.

Conſtitutiones S. Apoſtolorum Græce, cum Prolegomenis & explicationibus Apologeticis Franciſci Turriani. Venetiis 1563. ex officina Jordani Zileti. Editio prima & longe rariſſima, è tribus codicibus MSCtis eruta; Calabro, Siculo, ac Cretenſi. Quam non vidit Vir Doctiſſ. Joh. Dallæus, qui in opere illuſtri de Pſeudepigraphis Apoſtolicis Editiones quasdam recitat, & argumentis non proletariis tuetur, eas ipſas eſſe ſuppoſititias, ante Synodum Nicænum non notas, ſane Patribus trium primorum ſeculorum non *notas*.

S. Ignatii Epiſtolæ XI. Latinæ. Baſileæ 1520. *Iſidori libri 3. de ſummo bono*, & libri II. ſoliloquiorum. Halberſt. 1522. *Hieronymi Savanarolæ Medit. ſuper duos Pſalmos. Georg. Wicelii Geſpräch von Religions-Sachen.* Leipzig 1539. *Ej. Evangelium M. Lutheri.* ibid. 1533. *Dialogus von Concilio.* 1535. *Joh. Coclei von Bauren-Kriege* Cölln 1525. *Ej. Reſponſio ad Epiſt. J. Bugenhagii ad Anglos* 1526. *Das Interim* 1548. *publiciret in Augſpurg, und daſelbſt* eodem anno *gedruckt*. Omnia hæc rariora eſſe, is facile judicabit, qui non eſt

Vervecum in patria, craſſoque ſub äere natus.

S. Barnabæ Epiſtola Catholica Græc. & Lat. edita à Joach. Joh. Madero. Helmſt. 1655. *S. Poly-*

carpi

carpi Epiſtola ad Philippenſes Gr. & Lat. edita à J. J. Madero. Helmſt. 1653. *Clementis Epiſt. I. ad Corinthios Gr. & Lat. cum fragmento* Epiſt. 2. edita à J. J. Madero. Helmſt. 1654. Ecce micro-Bibliothecam Patrum Apoſtolicorum, quæ à Th. Ittigii Bibl. Patrum Apoſt. in eo tantum abit, quod Barnabas in hac eum occupavit locum, quem in illa tenet Ignatius.

Barnabæ Apoſtoli Epiſtola Catholica Græco-Latina, cum Scholiis Hugonis Menardi. Pariſiis 1645. Prima hæc eſt Editio hujus Epiſtolæ. Quæ enim ab Uſſerio Oxonienſi prelo ſubjecta, & 1643. ibidem ad umbilicum perducta eſt, eodem, quo excuſa eſt anno, infelici incendio ibidem periit. Adeoque pro non excuſa eſt habenda. Ac licet ex uno codice expreſſa tantummodo, macularum non ita expers ſit, ac eæ Editiones, quæ hanc ſecutæ, poſtea ab Iſaaco Voſſio, Joh. Cotelerio, Steph. le Moinio, cum pluribus Codicibus MSCtis collatæ & ex iisdem emendatæ ſunt; Hæc tamen etiam habenda eſt in deliciis, quia prima, rara, ſplendida & notis eruditis, quaſi ſtellulis, colluſtrata.

S. Ignatii Epiſt. Græco-Latinæ. Acceſſit *S. Barnabæ Epiſt. Græco-Latina.* Opera Iſaaci Voſſii. Amſtelod. 1646. Primus eſt Voſſius, qui Epiſtolas Ignatii genuinas ſegregavit à ſpuriis, intemeratasque ab interpolatis, Codice Bibl. Florentinæ MSCt. adjutus. Notas etiam adſperſit pereruditas. Et tantum abeſt, ut diſplicuerit orbi literato hæc editio, ut Londini 1680. fuerit recuſa. (2) *M. Minutii Felicis Octavius, & Julii Firmici de errore profanarum religionum.* Lugd. Bat.

Bat. 1652. Omnium Minutii Editionum optima, ſplendidiſſima, locupletiſſima. In qua Jac. Ouzelius omnes Viror. doctiſſimorum in hunc Auctorem Commentarios, uno faſciculo comprehenſos, ſuisque animadverſionibus auctos, exhibet; Solius Fulvii Urſini Scholiis exceptis, quæ ob raritatem obtinere non potuit. (3) *G. J. Voſſii Theſes Theologicæ & Hiſtoricæ.* Hagæ Comitum 1658. (4) *Ejusd. Diſput. XX. de Baptismo.* Amſtelod. 1648.

Clementis Epiſtola prior ad Corinthios Græce & Latine, cum notis Fr. Junii, & Præfatione J. J. Maderi. Helmſtadii 1654.

SEC. III.

Origenis contra Celſum libri 8. cum Gregorii Thaumaturgi Panegyrico in Origenem Gr. & Lat. ex edit. D. Höſchelii. Auguſtæ Vindel. 1605. 4. Prima hæc eſt editio Græco-Latina hujus operis, quod in operibus Origenis ſuo jure primum occupat locum, ſive doctrinæ ſacræ & profanæ ubertatem ſpectes, ſive argumentorum pondera, ſive materiæ dignitatem. Imo & in Apologiis Chriſtianis ita eminet, ut nulla eidem æquiparari queat.

S. Gregorii Thaumaturgi Opera omnia Græce & Lat. cum Miſcellaneis SS. Patrum antehac non editis, collectore Gerh. Voſſio. Moguntiæ 1604. Editio infrequens & nitida, & à Thoma Ittigio c. 12. Bibl. Patrum Apoſt. ob P. II. collectas opes, inter Bibliothecas Patrum Moguntinas relata.

Euſe-

Euſebii Alexandrini Oratio de die Dominico ex MSCto edita, Latine verſa, & notis illuſtrata à Joh. G. Jano. Lipſiæ 1720. 4.

Usque linenda cedro, & levi ſervanda cupreſſo.

Methodii revelationes Latine cum figuris. Accedit *Wolfgangii* Ayntingeri Tr. ſuper Methodium. Baſileæ 1516. Ex quibus prior quidem eſt ſuppoſititius, ac à D. Methodio, qui vixit Sec. III. diverſus, vel ipſis Pontificiis teſtibus, quibus fruſtra ſe opponit Jacobus Boulducius de Eccleſia ante legem L. I. c. 8. p. 67. Poſterior autem eſt genuinus Auctor, paucis notus, egregius veritatis divinæ teſtis, & Eccleſ. Romanæ pudendorum detector impavidus. *Solini Memorabilia mundi.* Venetiis 1598. J. Wimpfelingii carmen ad Eberh. ducem Würtemb. Argent. 1495. *Joh. Honorii* Epitome Valerii Maximi. Lipſiæ 1503. Rariſſ. *Phil. Beroaldi libellus de dictis 7. Sapientum*, in fine mutilus.

Commodiani Inſtructiones. Witteb. 1705. Antiquitate magis & pietate illuſtres, quam ſuavitate venæ, & gravitate argumentorum. Siquidem dictio eſt ſalebroſa, vocibus quam plurimis inſolentioribus referta, & coacta, Acroſtichide contorta. Res autem non ubique analogiæ fidei Chriſtianæ conſonæ.

Georgii Fabricii Poëtarum veterum Eccleſiaſticorum opera. Baſileæ 1664. Sylloge hæc eſt XXX fere Poëtarum Veterum Chriſtianorum, qui à Sec III. usque ad Sec. VI. Eccleſiam illuſtrarunt. E in vitium ingrati animi omnino incideremus, ſ quantum meruerit hac collectione Fabricius, no agnoſceremus, quæ & Aldinæ 1502. & Baſ

leen

enſi 1541. mirum quantum eſt præferenda. ttamen nec inſcitiæ notam evitare poſſemus, ſi nne punctum tuliſſe, & nullam omnino ſubiiſſe ılpam profiteremur. Sane non minor eſt nuerus eorum auctorum, qui excluſi ſunt, quam ui in hanc Orcheſtram ſunt allecti. Et in his, ui in hanc ſcenam producti ſunt, nulla eſt habi- ratio temporis. Quædam ſuppoſita opuſcula o genuinis ſunt venditata. Lacunoſa & muti- pro integris. Interpolata pro liquidis. Noina Auctorum interdum confuſa. Interdum utata. Et ex appellativis facta propria. Quæ nnia egregie docet J. A. Fabricius in Bibliothe- Latina L. IV. c. 2. p. 696-724.

SEC. IV.

D. A. Auguſtini de Civitate Dei Libri XXII. cum omment. Joh. Lud. Vivis, & Leon. Coquei. rancof. & Hamburgi 1661. Scilicet ex variis uguſtini ſcriptis hoc eſt optimum, & ex variis litionibus hæc emendatiſſima, & ex variis itidem ommentatoribus hi doctiſſimi, *ἄνδρες πολλῶν ντάξιοι ἄλλων.*

D. A. Auguſtini Liber de eſſentia divinitatis. Cum nnotationibus D. Magni Hund. Lipſiæ 1509. ditio infrequens; Sed caute volvenda, quia puſculum ipſum Auguſtini pleriſque, qui felicios ſunt cerebri, videtur ſuppoſititium. Et flores Scholiaſte eidem adſperſi, Theologiam Scholaſticam ita redolent, ut ſpinis Philoſophicis abndaſſe magis, quam roſis Theologicis Auctom appareat. (2) *D. Magni Hund Anthropoloum de hominis dignitate, natura, proprietatibus,*

elementis, partibus & membris humani corporis. Lipſiæ 1501.

Athanaſius in Librum Pſalmorum à Joh. Reuchlino integre translatus. Tubingæ 1515. Athanaſii Comment. in Pſalmum hunc eſſe exiſtimas? Imo Epiſtola eſt ad Marcellum de Pſalmorum excellentia, varietate, uſu, ab Angelo Politiano jam tum in LL. translata & edita; Sed mutila & quaſi decurtata; A Reuchlino autem è Codice MSCto integra. Cujus hæc Editio perrara eſt, inviſaque Viro Doctiſſ. J. A. Fabricio in Bibl. Græc. L. V. c. 1. p. 304. & in pretio habenda ob Ep. Dedic. J. A. Queſtenbergio inſcriptam, in qua, quæ ſibi cum J. Hochſtratio controverſia intercesſerit, & qua ratione illa tandem confect ſit, nervoſe exponit Auctor.

Athanaſii Liber de variis Quæſtionibus à Joh. Reuchlino in LL. traductus, cujus etiam acceſſe runt Annotationes. Hagenoæ 1519. Non ge nuinus eſt hic Athanaſii fœtus, ſed ſuppoſititiu vel ipſis Pontificiis hoc nobis dantibus, quoru ſuffragia collegit Rob. Cocus in Cenſura Scrip Vet. p. 190. ſeq. Et Andreas Rivetus in Criti cis ſacris l. 3. c. 6. p. 273. Non tamen iccirc deſerendus plane, ſed vel eam ob cauſam h bendus in pretio, quia Joh. Reuchlinus eide manus obſtetrices adhibuit, eumque latina ve indutum, prima vice in lucem prodire juſſ ſcholiisque uberioribus inſtruxit, in quibus m tijugam lectionem, & linguarum non vulga ſtudium oſtendit, Athanaſiumque hunc ſuum illuſtrat egregie, & emendat interdum, & adv

dverſarios ſuos, Theologaſtros Incendiarios, uos vocat, mira libertate invehitur.

Gregorii Nazianzeni Decem Libelli à Ruffino in LL. ranslati, & à Joh. Adolpho Mulingo editi. Argenorati 1588. Quam editionem cave negligenam & floccipendendam exiſtimes. Prima eſt ujus monetæ, quæ prodiit, adeoque MS. æquiaranda. Perrara etiam & G. Caveo & C. Ouino non viſa. Et ſi verſionem eſſe tantummoo obtendis, velim recogites, interpretem eſſe uffinum, Virum Gregorio non multo poſterioem; Et contineri quosdam in hac Sylloge liellos, quorum textus Græcus authenticus eſt eperditus v. g. de fide unum, & de fide Nicæa alterum. Quos genuinos eſſe Gregorii fœtus gnoſcit G. Cave de Script. Eccleſ. p. 157. Alii. legantibus quidem hoc ipſum aliis v. g. Andrea iveto in Criticis l. 3. c. 26. p. 345. C. Oudio de Script. Eccl. T. I. Sec. IV. c. 4. p. 636.)upinio in Bibl. Eccl. T. II. p. 217. Sed ita, ut ppareat, eos nulla ſatis firma certave ratione ſſe inductos.

SEC. V.

C. Sollii Apollinaris Opera cum Comment. J. Sauaonis. Pariſiis 1599. ex Offic. Plantiniana. Autor lectu digniſſimus. Commentator doctiſſimus. ditor circumſpectiſſimus. Opus univerſum gregium. Niſi in Apollinari dictionis ſcabrities, ı oratione proſa, & tumor in vorſa, & in Saarone puerilis verborum luſus diſpliceat.

Gennadii Maſſilienſis Liber de Eccleſiaſticis dogmabus, cum veteris Theologi Homilia Sacra, & Maralis Lemovicenſis Epiſtolis, cum notis G. El-

menhorſtii. Hamburgi 1614. Optimâ hæc eſ Editio Gennadii. Cujus Opuſculum ab antiqui tate quidem, ſed non æque à dicendi characte laudandum eſt, aut rerum ordine, & doctrina puritate. Adde, quod maxima ejus pars ab alien manu eidem eſt addita, G. Cavei judicio in H. L S. E. p. 299. (2) *B. Hieronymi Libellus de illu ſtribus Eccleſiæ Scriptoribus.* Helmſt. 1611. (3 *Gennadii Libellus*, quo Hieronymi Catalogus con tinuatur. Ibid. 1612. Qui Hieronymi Libellu ſuos omnino habet manes, eo tamen nomine i pretio habendus eſt, quod *primus* eſt, qui Catalo go Scriptorum Eccleſiaſticorum condendo ma num injecit, Euſebii operibus præcipue adjutus Cui Gennadius ſucceſſit poſtea, & hanc telan à Sec. IV. ubi deſierat, redintegratam ad ſu usque tempora pertexuit.

SEC. VI.

Arator poëta Chriſtianiſſimus in Actus Apoſt. in ſine mentione loci & temporis. Editio prima, patet ex figura literarum, inviſa J. A. Fabricio, q in Bibl. Lat. L. IV. c. 2. §. 12. p. 706. novar & ad veteres ἐκδόσεις, Codicemque Cantab gienſem caſtigatam editionem promiſit.

A. M. T. Severini Boëtii Tr. de diſciplina Scho rium cum Comment. anonymi. Coloniæ 150 *Ej. de conſolatione Philoſophiæ Libri V.* cum Co ment. Thomæ Aquinatis. Ibid. *Nicaſii de W da* arbor conſanguinitatis. Ibidem 1505. *Ca Verardi* regni Granatæ obſidio, victoria, & triu phus. Romæ 1492. Ubi Boëtii editio eſt p rara, &, ut videtur, omnium prima. Werde opus rarum, utpote ab Auctore confectum, u

ab anno ætatis 3. cæcus fuerat. Verardi opus, juxta ac editio rariſſima.

SEC. IX.

Haymonis expoſitio in omnes Epiſtolas Pauli. Argentorati 1519. 4. Opus rarum, teſte Thoma Bartholino de morbis Biblicis c. 24. p. 84. ex antiquioribus ſcriptoribus, pro more iſtius ſeculi, decerptum, & vel hoc nomine habendum in deliciis, quia hæc prima ejus eſt editio, & editoris Epiſtola dedicatoria manifeſtiſſimum veritatis, & corruptæ à Scholaſticis Theologiæ exhibet teſtimonium. Nec audiendi ſunt, qui vel Remigium Remenſem, vel Remigium Antiſſiodorenſem verum hujus Florilegii Auctorem eſſe judicant. Siquidem & meris conjecturis eorum hypotheſes ſunt ſuperſtructæ, & γνησιότης ejus à Dupinio in Biblioth. Auctorum Eccleſiaſt. Tom. VII. p. 176. ita eſt aſſerta, ut veritatis amans, in his omnino poſſit conquieſcere.

SEC XI.

Theophylacti Comment. in IV. Evangeliſtas. Lat. interprete Joh. Oecolampadio. Coloniæ 1702. Collectus è Chryſoſtomo potiſſimum.

Ejuſdem Epiſtolæ LXXV. Græce editæ à Joh. Meurſio. Lugd. Bat. 1617. *Primus* eſt Meurſius, qui has Theophylacti Epiſtolas, ab Andrea Schotto ſibi communicatas, in lucem aſpectumque publicum prodire juſſit, & notis quibusdam Criticis illuſtravit.

Pſalterium B. Brunonis, Epiſcopi Herbipolenſis. Auguſtæ Vindelicorum 1497. Fuit hic Bruno patruelis Conradi II. nituitque ſeculo poſt C. N. XI. & *primus* poſt illatam in Eccleſiam Latinam bar-

bariem, Pſalterium Davidis per Origenem & Hieronymum emendatum, & emendationum notis ac ſignis inſtructum è tenebris eruit, & ab interitu vindicavit, quod copioſe docet Auctor τῶν πϱολεγομένων. Nec hoc nomine tantum egregia eruditorum de hoc codice eſt exiſtimatio; Sed & eam ob cauſam habetur in pretio, quia catenam expoſitionis Pſalmorum continet, ex Auguſtino, Hieronymo, Origene, Caſſiodoro, Beda &c. à Brunone excerptam. Textus etiam ſubinde deflectit ab Interpretis vulgati linea, & hæc noſtra Editio primis ac principibus, & rarioribus eſt annumeranda,

SEC. XIII.

Lucæ Tudenſis adverſus Albingenſium errores libri III. editi à Joh. Mariana. Ingolſtadii 1612. *Jac. Gretſeri* ſcriptores contra ſectam Waldenſium, ſcilicet *Reinerus*, *Pilichdorfius*, *alii* Anonymi. Ingolſt. 1613. Ecce Microbibliothecam ſcriptorum Anti-Waldenſium, tanto in honore habitam, ut poſtea tota, quanta quanta eſt, T. XXV. Bibliothecæ Patrum inſerta fuerit.

Thomæ Aquinatis pars prima ſummæ Theologiæ. Venetiis 1477. Cum indice materiarum copioſo MSCto. Editio prima & rara.

S. Bonaventuræ, Doctoris Seraphici, Compendium Theologiæ. Baſileæ 1509. In quo genus dicendi ſimplex. Methodus Scholaſtica. Res Theologicæ, Philoſophicæ, Theoreticæ, Practicæ, Phyſicæ, ethicæ &c. In VII. Libros digeſtæ, quorum Liber I. agit de Deo (2) de Mundo. (3) De Peccato, (4) de Chriſto, (5) de virtutibus & Spiritus S. gratia, (6) de Sacramentis, (7) de extre

extremo Judicio. Quæ oeconomia plane ad mentem Lombardi eſt adornata. Hic enim pari ratione L. I. agit de Deo. L. II. de hominis inſtitutione & deſtitutione. L. III. de Chriſti incarnatione & Spiritus S. operatione. L. IV. de Sacramentis & extremo judicio. Ut librorum numero tantum differant inter ſe Bonaventura & Lombardus, non rerum ordine, nec ratione.

SEC. XV.

Nicolaus de Clemangis de corrupto Eccleſiæ ſtatu. Helmſt. 1667. Teſtis αὐτόπτης καὶ αὐτήκοος, Benedicti XIII. ab Epiſtolis, flagitiorum omnium cumulate conſcius, quibus ea tempeſtate clerus Romanus contaminabatur. Quæ & ea libertate deſcripſit in hoc opuſculo, ut ejus nomen à Rob. Bellarmino in Catalogum Scriptorum Prohibitorum translatum ſit, qui juſſu Bernardi de Sandoval à Senatu Inquiſitionis Hiſpanicæ confectus Madriti 1612. f. eſt editus. Cujus conſule ſis p. 70.

Petri Nigri Stern des Meſchiach. Eslingen 1477. Anonymum eſt hoc opuſculum & ἀνεπίγραφον, pro more iſtius tempeſtatis, qua Ephebiam nondum attigerat Ars Typographica, diſerte tamen & ſcriptoris & ſcripti ipſius nomen legitur, tum p. 11. tum inprimis p. 316. ubi hæc habetur clauſula; *Alſo hat ein Ende das Buch, welches wird genennet der Stern Meſchiach, zu Lob und zu Ehr der Heil. Drey-Einigkeit und Meſchiach dem Sohn GOttes, gemacht mit Hülffe GOttes von Bruder Peter Schwartz, Prediger-Ordens. Welcher auch ernſtlichen Bitt alle Drucker-Herren, daſs ſich keiner unterſtehe, dis Buch zu drucken, ohne einen der das Corrigir in*

Jüdiſch und Teutſch; geſchehe aber, daſs einer ihnen das Buch fälſchet und ſchändet damit den Chriſtlichen Glauben und ſeine Perſohn, den will er mit Recht vornehmen und beklagen als einen Fälſcher und Feind des Chriſtlichen Glaubens. Und darum zu einen Zeichen hat Er das Signet *GOttes dazu geſetzet.* Ex quo, ut & ex p. 55. liquet, Auctorem eodem tempore vixiſſe, quo opus excuſum eſt. Quod totum, quantum eſt, eſt Polemicum, ad confundendos Judæos concinnatum. Contra quos integris ſectionibus XI. non inepte prorſus diſputat noſter. Literarum Ebraicarum ultra ſortem ætatis ſuæ peritus, Raimundi etiam Martini opere adjutus, quem laudat p. 54. Et Theologia Scholaſtica, vel, ſi mavis, Thomiſtica bene imbutus. Et condonandum hoc eſt ſeculo, quod transſubſtantiationem tantopere propugnat p. 216. ſeq. cum Iconolatria p. 292. In dictis etiam SS. citandis quandoque labitur (p. 52.) armisque è N. T. petitis interdum contra Judæos utitur p. 162. & 108. Pleraque tamen ſunt melioris commatis. Et cum omnia monumenta hujus Auctoris ſint rariſſima, quod docet J. C. Wolffius, Vir, ſi quis alius, in rebus ejusmodi dijudicandis verſatus, P. II. Bibl. Ebr. p. 17. & 137. & 1110. tum hoc inprimis tam infrequens, ut ſint in eruditorum numero, qui dubitent, an unquam in lucem fuerit editum. Mentionem etiam facit p. 173. gloſſæ cujusdam in Pſalmos à ſe editæ.



In

IN OCTAVO.

HEnr. Eckhardi Compendium Theologiæ Patrum. Jenæ 1606. A diſpoſitione quidem laudandum, & Auctoris ſcopo, ſed non item ab elaboratione & ſucceſſu.

M. Antonii Corvini Theologia Auguſtini & Chryſoſtomi. Halæ Svevorum 1539. *Primus* eſt Auctor, qui è Lutheranis Compendium Theologiæ è Patribus colligere ingreſſus eſt. Vir doctus; & in hoc ſtudiorum genere maxime diligens. Sed qui de ordine laboravit minime. Et verſione Chryſoſtomi uſus eſt non usquequaque optima. Et opera ſpuria non ſatis accurate diſtinxit, & diſtinguere potuit, à genuinis.

Andreæ Muſculi Catecheſis Sanctorum Patrum. Francof. 1556. In qua nitent præ cæteris, quæ p. 78. ſeq. collecta ſunt de particula *Sola*, Patribus etiam in juſtificationis negotio uſitata. Nec Auctoris hæc culpa eſt, ſed temporis, quod quædam ſuppoſta genuinis, & Thomas de Aquino immiſtus eſt Patribus.

Th. Ittigii Bibliotheca Patrum Apoſt. Græco-Latina, qua continentur Epiſtolæ Clementis, Ignatii, & Polycarpi. Lipſ. 1699. Quanta nomina! Quam veneranda ob antiquitatem, & auctoritatem, & Apoſtolicam gravitatem! Sane proximus iisdem à ſcriptoribus N. T. debetur locus.

SEC. I.

S. Clementis Epiſtolæ Græc. & Lat. cum notis P. Colomeſii. Accedit T. Brunonis diſſert. de therapeutis Philonis, & Epiſtolæ quædam ſingulares. Londini 1687. *J. Lydii Agoniſtica* ſa-

cra &c. Franequeræ 1700. Cornicula furtivis ſuperbiens coloribus. Omnia enim ex Petri Fabri Agoniſtico ſuffuratus eſt Auctor.

Des heiligen Clementis von Rom recognitiones in das Teutſche überſetzet mit einem Vorbericht Gottfrid Arnolds. Berlin 1702. Qui prologum huic translationi præmiſit, dubia cognitione ipſe diſtrahitur, nec exploratum ſatis habet, an genuinum ſit hoc opus, an ſuppoſititium? Corruptum an incorruptum? Hiſtoricum an Dramaticum? Interim Latine ſupereſt tantummodo. Idque ſuppoſtum, fatente Sixto Senenſi L. II. Bibl. Sanctæ p. m. 50. & cum eo Antonio Poſſevino in Appatatu Sacro p. 369. qui Sixtum κατὰ πόδα ſequitur. Roberto itidem Bellarmino de Script. Eccleſ. p. 52. Elia Dupinio in Bibl. Eccleſ. T. I. p. 31. Aliis. Et quod notandum cumprimis eſt, *Platonizat* Auctor Bellarmino judice l. c. Imo *Ebionizat* etiam Dupinio l. c. & *Arianizat* Photio Codice CXII. p. 290.

S. Ignatii Epiſtolæ Germanic. interprete M. Mollero. Görlitz 1592. 8. Quæ licet ex codice interpolato expreſſa ſit translatio, iccirco tamen habenda eſt in honore, quia prima eſt verſio Germanica harum Epiſt. & prima hujus verſionis editio. Secunda enim prodiit Hamburgi 1656. (2) *Agapeti Scheda regia* Germanice, interprete eodem M. Mollero. Görlitzii 1594. Scripta ab Auctore Græce Sec. VI. ſed Aphoriſmis Theologicis concinnandis aptiore, quam Politicis.

Sec

SEC. II.

S. Irenæi Libri V. adverſus hæreſes Latine. Baſileæ 1571. Opera J. J. Grynæi, qui L. I. pro antiqua verſione Latina, quæ hodie ſupereſt, exemplari Græco deperdito, novam J. Cornarii ſubſtituit, (illaudato ſtudio, ſi audias J. A. Fabricium L. V. Bibl. Gr. c. 1. §. 17. p. 67.) capitibusque ſingulis nova argumenta præfixit, ac totum opus, poſt Erasmi lucubrationes, recognovit denuo, ac à mendis repurgavit, ſed varias lectiones tamen non addidit, utut in titulo juxta ac in præfatione hoc jactitet.

S. Irenæi fragmenta IV. anecdota Græca cum verſione Latina, & notis ac differt. 3. *C. M. Pfaffii, & Liturgia Græca J. E. Grabii.* Hagæ Comitum. 1615. In qua collectione fragmenta Irenæi ſunt bona, dummodo genuina, ſed notæ meliores, & diſſertationes optimæ.

Juſtini Martyris de Sacris Chriſtianorum publicis narratio Gr. Lat. Halæ 1725. Ex Apologia Juſtini ſecunda excerptæ ſunt hæ Eclogæ, & notulis quibusdam illuſtratæ, ut, qui ſpiſſa Juſtini volumina evolvere non poſſunt, eas lectitent particulas, quæ ſunt in iis utiles præ cæteris, & neceſſariæ.

Q. S. T. Tertulliani libri IX. Lutetiæ 1628. Editio nitida, caſta, rara, typis Roberti Stephani excuſa.

SEC. III.

Minutii Felicis Octavius & Cæc. Cypriani libellus de idolorum vanitate, illuſtratus à C. Cellario. Halæ 1699. Digni libelli, qui diligenti manu volvantur, ob ſtili caſtitatem, argumenti gravitatem,

tem, ſcholiorum perſpicuitatem, editionis munditiem.

D. C. Cypriani Operum volumen ſecundum. Coloniæ 1522. 8.

D. C. Cypriani & A. Auguſtini de unitate Eccleſiæ libelli cum Introd. G. Calixti. Helmſt. 1657. In quibus id dolendum quam maxime, introductionem ab Auctore doctiſſ. inchoatam eſſe tantummodo, non autem ad umbilicum perductam.

SEC. IV.

L. C. Lactantii Firmiani opera omnia cum notis C. Cellarii. Lipſ. 1698. Qui auctor eſt quaſi fluvius Eloquentiæ Tullianæ. Et parem vix haberet in Patribus Latinis, ſi noſtra tam confirmare potuiſſet, quam facile aliena deſtruxit. Nitida etiam hæc eſt editio, ſed non emaculata prorſus. Et eſt apud nos Codex Lactantii MSCtus chartaceus bonæ notæ, ex quo ſexcenta in hac editione poſſunt emendari; v. g. c. 1. de Opificio Dei extat in hac Editione; Vereor, ne paulatim jucunditas conſuetudo earum rerum in animum tuum repat. Pro quo in Codice noſtro legitur: Vereor enim, ne paulatim conſuetudo & pietas &c. Item l. c. c. 2. Ubi eſt in hac Editione: omnes enim ex ſuis pellibus texit; at in MSCto noſtro: omnes enim ſuis ex ſe pellibus texit. Et ſic in aliis.

Sulpitii Severi Presbyteri Opera omnia cum ſelectiſſimis Commentariis G. Hornii. Lugduni Bat. 1654. Vir excellentis ingenii, nec minoris induſtriæ, natione Gallus, Patria Aquitanus, qui res à mundi exordio ſacris literis editas, brevitate conſtrin-

ſtringere, & cum diſtinctione temporum usque ad ſuam ætatem, h. e. finem Seculi IV. ſtilo Salluſtiano, h. e. concinna brevitate, lectiſſimis & ſignificantibus verbis temperata, tradere ingreſſus eſt, ut, quæ multis voluminibus diſperſa erant, in unum faſciculum collecta, uno intuitu facile conſpici poſſent, & memoria contineri. Quibus ſi quid intextum eſt quandoque, quod fabulam ſapiat, Seculo tribuendum, quo veritatem piis fraudibus ac mendaciis veriorem fieri, nonnulli perſuaſum ſibi habebant.

S. Macarii 50. Homiliæ Spirituales Gr. & Lat. interprete M. L. Palthenio. Francof. 1594. Prima hæc eſt Editio Macarii Græco-Latina; Sed Secunda ejus Latina translatio. Siquidem ante Palthenium jam Joh. Picus eundem Latinum fecerat. Et Palthenii verſio à J. G. Pritio denuo caſtigata eſt, in editione Lipſienſi 1698. 8. Qui 1714. omnia Macarii opera ibidem ſub prelum ire juſſit, & in præfatione eorum §. 13. monuit, Palthenianam hanc noſtram Homiliarum editionem non amplius extare in Bibliopoliis.

S. Macarii opuſcula omnia Græce & Latine, accurante J. G. Pritio. Lipſiæ 1714. Optima hæc eſt & perfectiſſima Macarii editio, qua una cum Homiliis & reliqua ejus opuſcula aſcetica continentur, quæ Petrus Poſſinus S. J. Th. Pariſiis 1684. *primus* edidit, & Latina verſione exornavit. Nec eſt facile quiſquam ex Eccleſiæ Patribus, qui eo rerum Spiritualium uſu & experientia excellat, qua noſter, omine non minus quam nomine Macarius.

C. V.

C. V. A. Juvenci Hiſtoriæ Evangelicæ Libri IV. cum notis variorum, recenſente Erhardo Reuſchio. Francof. & Lipſ. 1710. Editio optima auctoris optimi, qui omnium poëtarum Chriſtianorum eſt antiquiſſimus.

S. Damaſi Papæ opera, quæ extant. Pariſ. 1672. Terſa editio, ſed terſior futura, ſi, qui notas addidit Damaſi carminibus, M. M. Sarazanius & Epiſtolarum γνησιότητα contra D. Blondellii impugnationes in Pſeudo-Iſidoro p. 73. & 515-549. vindicaſſet.

S. Gregorii Nazianzeni Arcana ſ. de principiis verſus 492. cum paraphraſi Græca, & aliis. Ex offic. Plantiniana 1591. Quæ prima eſt carminum S. Gregorii editio, emaculata ſane, & cum ob typorum munditiem, tum ob rerum, quas exhibet, nobilitatem in pretio habenda.

Gregorii Nyſſeni (vel, quod magis placet Petro Lambecio in Comment. de Biblioth. Vindobonenſi l. I. p. 97. *Nyſeni*) *Opuſcula quinque*, Græce nunc primum edita, ſtudio Davidis Höſchelii Lugd. Bat. ex offic. Plant. 1593. Editio nitidiſſima & caſtigatiſſima. (2) *S. Maximi Martyris Myſtagogia*, nunc primum Græce edita, opera D. Höſchelii. Auguſtæ. 1599. Acceſſit in fine verſio latina, eaque Gentiani Herveti, ut teſtatur J. A. Fabricius in Bibl. Græca l. V. c. 30. p. 740. (3) *S. Marci Eremitæ Aſcetæ Sententiæ* Græce & Latine, Vincentio Obſopæo interprete, Editæ à Joh. à Fuchte. Helmſt. 1617. Qui Marcus, incertum, qua ætate vixerit, & an idem cum eo, quem Guil. Cave in H. L. S. E. p. 238. ſub initium Sec. V. claruiſſe ſcribit. (4) *S. Germani*

Archi-

Archi-Epiſcopi Conſt. Comment. in Orat. Dominicam Græce & Lat. Adamo Lonizero interprete. Goslariæ 1621. recuſæ opera Joh. à Fuchte, qui egregie fallitur, dum Auctorem Sec. II. ſcripſiſſe autumat, qui Sec VIII. demum inclaruit.

(5) *Petri Appollonii Collatii l. IV. de Excidio Hieroſolymitano*, emendatiores editi ab Adriano *von der Burchio.* Lugd. Bat. ex offic. Plantini. 1586. Scriptor eruditus & elegans, quacunque etiam ætate fuerit. Non enim idem de hac re Eruditorum ſenſus eſt. Megarinus Theol. Pariſ. in Bibl. Patrum Sec. VII. Et R. Gerius in Appendice ad G. Cavei H. L. p. 140. Sec. XV. vixiſſe judicat, cum quo etiam conſpirat J. A. Fabricius in Bibl. Latina T. I. p. 723.

D. Ambroſii Mediolanenſis Comment. in omnes epiſt. Pauli. Coloniæ 1532. Sive Ambroſii ſit hic Comment. ſive Hilarii Diaconi (De qua re operoſe diſputantem vide Caſparum Ziglerum c. 8. de Diaconis & Diaconiſſis §. 9. 10. p. 105.) patet ſane ex 1. Tim. III. p. 442. Auctorem vixiſſe tempore Damaſi. Et hæc editio propterea notanda eſt, quia Comment. in Ep. ad Hebr. ab ea abeſt, quem Caveus, aliique eidem ab impoſtore conqueruntur additum.

Gregorii Nyſſeni Epiſtola Gr. & Lat. de euntibus Hieroſolymam cum P. Molinæi tr. de peregrinationibus & altaribus ac ſacrificiis. Hanoviæ 1607. *Ejusdem Epiſtola ad Euſtathiam &c. cum verſione & notis Iſ. Caſauboni.* ibid. Quæ omnia ejus monetæ ſunt, ut dubitare queas, an epiſtolæ præclarius à Gregorio ſcriptæ, an doctius ab his duumviris illuſtratæ ſint.

D. Hi-

D. *Hilarii Pictavienſis Geneſis* cum notis M. Joh. Weitzii. Franc. 1625. Egregie fallitur Weitzius, qui Hilarii Pictavienſis hoc putat eſſe carmen, quod Hilario Arelatenſi potius eſſe tribuendum & ratio temporis docet, & eruditi fere omnes hodie, ac in iis ipſi Benedictini, in ultima Hilarii Editione, quæ Pariſiis 1693. prodiit, fatentur; Non autem fallitur in eo, quod p. 17. ſcribit, Auctorem horum verſuum non admodum curare canones proſódiacos, & ſubinde Syllabas breves producere, & corripere longas, more ſcriptorum Eccleſiaſticorum, quorum hymni aut alia ejusmodi feruntur. (2) *Severi Endelechi carmen Bucolicum* de mortibus boum cum notis Joh. Weitzii Francof. 1612. De quo peregregie diſſerit Thomas Reineſius in Ep. ad Daumium p. 23. 24. Inſcriptionem hujus carminis *de mortibus bóum*, eſſe gloſſema inſulſi Grammaticaſtri, argumentum enim eſſe de efficacia ſigni crucis, Auctorem vixiſſe Sec. IV. temporibus Theodoſianis &c. Hæc, inquam, & alia plura hujus metalli ſcripſiſſe ſe A. C. 1641. ad Weitzium profitetur l. c. Reineſius. Qui, ſi eo, quo in illuſtrando Endelechio, óccupatus fuit tempore, tantum de Auctore reſciviſſet, alias omnino, easque luculentiores, nobis dediſſet februas. Quas ita laudat l. c. Reineſius, ut earum ſimul quasdam indicet labeculas.

SEC. V.

D. *A. Auguſtini de Doctrina Chriſtiana Libri IV* Ejusdemque de fide & de Symbolo liber. Vincentii Lerinenſis Commonitorium, cum Proëmi G. Calixti. Helmſt. 1629. Primum hoc eſ

ſcri

riptum, quod è typographeo Calixtino prodiit, uosque ſcriptores continet, didacticum, & enchticum, qui ambo circa initium ſec. V. eluerunt. Sed ab Editore non opportune admoum conjuncti ſunt, ſi Thomam Crenium auas in animadverſ. Philol. P. I. c. 7. p. 108. uia non unus utriusque ſenſus fuit in religionis hriſtianæ myſteriis, & Vincentius ab Auguſti- judicio de prædeſtinatione non tantum abhorit; Sed & contra Auguſtinum ipſum, vel eos ltim, qui Auguſtini hoc dogma ſecuti ſunt, ſtrint calamum.

D. A. Auguſtini de natura & gratia liber unus. 528. *Ejusdem de fide & operibus Liber unus.* 528. *Ejusdem de Spiritu & litera Liber unus.* oloniæ 1527. *Ejusdem de Doctrina Chriſtiana ibri IV.* Coloniæ 1527. Ubi opportune nobis mentem venit id, quod ſcribit Andreas Hypeus l. 3. de ratione ſtudii Theol. c. I. p. 429. libris Auguſtini digniſſimi lectu ſunt, de Spitu & litera, de natura & gratia, de fide & opebus &c. Quibus nos addimus, qui eodem hoc olumine continentur, de doctrina Chriſtiana ibros IV. ut hoc Codice Bibliothecam Auguini ſelectam comprehendi jure exiſtimare ueas.

D. A. Auguſtini libri XXII. de Civitate Dei cum omment. Ludovici Vivis 1610. 2. Voluminius in 8vo. Auctoris & commentatoris optimi ditio non quidem optima, ſed tamen non ſperenda.

Pauli Oroſii Hiſtoriarum Libri Septem. Coloniæ 536. In quibus Auctor, gente Hiſpanus, pres-

byter Tarraconenſis, Auguſtini hortatu, mal[illegible] culpæ & pœnæ ab O. C. uſque ad ſua tempora h. e. Seculi V. initium ordine chronologico, & dictione Juſtini φράσιν fere redolente, deſcri[illegible] bit, ut calamitates jam ante Chriſtianos extitiſ[illegible] ſe, & Imperii Romani decrementum, direptio[illegible] nemque Urbis Romæ ab Alarico, Rege Gothorum A. C. 410. factam, non Chriſtianorum Sacris ſed Ethnicorum vitiis imputandam eſſe demon[illegible] ſtraret. Vir egregius, ſed nimis credulus i[illegible] quibusdam, & in temporum ſupputatione a[illegible] Græcorum monumentorum lectione non ſati[illegible] verſatus.

Salviani Maſſilienſis Opera Omnia, cum Commen[illegible] tario Conradi Rittershuſii, & aliorum. Norim[illegible] bergæ 1623. Vol. 2. Præclare meritus eſt d[illegible] Salviano Conradus Rittershuſius, qui opera eju[illegible] primus in Germania ſub prelum ire juſſit, & lu[illegible] culento Commentario illuſtravit, ſed codicibu[illegible] MSCtis deſtitutus, non omnes eluere potuit m[illegible] culas, quæ tanto temporis ſpatio in eo inſed[illegible] runt & inveterarunt. Atque hinc tot lacun[illegible] hiatus, chaſmata! Tot vocabula incommod[illegible] Tot phraſes alienæ! Tot loci dubii, obſcu[illegible] implicati, & in quibus nullus plane eſt ſenſu[illegible] Quibus qui medelam adhibere velit, & ingen[illegible] abundare debet, & MSCtis Codicibus. Qu[illegible] rum eſt aliquis & apud nos, non mali omni[illegible] commatis, ex quo ſanari quædam poſſe in h[illegible] editione, ex collatione utriusque didicimus.

Victoris Uticenſis Hiſtoria perſecutionum, q[illegible] in Africa Chriſtiani perpeſſi ſunt. Coloniæ 15[illegible] In qua Auctor, gente Afer, & Uticenſis Eccle[illegible]

Bi[illegible]

iſcopus, dictione non quidem intemerata
orſus, non tamen erubeſcenda omnino, ex-
nit, quantis calamitatibus affecti ſint ſuo tem-
ore Chriſtiani orthodoxi in Africa, Genſeri-
io & Hunnerycho Vandalorum regibus, Aria-
e hæreſi addictis, & Seculo V. univerſam hanc
gionem ferro & igne vaſtantibus, ut & crude-
atis Arianorum, & orthodoxiæ juxta ac con-
ntiæ Chriſtianorum in Africa, publicum exta-
t documentum.

Syneſii opuſcula Gr. & Lat. Baſileæ 1677.
ui ex Platonico Philoſopho in Ægypto factus
iſcopus, à Platonicorum placitis non ita ab-
ixit animum, ut nihil de iis in Eccleſiam tranſ-
itteret. Deum ſane dixit εἶναι ῥίζην τȣ̃ κόσμȣ,
imas ante corpus extitiſſe, & detruſas poſtea
ſpiſſam hancce molem, reſuſcitationem mor-
iorum myſtico & ſublimiore ſenſu exponendam,
quæ ſunt alia hujus metalli, Scholam Plato-
nis redolentia, & à M. Chladenio in Theolo-
umenis Syneſii collecta, ut & Patres quando-
ue ſuos paſſos eſſe manes, & ſolos SS. condito-
es eſſe integros doctrinæ, & macularum exper-
es commonſtraret. *Joh. Damaſceni* Hymnus
ς τὴν Θεογονίαν. Pariſiis 1551. *Poëmata Latina*
nnazarii, Aonii Palearii, Flaminii, Caſtalionis,
olufiani &c. Baſileæ apud Johannem Oporinum.
lich. Verini diſticha moralia. Antwerpiæ 1573.
e cujus obitu Joh. Politianus,

Sola Venus poterat lento ſuccurrere morbo,
Ne ſe pollueret, maluit ille mori.

C. Sedulii Presbyteri opus Paſchale cum Comment.
lii Antonii Nebriſſenſis. Item Juvenci Hiſt. Evan-

gel. libri 4. cum Comment. Jodoci Badii Aſcenſii. Baſileæ 1541. Editio infrequens, & habenda in pretio, tum ob auctorum & commentatorum famam, tum ob Editoris B. Weſthemeri in conferendis exemplaribus ſtudium.

Claudii Ecdicii Mamerti de ſtatu animæ libri III Accedit *Georgii Thaumaturgi Liber de anima, incertique cujusdam Auctoris de ea celebres opiniones, & Hermæ Paſtor &c. cum animadverſionibus C. Barthii.* Cygneæ 1655. Optimum hoc Mamert opus eſt, & optima hæc ejus editio. Tot vigiliis elucubrata, tot animadverſionibus illuſtrata, tot acceſſionibus locupletata. Et licet ſtilus lutulentus ſit, & moroſus, & ſubobſcurus Rerum tamen Gratiæ verborum ſqualorem temperant, & immortalitati animæ adſtruendæ non pœnitendum ſuggerunt ſubſidium. *Nic. Hunn & Miniſt. Lubecenſis Theologica conſideratio Pacificationis Joh. Duræi.* Lubecæ 1677. Digna lect ob ſpiſſam Pacificationis Duræanæ Hiſtoriam.

A. Prudentii Clementis opera cum notis Iſon Aelii Antonii Nebriſſenſis, & Nic. Heinſii. Coloniæ 1701. Scilicet omnium poëtarum Chriſtianorum princeps eſt Prudentius, & omniu commentatorum Prudentii Nic. Heinſius. E cujus notis criticis tantum ſe cepiſſe fructus a Chr. Cellarius in præf. Prudentio præmiſſ quantum ex alius, qui in hoc auctore laboraver neminis.

A. Prudentii Clementis opera cum notis C. Cellarii. Halæ 1703. *C. Sedulii mirabilium divinrum libri, ſ. Carmen Paſchale cum notis C. Cellarii,* Halæ 1604. Editiones terſiores illis præc-

der-

dentibus, ſed iccirco non meliores. In Prudentio enim, Chriſtianorum *Horatio*, deſtitutus fuit MSCtis Cellarius, & in Sedulio, *Marone* noſtro, antiquis editionibus & commentatoribus.

Theodoreti dialogi Græce, cum verſione Latina Victorini Strigelii & notis Marci Beumleri. Tiguri 1593. Editio præclara, dummodo huic codici ſua conſtaret integritas. Ex tribus enim dialogis duo tantum priores in eo continentur, incertis nobis, quid tertio acciderit.

Nonni Panopolitani Paraphraſis Evangelii ſecundum Johannem cum verſione latina Erhardi Hedeneccii. Baſileæ 1577. Quem gravi cenſura caſtigavit Daniel Heinſius in Ariſtarcho Sacro Exercit. Sacris in N. T. adjecto, Joſephi Scaligeri præceptoris ſui veſtigia ſecutus, qui in Epiſt. 276. p. m. 532. ad eundem data, Fanaticum hunc Scriptorem appellaverat. Et in alia ad Cl. Salmaſium p. m. 487. ſe ita ſolere eundem legere ſcripſerat, quomodo Mimos ſpectare ſolemus, qui nulla alia re nos oblectant, quam quod ridiculi ſunt. Attamen cauſam Nonni defendendam tuendamque ſuſcepit Caſparus Urſinus in Nonno redivivo, Hamburgi 1667. 8. edito. Nec defuerunt, qui magnis Elogiis efferendum nomen hujus Viri cenſuerunt, quorum in Bibliotheca Græca l. V. c. 16. p. 686. Elenchum exhibet J. A. Fabricius. Qui & ipſe l. c. p. 689. Heinſium in Ariſtarcho ſuo modum erga Nonnum exceſſiſſe ſignificat.

Theodoreti Orationes X. de providentia, interprete Victorino Strigelio. Lipſ. 1564. Pul-

chellæ ſane, & nec argumento, nec viro tanto indignæ.

D. Proſperi Aquitanici Opera. Duaci 1577. Editio non ſpernenda, à Joh. Olivario JCto adornata, qui, utut eandem variis lectionibus & acceſſionibus locupletaverit, & à mendis innumeris repurgaverit, ea tamen modeſtia fuit, ut titulo ejusdem ne nomen quidem ſuum inſcripſerit.

SEC. VI.

S. Paſchaſii Diaconi libri 2. de Spiritu S. Editi à M. J. Fuchten. Helmſtadii 1613. *B. Paſchaſii Ratberti liber de Sacramento Euchariſtiæ*, editus à M. J. Fuchten, cum ep. M. B. Rheſii. Helmſt. 1616 Habes hic duos Paſchaſios, Diaconum & Ratbertum, quorum ille circa initium Sec. VI. hæreſin Macedonii, hic circa exordium ſec. IX. ἑτεροδιδασκαλίαν Bertrami de ponte dejecit.

D. Auguſtini ſententiæ, à Joh. Proſpero ex ejus operibus excerptæ. Xyſti Philoſophi, Laurentii Piſani. Thalaſii Epiſcopi ſententiæ. B. Didymi Alexandrini libri 3. de Spiritu S. ab Hieronymo in Latinam linguam tranſlati. S. Paſchaſii Diaconi libri 2. de Spiritu S. B. Paſchaſii Ratberti Libri de ſacramento Euchariſtiæ. Scilicet non βίβλον, ſed bibliothecam minorem hic vides ſcriptorum eccleſiaſticorum à ſec. IV. usque ad ſec. IX. illuſtrium, eosque omnes Helmſtadii impreſſos, & à M. J. Fuchtenio, paſtore olim Hildeſ. ad D. Jacobi, poſtea SS. Theol. PP. in Academia Julia editos.

M. A.

M. Aurelii Caſſiodori opera cum notis Guil. Fornerii & Petri Broſſei. Aureliæ Allobr. 1609. Auctor gravis, & ſupra captum ſui ſeculi in omni ſcientiarum genere eruditus.

SEC. IX.

Lupi Servati opuſcula A. C. 1650. Quæ ſec. IX. ſcripta ab Antonio demum Grimberto ſec. ſup. ineunte è tenebris eruta, ac à Jacobo Sirmondo ſub Donati Candidi nomine 1648. in lucem edita, à Renato Deviræo denuo cum erudita præfatione ſub prelum miſſa, Prædeſtinatianorum placitis ita favent, ut ea aperto Marte defendant.

SEC. XII.

Petri Lombardi. ſ. Magiſtri ſententiarum Libri IV. Lugduni 1618. Inclaruit Seculo poſt C. N. XII. quo Wernerus Juris Civilis, & Gratianus Juris Canonici Scientiam é tenebris in lucem aſſerere conati ſunt. Quorum exemplo excitatus Lombardus, Theologiæ novum ſplendorem afferre inſtituit. Vir, prout tum erant tempora, non indoctus, & in lectione Patrum & conciliorum præclare verſatus; Sed ſimplicitatis piſcatoriæ, quæ eſt in Theologia Apoſtolorum, pertæſus, & acuendo intellectui magis, quam moderandæ voluntati, intentus. Ac licet non defuerint, qui in omnia alia abiverint; Plurimis tamen probata eſt hæc nova res divinas tradendi Methodus, & ita probata, ut ad ejus ductum ſe totos applicuerint, & Libros hoſce ſententiarum publice in ſcholis prælegerint, & Commentarios bene multos, ſpiſſosque in eos elucubrarint. Atque hinc Theologiæ Scholaſticæ, &

titulorum ſcholaſticorum (Doctorum, Magiſtrorum, Baccalaureorum) & ſpinoſarum Quæſtionum Theologicarum, cum notionibus adhuc in Theologia inauditis, & Methodo diſputandi Pyrrhonica, initium.

Ruperti Tuitienſis de victoria verbi Dei Libri XIII. Norimb. 1523. *Ejusdemque de Voluntate & omnipotentia Dei Lib. II.* quibus addita ejus vita. *Ibid.* Editio infrequens operis præclari & pernecesſarii.

SEC. XIII.

Guilielmi Peraldi Summa virtutum, ac vitiorum. Pariſiis 1512. Libellus paucis notus, à ſtilo, ordine & rebus commendandus. Et à G. T. Meyero in Introd. in Theol. Mor. c. 12. §. 5. omnibus ſui temporis ſcriptis Theol. Ethicis prælatus.

Alani ab Inſulis Parabolæ cum notis A. Senftlebii. Lipſiæ 1663. In quibus rerum venuſtas major, quam dictionis; licet & hæc non invenuſta prorſus ſit, pro ratione Seculi.

SEC. XIV.

Nili de Primatu Papæ Gr. & Lat. item *Barlaami de primatu Papæ Gr. & Lat.* Hanoviæ 1608. Libelli optimi, à Cl. Salmaſio editi, cum nondum 20. ætatis annum impleſſet. Qui & eosdem, paucis quibusdam mutatis, poſtea inſeruit illuſtri operi de Primatu Papæ. Lugd. Bat. 1645. in 4. edito.

SEC. XV.

Dionyſii à Rickel, vulgo Carthuſiani, Enarratio in VII. Pſalmos pœnitent. cum ejusd. via purgativa, & ſono Epulantis. Coloniæ MXXXII. Scilicet ſi credas typographo, qui in limine ſtatim ſuam

prodit

prodit incuriam. Cæterum Doctor *Ecſtaticus* vulgo dictus eſt Dionyſius, ob Theologiæ myſticæ, quam profeſſus eſt, rationem. Vir pius & diligens, & numero operum, quæ elucubravit, vix ulli poſt Auguſtinum ſecundus.

Joh. Huſſi Epiſtolæ cum præfat. M. Lutheri. Acceſſit Hiſtoria J. Huſſi à συγχρόνῳ quodam conſcripta. Witteb. 1537. Egregium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cimelium, nec facile obvium in officinis librariis. E quo vita Joh. Huſſi à Joh. Agricola edita, & 1686. Francofurti recuſa, præclare poteſt locupletari.

Hieronymi Savanarolæ ſermones quadrageſimales ſupra arcam Noæ. Venetiis 1536. De quibus duo notanda (1) quod non ab ipſo Auctore ſcripti, ſed ab aliis ex ejus ore ſint excepti, ut docet J. F. Picus Mirandola in vita Hieronymi apud G. Bateſium p. 177. (2) quod à typothetis mendis ſexcentis ſunt deformati.

SEC. XVI.

M. Maruli Evangeliſtarium. it. Meginardi de Symbolo Apoſtolico. Coloniæ 1532. Ex quibus opuſculum prius eſt Ethico-Theologicum, poſterius eſt Thetico-Hiſtoricum, breve quidem, ſed concinnum.

Vier geiſtreiche Büchlein publiciret von Joh. Arnd. Leipzig 1724. Faſciculus hic eſt librorum Aſceticorum Sec. XIV. XV. XVI. compoſitorum à Taulero, Kempiſio, Staupitio. Qui omnes proſunt ſane, & cor afficiunt, ſi non delectant. Et ſi quid habent forte, quod Papiſmum oleat,

vel Enthuſiaſmum; id condonandum eſt tempori, vel commoda interpretatione temperandum.

Et ſi plura nitent in libro, non ego paucis
Offendor maculis.

IN DUODECIMO.

SEC. I.

IGnatii *Epiſtolæ Germanice.* Luneb. 1693. *B. Bebelii Synopſis Hiſt. & Doctrinæ Symbolorum.* Lipſiæ 1690. *A. H. Franckens Einleitung zur Leſung der H. Schrifft.* Halle 1694. *Ejusd. Schrifftmäſſige Lebens-Regeln.* Leipzig 1695. Ex quibus Ignatii verſio optima. Bebelii Hiſtoria præclara, ſi non poſthuma, non mutila, non imperfecta; Franckii opuſcula & fidei & vitæ ſalutaria.

Abdiæ Babylonii Hiſtoria certaminis Apoſtolici. Coloniæ 1576. De quo Auctore, dici non poteſt, quam præclare nonnulli ſentiant. Wolfgangus Lazius inprimis, qui *primus* eundem edidit. Baſileæ 1551. f. Et poſt eum alii complures, in iisque noſtra tempeſtate J. G. Gichtelius, qui ea omnia miracula in eo contineri ſcribit, in Epiſtolis P. VI. p. 1728. quorum in hymnis fit mentio, qui à Romanenſibus in feſtis Apoſtolicis recitari ſolent. Sed non idem omnium eſt judicium. Plerique enim ex Lutheranis, & Reformatis, ipſisque Pontificiis, hanc Hiſtoriam nullius pretii eſſe ducunt, tum quod tota, quanta quanta eſt, eſt ſuppoſititia, & à quovis potius, quam à Viro Apoſtolico ſcripta, tum quia innumera in ea occurrunt ſuperſtitioſa, dubia, falſa, contradictoria, & oppido ridicula, quorum bre-

vem

vem in Criticis Sacris L. I. c. 6. p. 115. Andreas Rivetus exhibet Catalogum, ſpiſſiorem Robertus Cocus, in cenſura Auctorum Veterum p. m. 84. ſpiſſiſſimum. Anonymus *in Chriſtlichen Bedencken über den teutſchen* Abdiam Babylonium. (2) *Joach. Perionii de rebus geſtis Apoſtolorum.* Cujus locutio eſt emendata & latina, quam barbaries non infuſcavit, obſcuritas non opacam reddidit. Res collectæ ex SS. & Scriptoribus Eccleſiaſticis, Egeſippo, Irenæo, Euſebio, Hieronymo. Et illæ quidem præclaræ; Hæ vero pro diverſitate Auctorum diverſæ, & ex eorum ἀξιοπιστία dijudicandæ. Quos ſi ubique allegaſſet Perionius, Hiſtorici munere perfunctus eſſet rectius, & Lectori faſtidioſum inquirendi laborem ademiſſet.

SEC. IV.

D. Ambroſii de officiis Libri III. Argentorati 1644. In quibus, ſi amplitudinem argumenti & indolem non ex æquo complexus eſt, uſum tamen non tralatitie perſpexit, & inſtitutionis graviſſimæ dexteritate id perfecit, ut in univerſam vitam, in omnes hominum ordines, fortunæ gradus, actionum genera, ſalubritas percipiendi pertingat, & hoc opuſculum eo loco ac numero haberi mereatur, quo Ciceronis libri de officiis ab Alexandro Severo, & Ludovico XII. Galliarum Rege, habiti ſunt, quorum ordinem & argumenta ſecutus eſt in hoc Compendio Auctor graviſſimus.

SEC. V.

A. Auguſtini Dulciloquiorum libri III. Herbornæ 1614. Non ab Auguſtino ipſo, ſed Auguſtini ſtudio-

ſtudioſo concinnati. *Th. à Kempis de imitatione Chriſti libri III.* Bremæ 1620. Non auctoris ſermone agreſti, ſed mundiore illo Caſtellionis editi, rarique hoc habitu.

S. Vincentii Lerinenſis adverſus hæreſes Commonitorium cum Comment. *Joh. Coſterii.* Accedunt Joh. Campiani decem rationes oblati Certaminis in cauſa fidei. Coloniæ 1600. Quorum *primus* Sec. V. Theologus, ex milite factus Monachus, ſcripſit hoc opuſculum, Joh. Tritthemio inſigne, CenturiatoribusMagdeb.eruditum & acutum,Cæſari Baronio & editori noſtro *aureum* appellatum. Quo docuit, quomodo errores adverſus fidem commode evitari, & hæretici ac novatores confundi queant. Scilicet SS. Auctoritate, & Eccleſiæ Catholicæ traditione vel teſtimonio. Et perſuaſum ſibi habent Pontificii, ſe in eo reperiſſe, non quod pueri in faba; Sed oſtendit G. Calixtus in proëmio A. Auguſtini Libris *de Doctrina Chriſtiana* præmiſſo, hac ratione illorum Syſtema fidei multo facilius, quam noſtrum concuſſum iri. *Edmundus* autem *Campianus* Soc. Jeſu Theologus, è caſtris Reformatorum digreſſus ad Pontificios, has rationes velut decem arietes inexpugnabiles obvertit Proteſtantibus; Sed fractæ ſunt à Guil. Witakero, D. Val. Alberti, Aliis. Auctorque in Anglia, ob turbas in republ. & Eccleſia excitatas, capitis pœna mulctatus eſt. *Franciſci Bencii Quinque Martyres.* Coloniæ 1594. de quo Auctore Cæſar Baronius dicere eſt ſolitus: Bencium Muſas ad Chriſtum convertiſſe, & Poëſin ſuam cum Theologia felici connubio copulaſſe. Hiſtoria enim hæc eſt V. religioſo-

rum

rum Societatis Jeſu, in India à barbaris peremtorum, Carmine epico non ineleganti deſcripta.

Pontii Paulini Poëmata. Item *Proſperi Aquitanici Carmina.* Nec non *S. Hilarii & Venantii Fortunati quædam.* Antwerpiæ ex offic. Plant. 1560. Quæ *prima* eſt editio Paulini eaque perrara.

Sec. VI.

Gregorii M. Papæ Dialogi de vitis & miraculis Patrum Italicorum, & de æternitate animarum. Duaci 1515. De quibus qui unum Eliam Dupinium differentem audiverit, nihil ad judicandum præterea requiret. Sic autem ille in Bibliotheca Eccleſiaſtica T. V. p. 138. Quamvis dubitari nequeat, quin libri Dialogorum, qui S. Gregorii nomen ferunt, ad hunc Pontificem ſpectent, cum ipſe ille ſuos agnoſcat, ac diſcipuli & Auctores, qui modico poſt eum tempore ſcripſerunt, ei attribuant; Hoc tamen opus neque gravitate, nec ſancti hujus Pontificis judicio dignum videtur. Ita miraculis inſolitis, & Hiſtoriis pene incredibilibus plenum eſt. Hæc & plura alia acerbiora de Pontificis hujus opuſculo Dupinius l. c. Ipſe Eccleſiæ Pontificiæ addictus.

Sec. VIII.

Anonymi Lucerna Evangelica. Paderborn. 1611.

S. Johannis Damaſceni Hiſtoria de SS. Barlaamo & Joſaphato, interprete Jac. Billio. Coloniæ 1593. De qua P. D. Huetius de Origine fabularum p. 60. Ea fabula Romanenſis quidem eſt, ſed pia, de amore agit, ſed divino; plurimum hic ſanguinis effuſum eſt, ſed Martyrum, ad Hiſtoriæ normam, & ex fabulæ Romanenſis legibus opus illud elucubratum eſt. Nihilominus tamen, etſi veri-

veriſimilitudo ibi ſatis accurate obſervata eſt, tot tamen figmentorum præfert indicia, ut, qui ſeria animi cogitatione legerit, is confictum eſſe nunquam ſit iturus inficias.

SEC. XIII.

S. Bonaventuræ Pſalterium Mariæ. Pariſ. 1677. An Bonaventura Auctor ſit hujus Pſalterii, negant plerique Pontificii, & in iis Perronius, cui reſpondet P. Molinæus de Nov. Papiſmi P.I. lib. 7. c. 14. p. 587. dubitat M. Chemnitius in Exam. Conc. Trid. P. III. p. 338. Sed hoc tamen ſimul contendit, iſtud ſub nomine Bonaventuræ ubique eſſe editum, & quidem auctoritate publica, illuſtreque prorſus exhibere Idolomaniæ Pontificiæ teſtimonium. Et cum exemplaria ejus perrara ſint, utut Venetiis, Lipſiæ, Pariſiis &c. excuſa totum fere libellum Chemnitius Examini C. T. l. c. inſeruit.

SEC. XV.

Hieronymi Savanarolæ opuſcula quædam, in linguam Germanicam translata à M. Lindnero. Luneburgi 1630. Rara, præclara, & aperte teſtantia, veræ pietatis ſenſum eo tempore non in omnibus obtorpuiſſe.

Thomæ de Kempis Opuſcula aurea. Venetiis apud Juntas. 1576. Editio nitida, bellula, Juntiniana, rara, Auctoris conſpicui, & pietate non minus quam eruditione luculenter inſtructi. Cujus unicus ſcopus fuit, Theologiam, à Scholaſticorum ſtrophis repurgatam, ad ſimplicitatem Apoſtolicam revocare. Nec infeliciter ipſi hoc ſucceſſit nogotium in iis, quæ hoc volumine continentur, opuſculis; Unde multum commodi

ema-

emanare poterit, ſi Lector iisdem ita ſciat uti, ut Virgilius Ennio, & libellum aureum de imitatione Chriſti iisdem addiderit. Quem quare Editores in hanc Syllogen non adſciverint, aliam cauſam comminiſci non poſſumus, quam quod exiſtimarunt fortaſſe, alium eundem habere Auctorem, quam Kempiſium.

Thomæ à Kempis de Imitatione Chriſti Libri IV. editi ab H. Sommalio. Antwerpiæ 1607. ex offic. Plantin. *Pſalterium Davidis Latino-Germanicum, interprete Joh. Dietenbergero.* Coloniæ 1609. 12.

Thomæ à Kempis de Imitatione Chriſti Libri IV. editi ab Heriberto Rosweydo. Amſtelodami 1691.

Ejusdem de Imitatione Chriſti Libri IV. ex recenſione Phil. Chifletii. Antwerpiæ ex Offic. Plantiniana 1652. 16.

Thomæ à Kempis de Imitando Chriſto Libri IV. ex Latino in Latinum translati à Seb. Caſtalione. Amſtelodami 1628. 12. Editio rarior.

Thomæ à Kempis de Imitatione Chriſti Libri IV. idiomate Belgico, interprete Heriberto Rosweydo in 16. Ecce plures editiones libelli, mole exigui, ſed indole, uſu, & fama magni, & propterea in linguam Germanicam, Anglicam, Italicam, Hiſpanicam, Bohemicam, Hungaricam, Arabicam, Turcicam, Græcam, Malabaricam, &c. translati & ſexcenties editi.

Explicatio VII. Pſalmorum Pœnitent. Germ. ſed ἀκέφαλος. *Thomæ à Kempis Vallis liliorum, & de tribus tabernaculis liber* Germanice, interprete Caſp. Ulenbergio. Coloniæ 1600. 12.

Thomæ

Thomæ de Kempis de Imitatione Chriſti, aliaque ejusdem Auctoris piiſſima opuſcula, cum notis Joh. Merlo Horſtii. Coloniæ 1682. Editio nitida, commode digeſta, & figuris æneis elegantiſſimis exornata.

SEC. XVI.

Joh. Ludovici Vivis Exercitationes animi in Deum. 1550. 12. Exiguus libellus; ſed vaſtæ ſapientiæ promus condus.

CAPUT V.

DE CONFESSIONIBUS PUBLICIS.

IN FOLIO.

Corpus Doctrinæ d. i. Gantze Summa der Rechten Wahren Chriſtlichen Lehre des Evangelii &c verfaſſet durch Philippum Melanchthonem. Leipzig 1560.

Corpus Doctrinæ Chriſtianæ, aliquot libris fidei ac pio ſtudio explicatæ à D. Philippo Melanchthone Lipſiæ 1560. *Primum* hoc eſt corpus doctrinæ Evangelicæ, ab ipſo Philippo, ſi fidem habemus Indicibus & Præfationibus, ſi Leonhardo Hutttero in Concordia Concorde c. XI. p. 341. Caſpare Peucero, Philippi genero, compilatum & eodem, quem hic expreſſum vides, anno Ger-

man

nanicè primum, tum etiam Latine editum, ut eſſet norma, ad quam Evangelici doctrinam exigerent, & de ejus orthodoxia & heterodoxia judicarent. Ad quam auctoritatem etiam adſpiraſſet, niſi Anti-Philippiſtæ interceſſiſſent, & corporis hujus nævos manifeſtaſſent. Quos ſi tueri geſtias, conſule Leonhardi Hutteri l. c. p. 343. ſeq. Apologiam F. C. c. 9. p. 270. ſeq. Colloquium Altenburgenſe Edit. Jenenſis p. 359. ſeq. 440. 473. 474. &c. Conr. Schlüſſelburgium in Theol. Calviniſtica l. 1. Artic. I. p. 12. Et in præfatione libello Joh. Wigandi præmiſſa, de generatione filii, Francofurti 1580. in 8vo edito J. A. Schmidium de Corporibus Doctrinæ p. 3. ſeq. Alios, Philippiſtis manifeſtam dicam ſcribentes, & in iis Nicolao Selneccero inprimis; qui, quo loco hoc opus habuerit, ſequente carmine teſtatus eſt,

Non melior liber eſt ullus poſt Biblia Chriſti,
Quam qui doctrinæ corpus locique vocatur.
Hoc norunt omnes, qui dexteritate docendi,
Diſcendique ſimul vera & pietate tenentur.

Sed mirum in modum poſtea mutatus, & in caſtra Anti-Philippiſtarum transgreſſus eſt Selneccerus. Quod inſectanter & graviter eidem exprobrat Caſparus Peucerus in Hiſtoria Carceris p. m. 323. & 357. Et poſt eum Rud. Hoſpinianus in Concordia Diſcorde c. XI. p. 62. ſeq. Nec quicquam ad hæc omnia reſpondet Leonhardus Hutterus in Concordia Concorde c. XI.

Corpus Doctrinæ Julium. Wolffenb. 1576. Editio prima & authentica hujus operis, cui 1603. ſucceſſit ſecunda, & 1690. tertia & ultima.

tima. Et notandum omnino (1) Collectum id eſſe auſpiciis Julii Ducis Brunſvic. ope M. Chemnitii, qui etiam Declarationem, vel introductionem, præmiſit. (2) Corpus hoc Corpori Philippico, eo tempore invaleſcenti, eſſe oppoſitum. (3) Urbani Regii tr. de formulis caute loquendi eidem inſertum; Sed mutilum & mancum, & locis quibusdam caſtratum, ut docet M. S. Grave in Appendice ad Regium p. 167. (4) Eo ipſo anno prodiiſſe, quo F. C. Torgæ primum eſt compoſita, quæ 1577. Bergæ reviſa, 1580. demum typis exſcripta; Sed in Ducatu Brunſvic. & Luneb. nunquam admiſſa eſt. (5) Hiſtoriam ejus adumbraſſe quodammodo J. A. Schmidium in Programmate, de corporibus doctrinæ p. m. 14. ſeq.

Concordia, Chriſtl. wiederholte einmühtige Bekändtniſs der Augſpurgiſchen Confeſſion &c. Dresden 1580. Omnium librorum Symbolicorum eccleſiæ Lutheranæ ſylloge, ſubſcriptione multorum principum, civitatum, Theologorum munita & pro editione authentica agnita. Utut rebus intentus magis quam verbis Metaphraſtes, a phraſi latina interdum receſſiſſe longius videri queat. Quod & probe obſervavit Vir doctiſſ. Caſparus Löſcherus, hujusque rei cauſam indagavit in Paralipomenis Symbolicis §. 11. ſeq. p. 6. ſeq.

Confeſſio orthodoxa Eccleſiæ Orientalis Character-Cyrulico, h. e. à Cyrillo, non Alexandrino, nec Hieroſolymitano, ſed alio quodam circa A. C. 860. invento, in f. Quæ Græce primum ſcripta circa A. C. 1643. Poſtea in linguam Ruſſicam, Slavonicam converſa eſt, & in lucem publicam emiſſa. Eſt autem hæc illa ipſa Confeſſio orthodox-

oxa, quæ A. C. 1662. in Belgio Græce & La-
ne impreſſa, Lipſiæ 1695. cum nova verſione
atina Laurentii Normanni recuſa eſt,

Rara avis in terris, & corvo rarior albo,
Ac cycno nigro!

Valentini Erythræi Auguſtana confeſſio, ejusque Apologia tabulis delineata. Addita eſt è regione onfeſſio Eccleſiarum Saxonicarum, & Würembergenſium, prodiitque Pars I. Argentorati 565. Pars II. & III. ibidem 1567. Opus infreuens, luculentum, doctum, commodorumque ec paucorum, nec mediocrium.

IN QUARTO.

Corpus & Syntagma confeſſionum fidei. Genevæ 1654. Auctor hujus collectionis eſt Caparus Laurentius, vir doctus, pius, pacificus. t corpus hoc doctrinæ totum quidem ad menem Eccleſiarum reformatarum, quibus Auctor ddictus fuit, eſt adornatum, & à C. Maſſonio '.I. Anat. Univ. c. 8. p. 38. pro univerſali agniım; dignum tamen, quod manu diligenti vertur ob raritatem, & multarum confeſſionum on facile obviarum congeriem. Quarum Arnitectos ſi noſſe diſcupias, conſule Joh. Fabricium Hiſt. Bibliothecæ. P. 3. p. 375. ſeq.

Confeſſio Auguſtana cum Apologia Germanice nach em älteſten Exemplar, ſo 1531. zu Wittenberg ausngen, nachgedruckt. Regensburg 1561. Quæ dem anno prodiit, quo Naumburgi in Saxoa Synodus eſt coacta, & in ea decretum, tolndam eſſe exemplarium A. C. varietatem, & id

id pro authentico habendum tantummodo, quod 1531. Wittenbergæ in officina Georgii Ravii impreſſum eſt. Quod copioſe referunt in Hiſt. A. C. Timotheus Kirchnerus, Nicolaus Selneccerus, & Martinus Chemnitius p. 310. ſeq. Et ex iis Jacobus Gottfridus in Hiſt. A. C. p. 530. ſeq. (2) *Seb. Krellii Bedencken, wie ein jeglicher Chriſt die Secten zu Anathematiziren ſchuldig ſey. Eisleben* 1562. (3) *Til. Heshuſius von freyen Willen. Magdeburg* 1562.

Nohtwendige Vertheidigung des Aug-Apffels. Lipſiæ 1620. Scriptum Theologorum Dresdenſium, Lipſienſium, Witteb. & Jenenſium. In quo A. C. Latino-Germanice exhibetur, & contra ſtrophas Jeſuitarum maſcule defenditur.

Apologia Formulæ Concordiæ, Item *Gründliche Hiſtorie von der Augsburgiſchen Confeſſion.* Magdeb. 1584. Hæc Apologia F. C. & quæ eidem acceſſit Hiſtoria A. C. concinnata eſt Erfurdiæ à Triumviris, Timotheo Kirchnero, Nic. Selneccero & Martino Chemnitio, juſſu Electoris Saxonici Palat. & Brandenburgici, ut Neoſtadenſium, Anhaltinorum, & Bremenſium, M. Chriſt. Irenæi etiam & Ambroſii Wolfii h. e. Chriſtoph. Herdeſiani adverſus A. C. & F. C. inſultus reprimerentur. Probata etiam à Theologis noſtræ Eccleſiæ; Sed non omnibus, quod patet ex Rudolphi Hoſpiniani Concordia Diſcorde c. 45. p. 242. ſeq. Ad quæ nihil reſpondit Leonhardus Hutterus in Concordia Concorde c. 41. p. 976. ſeq. Adeoque in numerum Librorum Symbolicorum non admiſ-

Ernſt Friderich Marck-Graffen zu Baden Bedencken wegen der Subſcription der formulæ Concordiæ

ſam-

ſammt J. F. Gn. Confeſſion. Staffort 1599. Scriptum Polemico-dogmaticum, laborioſum, perrarum, idque non indoctum, in quo Auctor Sereniſſ. (ſiquidem ille Auctor eſt; Quod non ſine ratione negat L. Hutterus in Concordia concorde c. 57. p. 1447.)

(1) Contendit, ſe libro Concordiæ 1580. ſubſcribere non potuiſſe, quod A. C. exemplar in eo allatum, cum Catechiſmo Lutheri, mirum quantum ab Autographo abeant, Et F. C. cum ſua appendice multis anomaliis, & dictis Patrum non bona fide citatis, ſcateat.

(2) Edit ſuam ipſemet de Articulis controverſis confeſſionem, dictis SS. Patrumque munitam & corroboratam; Accurate excerptam à Rud. Hoſpiniano in Conc. Diſcorde c. 57. p. 282. Sed A. C. 1601. à Theologis Würtembergenſibus, & 1602. ab Electoralibus Saxonicis confutatam. Et à L. Huttero l. c. atro carbone notatam. Qui eam Compendium abominationis Sacramentariæ appellat, & confluentiam omnium objectionum, quas Reformati unquam contra Lutheranos in chartam conjecerunt.

Repetitio Corporis Doctrinæ Eccleſiaſticæ derer Theologorum in Preuſſen. Eisleben 1567. Ipſum hoc eſt *corpus doctrinæ Prutenicum*, cujus Hiſtoriam tradit J. A. Schmidius de corporibus doctrinæ p. 10. Et ante eum Chriſtoph. Hartknoch in Hiſt. Eccl. Pruſſica l. 2. c. 4. p. 423. Et D. Joh. Behmius *in kurtzen Bericht von den Preuſſiſchen* corpore Doctrinæ. Nec eſt, quod quæras, cujus corporis doctrinæ ſit hæc repetitio? Non enim aliud corpus h. l. intelligitur, quam quod ex

Libris Eccleſiæ noſtræ ſymbolicis, velut elementis quibusdam, eſt congeſtum. Extatque alia ejus editio Regiomonti 1567. in f. impreſſa, in qua Auguſtana confeſſio, ejusque Apologia & Articuli Smalcaldici repetitioni huic acceſſerunt. (2) *Confeſſions-Schrifft etzl. Prædicanten in den Herrſchafften Graitz, Gera*, Schomburg 1567. (3) *Bedencken des Miniſterii zu Braunſchweig auff D. Majoris* repetition. 1568.

Synodus Dordrechtana. Dordrechti 1619. Synodus hæc, vel potius Synodi Dordracenæ decreta, non ſunt confundenda cum ejus actis. Siquidem horum illa perexiguam tantummodo faciunt particulam, extantque in iis p. 343-386. Una cum præfatione, quæ l. c. p. 392. legitur Cum enim Acta Concilii in vulgus ſpargere nor conſultum exiſtimarent Ordines fœderatarum Belgii provinciarum; Hoc ſolum Synodi de con troverſiis judicium πεντάκωλον in lucem publi cam prodire paſſi ſunt. Sed veriti poſtea, ne, Acta non darent integra, & è tabulis deſcripta ab aliis ederentur mutila, ea ipſa etiam, ut typi exſcriberentur, haud inviti permiſerunt. E non eſt facile, unde plus exſpectare poſſis com modi, quam ſi Acta ipſa cum his decretis confe ras, & cum iis, Philippi à Limborch Hiſtoria vitæ Simonis Epiſcopii p. 230. & Epiſtolas Jo Haleſii, in quibus arcana hujus Concilii Hiſtor deſcribitur, contendas. Tum enim multa, qu latent, evidentius patebunt. Videlicet eſſe qua dam in iis diſquiſitione Scholaſtica magis dign quam judicio Synodico.

M.

Metrophanis Critopuli Catholicæ & Apoſtolicæ in)*riente Eccleſiæ Confeſſio, Græce & Latine.* Helm-ſtadii 1601. Cujus Auctor fuit primum ἱερομόναχος in monte Atho, tum πρωτοσυγκέλλος, ive primarius Sigilli Patriarchalis cuſtos, dein-le Patriarcha Alexandrinus, & tandem Con-tantinopolitanus, & Cyrilli Lucaris ſucceſſor, ui 1624. peragravit Germaniam, & Helmſta-lii per integrum annum ſubſtitit, ibique rogatu Profeſſorum G. Calixti inprimis, & C. Hornei cripſit hunc elenchum doctrinarum & παραδό-εων Eccleſiæ Græcæ, idiomate patrio, ſtiloque lano & aperto & ſimplici, & ordine non qui-em ſyſtematico, probabili tamen, & non ſpernen-o prorſus, ſi digreſſiones excipias, & diſputa-iones confeſſionibus nequaquam inſerendas, non t libri Symbolici loco eſſet iis, qui in Græcia d cætum Chriſtianorum pertinent; (Non enim uctoritate publica ſcripta eſt, ſed privata tan-um;) Sed ut conſtaret noſtratibus, quæ Græco-um eſſet fidei Analogia, & quanta Eccleſiæ)rientalis & occidentalis ſimilitudo & diſſimili-udo.

Liber Symbolicus Ruſſorum, der gröſſere Catechiſmus er Ruſſen. Franckf. 1727. Quæ à Petro Mogila ;ræco idiomate vulgari contexta eſt orthodoxa)onfeſſio Eccleſiæ Orientalis, & in Synodo Mol-avienſi 1643. repurgata & confirmata, Anno-ue 1662. Græce, ac poſtea 1695. Græce & atine impreſſa; Ea poſtmodum Moſcoviæ in 'œnobio S. Michaelis, in Linguam Ruſſicam t translata, & ibidem Charactere Cyrulico im-reſſa. Atque ex his fontibus deductus eſt rivu-

lus. Ex ſermone inquam Græco & Slavonico traducta eſt hæc verſio Germanica.

Kirchen-Ordnung in Hertzogthum Mecklenburg. Witteberg 1552. Architectum hujus ordinationis eſſe Philippum Melanchthonem, Timotheus Kirchnerus, Nic. Selneccerus & Martinus Chemnitius Auctores ſunt in Hiſt. *A. C.* p. 269. Et ex iis Jacobus Godfridus in Hiſt. A. C. p. 486. Ad quorum ſententiam accedit Vincentius Placcius in theatro Anonymorum p. 437. & Lucas Oſiander in H. E. Cent. XVI. l. 3. c. 17. p. 614. Qui & oportune l. c. notat, Philippum in ea lubrice locutum de S. cæna, neque diſertè expreſſiſſe, an cum pane & vino corpus & ſangui Chriſti diſtribuantur? An ore corporis accipiantur? An mali etiam corpus Chriſti ſumant? An corpus Chriſti ſpiritualiter an corporaliter ſumatur? Adeoque ſub hiſce ejus verbis Calviniſmun latere potuiſſe. (2) *Leipziger Interim mit eine Vorrede und Scholien Nicolai und Flacii Illyrici* 155c Opuſculum paucis notum, dignum tamen, quo pluribus innoteſcat. Quia *Interim* hoc Lipſienſe eſt Auguſtani illius quaſi Explanatio. Et qui in hac Editione acceſſit præfatio Illyrici, Hiſtoriam utriusque continet, ſicut ſcholia textui adjecta confutationem, perbrevem illam quidem & multo ſale conſperſam, ſed argutam tame & ſimplicem, nudamque veritatem redolenten (3) *Mandat Kayſer Carl V. verneuet in April* 155 *auszurotten die Secten und Spaltungen. Nebſt ein Regiſter verbotenen und verworffenen Bücher.* Ite *Eine Vermahnung des Rectoris auf der Univerſit zu Löwen.* Item *Ein ander Kayſerl. Mandat v*

de

denſelben Handel 1540. *ausgegangen.* Sine tempore. Collecta à Mathia Flacio Illyrico, & præfatione aucta, & in rariorum numero habenda, propter inſertum indicem librorum prohibitorum. Siquidem hic *primus* & unicus eſt, qui extat idiomate germanico.

Joh. Bugenhagii Braunſchweigiſche Kirchen-Ordnung. Acceſſit Auguſtana Confeſſio, & ejus Apologia. Item Articuli Smalcaldici. Et kurtzer Bericht von 3. Articeln 1651. *zu Lüneburg befeſtiget.* Primum hoc eſt corpus Doctrinæ Eccleſiarum Brunſvicenſium, cui Miniſtri omnes ſubſcripſerunt, usque ad urbis deditionem, ſive annum 1572. Quo hæc ſubſcribendi ratio neglecta eſt. Succeſſitque in ejus locum poſtea 1576. Corpus doctrinæ Julium. Adeoque hoc Syſtema ab A. C. 1564. usque ad A. C. 1572. h. e. octennium valuit tantum in dictis Eccleſiis. Neque Lectorem movere debet, quod in Indice annus 1531. expreſſus eſt. Patet enim ex particula ultima, quæ Articulos Luneburgicos continet, & ex P. J. Rethmeyeri H. E. Brunſvicenſi Parte III. c. 7. §. 35. p. 253. A. C. 1564. demum auſpicio Senatus factam eſſe hanc Syllogen. Et notat H. L. Königius in Bibliotheca Agendorum p. 65. extare exemplum in Bibliotheca J. C. Bockelmanni, ubi in fine præfationis annus hic diſerte legatur expreſſus. Qui tamen in hac noſtra Editione, neſcio quo fato, exulat.

Confeſſio fidei Baronum ac nobilium Regni Bohemiæ. Wittebergæ 1538. *Apologia Doctrinæ, qui vulgò appellantur Waldenſes.* Ibidem. Eodem. Variæ ſunt Editiones Confeſſionis Fratrum Bohemorum,

eæque mirum quantum inter ſe diverſæ. Lingua Bohemica, Polonica, Latina, Germanica exaratæ. Conciſiores, Auguſtiores. Mutatæ, interpolatæ. Genuinæ, ſuppoſititiæ. De quibus præclare diſſerunt Miniſtri unitatis Fratrum in præfat. Confeſſionis, quæ Herbornæ Naſſoviorum 1612. in 8. prodiit. Nec non Auctores Apologiæ, quæ hoc ipſo volumine noſtro continetur, in præfat. *Rariſſima* autem eſt Germanica, Tiguri 1532. in 8. excuſa, quam multo ære redemiſſent Fratres, ſi potuiſſent, quia mentem ſuam in ea male putabant expreſſam. Quocirca & multa redemerunt exemplaria. *Luculentiſſima* eſt Latina Herbornenſis 1612. impreſſa. Ob candidum dicendi genus, & rerum ubertatem, & loca SS. ac Patrum eidem adjecta. *Singulariſſima* hæc Wittebergenſis, propter Apologiam, quæ Confeſſioni eſt ſuperaddita.

Endlicher Bericht und Erklärung derer Theologorum beyder Univerſitäten Leipzig und Witteberg, belangend die Lehre von der Augſpurgiſchen Confeſſion. Witteberg 1570. Cujus Auctor eſt M. Heinricus Mollerus, Saxonicorum Theologorum in Colloquio Altenburgenſi Notarius, Philippi Hyperaſpiſtes ſtrenuus, Crypto-Calvinianus, Theologorum Jenenſium, & Matthiæ Flacii, omniumque Flacianorum adverſarius acerrimus, contra quos omnes movet machinas. Sane quicquid habet virium, contra eos confert, nec ullam facile adverſus eosdem injuriam prætermittit. Quod ut lectu minus jucundum eſt; Ita intercedunt alia, quæ inſuavia hæc temperant, & lectorem mira voluptate perfundunt. Arcanæ de

Viris

Viris doctis & eorum ſcriptis Hiſtoriæ v. g. de Locis Communibus Melanchthonis p. 17. ſeq. item p. 36. & 158. Commemorationes de Doctorum in Eccleſia & republica Literaria conciliis & eventibus, parum in vulgus notæ. Et inprimis illa Colloquii Altenburgenſis, & belli Adiaphoriſtici, vel Interimiſtici non ſuperficiaria delineatio.

Scholaſticorum Academiæ Witteb. Epiſtolæ duæ, cum aliis. Witteb. 1558. Apologeticum hoc eſt Schediasma, pro defendendo Philippo Melanchtone adverſus M. Flacii inſultus, concinnatum. Cujus pura & perſpicua eſt locutio; Sed bilioſa admodum & mordax. Res præterea ad illuſtrandam Hiſt. Eccl. & Lit. Sec. XVI. perutiles. Quarum ſi quam habuiſſet imaginem J. B. Ritterus, de concordiæ ſtudio Flacii in Biographia ejusdem §. 18. p. 70. & §. 19. p. 78. aliam procul dubio dixiſſet ſententiam. (2) *Commonefactio Eccleſiæ Wittebergenſis ad alias, quæ ordinationem Miniſtrorum Witteberga quærunt* 1571. (3) *Kurtzes Bekäntniſs und Articul vom H. Abendmahl, übergeben in Land-Tage zu Torgau.* Witteb. 1574. Illuſtris confeſſio. Infauſto libello Wittebergenſium, quem inſcripſerunt *Exegeſin de S. cœna,* oppoſita. Cujus ſummam exhibet in Hiſt. Certaminis Sacramentarii M. Theodoſius Fabricius; Hiſtoriam autem deſcribit Rudolphus Hoſpinianus in Concordia Diſcorde c. V. p. 22. ſeq. Et qui Hoſpiniano gravem dicam ſcripſit Leonhardus Hutterus, in Concordia Concorde c. V. p. 173. ſeq. Quæque vel eam ob cauſam habenda eſt in pretio, quia ex hac Confeſſione Torgenſi Formula Concordiæ nata eſt. (4) *D. Joh. Wigan-*

Wigandi Chriſtliche Erinnerung von dem Bekäntniſs derer Theologen in Meiſſen vom Abendmahl. Königsberg 1574. In quo Auctor animo non ſatis æquo ſuſtinendum eſſe ſcribit, quod Confeſſionis Torgenſis Architecti docuerint (*a*) Philippi Scripta de S. cœna cum Lutheri ſcriptis eſſe componenda, & ad Lutheri mentem explicanda. (*b*) Pauli Eberi libellum de S. cœna in hac controverſia pro norma eſſe habendum. (*c*) Doctrinam de ubiquitate carnis Chriſti eſſe confictam. (*d*) In corpore Philippi Sacramentarios eſſe confutatos. (*e*) Repetitionem Dresdenſem eſſe orthodoxam, quæ tamen Sacramentariorum ſit cothurnus &c. Homines hosce, magna quidem audacia & temeritate, nulla tamen Auctoritate munitos, juniores etiam & ſolo ambitionis & Proſopolepſiæ œſtro percitos, hoc periculoſæ plenum opus aleæ ſibi arrogaſſe, condendi Confeſſionem publicam, & quid in Eccleſia credi vel non credi debeat, definiendi. (5) Alia minoris commatis, Joachimi Mörlini, M. Chriſtoph. Viſcheri, Jacobi Andreæ, Tilemanni Heshuſii, Timothei Kirchneri, Dan. Hoffmanni. Item Andreæ Werneri, cujus extat in fine Catalogus Archiepiſcoporum Magdeburgenſium.

Collectio XV. opuſculorum Polemicorum. In quibus XIV. oppoſita ſunt Formulæ Interimiſticæ *priori*, quæ A. C. 1548. in Comitiis Auguſtanis à Julio Pflugio, Michaële Sidonio, & Joh. Agricola eſt concinnata; Unum autem, Caroli Azariæ, *poſteriori*, quæ eodem anno Lipſiæ, in conventu provinciali, nobilibus & legatis Electoratus eſt propoſita. Quarum illa eſt πολυθρύλλητος

&

& nota omnibus; Hæc vero iis tantummodo, qui in H. E. penetrarunt adyta. Et dici non poteſt, quantopere, qui triplicis Interim Hiſtoriam condidit J. E. Bieckius, ex hac Sylloge proficere potuiſſet, ſi in manus ejus incidiſſet. Ex qua hoc potiſſimum notandum eſſe cenſemus, *Primum* ex iis Schediasmatis, quæ τῷ *Interim* oppoſita ſunt, eſſe Philippi Melanchthonis conſilium. Et *optimum* illud, quod civitatum Lubecenſis, Hamburgenſis, & Luneburgenſis nomine eſt editum.

Acta Lipſiæ 1519. Sine loco. De quibus V. L. *von* Seckendorf in Hiſtoria Lutheraniſmi L. I. §. 57. p. 214. *In die* Tomos Lutheri *ſind die gantzen* Acta *der Leipziger* Diſputation de anno 1519. *nicht*, *ſondern allein die* Diſputation Eckens *und* Lutheri, *mit Auslaſſung deſſen, was Carlſtad mit Eck diſputiret, gebracht worden. Daher die gantzen* Acta *nur hie und da in* Bibliothequen *zu finden. Es wäre zu wünſchen, daſs dieſelben mit Beyfügung deſſen, was Lutherus vor und hernach zur Vertheidigung ſeiner Sache geſchrieben, beſonders wieder aufgeleget und alſo gemeiner würde, da ſie dermahlen vielen, weil dieſe Dinge allein in groſſen* Tomis *oder auf* Bibliothequen *befindlich, gantz und gar unbekandt ſeyn.* (2) *P. Melanchthonis Declamatiuncula in D. Paulum* cum Epiſtola ejusdem ad Joh. Heſſum. (3) *Confeſſio Religionis Chriſtianæ Carolo V. in Comitiis Auguſtanis* 1530. exhibita per legatos civitatum Argentorati, Conſtantiæ, Memmingæ & Lindaviæ. Argentorati 1531. Scilicet Auguſtanæ Confeſſioni ſubſcribere detrectans, in Comitiis Auguſtanis, hanc peculiarem Confeſ-

ſionem

ſionem exhibendam curavit jam dicta tetrapolis, ad mentem Huld. Zwinglii compoſitam; Sed eventus voluntati non reſpondit. Imperator enim hanc Confeſſionem Fabro & Eccio dedit confutandam, & civitatum legatis reſpondit, Poſtulare ſe, ut ad ſanitatem redeant, & priſcam religionem recipiant, alioquin ſe non prætermiſſurum, quod muneris ſui ratio poſtulet. Conf. G. Cœleſtini Hiſtoria Comitiorum Auguſtanorum Tom. IV. p. 94. ſeq. (4) *Huld. Zwinglii de convitiis* Eccii Epiſtola. Tiguri 1530. (5) *Joh. Loniceri Catecheſis.* Sine tempore & loco; Eslingæ tamen, ut videtur, impreſſa 1523. (6) *Eraſm. Sarcerii Dialogus de Synodis.* (7) *Ejusdem Loci Theologici.* A paucis viſi. Digni tamen, qui à pluribus ſpectentur, quia in numero eorum fuit Auctor, qui Eccleſiam à ſordibus inveteratis repurgarunt, & integritati Apoſtolicæ reſtituerunt.

IN OCTAVO.

AThanaſii Iialogi V. de Trinitate Gr. & Lat. *Baſilii libri IV. adverſus* Eunomium Gr. & Lat. *Anaſtaſii & Cyrilli Compendiaria orthodoxæ fidei explicatio Gr. & Lat. Fœbadii liber contra Arianos* Lat. 1570. ex offic. H. Stephani. Scilicet Corpus & Syntagma doctrinæ veterum hoc eſt, à Th. Beza primum editum & emendatum, & verſione juxta ac eleganti præfatione ornatum. Quod nunquam viſum, à S. Mareſio ringitur S. Curcellæus in Quat. Diſſert. p. 170.

Paſchaſii Ratberti liber de Sacramento Euchariſtiæ. Helmſt. 1616. *Didymi Alexandrini libri 3. de Spiritu*

ritu S. ibid. 1614. *Gennadii Scholarii Dialogus de via ſalutis, ejusdemque confeſſio Gr. & Lat.* ibid. 1611. *Paſchaſii Diaconi libri 2. de Spiritu S.* Helmſt. 1613. *Sententiæ Xyſti Laurentii Piſani & Thalaſſii* Helmſt. 1615. *S. Maximi ſententiæ 400. de caritate* Gr. & Lat. Helmſt. 1616. *Nic. de Clemangis de corrupto Eccleſiæ ſtatu.* Ibid. 1620. *Anaſtaſii & Cyrilli compendiaria orthodoxæ fidei explicatio cum Agnelli Epiſtola contra Arianos.* Helmſt. 1613. Ecce! collectionem ſcriptorum Eccleſ. peregregiam, & in ea confeſſionum publicarum ſcriptores non ſpernendos, quos omnes in lucem edidit Joh. à Fuchten, in eo egregie fraudatus, quod Anaſtaſii & Cyrilli confeſſionum Græce nondum editam eſſe perſuaſum ſibi habuit.

Cyrilli Lucaris Confeſſio Chriſtianæ fidei cum gemina cenſura ſynodali Gr. & Lat. 1645. Cujus Auctor Patriarcha Conſtantinopolitanus, in Anglia & Helvetia ſtudiorum cauſa commoratus, A. C. 1623. uſu privato ſcripſit (ſi ſcripſit ſcilicet ; Quod non extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe putat Dn. Ricautius in præfat. de l'Hiſtoire de l'Egliſe Greque, ubi ſcribit, eſſe, qui Jeſuitas eandem ſub nomine Cyrilli compoſuiſſe exiſtiment, ut Græcorum odia in eundem excitarent) hanc confeſſionem fidei, & in ea Proteſtantium, ſpeciatim Reformatorum, dogmata magis exhibuit, quam eorum, qui Eccleſiæ Græcæ corpus conſtituunt, fortaſſis ut, quo ſemel fuit imbutus, odorem Theologicum ſe accurate ſervaſſe oſtenderet. Atque hinc factum, ut ea non ſolum non probata ſit à Græcis, ſed & à Matthia Carionillo Archi-Epiſcopo Iconienſi refu-

refutata ; Et in duabus Synodis rejecta, quarum cenſuræ acceſſerunt huic editioni, ſed in quibus multa eſſe dubia, & altiore indagine digna, judicat H. Conringius in præfat. Metrophanis Critopuli Confeſſioni præmiſſa p. m. 4. ſeq. *G. Voëtii Diatribe de cœlo beatorum cum G. C. Comarini diſſert. de bis mortuis.* Gorichemi 1646. *B. Nihuſii Apologeticus pro arte nova.* Coloniæ 1546. Ejusd. *Irenicus.* Coloniæ 1642. Ej. *Anticriticus de Fabrica crucis Dominicæ.* Coloniæ 1644. Ej. *Facula de modalibus.* Coloniæ 1641. Ej. *De enunciationibus & Syllogismis modalibus.* Jenæ 1621. Ex quibus Cyrillus Calvinizat, Voëtius & Comarinus Thomizant, Nihuſius Thraſonizat, homo non indoctus, ſed ex Lutherano Papiſtificatus (hoc enim vocabulo ipſe utitur) affectibus non minus, quam partibus deditus, & manifeſtus phreneticus.

Imp. Caſ. Manuelis Comneni Legatio ad Armenios. Leonis Magni Epiſtola, rectæ fidei columna. Joh. Damaſceni Dialogus contra Manichæos. Leontii Byzantini Hiſtoria ſectarum. Conſtantini Harmenopuli, nec non *Auguſtini & Hilarii Confeſſiones fidei. Omnia Græce & Latine ex Bibliotheca Joh. Sambuci primum edidit Joh. Leunclavius.* Baſileæ 1578. Habes hic Syntagma confeſſionum publicarum, non ubivis obvium, & tamen ad dignoſcendam doctrinam variorum temporum cumprimis utile & neceſſarium.

Fides, Religio, moresque Æthiopum, Damiano à Göes interprete. Pariſiis 1541. Hic Damianus *primus* eſt ex Europæis, qui Æthiopum Confeſſionem fidei vulgavit, à Zago Bao Epiſcopo & Sa-

cerdo

rdote Æthiopum acceptam, & p. 53. ſeq. re-
:atam. Nec diffitemur, videri eam à Damia-
) interpolatam, & ad mentem Eccleſiæ Roma-
: aliquantulum traductam; Attamen magni
itamus eandem eſſe pendendam, quia rara eſt,
prima, quæ proſtat de hac gente. Non qui-
:m probata prorſus à Jobo Ludolffo in Hiſtor.
thiopica L. III. c. 1. & in Comment. p. 3. Sed
men maximam partem conſpirans cum iis, quæ
r Doctiſſ. tradit l. c. de religione Habeſſinorum
III. c. V. Adeoque ferenda tamdiu, donec Li-
r Habeſſinorum Symbolicus ad nos perveniat,
iem ipſe Ludolfus l. c. L. III. c. 5. fatetur in
iropa nondum reperiri.

Peter Heylings Reiſe nach Æthiopien beſchrieben
n D. J. H. Michaelis. Halle 1724. Dignus
ellus, cui perlegendo aliquot horulæ impen-
ntur; (1) Ob Eccleſiæ Æthiopicae, quæ in eo
ntinentur, fata, (2) P. Heylingii Biographiam,
) Claudii, Regis, Æthiopici, confeſſionem fidei.
ıæ ex Jobi Ludolfi Comment. Hiſt. Æthiopicæ
237. excerpta, jam A. C. 1702. Æthiopi-
ſermone, cum verſione latina & notis Halæ
:uſa, nunc demum Germanice impreſſa, &
ic opuſculo p. 202. ſeq. inſerta eſt. Digna,
æ accurate lectitetur, & cum Jobi Ludolfi
ɔmment. Hiſt. Æthiopicæ p. 278. componatur,
i γνησιότης ejus contra Andreæ Mülleri ſcru-
los vindicatur, qui eam in νοθείας ſuſpicio-
n adduxerat.

Doctrina Christiana Armenice & Latine verſa à M.
eodoro Petræo. Amſtelod. 1667. Compen-
ım hoc eſt Catecheticum doctrinæ Chriſtianæ

Armenicæ, impenſis Petræi editum, adeoqu
perrarum, ſed circumſpecte legendum, ob an
guem ſub hac herba latentem, & ab ipſo Inte
prete non animadverſum. Quem enim ille pu
tavit Eccleſiæ Armenicæ eſſe Librum Symbol
cum, ille ipſe fœtus adulterinus, eſt à Paulo R
cautio dans l'Etat preſent de l'Egliſe Armenien
ne c. XII. p. 440. deſcriptus, pro Armenian
rum Syntagmate fidei venditatus; ſed ab Eccl
ſia Armeniorum non agnitus, & ita ab ejus do
ctrina diverſus, ut ſacrificuli cujusdam Rom
nenſis, in lingua Armenica verſati, prolem eſ
appareat.

*Cæſaris Baronii relationes duæ Hiſtoricæ. Quaru
prior agit de Gabrielis Patriarchæ Alexandrini ad
Sedem Apoſtolicam legatione. Poſterior de Ruthen
rum ad eandem S. Sedem receptarum converſione.* C
loniæ 1600. In quarum priore præter Epiſtol
variorum Coptorum, ad Pontificem Rom. ſc
ptas, extat etiam p. 42. Confeſſio fidei Æg
ptiorum; ſed quantum utrique tribuendum, ex
Simonis Hiſtoire Critique des Chreſtiens Orie
taux c. XI. p. 123. malumus lectorem, quam
noſtro judicio, intelligere. In poſteriore etia
una cum variis Epiſtolis Ruthenorum ad Pont
Rom. continetur confeſſio fidei hujus gent
mirum quantum ad aulae Romanae grati
captandam acoommodata. Sed patet ex J.
Heineccii Ichnographia Eccleſiæ Græcæ P. I. c.
§. 46. p. 195. nonnullorum hoc tantummo
eſſe Symbolum, non omnium. Nec ex ratio
Theologica conditum, ſed politica; & tant
abeſt, ut Ruſſi in ſocietatem Eccleſiæ Roma

ce-

ierint, ut adhuc hodie ab ea ſummopere diſ-
ıtiant.

Catecheſis Theotisca incerti Monachi Weiſſenburgen- Sec. IX. conſcripta. Hannoveræ 1713. Egre-ım antiquitatis literariæ monumentum, à J. G. cardo editum, & triplici acceſſione nobilita-m, (1) præfatione Polyhiſtorica. (2) Colle-one homogenea. (3) illuſtratione Critico-Phi-logica.

Confeſſio fidei & doctrinæ eorum, qui Auguſtanam nfeſſionem ampleƈtuntur, cum appendice tripar-a Adami Rechenbergii. Lipſiæ 1677. Biblio-eca Dogmatico-Hiſtorica. In cujus prima par-omnia noſtræ Eccleſiæ Symbola & libri Sym-lici, in ſecunda autem Hiſtoria eorum con-ıetur, una cum ſyllabo controverſiarum, & talogo hæreticorum.

Anzeigunge und Bekäntniſs des Glaubens und der hre, ſo die Appellirende Stände Käyſerl. Majeſtät f itzigen Tage zu Augſpurg überantwort haben. ıe loco & tempore. *Prima* hæc eſt A. C. Edi-),eaque longe rariſſima, ipſis adhuc durantibus)mitiis edita. Sed Proteſtantibus inſciis. Adeo-e ab iisdem non probata. Conſpirans tamen m ea, quam C. A. Saligius in Hiſt. A. C. L. IV. 1. p. 648. velut Cimelium in Bibliotheca Guel-erbitana aſſervari ſcribit, eodem hoc anno ſi-loco excuſam in quarto. *Bekäntniſſe D. Mar-i Lutheri, up den gegenwärtigen angeſtelten Ryckes-ge tho Augſpurg, in XVII. Artikel vorvatet D XXX. Magdeburg.* Lutherum hos XVII. ticulos A. C. 1530. Coburgi in chartam con-iſſe, L. V. de Seckendorf eſt ſententia, in Hi-

ſtoria Lutheranismi L. II. §. 68. p. 1015. E
plerique ex noſtratibus Theologis in eadem ſun
hæreſi. Imo etiam in Opp. Lutheri Altenburg
Tomo V. p. 14. ad hunc annum ſunt relat
Auctor tamen eſt Elias Frickius in Hiſt. Luth
Seckendorfiana l. c. & in præfat. ejusdem, Art
culos hoſce, non A. C. 1530. ſed 1529. oc
caſione conventus Schwabachenſis eſſe compo
ſitos. Quod an ita ſe habeat, injudicatum re
linquimus. Et hoc tantummodo monemus (1
Editionem hanc & verſionem eſſe longe rariſſ
mam, Seckendorfio, Frickio, aliisque Scripto
rum Lutheri ſedulis inquiſitoribus inviſam. (2
Ex hac Confeſſione Auguſtanam Confeſſione
eſſe natam. (3) Peculiares extare de Articul
hiſce XVII. Virorum Doctorum Diatribas v.
M. J. Layritii Diſſert. de Articulis Suobacenſibu
A. C. fundamento, præſide J. Gvil. Jano. W
tenbergæ 1719. J. C. Harenbergii *Hiſtoriſ*
Nachricht von denen XVII. Suobachiſchen Artike
als den erſten Grunde der Augſpurgiſchen Confeſſi
Hildeſiæ 1730. Sed non viſum à nobis ullu
qui hanc Articulorum translationem & Edit
nem oculis uſurparit.

Confeſſio oder Bekäntniſs des Glaubens etlicher F
ſten und Städte, überantwortet Käyſerl. Majeſtät
Augſpurg 1530. Item Apologia *der Confeſſion,*
Fleiſs emendiret. Witteb. 1540. Quæ hoc
um ine continetur A. C. & ejus Apologia, mi
quantum eſt interpolata, idque auſu priv
Melanchthonis, quod docent præclare Ti
theus Kirchnerus, Nic. Selneccerus, & Mart
Chemnitius in Hiſt. A. C. p. 216. ſeq. Et e
J

acobus Godfridus in Hiſt. A. C. p. 358. ſeq.
a enim fuit indoles Philippi, ut manum de ta-
ula tollere non potuerit. Atque hinc factum
ſt procul dubio, ut, quem in hac Editione Ger-
ıanica intemeratum adhuc reliquerat de Sacra
œna locum, in latina, eodem hoc anno in lucem
miſſa, immutaverit. Unde nomen variatæ & inva-
iatæ A. Confeſſionis, & novarum turbarum ſe-
ına, adverſariorum ſcommata, Crypto-Calvi-
ianorum ſuffugia, & Ilias malorum in Eccleſia.
*Confeſſio oder Bekäntniſs des Glaubens etlicher Für-
en und Städte überantwortet Käyſerl. Majeſtät in
ugſpurg* 1530. Item Apologia *und Bekräffti-
ıng dieſer Confeſſion verteutſchet durch Juſtum Jo-
ım zu Wittenberg.* 1531. Perrara eſt hæc edi-
o A. C. amiceque conſpirat cum ea, quæ To-
is Lutheri Altenburgenſibus inſerta Tomo V.
29. ſeq. legitur. Et inſignis eſt Lutheri lo-
ıs, qui extat Tom. IV. Opp. Lat. fol. 193. ubi
c Theander: Hanc, inquit, fidei confeſſionem
comitiis Auguſtæ Cæſari exhibitam, anno
DXXX. vulgo notum eſt; Sicut & eodem
ıno editam; ſed ea nos editione, quod inſciis
incipibus, & mendoſe exierat, non ſumus uſi,
d ſequentis anni, nempe 1531. Adde *Haupt-
ertheidigung des Augapffels* c. 26. p. 478. ſeq.
Gottlieb Wernſtorfii Hiſtoriam A. C. §. 15.
24. Ubi ex M. Chemnitii judicio, optimam
præſtantiſſimam A. C. editionem eſſe ſcribit
ım, quæ Wittebergæ 1531. ex officina Joh.
avii, ſermone vernaculo in 4to prodiit. Addit-
ıe l. c. §. 16. p. 25. eodem anno Wittebergæ
eadem Officina J. Ravii prodiiſſe aliud A. C.
 exem-

exemplum in 8vo, à priore mirum quantum diverſum. Atque hac diſſimilitudine motum Auguſtum Saxonem, utramque editionem Ravianam cum autographo A. C. ab Electore Moguntino impetrato, conferri, & id, quod authentico maxime reſpondit, Corpori librorum Symbolicorum juſſiſſe inſeri. Hæc VVernſtorfius l. c. A cujus Acroaterio ne diſcedamus ἀσύμβολοι, Ecce! noſtra, quæ ex varia lectione, & uſu nata ſunt de Auguſtana Confeſſione, ejusque MSCtis, variisque Editionibus, & converſionibus Axiomata Hiſtorico-Critico-Literaria Scilicet

(1) Omnia MSCta A. C. quæ durantibus Comitiis Auguſtanis exarata ſunt, rariora ſunt ſive latina ſint, ſive Germanica, ſive ab ii conſignata, qui doctrinam Evangelican amplexi ſunt, ſive ab aliis. Quorum no pauca extitiſſe certum eſt, cum qvisque le gatus ſibi eandem deſcribi curaverit, ii à quibus miſſus erat, communicandam.

(2) Ex MSCtis A. Confeſſionis omnibu unicum tantummodo eſt authenticum, quo Imperatori Carolo V. A. C. 1530. die 2 Junii Latine & Germanice eſt exhibitun quodque hodienum aſſervatur in Archiv Imperiali Moguntino. Cum quo conferen da ſunt, quæ latent in tabulariis aliis Brandenburgico, puta, & Saxonico, u & Georgii Spalatini de hoc libello ext Autographum.

(3) Omnes Editiones A.C. quæ ab A.C. 1530. usque ad A. C. 1542. impreſſæ ſunt, ſive Latinae ſint, ſive Germanicæ, ſunt raræ.
(4) Omnes Editiones A. C. quæ manu primorum Theologorum Evangelicorum notatæ ſunt, in pretio ſunt habendæ.
(5) Editiones A. C. quæ auctoritate publica, id eſt, ſcientibus & volentibus ſtatibus Evangelicis excuſæ ſunt, præferendæ ſunt iis, quæ auctoritate privata quorundam Theologorum in lucem exierunt.
(6) In Editionibus iis, quæ auctoritate publica prodierunt, duæ ſunt cumprimis, quæ eminent, quæque hoc ſenſu Canonicæ appellari merentur, quod reliquæ Editiones omnes exigi ad easdem, & examinari debent. Quarum prior exſtat in Concordiæ libro 1580. Dresdæ excuſo. Altera in Pupilla Saxonica, Lipſiæ 1620. impreſſa 4.
(7) In Editionibus, quæ auctoritate privata Theologorum quorundam in lucem exire juſſæ ſunt, quatuor præcipue excellunt; (1) Wittebergenſis Latina, quæ A. C. 1531. impreſſa eſt apud Georgium Rhawen in 4to. (2) Davidis Chytræi Germanica, quæ extat in ejus Hiſtoria A. C. Roſtochii 1577. in 4to excuſa. (3) Georgii Cæleſtini Latino-Germanica, quæ continetur in ejus Hiſtoria Comitiorum, Francofurti ad Oderam 1597. f. impreſſa. (4) Adami Rechenbergii latina, in libro Concordiæ Lipſiæ 1677. 8. publicata.

(8) In Editionibus A. C. quæ auctoritate privata prodierunt, Variatæ ab Invariatis accurate ſunt diſcernendæ.

(9) Editiones variatæ non eæ ſunt, in quibus verba quædam, aut phraſes ſunt variatæ, aut ordo rerum ac verborum aliquantulum immutatus; Sed eæ, in quibus variatæ ſunt res.

(10) Nec illæ Editiones variatis ſunt accenſendæ, in quibus hac & illac aliquid eſt additum, vel demtum, vel mutatum, ad orthodoxiam magis declarandam; Hæ enim emendatæ potius, vel locupletatæ dici merentur, quam variatæ; Sed illæ pro variatis ſunt habendæ, in quibus hoc factum e[illegible] ad heterodoxiam occultandam, vel ad ir[illegible] eundam adverſariorum gratiam.

(11) Editiones A. C. quæ 1530. prodieru[illegible] durantibus adhuc Comitiis, ſunt perrar[illegible] Atque earum cumprimis tres ſunt, eæq[illegible] omnes Germanicæ.

(1) Duæ ſuperioris Saxoniæ dialecto co[illegible] ſcriptæ. Quorum *altera* in 4to ſine lo[illegible] eſt in Bibliothéca Gvelpherbytana, m[illegible] morata à C. A. Saligio in Hiſt. A. C. [illegible] IV. c. 1. p. 648. *Altera* in 8vo itide[illegible] ſine loco eſt apud nos. De utraque v[illegible] *Nochmahlige Vertheidigung des Augapf[illegible]* c. 23. p. 399.

(2) Una in dialectum inferioris Saxon[illegible] translata in 12mo excuſa, & in Bibl. Gu[illegible] pherbytana obvia. De qua Saligius l. c.

(1)

(12) Editiones A.C. *primæ*, quæ Wittebergæ excuſæ proſtant, duæ ſunt,

(1) *Latina* 1531. in 4to apud Georgium Rhawen.

(2) *Germanica* 1531. in 8vo apud incertum. Utraque perrara eſt. Et *prior* extat in Bibl. Guelpherbytana. *Poſterior* apud nos. De utraque vid. *Nochmahlige Vertheidigung des Augapffels* c. 23. p. 400. & c. 26. p. 478.

(13) Editiones A. C. *primæ* emendatæ ſunt hæ duæ jam dictæ Wittenbergenſes; Sed quæ *prima variata* ſit, difficile eſt dictu; Sane dictum adhuc à nemine; Interim hoc certum, ante annum 1540. neminem de variatione A. C. eſſe conqueſtum, nec ullam dari Editionem variatam, quæ vel juſſu Lutheri, vel auctoritate Synodi cujusdam, vel Statuum Evangelicorum, prodierit.

(14) Editiones A.C. Wittenbergenſes de A.C. 1540. duæ ſunt, Latina & Germanica, atque in earum priore Articulus X. de S. cœna eſt variatus, in poſteriore non variatus.

(15) Editiones A. C. variatæ in Articulo IV. V. VI. X. & XVIII. potiſſimum Metamorphoſin paſſae ſunt.

(16) Editiones A. C. quæ in conventu Numburgenſi 1561. approbatæ dicuntur, non omni vacant macula, nec etiam ab omnibus, qui huic Concilio interfuerunt, ſunt approbatæ. Conf. *Nochmahlige Vertheidigung des Augapffels* c. 26. p. 473.

(17) Editio Argentoratenſis Germanica, quæ eodem hoc anno 1561. in 4to prodiit, κατὰ πόδα ſequitur Wittebergenſem, quæ 1531. in 8vo excuſa eſt.

(18) Editio A. C. Germanica Harmonica, quæ juſſu Electoris Brandenburgici 1636. 1647. & 1695. tribus columnis diſtincta prodiit, & una fidelia tres dealbat parietes, ſiſtitque cum Editione Wittenbergenſi 1541. in 8. eam quoque, quæ ibidem 1540. in 8. excuſa, & quæ Libro Concordiæ inſerta eſt, palpum objicit Lectori, & eas editiones affert de annis prioribus, quæ jam interpolatæ erant à Philippo. Duæ enim A. C. 1531. Wittenbergæ prodierunt, Latina & Germanica, quarum hæc eſt interpolata, illa non item. Duæ etiam A. C. 1540. in quibus latina in loco de S. cœna mutata eſt, non autem Germanica.

(19) Editiones A. C. quæ Tomis Lutheri inſertæ ſunt, pro canonicis non ſunt habendæ.

(20) Editiones A. C. quæ corporibus Doctrinae inſertae ſunt, non ſunt unius commatis. Quædam enim ſunt

(*a*) *Meliores* v.g. in corpore doctrinae Dresdenſi & Brandenburgico.

(*b*) *Sequiores* v.g. in corpore Doctrinae Philippico, Latino & Germanico, Item Pomeranico, Prutenico, Julio, Norimbergico, Genevenſi.

(21) Verſio A. C. Germanica, quæ Juſtum Jonam Auctorem habet, eſt pervulgata; Rarior Belgica 1567. in 12mo ſine loco excu-

excuſa, ſed Luſitanica, Hiſpanica, Italica, Polonica etiam & Bohemica, ſive edita ſit, ſive inedita, longe rariſſima.

(22) Verſiones græcæ ſunt in oratione

(a) *Soluta.* Et quidem

(a) *Antiqua* Pauli Dolſcii, quæ bis prodiit, Baſileæ 1559. 8. & VVittebergæ 1589. 8. Actisque Theologorum VVürtenbergenſium & Jeremiæ Patriarchæ Conſtant. VVittebergæ 1584. f. excuſis, inſerta eſt.

(b) *Hodierna*, in quam D. Michaël Cantacutzenus Conſtantinopoli eam transferendam curavit. Vid. M. Cruſii Turco-Græciam L. VII. p. 496.

(b) *Ligata* Laurentii Rhodomanni, quæ inſerta eſt ejus vitæ Lutheri, carmine græco expoſitæ p. 31. ſeq.

(23) In linguam Ibericam ſeu Georgianam Auguſtanam Confeſſionem transferri curavit Princeps Quarckware Ahabac, teſte M. Cruſio in Turco-Græcia L. II. p. 199. & L. VII. p. 496.

Auguſtana Confeſſio, Græce reddita à Paulo Dolſcio. Baſileæ ex officina Oporiniana 1559. Hujus verſionis exemplar, ſcribit Martinus Cruſius in Turco-Græcia l. VIII. p. 488. cum aliunde habere non poſſemus, D. Andreas Laubmarius J. U. D. nobis dedit, quod ad Dn. Patriarcham Conſtant. Jeremiam d. 16. Sept. 1574. miſimus. Et teſtis eſt Jeremias, Sacerdos Græcus, ex Aſia Minore A. C. 1669. in Germaniam profectus, in Epiſtola Græca ad Joh. Olearium 1670. ſcripta,

(Quæ

(Quæ extat in Appendice Philippi Cyprii ab H. Hilario editi p. 579.) hoc exemplar A. C. una cum compendio Heerbrandi & ſcriptis amæbæis Jeremiæ Patriarchæ, & Theologorum Würtenbergenſium, in bibliotheca Conſtantinopolitana adhuc aſſervari. Quid quod Auctor eſt Wenceslaus Budowitz apud Davidem Chytræum in Orat. de ſtatu Eccleſiæ Græcæ p. 49. Edit. Witteb. 1582. hanc verſionem Græcam juſſu cujusdam Principis Gregoriani, eo tempore Conſtantinopoli commorantis, in linguam Ibericam eſſe translatam.

Eadem verſio A. C. Græca, recuſa Wittebergæ 1587. 8. In qua editione nihil eſt mutatum præter titulum, qui in hac Editione eſt Latinus tantum, cum in priori ſit Græco-Latinus. Extatque eadem hæc verſio Græca in Actis & Scriptis Theologorum Würtenbergenſium, & Patriarchæ Jeremiæ p. 5-56. cum textu latino, qui eidem à latere eſt additus.

Symbolorum Apoſtolici, Niceni & Athanaſiani Exegeſis N. Selneccери. Lipſiæ 1575. Plana omnino, dilucida, copioſa, Hiſtorica, Theologica, Philologica, literate ſatis & ſtudioſe, ſed non ſatis temperanter ſcripta.

Cenſura Orientalis Eccleſiæ de A. C. è Græco in Latinam linguam verſa, & adnot. illuſtrata à Stanislao Socolovio. Coloniæ 1582. Quam à Theolipto, Archimandrita Eccleſiæ Græcæ, Græco ſermone conſcriptam, latine hic exhibet Socolovius Cenſuram Eccleſiæ Orientalis de A. C. eam una cum aliis, ad idem hoc argumentum ſpectantibus, monumentis, ediderunt poſtea 1584. f. Witteber-

tebergæ Theologi Würtenbergenſes, in Actis ſuis cum Jeremia, Patriarcha Conſtantinopolitano. In quorum præfatione & hanc verſionem Socolovii, & præfationem, & annotationes revocant ad aurificis ſtateram.

Sententia definitiva Jeremiæ Patriarchæ Conſt. de religione Würtenbergenſium cum horum Theol. Antidoto, & Socolovii in Antidotum notis marginalibus, Ejusdemque reſponſione ad Würtenbergenſium invectivam. Auguſtæ Trev. 1586. Quæ omnia jam Græce & latine, & multo accuratius excuſa, extant in Actis Theologorum Würtenbergenſium antea citatis. Nec aliam ob cauſam denuo in lucem prodire juſſa ſunt; quam ut occaſionem haberet Auctor, in hac nova verſione latina quædam pervertendi, & bilem ſuam in Eccleſiæ noſtræ Doctores effundendi.

Confeſſio orthodoxa Eccleſiæ Orientalis Græcæ cum Interpretatione Latina Laurentii Normanni. Lipſiæ 1695. Secunda hæc eſt editio hujus confeſſionis. Prima enim A. C. 1662. in Belgio eſt excuſa. Ejusque exemplaria omnia Conſtantinopolin translata ſunt, & per Græcam Eccleſiam diſperſa. Et licet ſtilo ſimplici & impolito, vel, ut recte judicat Alexander Helladius in ſtatu præſenti Eccleſiæ Græcæ c. 14. p. 219. & c. 7. p. 108. *lingua Græca hodierna* vulgari, ſit contexta, & Domini Ricautii judicio, in præf. de l'Hiſtoire de l'Egliſe Greque, non ita comparata, ut medium teneat inter nimium & parum, h. e. Pontificiorum exceſſum, & Calvinianorum defectum, in ceremoniis; Methodus tamen eſt præclara, &

res

res non paucæ Pontificiorum placitis è diametro oppoſitæ. Habendaque iccirco in pretio, quia ab univerſa Eccleſia Orientali Græca pro libro Symbolico eſt agnita, & textus Græcus eidem eſt authenticus, quicquid l. c. objectet Helladius, qui eam è lingua Ruſſica translatam eſſe ſcribit; & hæc *prima* & unica eſt editio, quæ in Germania prelum ſubiit.

Rechenſchafft des Glaubens der Dienſte und Ceremonien der Brüder in Böhmen und Mehren. Zürch. 1532. De qua Joh. Amos Comenius in Hiſt. fratrum Bohemorum §. 76. p. 22. Cum Ludovici Bohemi regis educator Georgius, Marchio Brandenburgicus, à Barone de Kraick pleniorem peteret de Inſtitutis fratrum inſtitutionem, ſcripta fuit ab illis 1532. Apologia doctrinæ & rituum, quam D. Lutherus eleganti ornatam præfatione excudi curavit Witteb. 1533. Denuoque 1538. Ex quo tempore amicitia inter illum & fratres integra perſtitit in finem usque, ringentibus etiam communibus adverſariis. Hactenus Comenius. Cujus narrationi hæc ſuperaddimus, (1) Verſionem hanc è ſermone Bohemico confectam eſſe à Michaële Weiſio, fratrum Bohemorum ſocio, ſed fide non optima, ſi Auctorem præfationis ad Cantiones Sacras fratrum Bohemorum audias. Quid quod Auctores Apologiæ Confeſſionis Waldenſis, quæ 1538. Wittebergæ in 4to excuſa eſt, in præfatione diſerte profitentur, Interpretem hujus Confeſſionis, Idiomatis Bohemici parum peritum, mentem ſuam non plene aſſecutum; In quibusdam etiam liberioribus, quam par erat, verbis luſiſſe, in nonnullis quoque

que ſtudio è cerebro ſuo admiſcuiſſe quædam, potiſſimum de cæna Domini, quæ ipſi expungenda decreviſſent &c. (2) Lutherum recudi feciſſe hanc confeſſionem, & præfatione ornaſſe, quæ ſeparatim extat Tom. VI. Altenburg. p. 121. Sed non omnia in ea probaſſe, quod copioſe docent Timotheus Kirchnerus, Nicolaus Selneccerus & Martinus Chemnitius in Hiſt. A. C. p. 127. ſeq. & Jacobus Godfridus in Hiſt. A. C. p. 210. ſeq.

Confeſſio fratrum unitatis Bohemicæ. Herbornae 1612. Quæ Sec. XV. è cineribus Joh. Huſſi enatæ ſunt Eccleſiæ puriores in Bohemia, variis Homologiis Bohemice, Polonice, & Latine ſcriptis, ſuam fidem profeſſæ ſunt. Ex quibus una A. C. 1535. Wittebergæ excuſa, cum præfatione D. M. Lutheri prodiit, recuſa poſtmodum ſæpius, variato tempore, loco, titulo. Atque hujus hæc ipſa eſt quædam repetitio, ſcripta aliquantulum dilucidius, reapſe autem à prioribus non diverſa. Teſtimoniis etiam variis ornata Lutheri, Melanchthonis, Buceri, Muſculi, & totius facultatis Theologicæ Wittebergenſis, quæ in phraſibus quibusdam & ceremoniis à noſtris deflectere hanc Confeſſionem profitetur; Sed in fundamento cum ſcriptis propheticis & Apoſtolicis amice conſpirare, ſi caput de cælibatu clericorum exceperis, quod tamen fundamentum fidei non attingit.

Joh. Hederici Examinatio capitum Doctrinæ fratrum in Bohemia. Francof. 1580. In qua diſputat Auctor, Bohemorum confeſſiones non conſpirare cum A. C. ſed mirum quantum ab ea diſſen-

diſſentire. *Ej. Oratio* de SS. lectione ibid. 1574.

Joachimi Camerarii Hiſtorica Narratio de fratrum orthodoxorum Eccleſia in Bohemia &c. Heidelbergæ 1605. 8. Libellum hunc eſſe exiſtimas? Imo libellorum plurium eſt Syntagma. Siquidem XIV. in hoc volumine continentur opuſcula, rariora omnia, & ad Hiſtoriam fratrum Bohemorum ſpectantia, & in iis varia Acta Synodalia, de fide & religione Chriſtiana, inter Eccleſias Evang. Majoris & Minoris Poloniæ.

De bono unitatis & ordinis, diſciplinæque ac obedientiæ in Eccleſia &c. Amſtelodami 1660. Obſcurus titulus illuſtris operis, quod comprehendit Ordinationem Eccleſiaſticam fratrum Bohemorum, diverſam ab ea, quam Joh. Laſitius in lucem exire juſſit. Scilicet à J. A. Comenio hæc eſt edita, & ab eodem Hiſtorica narratione, notis & paræneſi locupletata, in officinis noſtris librariis non facile obvia. Sed digna tamen, quæ ſemel, & iterum, & tertio legatur.

M. Joh. Erdmann Bieck dreyfaches Interim Leipzig 1721. Mercede egregiæ voluntati dignus omnino eſt Auctor, qui ad eam H. E. particulam ſtudia ſua contulit, quæ ſeparatim exculta nondum eſt. Nec fruſtra ſuſceptus eſt labor licet non omne tulerit punctum. Ratisbonenſ enim opus Henoticum, nec unquam *Interim* ap pellatum eſt, nec ita appellari poteſt, quia ec quo natum eſt; anno 1541. hoc ſenſu nondur notum fuit iſtud vocabulum, quod 1548. de mum cum Auguſtano invaluit. Fallitur etiai

Auctc

uctor qui c. 2. §. 20. p. 126. Caroli Azariæ, . e. Matthiæ Flacii ſcriptum, *Interim* Auguſtano ppoſitum eſſe exiſtimat, quod Lipſienſi eſt obectum. Et quem l. c. de ſcriptis Polemicis nois dedit Catalogum, tam imperfectus eſt, ut imidiam eorum partem vix exhibeat. Adde pidum præfationis monitum, quo Lingua Lana ſimul ac Germanica Auguſtano *Interim* Oriinalis eſſe dicitur. Quod & contradictorium t, & Hiſtoriæ adverſum, & textui Germani- repugnans, qui Latiniſmis frequentioribus reerſus, quo ſermone primum conditum ſit hoc ymbolum, haud obſcure prodit.

Ein Geſang-Buch der Brüder in Böhmen. Nürnerg. De quo J. C. Olearius in Bibliotheca Canonum P. I. p. 11. *der Brüder in Böhmen Geſanguch, die man ſonſt Picarder oder VValdenſer nennet, gut, vviewohl ſehr rar. A. C. 1572. kam es zu Nurnberg in 8vo in Druck, und iſt ſelbiges in der Hochfl. berühmten Bibliotheque zu Gotha anzutreffen.* cilicet ex lingua Bohemica, in linguam Geranicam, hæ cantiones ſunt translatæ à Michaë VVeiſio, reviſæ autem & caſtigatæ à Joh. ornio, qui & nonnullas, priori editioni à VVei- inſertas, & cum Analogia fidei fratrum non tis conſpirantes, obelo notavit, & ab hac edione abeſſe juſſit. Et docet αὐτοψία, eos falre & falli, qui perſuaſum ſibi habent, Megalanum noſtrum Lutherum multas à Bohemis acpiſſe cantiones ſacras, & venditaſſe pro ſuis. nicam enim tantummodo cantionem funeem, *Nun laſt uns den Leib begraben*, ab iisdem

deſumſit. Atque hanc non ſuam, ſed Bohemorum eſſe publice profeſſus eſt.

Confeſſio Doctrinæ Saxonicarum Eccleſiarum ſcripta 1551. *ut Synodo Tridentinæ exhiberetur.* VVitteb. 1572. Cujus Hiſtoriam exhibet Auctor *des endlichen Berichts und Erklärung beyder Univerſitäten, Leipzig und Wittenberg, belangend die Lehre der Augsburgiſchen Confeſſion &c.* p. 35. ſeq. Et poſt eum M. Theodoſius Fabricius in Hiſt. Certaminis Sacramentarii; Sed ita, ut non prorſus inter ſe conſpirent. Ille enim nihil plane in ea a Theologis Saxonicis deſideratum; Hic autem a quibusdam parum probatum eſſe ſcribit, quod genera loquendi, in A. C. uſurpata, in ea non ſint retenta, cum tamen A. C. ſit quædam repetitio. Quod quare non fecerit Philippus, qui Electoris Mauritii juſſu hanc confeſſionem compoſuit, aliis definiendum relinquimus, hoc tantummodo adjicientes, eam Concilio Tridentino nec exhibitam eſſe unquam, nec ab omnibus probatam, qui A. C. amplectebantur. Extat interim ἀυτόγραφον in Bibliotheca Thomana Lipſienſi, notante Henrico Pippingio in arcanis hujus Bibliothecæ p. m. 328. ſimulque loco citato monente, Impreſſum etiam exemplar ſatis eſſe rarum. (2) *Philippi Melanchthonis Epiſtola de tribus votis Monaſticis.* Sine loco & tempore. (3) *Interim adultero-Germanum, cum Joh. Calvini vera ratione reformandæ Eccleſiæ.* 1549.

Interim adultero-Germanum, cui adjecta vera Eccleſiæ reformandæ ratio Joh. Calvini 1549. Diverſa eſt hæc editio à priori. Opus autem ipſum

: idem. Bipartitum videlicet, parte prima
hibens τὸ Interim, ſecunda ejus nuditatem,
rationem inſufficientem ad concordiam Eccle-
ſticam conciliandam.

Catecheſis edita in Academia Wittenbergenſi 1571.
ɔitome hæc eſt Corporis Doctr. Philippici, à
ofeſſoribus VVitteb. Crypto-Calvinianis,
hriſt. Pezelio cumprimis, contexta, ſexcento-
m malorum in Eccleſiis, A.C. addictis, genitrix.
uorum iliada recenſet J. M. Krafft in Prodro-
o Hiſt. verſ. Germ. Bibliorum c. 2. §. 3. p. 15.
icolaus Selneccerus in recitationibus p. 23. Alii.

:) *Abdiæ Prætorii Confeſſio Armeniorum.* VVitteb.
570. Quæ duo tantum exhibet fidei Chriſtianæ
pita, de Trinitate, & Filio Dei, eaque ſolummo-
ɔ latine; atque hoc nomine hæc Confeſſio Pe-
eianæ eſt poſtponenda, ſed raritate tamen æqui-
ıranda, & ob notas adjectas adhuc anteferenda.

*Confeſſio complectens ſummam doctrinæ de vera
æſentia Corporis & ſanguinis Chriſti in cæna domi-
:a.* VVitteb. 1574. Hiſtoriam hujus libelli
ſcribit M. F. Fabricius in Hiſt. Certam. Sacra-
entarii P. III. A. 1574. & poſt eum Rud. Ho-
inianus c. 5. Concordiæ Diſc. p. 23. (b) Qui
ctoribus quindecimviris inurit notam temeri-
:is, injuſtitiæ, obſcuritatis &c. & totum hoc
uſculum ſuo operi l. c. pene inſerit.

(1) *Kurtzer CATECHISMUS geſtellet von denen
enern des Worts zu Zürch.* Zürch 1553. Prima
:c eſt Catecheſis Helvetiorum, concinuata à
one Juda, Theologorum Tigurinorum nomi-
, ex ſpeciali Synodi decreto. In qua quædam
ı ſpernenda prorſus; Sed dialecto Helvetica

aſperiore conſcripta, & plane ad mentem Theo
logiæ Zwinglianæ compoſita, & iis SS. dictis cor
roborata, quorum translatio à translatione B. Lu
theri toto cœlo eſt diverſa. (2) *Rudolphi Gualthe*
(VValtheri) *fünff Predigten von Ent-Chriſt*. Zürc
1546. (3) Ejusden *zehen Predigten von Vat*
Unſer. ibidem 1546.

Zachariæ Urſini Catechiſmus in uſum Elect. Pala
Germanice. Neuſtad 1585. Cujus & argument
& auctoritati, ſucceſſu temporis magna facta e
acceſſio. Quæ enim noſtro tempore tot turba
dedit in Germania,quæſtio 80. p. 149. usque a
151. obvia, à prima editione abfuit, quæ 156
exiit in lucem, & ſecundæ demum inſerta e
quæ 1663. typis eſt exſcripta. Et quæ in
brorum tantum præclarorum numero fuit ap
Reformatos, Catecheſis ipſa in Synodo Dordr
cena ſeſſ. 148. p. 317. publice comprobata,
pro libro Eccleſiæ Reformatæ Symbolico eſt agi
ta. Imo & 1648. Sumtibus ſtatuum Belgic
rum in linguam vulgarem græcam eſt transla
in uſum eorum, qui in Græcia reformatæ Eccle
addicti ſunt, & in ſpem ex Græcorum Eccle
quosdam ad Eccleſiam reformatorum traducen

Catecheſis religionis Chriſtianæ, quæ in Eccleſiis
Scholis Electoralis Palatinatus traditur, Latino-Gr
à Friderico Sylburgio græcè converſa. Heidelb. 15
Quæ à priore catecheſi reformatorum german
non abit, ſi ſpectes opuſculum ipſum, abit
tem, ſi idiomatis rationem,& dictorum SS. ſeri
& precationum numerum, & ordinem, & alia,c
corpus ipſum non conſtituunt.

Arnoldi Montani Kinder-Lehre über den Heydelbergiſchen Catechiſmum. Zerbſt 1707. Catechiſmus Heidelbergenſis Minor, & ejus Epitome.

Κατήχησις τῦ χριςιανισμῦ. Lipſiæ ex officina Voegeliana. Auctor eſt Joachimus Camerarius, ut patet ex ſtilo, argumento, & ipſo opere p. 522. Qui tria tantummodo huic corpori Catechetico dedit membra, Decalogum, Symbolum Apoſtolicum, & orationem Dominicam, more veterum, apud quos Patrini infantes hac triade imbuebant, eosque hoc facto deducebant ad baptiſmum, ſponſoresque ſe ſiſtebant pro eorum fide, relicta doctrina de Sacramentis, tanquam ſublimiore, initiatis, illuminatis, & diſciplinæ arcani adſuetis.

Κατήχησις τῦ χριςιανισμῦ. Sine mentione loci & temporis. Editio priore ſordidior, Oporiniana tamen, ut videtur. (2) A. C. Græce reddita à Paulo Dolſcio. Baſileæ 1559. (3) *Syracides Græce cum Annot. Joach. Camerarii*. Baſileæ 1550.

Laurentii Rhodomanni Catechiſmus Græco-Latinus, verſione proſa donatus à M. Balthaſare Coppio, Lipſiæ 1626. Opus poëtica virtute eminentiſſimum. Quod in verbis, ſententiis, figuris, omnisque generis ornamentis Seculi ſui modum ita excedit, ut magni ſit ingenii, virtutes ejus intellectu ſequi, nedum æmulatione. Quibus ita excellit Auctor, ut & antiquis minime impar exiſtimandus ſit, & recentiores omnes procul à ſe relinquat.

Michaëlis Neandri Catecheſis M. Lutheri Græco-Latina, cum ſententiis patrum & ſcriptis N. T.

Apocryphis. Baſileæ 1567. In Sylloge operum Neandri non in poſtremis habenda. (1) Ob præfationis dignitatem. (2) Ob verſionis Græcæ caſtitatem, cujus ipſe tamen emendator tantummodo, verus autem Auctor eſt Joh. Mylius. (3) Ob Apocryphorum collectionem, quæ aliis occaſionem dedit cogitandi de N.T. Apocryphis. Plenior tamen hæc eſt Editio, quam ea, quae 1556. prodiit.

M. Conradi Neandri Catecheſis Lutheri Minor quadrilinguis. Germanica Lutheri, Latina Joh. Sauromanni, Græca Michaëlis Neandri, Ebraica Joh Claji. Wittebergae 1599. Obſcurum Conrad Neandri nomen eſt in republica literaria; Major luce dignum. Siquidem impuriorem Joh. Claj verſionem repurgavit, & φράσιν ejus Rabbini cam transmutavit in biblicam.

D. Chytræi Catecheſis. VVitteb. 1556. Editi ſterilior Magdeburgica, quae 1574. prodiit *Ej. regulæ vitæ.* VVitteb. 1555. Auctae in Edit Budiſſ. 1571. *Mich. Neandri Catecheſis M. Lutheri Græco-Latina cum Acceſſionibus.* Baſil. 155 Imperfectior Edit. Baſ. 1567. *Syracides Græ cum Annot. Joach. Camerarii.* Baſileae 1555. *D Chytræi Comment. in Matthæum* 1556. Planus, de rebus magis, quam de verbis ſollicitus.

Davidis Chytræi Catecheſis recognita, & multis definitionibus aucta. Magdeb. 1584. *M. Chemnit* Theologia Jeſuitarum. Lipſiae 1563. *M. Frid rici Petri Springenſis Evangelium Lucæ Ebraice co verſum.* VVitteb. 1574. Ex quibus Chytraeu bonus eſt theticus, Kemnitius Polemicus, Petru Philologus, ſed tamen non expers maculae.

D. Ch

D. Chytræi Regulæ vitæ. Budiſſae 1571. *M. Neo-nii Epicedion, ſ. Catalogus Paſtorum Brunſvicen-um Metricus.* 1584. *D. Chytræi judicium über die pologie des Concordien-Buchs.* 1584. *N. Selneccerí iſtoria D. M. Lutheri* 1575. In quibus Chytraei puſculum primum eſt nervoſum, ſecundum de C. judicioſum, ſed ψευδεπίγραφον, ſi Leon-ardum Hutterum audias in Concordia Concor-e c. 45. p. 1039. Neoſanii infrequens, & labo-oſum, Selnecceri ſuave & amœnum.

A. Theophraſti Paracelſi kleine Hand-Biebel. 1605. no potius confeſſio fidei Theophraſtico-Paracel-ſticæ, orthodoxa ſatis, & ex meris SS. dictis con-xta, dummodo ſatis genuina. *Joh. a Münſter Be-cht, daſs die Reformirten von der Augsburgiſchen onfeſſion nicht abgewichen.* 1608.

Verantwortung der IV. Sreitigen Articul, wie die-lbe in der Chur-Sächſiſchen Kirchen und Schul-Viſi-tion zu unterſchreiben vorgeleget. Leipzig 1593. criptum Anti-Calvinianum à Theol. Saxonicis, gidio Hunnio cumprimis, concinnatum, in io F. C. capita praecipue defenduntur. *Ægidii unnii Vertheidigung der Chur-Sächſiſchen Viſitations-rticul.* VVitteb. 1593.

Formula Concordiæ edita à Nic. Selneccero. Islebiae 598. In qua textus Latinus magis ad exemplar ermanicum, tanquam authenticum, adaptatus t. Unde cum prima verſione Latina, quae in . Symbolicorum ſylloge plerumque exhibetur, n ex aſſe convenit.

Canones & Decreta Concilii Tridentini. Antwer-ae 1565. Editio ad Romanam adornata, quam

Paulus Manutius 1564. typis ſuis exſcribi curavit. Atque ab hac non una ratione deflectunt, quae poſtea excuſae ſunt, v.g. Colonienſis, quae 1611. in 12mo prodiit. In ea enim non voces tantum nonnullae, & phraſes mutatae, omiſſae, & interjectae nonnunquam, ſed & deſcriptio Tridenti, una cum Ecloga è Platina excerpta, & indice dogmatum tota reciſa. Et pro iis notae marginales, & bullae, ac conſtitutiones Pontificum quorundam, ſurrogatae ſunt. Quae licet utilitate non careant, maluiſſemus tamen Acta ipſius Concilii nobiſcum communicaſſet typographus, quorum ſpem quidem fecit Manutius in hujus Editionis prologo; ſed promiſſionis ſolutio hucusque nulla fuit. (2) *Martini Chemnitii de origine Jeſuitarum Tr. Germanice.* (3) *Ejusden fürnehmſte Hauptſtücke der Chriſtlichen Lehre.* VVolffenbüttel 1569.

Catechiſmus ex Decreto Concilii Tridentini juſſu Pi V. P. M. editus. Romae 1568. Editio rara, prima, in officina Pauli Manutii impreſſa.

Pauli Antonii Concilium Tridentinum. Halae 1713. Auctor eſt vir doctus, pius, pacificus. Qui, miſſis putaminibus, ſolum ſectatur nucleum & ex quavis Seſſione ſiſtit Pontificiorum theſin ſimulque deſignat noſtram ex libris Symb. antitheſin, & ſuam in notis adſpergit ἐπίκρισιν.

J. F. Oſterwalds Catechiſmus. Francf. 1706. Omnibus aliis anteferendus, ſi, qualis eſt Oeconomia, talis etiam eſſet Exergaſia.

Petri Caniſii Catechiſmus parvus. Hildeſiae 1709. Eodem loco apud Pontificios, quo Catechiſmu

Luthe

Lutheri apud nos, Urſini apud Reformatos. Impreſſus prima vice 1566. Et poſtea in varias linguas traductus, & toties ſub prelum ire juſſus, ut Jeſuitae Trevultini, in Memoriis literariis 1707. p. 1572. ultra 400. diverſas Editiones ejus reperiri memorent.

J. Wolfii Lutheraniſmus Catechetico - Biblicus. Lipſiae 1683.

Lutheri Catechismus in der Schwediſchen und American-Verginiſchen Sprache. Item Vocabularium Barbaro-Virgineorum. Stockholm 1696. Liber rarus. Juſſu Caroli XI. in uſum Suecicæ miſſionis concinnatus.

Formula conſenſus Eccleſiarum reformatarum in Helvetia Latino-Gallica, cum notis, ſine mentione loci & temporis. Hæc formula conſenſus A. C. 1675. à Joh. Henrico Heideggero eſt confecta, & Amyraldo, Capello & Placæo, in Academia Salmurienſi eo tempore docentibus, oppoſita, librorumque Symbolicorum numero ab Eccleſiis Helveticis inſerta, contradicentibus Eccleſiis reformatis reliquis in Gallia, Germania, Anglia, Hollandia &c. Nec immerito. Multa enim in ea ſunt SS. & ipſis reformatorum placitis oppido adverſa. Multa de rebus imperviis & inexplicabilibus decreta, quod accurate docet is, qui Scholia ſubjecit, Auctor. Et ante eum D. Gilbert Burnet in Itinerario Ep. 1. P. I. p. 128. ſeq. Et tantum abeſt, ut pax in Eccleſiis Helveticis per eandem firmata ſit, ut potius magis ſit conturbata, & adhuc conturbetur. Licet multum hodie de rigore ſuo remiſerint ejus Hyperaspitæ, & diſtinctione quadam, noviter reperta, ei-

dem non ut *Formulæ fidei* ſubſcribendum eſſe velint; Sed tantummodo ut *Formulæ doctrinæ.* Adde quod Baſileæ & Genevæ amplius in uſu non ſit, & Schaphuſæ nunquam admiſſa.

Declarations-Schrifft Joh. de la Badie, Petri Yvon Petri du Lignon &c. Herford 1671. Prima hæc eſt Editio confeſſionis Labadiſticæ, Gallice primum conſcripta, tum Germanice, Belgice, & Latine verſa, & anno jam dicto edita. Poſtea vero anno ſequente, eodem locô, eodemque idiomate & charactere, recuſa, & acceſſionibus quibusdam locupletata; Sed omiſſis iis teſtimoniis quæ p. 121. ſeq. leguntur. Eum in finem ab auctoribus conſignata, ut documentum publicum extaret ſuæ fidei, & adverſarii eosdem Donatismi, Quackerismi & aliorum hæreſeωn inſimulare deſinerent.

Solennis fidei declaratio Joh. de la Badie Petri Yvon, Petri du Lignon &c. Herford 1672. Quæ quaſi liber quidam Symbolicus eſt eorum, qui ex Dn. de la Badie habent vocabulum. Gallice primum, tum Belgice, Germanice, & Latine, edita, & acceſſionibus quibusdam locupletata, ut orbi innoteſceret, Auctores ab Eccleſiæ Reformatæ decretis ne latum quidem unguem diſceſſiſſe, & D. Joh. Hundium Clivienſis, cum D. Adriano Pauli Hammonenſis Eccleſiæ Doctore, aliosque, eosdem præter meritum Donatismi & Quackerismi, aliarumque hæreſeωn inſimulaſſe, cum reformatorum reformationem in vita quæſierint tantum, non vero in doctrina. (2) *A. Mariæ à Schurmann* Εὐκληρία. Altonæ 1673. Libellus à decima hac Batavorum Muſa anno ætatis 66. adeoque ſexto

:xto ante diſceſſum ex hac vita, confectus, in
uo & ſuæ vitæ, & Joh. de la Badie, Sectato-
umque ejus Hiſtoriam, cum judicio de lingua-
um & ſcientiarum Philoſophicarum vanitate,
ẋ Theologiæ ſuæ, vel, ſi mavis, Labadiſticæ,
a ratione exhibet, ut ſe nunc demum cum Ma-
ia *optimam partem elegiſſe*, & vaniſſimæ cuncta
ciendi cupiditati, jam pridem miſiſſe nuntium
ſtenderet. Atque hinc fere nullus in eo erudi-
onis apparatus. Nullus eloquentiæ flos & nitor.
Jullum iſtius genii & ingenii veſtigium, quod
n opuſculis ejus reliquis ita fulget, ut eruditos
mnes ſuæ ætatis in ſtuporem conjecerit.

A. M. Schurmann Ευκληρία *ſ. melioris partis ele-*
lio, Pars ſecunda, Amſtelodami 1685. Eucleriæ
ntecedentis Continuatio. Eaque Hiſtorico-
pologetica, à Virgine doctiſſ. anno ætatis 72.
uperioris Seculi 78. paucis ante obitum diebus
bſoluta, & perrara. In qua genere ſermonis
quabili & temperato, quieto etiam & placato,
xponit, quæ reſtabant de ſua & Eccleſiæ La-
adiſticæ Hiſtoria. Et iis, qui in ſe, & ſuam
octrinam, & Eucleriam fecerant impetum, A de
ourignon, G. Voetio, aliiſque reſpondet, ra-
one Labadiſtica, h. e. non indecora quidem,
d cum orthodoxiae regula non ſatis con-
ntanea.

M. Bartholomæi Wolfhardt Superint. Hildeſ. Ca-
chiſmus. Urſel 1586. Qui ex Luthero potiſ-
num, & Morlino exerptus, à Conr. Beckero
. Th. D. Eccleſiar. Hildeſ. Superintendente, &
Volfharti ſucceſſore, ob phraſes quasdam an-
pites in Crypto-Calvinismi ſuſpicionem addu-
ctus

ctus eſt quidem, ſed à Rev. Miniſterio abſolutus, & ſententia ita dicta eſt, locutiones illas dubias eſſe ejus generis, ut commoda interpretatione facile ab omni heterodoxias ſpecie liberari queant.

Phil. Melanchthonis Loci Theol. Germanice. Witteb. 1525. Editio rara opuſculi præclari, quod G. Spalatinus in Linguam Germ. tranſtulit, quodque primum eſt ex omnibus Compendiis Lutheranorum Theologicis; Accedunt quatuor Catechiſmi Germanici, ex quibus unus ante Lutherum confectus, & excuſus perrarus eſt, & percurioſus.

Catechismus Lutheri Latino-Germanicus. Magdeburg 1531. Minor hic eſt Megalandri noſtri Catechismus à Georgio Majore in LL. translatus Amice conſpirans cum eo, qui in libris Eccleſiæ noſtræ Symbolicis locum invenit, ſi quidem res ipſas; Diverſus autem, ſi rerum ordinem ſpectes, & dictionis latinæ puritatem, qua hic illo tanto eſt inferior, quantum Melanchton Majorem anteceſſit LL. facultate.

Das Tauf-Büchlein verteutſchet durch M. Luther. Wittenb. 1525. Legitur hic libellus T. I Opp. Lutheri Altenb. editorum p. 324. Attamen ob raritatem hæc editio eſt habenda in pretio. *Primus* enim eſt Lutherus, qui in Baptismatis Sacramento adminiſtrando pro LL. adhuc uſitata, uſus eſt ſermone Germanico. *Primusque* Eccleſiæ noſtræ hic libellus eſt Liturgicus multis adhuc ritibus nequaquam ferendis infectus, ſed repurgatus poſtea 1526. à Theandro noſtro, & in eam formam redactus, in qua ext. l. c. p. 327. ſeq.

N

Nic. Selnecceri lib. de cœna Domini. Lipſ. 1561. Quem non vidit V. E. Löſcherus, ab aliis tamen egregie laudatum refert in Hiſt. Mot. P. I. p. 211. *Syngramma Suevicum. Francof.* 1561. confectum Theol. Suevicorum nomine à Joh. Brentio, opem ferente Erhardo Schnepfio, A. C. 1525. Translatum poſtea in Linguam Germanicam à D. Bugenhagio, probatumque à D. M. Luthero & præfatione ornatum, qua ita commovit bilem Helvetiis, ut poſtea nunquam cum eo redierint in gratiam. Et digna ſunt lectu, quæ de hoc Syngrammate ejusque editionibus diſſerit Vir doctiſſ. C. Matthæus Pfaffius in Actis & Scriptis publicis Eccleſiæ Würtenbergicæ c. I. §. 1. p. 3. Item L. M. Fiſchlinus in Supplem. Memor. Theol. Würtenb. p. 1. ſeq. *T. Heshuſii Tr. de præſentia corporis Chriſti.* Jenæ 1560. De quo legendus Löſcherus l. c. P. II. p. 219. & 255. Et inprimis Henricus Altingius in Theol. Hiſtor. Loc. IV. p. 298. *M. Chemnitii Anatome Propoſitionum Alberti &c.* De qua itidem conſulendus Löſcherus l. c. *M. Lutheri Enarratio cap. 53. Eſaiæ.* Magdeburg 1550. Quæ non extat in Tomis Lutheri Latinis Jenenſibus, imo nec in Altenburg. Germanicis continetur. Nam licet in iis repeiatur enarratio in univerſa Eſaiæ oracula, & ſpeciatim in c. 53. Scilicet Tom. III. Lat. Jen. p. 422. & Tom. VI. Germ. Altenb. p. 357. Hæc tamen ab iſtis toto cœlo eſt diverſa, ſive eam ipſam ſpectes, ſive ejus modum, ſtilum, tempus &c. Adeoque hæc, in ſcriptis Megalandri noſtri huc usque derelicta & præterita, particula auro contra rarior eſſe debet.

Fabricii Capitonis Enarrationes in Habacuc. Argentinæ. 1526. Auctor infrequens. Qui in præfat. p. 6. Commentarium ſuum in Malachiam laudat. Et ibidem p. 4. recte judicat, tria eſſe, quæ interpretationum Propheticarum curſum adhuc impediverint, Hiſtoriae ignorationem, contemtum linguarum, & conturbationem fidei Propheticæ cum noſtra commentitia. (2) *Die deutſche Theologia.* Witteb. 1525. Editio ſecunda. Prima enim 1516. prodiit. Sed rara, & iis omnibus anteponenda, quæ poſtremis temporibus in lucem prodierunt. Hæ enim omnes mirum quantum ſunt immutatæ, truncatæ, auctæ, interpolatæ, & in dicendi ratione ita transfiguratæ, ut opuſculum hoc ex Germanica Lingua in Germanicam translatum videri queat. (3) *Ein tröſtlich Büchlein auf Frage und Antwort geſtellet, den Glauben und die Liebe betreffend.* Witteberg 1525. Auctor incertus; Sed Luthero addictus. Quod ex impreſſionis loco, & tempore, & Typographi Joh. Lufftii ſubſcriptione, & opuſculi ipſius argumento patet. Quod *Catechiſmus Lutheranorum primus* ſuo jure appellari poteſt.

Chriſtliche Glaubens Bekäntniſs der Mennoniſten, Amſterdam 1664. Scilicet Mennoniſtarum in Belgio. *Tres* enim ſunt confeſſiones eorum, qui ex Mennone ſibi impoſuerunt vocabulum. Duæ Mennoniſtarum Boruſſicorum. Una Belgicorum. Atque horum eſt hæc noſtra, Amſtelodami 1639. Belgico ſermone conſcripta, & in linguam Gallicam poſtea, & Germanicam translata, additis precibus quibusdam & cantionibus, & Synopſi

Hiſto-

Hiſtorica de Mennoniſtarum fatis. Qui à voca-
bulis quibusdam Theologicis v.g. Trinitatis, Sacra-
menti, &c. abhorrentes & Pædo-Baptismum &
juramenta & bella parum probantes, omnium
fere Sectarum odium in ſe concitarunt.

IN DUODECIMO.

M. *J. Kromeyeri Epitome Libri Chriſtianæ Concordiæ*, cum indiculo H. E. Lipſiæ 1684. Quo libello olim uſi ſumus ceu Manuali. Atque hinc tot in eo gloſſæ marginales MSCtæ.

SS. Oecum: Concilium Tridentinum. Coloniæ 1621. 12. Oecumenicum fuerit hoc Concilium, in quo ex Occidente tantummodo nonnulli, ex Oriente contra & Auſtro & Septentrione vix ulli præſentes fuerunt Eccleſiæ Chriſtianæ Moderatores? Aliis decernendum relinquimus. Duravit interim annos XVIII. & poſt moras diuturnas non niſi CXIII. Anathemata excluſit. Ac licet de Articulis quibusdam præcipuis v. g. de Primatu Papæ, de Anti-Chriſto &c. verbum non fecerit; tanta tamen de eo apud Pontificios omnes eſt exiſtimatio, ut Principiorum primorum vicem obtineant hæ regulæ: *Quicquid expreſſe in Concilio Tridentino credendum proponitur, illud eſt credendum. Et quicquid non expreſſe in eo credendum proponitur, id non eſt credendum.* Lu-
randum omnino à noſtratibus, ſed cum Hiſtoria Concilii Tridentini P. Sarpii, quæ eſt inſtar commentarii perpetui, & arcana ejus abſconditosque receſſus ita aperit, ut, quæ obſcura viſa ſunt antea, præeunte hoc Daducho præclare pa-

pateant. (2) *Index Librorum prohibitorum.* Coloniæ 1621. *Primus* eſt hic Index Librorum prohibitorum, qui decreto Concilii cujusdam, Tridentini ſcilicet, confectus eſt. Unde & decretis ejusdem in hac Editione & Duacenſi 1618. antwerpienſi 1644. Lugdunenſi 1650. Colonienſi 1602. 1647. 1664. eſt ſuperadditus, Auctoritate etiam Pontificum munitus, & certis quibusdam regulis, quibus omnis hæc libros excommunicandi ratio niteretur, inſtructus. Ac à mendis iis repurgatus, quibus Petrus Paulus Vergerius Indices priores, ab indoctis Inquiſitoribus concinnatos, ſpeciatim Venetianum 1548. omnium primum, Item Florentinum 1552. Mediolanenſem 1554. Venetianum ſecundum 1554. Romanum 1559. conſpurcatos eſſe, in annotationibus poſtremo Catalogo hæreticorum præmiſſis, docuerat. (3 *Anatomia Societatis Jeſu.* 1643. Cujus Auctor eſt Caſparus Scioppius, & de qua alio loco diximus, quæ noſtra ſit ſententia.

Catechismus Romanus. Coloniæ 1622. 12 Scilicet idem eſt hic Catechismus cum eo, qu ex Decreto Conc. Tridentini, juſſu Pii V. eſt ed tus, & in eo tantummodo ab illo differt, quo iſte ſtilo filoque non interrupto eſt conſcriptu Hic autem in certas Quæſtiones eſt diſtinctu quibus tamen ſubinde aliquid eſt adſperſum, quo exulat in Editione Romana.

Catechismus Caniſii Germ. Minor. Hildeſ. 171

Catechismus Caniſii Germ. Major. Hildeſ. 169 Atro carbone notatus *in der Confeſſions-Schrifft e licher Prædicanten in der Herrſchafft Graitz &*

p. 7

73. ſeq. Sed ab iis, qui ex Pontifice habent
cabulum, ita probatus, ut & Catechismo Ro-
no hodie anteponatur. Utut peculiari edicto
C. 1554. ſanciverit Ferdinandus Imperator,
techismum Romanum uſurpandum præ cæte-
, & reliquis Catecheſibus omnibus eſſe ante-
endum.

Catechismus Caniſii Germ. Major. Hannoveræ
74. *Scintillæ Amoris.* 1675. *Joh. de Reck Alt und
iges übereinſtimmendes Pabſthum. Hannover* 1674.
Catechismus Caniſii Germ. Ratzeburg 1673.

Q. Cnogleri Symbola tria Catholicum, Calvi-
num, Lutheranum. Coloniæ 1606. Cento
meris calumniis conſarcinatus.

J. F. Mayeri Papiſtiſcher Catechismus Leipz. 1677.
venile hoc eſt opuſculum, ab Auctore vix 25.
nos nato compoſitum, à Pontificiis pro Libello
noſo habitum, impugnatumque à P. M. Schö-
manno & aliis, ſed à Meyero heptaboëo ſem-
r animo defenſum. Accedunt alia Polemica,
hica, Satyrica, in quibus præ reliquis evolvi
erentur *Bericht von Streitigkeit in Religions-Sachen.*
Evangeliſche Probe dieſes Berichts, quæ in hoc
lumine bibliopegi incuria ita compacta ſunt,
priore loco ponenda occupaverint poſterio-
m, & contra.

J. F. Mayers Papiſtiſcher Catechismus cum aliis.
ölln 1695. *Warnung vor der Päbſtlichen Lehre*
698. In qua docetur, quam diſtet Pontificio-
m praxis à theoria Catechetica.

P. J. Speneri Catechismus Germ. Francof. 1699.
quo J. F. Buddeus in Hiſt. Crit. Theol. P. I.
III. c. 1. p. 71. Speneri Catechismus

iſt ein vollkommenes Werck in ſuo genere, *ſo daſs wer es recht verſtehet, vor einen Theologum paſſiren kan.*

Catechismus Lutheri Minor novis quæſtionibus auctus & illuſtratus in uſum Eccleſiæ Francof. à Laudeco, Eccleſiæ jam dictæ Doctore.

D. J. Geſenii Catechismus. In cujus ſcirpo Statius Buſcherus primum 1639. (vide ſis Calixtum contra Buſcherum P. II. p. 341.) tum, neſcic qui Geſeniomaſtyges, varios nodos quæſiverunt anno 1724.& ſcriptis ſuis virulentis id effecerunt ut in Eccleſias Stadenſes introductus non fuerit

Joh. A. Coppenſtenii Ex-Calvinizata Catecheſi Calvino-Heidelbergenſis. 1624. Scilicet ex ungu ſtatim æſtimari poteſt leo, & ex Indice libellus Barbarus, ineptus, exanguis, frigidus, & it comparatus, ut, ſi hac via velis procedere quodvis in quidvis facile poſſes transformare, & eadem ratione condere; Expapizatam Catecheſin Pontificio-Romanam. (2) *Eccleſiarum Belgicarum confeſſio Græco-Latina*, interprete Jacobo Revio. *Earumdemque Catecheſis Græco-Latina, interprete Friderico Sylburgio.* Lugd. Bat. 1623 In quibus confeſſio ea eſt, quæ in Synodo Dordrechtana fuit recognita & approbata. Con Corpus & Syntagma fidei P. II. p. 129. Catecheſis autem eſt Heidelbergenſis, à Friderico Syburgio jam 1597. Græce & Latine edita, ſe adjectis in fine pluribus precandi formulis. Qu in hac Editione ſunt omiſſæ.

Guil. Ameſii Chriſtianæ Catecheſews Sciagraphi Franeckeræ 1635. Imo potius Exegeſews Sciagraphia dictorum SS. pro more reformatorum ſingulis anni Dominicis, in concionibus Catechet

explicandorum, non ſpernenda quidem; ſed
thuma tamen & imperfecta, & ultimam Au-
ris manum non experta.

J. H. Reitzii Fürbild der heilſahmen Worte 1707.
quo libello multa inſunt bona, eaque non
trita, non vulgaria, non ubivis obvia. Quæ-
n etiam Novaturientia, Singularia, Parado-
, Μυςικώ]ερα. Nulla autem eam, in qua
ctor natus eſt, Sectam (Calvin.) redolentia, ſi
146. diviſionem decalogi exceperis.

Roberti Barclaii Catechismus. Amſterd. 1679.
Anglico idiomate in Hollandicum, & ex hoc
Germ. translatus, in quo præter res ſingula-
, & Methodus plane eſt inuſitata, & verba
nia reſponſionum ex SS. petita, ut iis os ob-
ieretur, qui contendunt, Quackeros SS. con-
nnere oracula, & viſiones ſuas Phantaſticas
eorum locum ſubſtituere.

Catecheſis Racoviana 1609. *Prima* hæc eſt Edi-
Latina hujus Catecheſeωs Socinianæ; quæ
pta idiomate Polonico à Val. Smalcio Raco-
: impreſſa eſt *prima* vice 1605. 12mo.
nslata poſtea à H. Moſcorowio in LL. pau-
s quibusdam mutatis. Aucta tandem ſucceſ-
emporis ſubinde & contracta, & in alias lin-
s transfuſa, diverſo ſubinde habitu in lucem
t, ut patet ex C. C. Sandii Bibl. Anti-Tri-
p. 100. ſeq. Et J. F. Meyeri Hiſtoria So-
anismi Num. V. p. 23. Joh. Andr. Schmidii
grammate de Catechismo Racovienſi. Helm-
ii 1707. J. F. Buddei Iſagoge Hiſtorico-
:ologica L. II. c. 2. §. 10. p. 509.

Jac. Tauben Confeſſio Chriſtiana. 1688. Imo vitæ magis eſt enarratio, quam fidei confeſſio, licet & hujus hinc inde quædam occurrant veſtigia, cum eclectica credendi libertate varias παραδοξολογίας ab Auctore ipſo poſtea revocatas, oſtendentia. Confer ſis J. G. Gichteli P. I. Ep. X. p. 41. Miniſt. Tripol. *Gut-Manniani ſchen Offenbahrungs-Patron* in præf. p. 21.

M. Hartwigi Bambamii Vermehrter Pietiſtiſche Catechismus. 1720. Scriptus ad Imitationem Catechismi Papiſtici J. F. Meyeri. Ea acerbitate, quæ Chriſtianum non decet, eaque ratione argumentandi, ex qua turpitudo effluit in Philoſophum. Etenim ex meris particularibus concludit Auctor. Allegatisque adverſariorum mutilis, & corruptis, vel falſis, & ſibimetipſi interdum adverſis. Scriptoresque nonnullos Pietiſticis inſerit, qui ſunt Anti-Pietiſtici. Et monumenta ab ipſis Pietiſtis damnata exprobrat iisdem, quaſi ex diſciplina eorum profecta. Itaque ea procacia, ut libello famoſo ſimilior ſit libellus, quam Catechismo.

Der Ausgang Menno Simonis, darin (1) *ſeine Hiſtorie* (2) *der Mennoniſten Confeſſion* (3) *Ihr Catechismus.* Franckf. 1698. In qua Sylloge continetur Confeſſio fidei Mennoniſtarum Boruſſicorum, conferenda cum Confeſſione Mennoniſtarum Belgicorum, (de qua ſupra) & Hermanni Schyn Medicinæ Doctoris, & inter Mennoniſtas V. D. M. Hiſtoria Mennoniſtarum, Amſtelodami 1733. 12.

C

Caput VI.

DE SCRIPTIS THEOLOGORUM RECENTIORUM THETICIS.

In Folio.

Omnium Scriptorum Germanicorum B. D. M. Lutheri Tomi X. Altenburgi ab A. 1661. *usque ad annum* 1664. Vol. VII. f. In quibus præter a, quæ in Tomis Wittenbergenſibus, Jenenſibus, & Islebienſibus, jam ante 100. annos fuere ollecta, continentur adhuc quædam inedita, & uædam ex LL. in Germ. translata. Atque hæc mnia ſecundum ordinem Chronologicum digea ſunt, & ita adornata, ut Theologo non ntummodo; ſed & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & terariæ cupido egregie prodeſſe queant. Aceſſerunt novæ præfationes, introductiones, ilſtrationes, indices, ad novum ornatum ope conciliandum, quod ex mente Joh. Gerhardi Meth. Stud. Theol. Sec. V. c. 2. p. 241. ita gendum eſt, ut à Tomo V. fiat initium & ſic omis V. poſterioribus abſolutis, Tomi IV. prioes demum pellegantur, in quibus adhuc, neſcio uid fuliginis, Auctori ex Papatu adhæſiſſe dicitur. Quod tantum abeſt ut probet Auctor *des Entdeckn* Carnevals Scena II. p. 170. & 190. ut potius

tius Lutheri ſcripta priora, poſterioribus præf-
renda eſſe exiſtimet, & Megalandrum hunc a.
C. 1530. jam optima quæque ſcribere deſiiſ-
arbitretur. Cæterum ne hanc operum Thea-
dri noſtri editionem perfectam, plane, & omr-
bus numeris abſolutam exiſtimes, ea legen-
ſunt, quæ Joh. Frickius, in Appendice ad Secke-
dorfii Hiſt. Lutheraniſmi, de ea diſſerit p. 273.
Ubi, quæ in ea deſint, quæ ſuperſint, quæ min-
accurate digeſta, docet. Nec negligenda, qu
C. Gerberus monuit in vitis renatorum P. II.
50. p. 131.

Scripta B. D. M. Lutheri Germanica in Tom Witteb. Jen. Isleb. & Altenb. non comprehen- collecta à Joh. G. Zeidlero. Halæ 1702. f. I- gnus Auctor, cujus nomen in majori pretio h- beatur. Neque enim erat tam plumbeus, videtur quibusdam. Sane de ſcriptis B. Luthe & variis eorum editionibus, nemo acutius diſ- ruit, quam ille in præf. huic collectioni præmiſ-.

Operum B. D. M. Lutheri Latinorum Tomi I Jenæ ab anno 1556. usque ad a. 1558. Vol. I Editio optima, & abſolutiſſima, & Wittenb- genſi Editioni operum Theandri noſtri Latir- rum multis paraſangis præferenda, quod præc- re docet Nic. Amsdorffius in præfat. Tomo p- mo præmiſſa. Non tamen omnibus nume- perfecta. Deeſt enim v, g. Tom. IV. Enarra- Lutheri in C. LIII. Eſaiæ 1544. prælecta, à Stephano Tuchero Magdeb. 1550. in 8vo e- ta, ſupra jam allata. Acta etiam diſput. L- ſienſis T. I. p. 242. obvia, in quibusdam ſunt tr-

ca

ata ut docet H. *von der Hardt* in Hercule ex Carcharia p. 4. ſeq.

Commentarius Germanicus B. D. M. Lutheri in LXX. Pſalmos, Pars I. & II. Guelpherbyti 1600. f. Volum. II. Opus infrequens & utile, à Baſilio Sattlero egregio Lutheri Hyperaſpiſte collectum, & præfationibus juxta ac Indicibus exornatum, atque hoc uno nomine arguendum tantummodo, quod ordo Pſalmorum Biblicus non ubique ſervatus, & labor inquirendi cum ſimplex alioquin ſit, factus eſt in hac Collectione duplex.

M. Lutheri Enarrationes ſ. Poſtillæ in Evang. & Epiſtolas Dominicales. Argentorati 1535. Latina hæc eſt verſio Poſtillæ Eccleſ. Lutheri (*der Kirchen Poſtilla*) à Martino Bucero adornata, & iam 1525. Argentorati à Joh. Herwagio in 8vo edita. Et licet huic editioni illa omnino præferenda ſit, veluti antiquior & rarior, & à Luthero ipſo commendata in præfatione huic ipſi edit. præmiſſa; Attamen & hæc ſuas habet laudes, utpote à Luthero viſa adhuc & comprobata, perfecta itidem, & omnibus tribus partibus Hiemali, Æſtivali, & Feſtivali abſoluta, incorrupta etiam, & nullo loco vel depravata, vel mutilata, acceſſionibus quoque nonnullis in principio & fine aucta, & magis quam Herwagiana locupletata.

D. M. Lutheri Kirchen-Poſtilla Witteb. 1527. *durch Hans Lufft.* Editio rariſſima, & à poſterioribus mirum quantum diverſa. Utpote in qua non ſolum textuum SS. explicatorum & applicatorum verſio prorſus alia; Sed & explicatio ipſa nonnunquam variat, ſive materiam ſpe-

ctemus, ſive formam. Quid quod integræ in-
terdum paginæ in hac editione occurrunt, quæ
in poſterioribus v. g. 1547. &c. omiſſæ ſunt, u
in explicatione Evangelii in Feſto Epiphaniæ p
164. integra illa invectiva in Ariſtotelem
à verbis, *zu letzt ſind allererſt &c.* usque ad verba
daſs wir nun zum Text kommen. Item in enoda-
tione Evangelii, quod in die St. Stephani publi-
cè enarrari ſolet p. 109. illuſtris locus de futu-
ra Judæorum converſione. De quo legendu
omnino C. Gerberus in Hiſtoria renatorum P. I
§. 24. p. 64. & §. 50. p. 132. Et cum e
conferendus Elias Prætorius ſive Chriſtianus H
burg, qui in Apologia Prætoriana p. 537. judi-
cat, *die Kirchen Poſtille ſey Lutheri beſtes Buch.*

D. M. Lutheri Kirchen-Poſtille. Witteb. 1547
*durch Hanſs Lufft. Ejusd. Auslegung der Evange-
lien an den vornehmſten Feſten.* Leipzig. 154
Poſtilla Eccleſiaſtica hujus voluminis eſt impe-
fecta, ejusque pars hiemalis tantummodo,
ea caſtrata inſuper. Feſtivalis autem integra, & cu
Poſtilla Eccleſiaſtica prioris Editionis conferenc

D. Martini Lutheri Haus-Poſtille. Witteb. 155
durch Hanſs-Lufft. Poſtilla ſimplex, & plana
perſpicua. Plena tamen vigoris, & vitæ, & Spi-
ritus Heroici. Dicta *Domeſtica*, quia concion
in ea comprehenſæ Domi ac privatim à Luthe
ſunt habitæ, & à Vito Dieterico ejus comme
ſali calamo exceptæ; Sed interpolatæ, variisqu
additionibus & detractionibus ita immutatæ,
ex tribus unam formaverit interdum Vitus, bre-
vitati conſulturus. Ipſe etiam in præfat. Auct
eſt, integras conciones à ſe eſſe inſertas,

teſtatur Andreas Poach in Alloquio ad Lectorem Jenenſi Editioni hujus Poſtillæ addita p. 604. tredecim illas Orationes Paſſionales, quæ in hoc volumine habentur p. 120. ſeq. Viti Dieterici eſſe, non B. Lutheri, fœtum. Cæterum & ipſe in præfat. fatetur, has Lutheri Homilias publice à ſe in Norimbergenſi Eccleſia eſſe recitatas, &, ut ab aliis recitarentur, editas. Ex quo patet, tum virtutis locum occupaſſe, quod hodie in doctoribus Eccleſiæ habetur pro vitio. *Eraſmus Alberus SS. Theol. D. & B. Lutheri* diſcipulus in tr. *wieder das Läſter-Buch des hochfliegenden* Oſiandri plag. D. *Ich habe ein hertzlich Wohlgefallen an* Doctoris Martini *Büchern*, *ſonderl. leſe ich gern in ſeiner Haus-Poſtilla, und in der Auslegung des* 14. 15. 16. *und* 17. *Capittels Johannis.*

D. M. Lutheri Colloquia Menſalia. Islebiæ 1566. f. Editio prima non caſtrata, adeoque habenda in pretio, & poſterioribus hoc nomine quidem præferenda; Sed addito ſimul judicio, quod tulit Quintilianus l. VI. c. 3. p. 348. de facetiis Ciceronis; Utinam & Libertus ejus Tyro, aut alius, quisquis fuit, qui tres hac de re libros edidit, parcius dictorum numero indulſiſſent, & plus judicii in eligendis, quam in congerendis adhibuiſſent. Minus objectus calumniantibus foret. Qui tamen nunc quoque, ut in omni ejus ingenio, facilius quid rejici, quam quid adjici poſſit, invenient.

Urbani Regii Prophetiæ V. T. de Chriſto. Francof. 1542. Opus Urbanum & Regium. De quo vide ſis noſtrum & aliorum judicium in Editione Germanica, quæ eſt authentica, prodiitque

Witteb. 1537. 4. Atque hoc exacte conſpirat cum eo, quod Joh. Irenæus pronunciat, legiturque in hujus Editionis indice. Scilicet; *Urbanus majus nihil & magis utile ſcripſit.* (2) *Sigismundi Svevi Catalogus duplex omnium opp. Germanicorum & Latinorum M. Lutheri.* Witteb. 1573. Opus perutile & ſecundum ordinem Alphabeticum digeſtum, quo indicatur, (1) Quo anno quodvis opus à Luthero ſit contextum, & quo idiomate. (2) Quo Tomo Witteb. & Jenenſi legatur, & ex quo exulet. (3) An in aliam linguam ſit translatum. Quorum omnium hic uſus eſt præcipue, ut velut in tabula ſtatim queamus perſpicere, an, & quid, & quantum, de hoc vel iſthoc argumento hic noſter Theander perſcripſerit.

Joh. Gerhardi Loci Theol. Epitome in 31. Tabulas redacta à J. E. Gerhardo. Jenæ 1660. f. Scilicet Sceleton hoc eſt magni corporis, ſed carne tamen & ſanguine & Spiritu non prorſus deſtitutum.

Catalogus teſtium Veritatis. Genevæ 1608. Cujus Auctor eſt Matthias Flacius Illyricus, Sec. XVI. Polyhiſtor, inſignis Philologus, Hiſtoricus, Theologus, futurus Major, ſi P. O. ſe non inquinaſſet. Is autem, cujus nomen in Indice ſiglis tantum expreſſum S. G. S. eſt Simon Goulartius Senſilius, ſive Auguſtomagenſis, Calvini in Paſtoratu Genevenſi ſucceſſor. Hic enim opes immenſo labore à Flacio congeſtas amplificavit, & uberiores reddidit, & in alium ordinem redegit. Non male fortaſſis hoc ipſo molimine promeritus de Flaciano hoc theſauro

dum-

dummodo á Flacianis ſua diſtinxiſſet, & lectori ſigno quodam indicaſſet, quid à Flacio ſit præſtitum, quidque eidem à ſe poſtea ſuperadditum? Quod eo quidem tempore labore nullo, nunc non niſi maximo, & collatis utrinque Goulartii Editionibus cum Flacianis præſtari poteſt. Ex quibus prima 1556. Baſileæ in 4to prodiit, à Joh. Conrado Dieterico 1666. & 1672. Francofurti denuo in lucem emiſſa, & acceſſionibus quibusdam aucta, quæ omnium Editionum eſt praeſtantiſſima hujus operis. Quod adverſariis eſt ſudes in oculis. Catalogus teſtium *feritatis* dictus à Joh. Piſtorio. Catalogus *Vanitatis* à Walenburchiis. *Poneropolis* à Gabriele Naudæo. Sed aeque corrupte judicant, qui invident, quam qui favent. Neutrius aeſtimatorem aequum oportet eſſe generis. Atque tum apparebit, quid niteat in hoc Catalogo, quid fuligine ſit obductum, quas laudes habeat, quas maculas. Sane *primus* eſt Auctor, ex Proteſtantibus, qui hac Methodo oppugnavit Pontificios, facemque quaſi praetulit Andreae Oſiandro, Johanni Gerhardo, J. G. Dorſcheo, Aliis. *Primus* eſt etiam, qui fundamenta jecit Syſtematis Theologico-Hiſtorici, quod ab omnibus deſideratum, à paucis inſtitutum, à nemine adhuc abſolutum eſt.

Martini Chemnitii Loci Theologici. Acceſſerunt fundamenta S. cænæ. Et libellus de duabus naturis in Chriſto. VVitteb. 1615. *Primus* hic eſt è proteſtantium ordine, qui Syſtema Theologicum condere ingreſſus eſt. Neque id invito coelo. Affirmat enim in Epiſtola Dedicatoria Polycarpus

pus Lyſerus, Non extare in hoc ſcriptorum genere laborem ullius, qui hunc noſtri Auctoris utilitate, rerum gravitate, & explicationis perſpicuitate aequare, nedum ſuperare poſſit. Quod tamen de iis monumentis intelligendum eſt tantum, quae Leyſeri tempore extiterunt, non autem de iis, quae poſtea à Viris Eruditis, Joh. Gerhardo praecipue, concinnata ſunt. Haec enim, ſi reviviſceret Auctor, facile pateretur ſuis anteponi. Etenim imperfectum eſt hoc opus, & usque ad locum de conjugio deductum ſolummodo, quod ex Partis III. p. 233. perſpicitur. Poſthumum etiam & ab Auctore nec reviſum, nec expolitum, aut à maculis omnibus repurgatum. Perſpicuo tamen genere dicendi traditum. Et ex SS. & venerandæ Antiquitatis conſenſu egregie contextum, praemiſſis ſemper Phil. Melanchthonis verbis è Locis Theologicis excerptis, in quos hoc Chemnitii volumen eſt commentarius perpetuus.

Joh. Calvini Inſtitutiones Religionis Chriſtianæ. Genevae 1690. In quibus nulla fere eſt litera, quae ornatum non habeat, aut Oratoris eſſe non videatur. Ut Suada ipſa in Auctoris labris ſeſſitaviſſe, & ejus calamo nectar inſpiraſſe exiſtimare queas. Nec Methodus in poſtremis eſt habenda, ſimplicitate ſua maxime commendabilis, & ad Symboli Apoſtolici filum accommodata. Et quae in his menſis Lectori appoſitae ſunt dapes, ſi eas excipias, quibus ſuis hypotheſibus, quam veritati litare maluit, pleræque ſunt exquiſitiſſimæ. Unde ab hoſtibus ipſis laudata Calvini virtus, & ſcrinia ejus etiam ab iis com-

compilata, qui eum graviſſimis urſerunt convitiis. Et ſi nihil aliud, hoc ſane prodigio eſt ſimile, Virum hunc adhuc juvenem anno ætatis 24. opus ejusmodi concedere potuiſſe, quod Senatoribus in republica literaria ſtupori fuit, quodque, ſi maculæ quædam abſint, antiquorum ſcriptis claſſicis comparari queat. Unde Paulus Thurius:

Præter Apoſtolicas poſt Chriſti tempora chartas,
Huic peperere libro ſecula nulla parem.

Urbani Regii Opera omnia Germanice. Nürnb. 1562. Edita à filio Erneſto Regio, & in 3. Tomos digeſta, quorum I. Thetica. II. Exegetica. III. Pædeutica & Paracletica continentur. Digna omnia, quæ manibus Theologorum terantur. Imprimis tamen velut gemmula nitet Tomo I. *Die Verlegung der neuen Lehre.* T. II. Dialogus *aus Moſe und den Propheten.* T. III. *Troſt-Büchlein und Troſt-Brieff an die Chriſten zu Hannover und Hildesheim.*

In Quarto.

Collectio prima XVIII. opuſculorum Germ. & Lat. B. M. Lutheri A. C. 1518. 19. 20. 21. 22. 23. ſcriptorum, prout illa prima vice excuſa ſunt, adeoque cum MSCtis pari paſſu ambulant. In quibus eſt Epiſtola Lutheri, ad Leonem X. propria ejus manu notata, & Georgio Spalatino inſcripta.

Collectio ſecunda VIII. opuſculorum Germ. Lutheri, ejusdem cum antecedentibus commatis, cum Anonymi Microchronico Thuringiæ.

Collectio

Collectio tertia VIII. opuſculorum Lutheri ex prima editione cum Jacobi Strauſeri & Ulrici Huttenii, aliorumque Anonymorum nonnullis Pontificiorum Matæologiæ oppoſitis. Faſciculus multo & mordaci lotus aceto.

Collectio quarta opuſculorum quorundam Lutheri ex prima Editione, quæ poſterioribus ſunt præferenda ob (1) peculiarem orthographiam in poſterioribus neglectam. (2) Verba phraſesque in poſterioribus interdum mutatas, turbatasque. (3) Emblemata, Carmina &c. in poſterioribus omiſſa. (4) Verſionem SS. in poſterioribus variatam.

Hauſs-Poſtilla D. M. Luthers. Jena 1597. Hæc editio Jenenſis, quæ ex MSCtis M. G. Rorarii collecta eſt, multis nominibus differt ab Editione Norimbergenſi 1544. in 8vo. & Wittenbergenſi 1554. in f. quæ ex Viti Dieterici collectaneis eſt congeſta. In hac enim plures quam in illis ſunt Homiliæ. Eæque omnes ex ore Lutheri exceptæ. Suisque limitibus recte diſtinctæ; Et ad normam ordinationis Eccleſiaſticæ Wittebergenſis digeſtæ, cum in illis pauciores omnino orationes appareant; Nonnullæ etiam à Luthero non habitæ, ſed à Dieterico confectæ, & γνησίως Lutheranis inſperſæ ob fugam vacui; Quædam capite & cauda truncatæ, & ita adornatæ, ut duæ aut tres in unum coierint brevitatis cauſa. Omnes ſecundum ſeriem ordinationis Eccleſiaſticæ Norimbergenſis & Brandenburgenſis diſpoſitæ, quod copioſe docet Andreas Poach in fine hujus voluminis. p. 603. ſeq.

D.

D. *Martini Lutheri Comment. Das J. C. ein ge-*
ohrner Jude ſey. Witteberg. 1523. De qua V.
. *von* Seckendorf in Hiſt. Lutheraniſmi Germa-
ica l. 1. §. 145. p. 592. *Es iſt dem ſeeligen* Lu-
ero *auf dem Reichs-Tage zu Nürnberg von Hertzog*
eorgen und dem Engliſchen Geſandten Leo. *Schuld*
geben worden, als wenn er von der Jungfrau
aria übel lehrete, und vorgebe, Chriſtus ſey ein
bohrner Jude, welches Letztere auch Ertz-Hertzog
erdinand an ihme als eine Ketzerey daſelbſt geſtraf-
t. Lutherus *erſtaunete über dieſe neue Ketzerey,*
nd ſchrieb deshalb ein Büchlein, Das Jeſus ein
ebohrner Jude ſey.

. *Martini Meglini ad Georgium Marchionem Bran-*
enb. προσκέλευσις. Norimb. 1629. Hic Geor-
ius, Pius cognomine dictus, Primus eſt ex Mar-
hionum Brand. ordine, qui religionem Lutheri
ſt amplexus. Quod factum eſt 1528. Et cum
ıpientia ſingulari præditus ea, quæ impendebant,
ınquam è ſpecula facile proſpiceret, Theolo-
orum quorundam expetebat conſilia, quid fa-
iendum ſibi ſit, ſi quam ab imperatore Carolo
. forte vim ſuſtinere cogatur. Atque in iis
iit etiam hic Martinus Meglinus, paucis notus in
publica literaria.

Martini Buceri von der wahren Seelen-Cur.
raſsburg 1538. de quo J. G. Schellhornius in
mænit. liter. T. V. p. 261. Martini Buceri
ripta, ipſo Auctore curante in Germania, ſen-
n ſenſimque excuſa, haud facile obvia ſunt,
agni merito æſtimanda. De his ita G. J. Voſ-
ıs ad Hugonem Grotium in Ep. Aug. Vindel.

1291.

1691. recuſis p. 447. Conſulendæ ſunt Editiones illæ, quas nobis Germania produxit. Non quæ ex ſententia Calvini caſtratæ ſunt Genevæ &c. (2) *Chriſtoph. von Staugwitz Dialogu. von Thum-Herren, cum præfat. & additionibu. Joh. Bugenhagii* Witteb. 1536. (3) *Urſachen warum die teutſchen Churfürſten &c. das ausgeſchriebene* Concilium *zu* Mantua *vor verdächtig achten &c* Witteb. 1537. (4) *Ausſchreiben des Raht zu Augſpurg wegen Abthuung der Meſs.* (5) *Seb. Franckens Paradoxa ducenta octoginta.* Sine loco & tempore. Editio nitida. De Paradoxis ipſi alio loco.

M. Theod. Fabricii Loci Communes D. Martin Lutheri. Magdeb. 1594. Scriptorum Luthe Latinorum hoc eſt florilegium, vel ſi mavi Theologiæ Theticæ & Ethicæ corpus, Methodo Syſtematica adornatum, & ex Aphorism hujus Megalandri collectum, cui an illud poſ ea acceſſerit, quod ex Germanicis Megaland hujus operibus Auctor in Epiſt. Dedic. ſe editurum promiſit, equidem adſeverare non poſſimus. Hoc poſſumus, ei facultatem non defuiſ ad fidem hanc præſtandam, qui Michaëlis Neadri non degener fuit diſcipulus, in ſcriptis Lutheri multum verſatus, durioribusque quibusda fatis exercitatus, & per iniquitatem eorum temporum ab uno officio interdum deturbatus, alteri rurſum admotus.

Urbani Regii Dialogus von der Predigt, die Chriſt ſeinen Jüngern auf dem Wege gen Emaus gehalte Opus Urbanum & Regium, ex omnibus ſcript auctoris ſpiſſiſſimum, & ultimum, & ſi B. Lu

therum

herum, Joh. Frederum, & Lucam Bacmeiſterum
udias, hunc in Orat. de Luca Loſſio 1585.
Roſtochii habita, illum, & iſtum in præfationi-
bus Edit. Latinæ præmiſſis, ex omnibus etiam
Urbani ſcriptis optimum & abſolutiſſimum.
Germanice ſcriptum ab Auctore; ſed à Joh. Fre-
dero poſtea in LL. translatum, & A.C. 1542. quo
pſo è vita exceſſit Regius, Francofurti in f. niti-
de excuſum, ſub titulo, *prophetiæ V. T. de Chriſto.*
Nec temere datus eſt huic operi hic index. In
quo V. T. oracula extantiora, uno quaſi faſce
comprehenſa, ita illuſtrantur, ut, ſi hoc uni-
cum tantummodo reliquiſſet doctrinæ ſuæ ſpe-
cimen Urbanus, dignus tamen foret, ut nulla
unquam ætas de ejus laudibus conticeſceret. Ac-
cedit *Antonii Corvini Auslegung des IV. Pſalm.*
Ejusd. *Bericht, wie ſich ein Edelmann zu verhalten.*
Libellus, cui Auctor manu ſua nomen inſcripſit.
M. Lutherus, *von der Winkel-Meſſe.* Witteb.
1534. *Eine Schrifft des Chur-Fürſten zu Sachſen, das
Burggraffthum zu Magdeburg betreffend.* Witteb.
1538. Joh. Kymei *Pabſt Hercules wider die Teut-
ſchen.* Witteb. 1537. Quo Papæ Poteſtas con-
quaſſatur. M. Lutheri Sermon *auf* Matth. XXII.
Witteb. 1535.

Joh. Gerhardi Confeſſio Catholica & Evangelica.
Jenæ 1634-37. Volum. IV. Editio prima &
optima operis ardui, præclari & inexpugnabilis,
ab Auctore in eum finem ſcripti, ut veritas illu-
ſtretur, gloriatio confundatur, par pari referatur,
hæreſeos nota diſpungatur, accuſationes profli-
gentur, & quæſtio illa *πολυθρίλλητος* tandem
diſſolvatur, *ubi fuerit Eccleſia Evangelica ante Lu-*

 theri

theri tempora? Quod argumentum jam ante Gerhardum occupavit Matthias Flacius in teſtibus veritatis, & Andreas Oſiander in Papa non Papa. Poſt eum imitati ſunt plures J. G. Dorſcheus in Thoma Aquinate, Ant. Reiſerus in Joh. Launojo, veritatis confeſſore, P. Colomeſius in Roma Proteſtante, Samuel Stryckius in Præſidio Religionis Evangelicæ; Alii.

Joh. Gerhardi Bellarminus orthodoxiæ teſtis. Jenæ 1658. Opus cum præcedente non comparandum, ſi Polyhiſtoriam ſpectes, & lectionis multijugæ ſtupendam vaſtitatem. Sed eidem tamen non poſtponendum, ſi judicii & utilitatis & gravitatis rationem habeas. Ejusd. *Annot. in I. & II. Epiſt. Pauli ad Timotheum.* Jenæ 1643. *J. Tarnovii in Threnos Jeremiæ Comment.* Roſtoch. 1642. Πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Ant. Reiſeri Joh. Launojus, teſtis & confeſſor veritatis Evangelico-Catholicæ. Amſtelod. 1685. Majori dignus Encomio, ſi ſtilus paulo eſſet luculentior, typus emendatior, Methodus diſtinctior, & res ipſa teſtanda amplior. Sed una tantummodo eſt veritas, ad quam ſtatuminandam Launojus in hoc opere ceu teſtis adducitur. Scilicet *Romanum Pontificem non eſſe caput Eccleſiæ.* Rect. tamen Petrus Zornius in tr. de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ c. 2. §. 3. Lectu digniſſimus eſt Joh. Launojus Reiſeri, in quo per unum & ſexaginta capita oſtenditur Launoji à Bellarmino diſſenſus.

Samuelis Stryckii præſidium religionis Evangelicæ Jure Canonico, Francf. 1622. Male omnino meritus e

: de Eccleſia Proteſtantium, & de illuſtri Aucto-
s, nomine, qui hoc Schediaſma poſthumum in
cem exire juſſit, quod ab eo inchoatum eſt
ntummodo, non autem abſolutum, aut perpo-
um, & citatis ineptis (v. g. p. 1. Tilavius pro
acius) mutilis, morbidis, & oppido falſis, ita
eformatum eſt, ut & ſplenem adverſariis, &
, qui præſidium religionis Evangelicæ ſartum
ctum eſſe cupiunt, ſtomachum & bilem move-
queat.

J. H. Alſtedii Theologia Naturalis. 1615. Vera
nnino Theologia Naturalis, & prima fortaſſe
ijus commatis, ſane multis aliis anteferenda,
b ſtili perſpicuitatem, œconomiæ facilitatem,
erumque ipſarum delectum, deſcriptionem,
um, & Librum naturæ evolvendi, legendi, &
te uſurpandi, in ea oſtenſum modum. *Chriſt.
lathiæ Hiſtoria Patriarcharum.* Lubecæ 1642.
ectu non indigna, ſed futura dignior, ſi au-
or à terminis Philoſophicis ſe abſtinuiſſet,
porismata Hiſtorica ab ipſa Hiſtoria ſecre-
iſſet.

C. Vitringa Epitome Theol. Naturalis. Frane-
eræ 1720. 4. Acuta, ſolida, fructuoſa, ju-
nda. Paucis comprehendens multa, eaque
aximam partem homogenea, quædam itidem
ibia, & ab auctore nec ſatis explicata, nec
ciſa.

J. C. Hundeshagen Theologia Naturalis. Jenæ
571. Rectius Cento diſput. Philoſoph. de Deo,
æ primum ſeorſim Jenæ impreſſæ, poſtea in
um faſciculum conjectæ, hoc habitu in lucem
odierunt. Laudandæ à perſpicuitate & acu-

 mine.

mine. Sed culpandæ ob largam nimis ſpinarur Scholaſticarum ſegetem, quæ ita occuparunt Au ctoris cerebrum, ut in maniam tandem præcip tarint. *M.G.Meyeri* Pneumatica, ſ. Theologia na turalis. Witteb. 1663. Ad mentem Scholaſtico rum adornata. Adeoque ſpinoſa, aſpera, ſubtili & multis verbis dicens nihil.

A. Buchneri Orat. Acad. Volumina duo. Dresd 1682. 4. Jis omnibus commendanda, qui in El quentia Latina volunt

Primas usque tenere, aliosque excelle laude.

(2) *K. Rudrauſſii Philoſophia Theologica.* Gieſſ 1676. His omnibus cane pejus & angue vitand qui nolunt araneæ telas texere,

Mollibus & ventis profundere inania verb

Joh. H. Alſtedii præcognita Theologica. Hanov 1623. In quibus agit l. 1. de Natura Theologi l. 2. de ſtudio ejus recte inſtituendo; Stilo fac & ordine non inconcinno. In rebus tamen ip multa ſunt protrita, quædam dubia, nonnulla v na, & ſupervacanea.

J. Heerbrandi Compendium Theologiæ Latin Græcum, interprete Martino Cruſio. VVitte 1582. Mirum in modum commendavit ſe h opus perſpicuitate ſtili, novitate methodi, ſc ditate rerum, & ſanitate Auctoris, qui Luth & Melanchthonis fuerat diſcipulus per quinque nium. Adeoque non tantummodo ſæpius auctu emendatum & recuſum eſt; Sed & in lingua Græcam translatum, & ad Jeremiam Patri cham Conſtantinop. tranſmiſſum, qui, datis Heerbrandum & Cruſium literis, ſe illud acc

pi

iſſe ſignificavit, ſed occupationibus præpeditum, on potuiſſe legere, & ſuam de eo ſententiam perire.

C. E. Brochmandi Syſtema Theol. didactico-Pole-ico-Practicum. Lipſiæ 1638. Tom. II. *Primus* eſt x noſtratibus, qui Theologiam Conſcientiariam, heticæ & Polemicæ ſuperadditam, uno Syſtemate xhibuit, laudatus iccirco ab his, culpatus ab aliis, ui Ethicam pro ea ſubſtitutam maluiſſent. Nec robata eſt J. A. Schertzero apud J. Mollerum Hypomn. ad Alb. Bartholinum de ſcriptis Da-orum p. 181. doctrina ejus de IV. generibus ommunicationis idiomatum, & reſurrectione npiorum merito Chriſti parta, deſiderataque ajor in opere univerſo ἀκρίβεια, & fontium, quibus adverſariorum hauſtæ ſint objectiones, ertior indicatio. Omne tamen punctum tulit Mollero l. c. & aliis ibidem citatis, qui omni-enam Doctr. Theol. copiam & ſoliditatem, ſtili erſpicuitatem, & accuratum teſtimoniorum . in Qq. decidendis ſelectum, in eo concele-arunt.

J. Olearii Theologia univerſa. Halæ 1678. Tri-is libris, Iſagogico, Syſtematico, & Mnemoni-, ita adornata, ut, ſi ea linea abſoluta eſſet, qua epta eſt, facile omnes alias ſui commatis Exer-ſias, & Encyclopædias Theologicas ſuperaſſet. d in libro Syſtematico Theologia thetica tan-n, & Exegetica videtur ad umbilicum deducta, liquæ adumbratæ ſolum, & primis ſuis lineis lictæ.

H. Kromeyeri Theologia Poſitivo-Polemica. Lipſiæ 168. Elegantia ſtili, concinnitate Methodi,

rerumque ἀκριβεία nulli ſecunda. Ejusd. Loci Anti-Syncretiſtici. Lipſiæ 1669.

J. Hildebrandi Inſtitutiones Sacræ. Helmſt. 1660. Conſtant. XX. Diſput. juxta vulgatum forte, *viginti definitiones facere Theologum.* Et contendit Auctor, ſe (1) ſecundum Chemnitium, Gerhardum, Meiſnerum, Calixtum, Hornejum. (2) Omnia tradidiſſe perſpicue. (3) Nullum dogma, nullamque controverſiam prætermiſiſſe.

J. C. Danhaueri Hodoſophia à P. J. Spenero in tabulas redacta. Francof. 1690. In qua præfatio Speneri tabulas ipſas mole æquat, utilitate ſuperat. Siquidem in ea de impedimentis ſtudii Theologici diſſerens, univerſam ejus rationem præclare format, & de omnibus Theologiæ partibus, & ſpeciebus, ac ſubſidiis, ſuam pronunciat ſententiam.

H. Wideburgii Syſtema Theologiæ poſitivæ. Helmſt. 1698. Opus imperfectum, & ab Auctore, præmatura morte extincto, ad umbilicum non deductum.

Zachariæ Schilteri ἐξέτασις *Catecheſeos Minoris Lutheri.* Lipſ. 1617. Doctoribus Academicis quam Eccleſiaſticis, accommodatior.

F. Bechmanni Annot. in Compendium Hutteri Langenſaliſſæ 1690. In commentatoribus Hutteri præ cæteris

Eſt dignus digito monſtrari, & dicier, hic eſt!
Laudandus tamen magis à naturali, aperto, & placido dicendi ac docendi modo, quam à rerum ubertate, ſelectu, præſtantia.

G. M.

G. Mylii A. C. Explicatio. Sedini 1653. Quæ Secunda eſt hujus operis Editio, ab Auctore A. C. 1593. Jenæ publicati, & iccirco potiſſimum ſuſcepti, ut publicum extaret ſuæ orthodoxiæ teſtimonium, in qua fluctuare videbatur nonnullis, quod Auguſtæ Vindel. ſua, & A. C. natali ſede, à munere Eccleſiaſtico eſſet dejectus. Quod tamen non ideo factum erat, quod A. C. Sed quod Calendario Gregoriano ſubſcribere detrectaverat.

Joh. Haneri prophetia Vetus ac nova. Lipſ. 1534. Quid ſibi velit hæc ſuſpenſa hedera, ediſſerit Auctor in Epiſt. Dedicat. ubi, præſcribam hic in communi, ait, totius Theologiæ & Scripturæ ſcopum, & ſummam, potioraque fidei noſtræ dogmata, ſub compendio. Et ſane optimum hoc eſt Compendium Theologiæ, quod unquam vidimus, ab homine religioni Pontificiæ addicto concinnatum. Aphoriſticum, argutum, moderatum, Oraculis SS. præmunitum. In quo altum de Pontifice Romano, de Sanctis, de Miſſa, de indulgentiis, aliisque rebus ſilentium, quibus ad reformationem coacti ſunt ii, quos tacite pungit Auctor, quosque alio crimine onerare non poteſt, quam quod *ſola fide* hominem juſtificari credant. (2) *Joh. Cochlæi in criminationem Lutheri reſponſio.* In cujus Epiſt. Dedicat. & Appendice leguntur quædam ad Hiſt. reformationis attinentia, à Seckendorfio in Hiſtoria Lutheraniſmi præterita. (3) *Tabula 36. contradictionum Lutheri ſuper uno articulo de communione Euchariſtiæ, per Caſparum Querhamerum.* 1535. (4) *Joh. Kochlæi replica brevis adverſus reſponſio-*

nem Henrici Bullingeri, 1544. (5) *F. Joh. Hoffmeiſteri Auguſtiniani Colmarienſis Canones ad interpretandam SS. neceſſarii.* Moguntiæ 1545. Libellus non bene digeſtus quidem, ſed congeſtus optime. Ad SS. interpretandam, & ipſos Pontificios confundendos, perutilis. Licet is, qui orbi legendum tradidit, ipſe religioni Pontificiæ fuerit addictus, ejusque ſua ætate promachus. (6) *Ejusdem, Verbum Dei caro factum, ſive de Miſſa.* Eodem. (7) *Joh. Cochlæi in quatuor Andreæ Oſiandri conjecturas de fine mundi velitatio.* Ingolſtadii 1545. (8) *Epitome Apoſtolicarum conſtitutionum, in Creta Inſula per Carolum Cappellium Venetum repertarum & è Græco in Latinum translatarum.* 1546. (9) *Stephani Winton ad Martinum Bucerum Epiſtola.* Ingolſtadii 1546. (10) *Joh. Cochlæi reſponſio in XVIII. Articulos Martini Buceri.* Ingolſtadii 1545. (11) *Ejusdem Annotationes & Antitheſes in quædam ſcripta & propoſitiones collocutorum Wittebergenſium.* Ingolſtadii 1546.

IN OCTAVO.

DEr 118. *Pſalm ausgeleget durch M. Luther.* Witteb. 1530. *Eine Predigt D. M. Luther, daſs man die Kinder zu der Schule halten ſoll.* Ibid. 1530. *M. Luthers Vermahnung an die Geiſtlichen auf dem Reichs-Tage zu Augſpurg.* Magd. 1530. *M. Luthers Widerruf von Fege-Feuer.* Ibid. 1530. *Caſp. Huber von der Rechten Hand GOttes.* Ibid. 1530. *Das 38. und 39. Capitel Ezechiëlis verteutſchet durch M. Luther.* Wittenb. 1530. *Urſachen, warum man zu Nürnberg die Miſsbräuche*

bey

ey der Meſſe abgeſtellet. Nürnb. ſine anno. Ex quibus ea quidem omnia, quæ Lutheri nomen præſcriptum ſibi habent, Tomo V. Altenburgenſi inſerta ſunt; Sed variat tamen in his Editionibus orthographia, & notarum marginalium ratio in quibusdam, & verborum dictorumque quorundam SS. verſio. Quod autem ultimum in hoc faſciculo occupat locum opuſculum, Antiquiſſima eſt Norimbergenſium *Agenda Eccleſiaſtica*, ex qua apparet, quæ fuerit ante Lutherum cultus publici in Eccleſiis ratio, & quas ob cauſas illa poſtea immutata.

Martini Lutheri Comment. ſuper Magnificat è vernacula in LL. converſi à Joh. Lonicero. 1525. Auctor hujus Metaphraſews Thuano laudatus (vide Stöckenii Thuanum Enucleatum P. II. p. 168.) quidem Lutheri mentem non infeliciter aſſecutus eſt; Sed verborum vim & pondus & ἐνέργειαν, & dictionis totius gravitatem Heroicam, cum ſingulari Spiritu & vita, & inimitabili ſuavitate conjunctam, & quæ ſunt alia huic Megalandro in dicendo & ſcribendo propria, in hac verſione exprimere haud valuit. Quod conſtabit, ſi hanc verſionem componas cum textu Authentico, qui extat Tom. I. Altenb. p. 755.

J. Eckii, Joh. Fiſcheri Epiſcopi Roffenſis, Caſp. ...rgeri, D. J. Dietenbergeri quædam. A. C. 1525. vulgata, & D. M. Luthero oppoſita. Quæ, utut paucis ſunt lecta, paucioribus tamen exiſtimamus legenda ob ſtili ſcabiem, & rerum inſaniam. Niſi Dietenbergeri Schediaſma, cum ante laudato Norimbergenſium ſcripto, velis componere, ut oppoſita juxta ſe poſita magis eluceant.

J. Vollandi Compendium Doctrinæ Theologicæ Latino-Germanicum. Lipſiæ 1581. In quo exhibetur cujuslibet doctrinæ definitio, ſedesque ejus in SS. & Catechismo. *M. Neandri Theologia Lutheri, Bernardi & Tauleri.* Islebii 1581. In qua non ordinem articulorum fidei, Sed librorum cujusvis Auctoris ſecutus, optima quæque ex illis excerpit. Et quidem ex Luthero, cujus diſcipulus fuit per triennium, quia eundem omnibus aliis Theologis antiquis & recentioribus prætulit; Ex Bernardo autem & Taulero, quia eosdem à Luthero omnibus aliis prælatos didicit, utut illo plus, quam cæteros, μοναχίζειν intellexiſſet.

Loci communes rerum Theologicarum ſeu Hypotypoſes Theologicæ. Witteb. 1521. *Primum* hoc est Compendium Lutheranorum Theologicum, Philippo Melanchthone ſtilo dilucido, ordine Lombardiſtis eo tempore uſitato, ſed egregie optimarum rerum ſelectu concinnatum; Si unum exceperis, quod eo tempore profitebatur Philippus, *omnia fieri neceſſario.* Poſtea in linguam Germanicam translatum à Juſto Jona, Georgio Spalatino, aliis. Recuſum etiam ſæpius; ſed habitu ita immutato, ut editiones poſteriores prioribus ſemper fuerint diſſimillimæ. Tandem vero A. C. 1543. ea facie exiit in lucem, quam poſtea conſtanter retinuit. Neque enim post annum 43. in eo quicquam eſt immutatum, nisi quod, poſt mortem Lutheri, in loco de Libero arbitrio una pagella inſerta eſt contra Manichæos & Enthuſiaſtas. Quæ quantas turbas dederit in Eccleſia, docet Joh. Matthæus in Orat. de LL. CC. Philippi Melanchthonis Witteb. 1587. habi-

in qua & alia hujus opuſculi fata recenſet. Et quia poſteriores Editiones ſemper tenebras obduxerunt prioribus, hinc orta eſt harum, & inprimis Editionis hujus primæ raritas. Quam recudi curavit Herm. ab Hard in Hiſt. Lit. Reform. P. III. p. 28. ſeq. præmiſſa quadam in eam introductione, in qua multa de hoc libello congeſſit ἀξιομνημόνευτα v. g. Lutherum eundem dixiſſe invictum, & immortalitate non tantum, ſed & Canone Eccleſiaſtico judicaſſe dignum &c. Venetiis etiam impreſſum ſub titulo, Per Meſſer Filippo de terra Nera, Romamque miſſum, per integrum annum emtum, & lectum cum applauſu, poſtea vero agnitum, quod Melanthonem auctorem habeat, ſuppreſſum ilico, & exemplaria combuſta.

Phil. Melanchthonis Loci Communes Theol. Halæ Suec. 1539. Editio à priore toto cælo diverſa, ut ſunt omnes ab anno 1521. usque ad annum 1543. excuſæ. (2) *Eraſmi Sarcerii Methodus* in SS. locos. Baſileæ 1539. Scilicet Phil. Melanchthon *primus* eſt, qui univerſo corpori doctrinæ Chriſtianæ; Sarcerius autem *primus*, qui cuilibet corporis hujus membro ſuam formam & oeconomiam impertiendam eſſe docuit, commonſtravitque, quemlibet fidei articulum per definitionem, diviſionem, cauſas, effectus, contraria &c. tradendum, ut ſuus eidem ordo, & Logicæ ac Rhetoricæ ſuus in Theologia uſus conſtaret, & ad oculum pateret.

Philippi Melanchthonis Examen Ordinandorum. Witteb. 1559. In quo eſt plana, & expedita, & facile currens oratio. Probabilisque rerum oeco-

oeconomia. Sed non ea ἀκρίβεια, quæ in opere tanto ineſſe oporteret, quod Miniſterii Eccleſiaſtici Candidatis, tanquam orthodoxiæ Symbolum, eſt commendatum. Quis enim ferat id, quod v. g. in eo dicitur, Filium Dei cogitatione eſſe natum, & patrem, ſe ipſum intuentem & conſiderantem, eundem genuiſſe ab æterno? Aut quæ hac illac interſperſa ſunt, Crypto-Calvinismum redolentia. Cujus ſeſe poſt obitum Lutheri Philippus non uno nomine reddidit ſuſpectum.

Georgii Fabricii Antiquæ Scholæ Chriſtianæ puerilis Libri II. (2) *Thomæ Fabri Novæ Scholæ Chriſtianæ puerilis Libri IX.* Baſileæ 1565. Biga hæc eſt Compendii Theologici Poëtici; Quorum prius à Fabricio, poſterius à Fabro; Illud è Poëtis Doctoribusque Eccleſiæ antiquis; Hoc è recentioribus; Illud parciore; Hoc liberaliore manu collectum, vel ſi mavis, colligi cæptum eſt. Principia enim utriusque apparent tantummodo, tantum abeſt, ut utrumque ad finem ſit perductum. Et periculum eſt, ſi tot diverſi auctores prælegantur pueris, ne oratio futura ſit inæquabilis, & non unius fili, ſed incompoſita & inconſtans.

Benedicti Gretſingers Büchlein von denen Haupt-Articeln der Göttl. Schrifft. Wittenb. ſine anno. Quod compendiolum eſt Theol. ex nudis theſibus & dictis SS. contextum, & ad mentem Philippi adornatum. Quod patet tum ex ipſius oeconomia, tum ex ipſarum theſium natura, quarum prima libertatem arbitrii humani tollit, quam & Philippus in prima editione LL. CC. ſive hypotypoſεων Theologicarum ſuſtulit, ut patet

patet ex iis, quæ affert H. ab Hard in Hiſt. Lit. Reform. P. IV. p. 29. Dicta etiam SS. citata non raro ab hodierna noſtra translatione recedunt. *Joh. Agricolæ Auslegung des Spruchs Matth. XVI. 13.* Witteb. 1525. *Phil. Melanchthonis Auslegung der X. Gebote.* Witteb. 1525. *Anonymi Frage und Antwort von Glauben und Liebe, nützlich zu denen Articeln* D. Urbani Regii *und Gretzingers.* Witteb. 1525. Qui Libellus eſt Catecheticus, ad Catecheſes Lutheranorum *primas*, & antiquiſſimas referendus. *Grund-Urſache, warum zu Nürnberg die Miſsbräuche bey der Meſſe abgeſtellet.* Wittenb. 1525. Quæ eſt ſecunda utiliſſimi hujus libelli editio. De quo quid ſentiamus, jam diximus.

Mich. Neandri Parva Biblia Latino-Germanica. 1587.

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Auctor ſic itidem depaſcitur aurea dicta.

Joh. Meyeri Epitome LL. CC. Phil. Melanchthonis. Witteb. 1562. Editio ſecunda hujus opuſculi. Prima enim jam 1561. ibidem prodiit, ab ipſo Philippo viſa & approbata. *Martini Schallingii Libri 3. de præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia.* Witteb. 1576. Cinglianis oppoſiti, & à Melanchthone in MSCto perlecti & comprobati. Accedunt plura hujus generis Anti-Cingliana.

J. Heerbrandi Compendium Theologiæ. Lubecæ 1700. Cujus tanta fuit in Ducatu Würtenbergenſi exiſtimatio, ut in Ordinatione Eccleſiaſtica Majore p. 273. Lectoribus Theologia non tantum commendetur ſedulo, ſed & ad exponendum

nendum juventuti Academicæ, inſtar Libri Sym-bolici, promulgetur. Adde, quæ ſupra de Editione ejus Græco-Latina diſſeruimus.

Matthiæ Hafenrefferi Compendium Theol. Tubingæ 1611. De quo Balthaſar Meiſnerus in diſſert. de mediis, quibus comparari poteſt cognitio Theol. Theorem. 35. Hafenrefferi Comp. Theol propter materiarum delectum; ſtili perſpicuitatem, Methodi typique elegantiam, & locorum explicationem paulo pleniorem, aliis fere palmam præripit. Ejusque Tubingenſis Editio eſt optima. Adde Förtſchii Decadem Diſſert. ubi Diſſert. 2. Johannes Fridericus, Dux VVürtenbergenſis, primas Compendii Hafenrefferiani lineas duxiſſe dicitur.

Nic. Hemmingii Enchiridion Theologicum. Lipſiæ 1562. E Philippi Melanchthonis Operibus maxime concinnatum, cujus Auctor per integrum quinquennium fuit diſcipulus. Orthodoxum etiam, & maculis Crypto-Calvinismi non reſperſum, quibus ſe poſtea ita polluit & infamavit, ut, quæ 1574. in Syntagmate Inſtitut. Chriſt. de S. cœna ſcripſerat A. C. 1576. publica palinodia recantare coactus fuerit, quam exhibet Conr. Schlüſſelburgius in Theol. Calvin. l. 2. Artic. 9. p. 76. legendam. Vir alioqui doctiſſimus, & communis Daniæ præceptor (2) G. Fabricii *Victoriarum cæleſtium Liber.* Lipſiæ 1553.

Nic. Selneccerì Inſtitutiones Chriſtianæ Religionis Francof. 1573. Conſcriptæ potiſſimum in uſum Scholarum Brunſvicenſium, & adornatæ ad mentem Lutheri & Philippi, quorum veſtigia in do-

cend

endo ſe oſtendere juventuti, ſcribit Auctor in Ep.
)edic. P. 2 eorum συνεργός, qui F. C. conte-
uerunt. Vir doctus, & facilitate ſtili ac Me-
ıodi conſpicuus, ſed diffuſus nimium, & uber-
ıte verborum magis, quam rerum gravitate
ffluens.

Dan. Tilenii Diſput. Theol. Syntagma. Genevæ
618. Sparſim antea fuerunt editæ, ſed poſtea,
eu laceræ disjectæque tabulæ, collectæ, & uno
oc faſce colligatæ. Lectu omnino dignæ, ob
ictionis nitorem, ordinis venuſtatem, & re-
um præſtantiam, qua ubique præfulgent, ubi
artium ſtudio & Sectæ Reform. Auctor non eſt
editus. Arminianorum primus ex alienigenis
ebellator; Aſt poſtea mutata ſcena defenſor
trenuus & propugnator.

G. Sohnii Opera Theologica, Naſſov. Sigenæ 1598.
. Tom. 2. Vol. Magno elogio mactata à Joh.
'alvino, qui de ejus vita & obitu orationem
ræmiſit. Nec nullo etiam honore digna, ubi ſe-
:æ ſuæ cauſam non agit Auctor. Siquidem &
:s acute dignoſcit, & apte digerit, & luculen-
) ſermonis genere explicat. Eo magis miran-
ıs, quo minus hoc ab eo exſpectari poterat,
ıi Juris prudentiæ primum addictus, vivendo
:x 38. annum ſuperavit.

Petri Rami Commentarii de religione Chriſtiana.
'ancof. 1576. Poſthumum eſt hoc opuſcu-
m P. Rami, eo tempore ab eo compoſitum,
ıo relicto Pontificiorum cœtu Eccleſiæ Refor.
atorum nomen dedit. Et quidem ſtilus pror-
s eſt latinus, & Ciceronis elegantia tinctus. Or-
) theoretico-practicus, credendorum & agen-
dorum

dorum nexu abſolutus. Res autem pleræqu obviæ; Si flores Poëticos, hinc inde interſper ſos, exceperis. (2) *Joach. Curei Exegeſis Contro verſiæ de S. Cœna.* Heidelbergæ 1575.

Canones Concilii Provincialis Colonienſis 1536. *ce lebrati cum aliis ſtatutis atque decretis* Pariſiis 155c (2) *Enchiridion Chriſtianæ inſtitutionis in Concilio ho editum.* Ibidem. Opuſculum perrarum, & accurat perluſtratione dignum. Tum, ut rationem vitæ tum etiam, ut doctrinæ modum, Clero Roman eo tempore uſitatum, cognoſcamus. Quorum a' terum conſtat ex Canonibus, alterum diſcimus e Enchiridio Theologico. Cujus auctor præcipuu fuit Joh. Gropperus Archidiaconus Colonienſis, u ex G. Calixti Diſp. de Sacrificio th. 131. & ex V. I Seckendorfii Hiſt. Lutheranismi L. III §. 70. p. 156 & L. IV. §. 32. p. 2201. intelligimus. Sed no unum fuit eruditorum de eo judicium. Philippu enim Melanchthon in Ep. à Seckendorfio l. c. allat Errores antiquos Pontificiorum in eo retentos, nova tantummodò purpura inductos eſſe ſcribi Georgius autem Caſſander in Conſultatione d articulis religionis inter Catholicos & Proteſtan tes Artic. 4. p. 21. hoc Enchiridion ab omnibu eruditioribus Theologis, etiam per Italiam Galliam, ſummopere eſſe collaudatum, ut quo ſummam ſententiæ veterum de Chriſtiana re ligione, ex quorum ſcriptis ſit quaſi conformatum pulcherrime referat.

Leonhardi Hutteri Compendium Loc. The VVitteb. 1629. Juſſu Chriſtiani II. El. Sax. libris Eccleſiæ noſtræ Symbolicis compilatum & calculo academiæ VVitteb. & Lipſienſis, ſch

larum

rumque Sax. illuſtrium comprobatum, Electo-
s auctoritate in Scholas Saxonicas primum in-
roductum, tum etiam in aliis regionibus ad-
iiſſum, & tandem à viris quibusdam non ulti-
iæ lineæ notis & obſervationibus, & integris
Commentariis illuſtratum, Salomone Glaſſio,
uta, Joh. Ebarto, Joh. Meisnero, Georgio
Iœbio, Cundiſio, Deutſchmanno, Bechman-
o, aliis.

*Leonh. Hutteri Explicatio libri Chriſtianæ Concor-
iæ.* Witteb. 1608. In quo, formato in quo-
is Articulo ſtatu Controverſiæ, Theſis ortho-
oxa argumentis corroboratur, & antitheſis ad-
erſariorum cum adſperſis coloribus diluitur.

G. Cundiſii notæ in L. Hutteri Compendium Theol.
enæ 1652. Ex Gerhardo maximam partem
ollectæ, & ſuperficiariæ interdum ac ſubobſcu-
e, interruptæ etiam nonnunquam, & Lecto-
em ad alios Auctores ablegantes in iis rebus,
uas in arena explicuiſſe fas erat.

Georgii Calixti Epitome Theologiæ. Brunſwigæ
654. Quæ in calamum dictata primum ab
uctore in prælectionibus publicis 1618. habi-
, anno ſequente 1619. eo inſcio & inconſul-
, ſub prelum ire juſſa eſt ab iis, qui in illuſtri
lia tum Theologiæ dabant operam, & ab aliis
oſtea ſæpius recuſa. Atque in ea genus dicendi
cerum eſt & placidum. Methodus ἐπιϛημονική.
es ex SS. & antiquitate Eccleſiaſtica hauſtæ,
ncordiæque & pacis ſtudio ita tinctæ, ut in ſu-
cionem venerit nonnullis, eum neſcio quid
onſtri Syncretiſtici alere, & cum G. Caſſan-

Gg dro

dro, & Antonio de Dominis eandem incuden tundentem, agere ex compacto.

J. Deutſchmanni Compendium Theologiæ Hutterainum Analytico-Exegeticum. Witteb. 1665. E hic quidem accuratior eſt Cundiſio, ſed lectu in ſvavior, ob monſtroſum diſtinctionum Metaphy ſicarum cumulum, quibus omnia ſua ſcripta lar ge conſperſit Auctor, Calovii primum famulus poſtea factus gener.

C. Dieterici Inſtitutiones Catecheticæ. Lipſ. & Fran cof. 1677. Magno applauſu initio exceptæ, & i Haſſiæ & Sveviæ Scholis publice prælectæ. Pe definitiones, diviſiones, & Axiomata plane perſpicue traditæ. Sed iis tamen ſubinde rebu reſperſæ, quæ ad inſtitutiones Theologiæ Acro maticas & Polemicas ſpectant potius, quam Catecheticas.

Joh. Henichii Compendium Theologicum. Han veræ 1685. In quo multa præclara & ſingul ria, & quæ in aliis hujus commatis libellis fr ſtra quæras, eo Methodo & dictionis gene ſunt tradita, ut hoc Compendium pleraque al Compendia obſcuraſſe, non temere queas adſev rare. Sane tanta Henichii in terris Brunſvicen bus eſt auctoritas, quanta Hutteri in Saxonicis, Dieterici in Haſſicis & Suevicis, J. Wigan olim in Pruſſicis, A. Franciſci in Onoldinicis. Pr diit autem libellus primum 1655. tum 165 porro 1665 &c. Et docet J. C. Schrammius Programmate de Compendii Henichiani var Editionibus, quomodo hæ Editiones à ſe abean & quid eruditi in Compendio ipſo laudent reprehendant.

J.

J. C. Winckelmanni Anagoge Theologica tripartita. ldenb. 1666. *J. F. Konigii Theologia Poſitiva.* ryphsw. 1669. Compendium hoc eſt Theo- giæ, ſi ſpectes brevitatem, ſed diſpendium, ſi ethodi Scholaſtico-Cauſalis anguſtias, & ter- inorum Philoſophicorum copias, & rerum iarundam neceſſariarum lacunas.

Seb. Schmidii Compendium Theologiæ. Argent. 697. Ex locis Theol. J. Gerhardi ita conge- um, ut ab Iſ. Fauſtio in præf. Gerhardus con- actus, & auctus, & diſtinctus appellatus ſit bellus, laudatusque à ſimplicitate verborum, cilitate methodi, & plenitudine rerum.

J. G. Baieri Compendium Theologiæ. Jenæ 1691. ſtinctu ſoceri J. Muſæi ab Auctore cœptum, & tra decennium ad umbilicum perductum, per- icuitate juxta ac ſubtilitate conſpicuum, quæ ro *concordes ſueverunt jungere dextras.* Sed ad ediam Scholæ potius, & Academiæ, quam clefiæ accommodatum.

C. M. Pfaffii Inſtitut. Theologiæ Dogmaticæ & Mo- ris. Francof. 1721. In quibus Auctor, miſſo lgari Theologiam tradendi modo, plane no- m, & ab aliis non facile tritam viam ingreſſus, ieticam cum Ethica conjungit, & utriusque idamenta ita tradit, ut poſthabitis præjudiciis ctæ, Auctoritatis, Inſtitutionis &c. Metho- que plane arbitraria uſus, omiſſa ab aliis ſup- eat, obſcura illuſtret, inutilia rejiciat, in- nta exornet, & ſingularia multa, novaque paradoxa immiſceat; ſecurus de Pietismi, ncretismi, Libertinismi, aliorumque hujus nmatis vitiorum nominibus, quibus ſe aliis

Gg 2 ſuſpe-

ſuſpectum fore facile prævidere poterat, cun ante eum in noſtra Eccleſia tanta cum libertat in dogmaticis verſatus fuerit nemo.

J. A. Freylingshauſen Grundlegung der Theologie Halle 1712. Opuſculum commendandum à di ctionis perſpicuitate, ordinis venuſtate, rerun agendarum cum credendis connexione, argut itidem earum explicatione, & probatione ex SS cum adjecta illuſtratione, ex Megalandri Luthe ſcriptis.

Theol. Beſchreibungen aus J. A. Freylingshauſ Grundlegung zuſammengezogen. Halle 1717.

D. J. Langii Oeconomia ſalutis Evangelica. Hal 1728. In qua dictio pura, facilis, perſpicu Ordo nativus, ſi ab Articulorum τριχοτομ diſceſſeris, quæ ſcrupuloſius quæſita videri quea Res dilucide explanatæ, dictis SS. opportune all tis probatæ. Et ad uſum in vita & fide præſta dum accommodatæ.

C. M. Fiſchbeck Summarium Theologiæ. Saltz 1715. Auctor olim noſter fuit diſcipulus, n mali commatis. Et teſtis eſt hic ipſe libell ex bono diſcipulo factum eſſe præceptorem op mum, qui fidei juxta ac vitæ rationem habe è poſitionibus Theologicis præclara ſubinde e cuit conſectaria practica.

J. F. Reimmanni Idea Comp. Theol. omnibus a compendiis præmittendi. Hildes. 1724. De qua πολυμαθέστατος J. L. Moſheimius in Epiſtola I bus Nov. 1724. ad me ſcripta. Tu, quæ ſum eſt ingenii tui felicitas, quæ huc ſpectant omn ita diſtincte, perſpicue ac ſolide expoſuiſti,

am ſi quis conqueratur, ducem ſibi deeſſe, is
nerito rationis expers haberi debeat.

W. Seberi Hortulus Biblicus Germ. Lipſ. 1691.
ſecundum oeconomiam Comp. Hutterani ador-
iatus, à Gerhardo, Höpfnero, Hülſemanno, aliiſ-
que laudatus, ab A. Fuſio auctus, multoties ex-
uſus, Theologis omnibus & Homileticis cum-
rimis utilis & neceſſarius, dignusque Joh. Hülſe-
nanni judicio in Meth. Stud. Theol. p. m. 240.
ui totus edificatur.

Corpuſculum Doctrinæ Latino-Germanicum. 1595.
criptum Germanicè à M. Matthæo Judice, &
oſtea in ſermonem latinum tranſlatum à M. Jo-
ia Opitio.

IN DUODECIMO.

A. Franciſci Margarita Theologica. Witteb. 1602.
Compendium Theol. non ſpernendum, di-
iumque habitum, quod à Joh. Müllero, Staden-
um Paſtore, in linguam Germ. transferretur, &
amburgi 1602. in 8vo ederetur; Sed à Comp.
utteri poſtea obſcuratum. *J. Wigandi Corpuſ-
lum Doctrinæ.* Lubecæ 1604. *H. Welleri Anti-
itum contra tentationes.* Roſtochii 1699.

J. A. Schertzeri Breviculus Theologicus. Lipſiæ
678. In quo Methodo nova, & à nemine
lhuc pertentata, ex unica definitione *religionis*
nnes Articulos fidei Chriſtianæ elicit, adeoque
: tenui materia ingens Syſtema excitat, Au-
or ſubtilis, & acutus, ſed in quibusdam ſub-
obſcurus.

J. A. Schertzeri Breviculus Theol. Germanic
Lipſ. 1680. *A. Fritſchen Sündliche Kirchen-Gän*
ger-Schläffer-Schwätzer. Dresden 1686. *P. M. D*
Bedencken von teutſchen Predigten. Jenæ 168*4*
Fang des edlen Lebens durch frembde Glaubens-Ehe
1689. Ex quibus opuſculum *primum* eſt Thet
cum; Secundum *Ethicum*, *Tertium* Satyricum
quartum *Conſcientiarium*, cujus Auctor D. Phi
Müller Præpoſ. Cœnobii Magd. B. M. V. ob ho
ipſum Schediasma, in terris Brandenb. prohib
tum, captivus Spandaviam deductus eſt, quo
copioſe refert C. Thomaſius *in Thomaſianiſche*
Gedancken und Erinnerungen von gemiſchten Phi
und Juriſt. Händeln. P. II. p. 492. ſeq.

I. Botſacci Breviarium Theologiæ. Gedani 163
Exhibens Theologiæ theticæ & Ethicæ primas lin
as. *VV. Lyſeri Summarium Loc. Theol.* Witteb. 164
Syſtematis Thetico-Exegetici 1699. á. J. G. Ne
manno editi materia prima. *M. M. Seltzeri G*
gen-Bericht auf einen Calviniſchen falſchen Berich
Leipzig. 1644.

Balthaſaris Mentzeri Exegeſis A. C. Franco
Sæpiuſcule impreſſa, & communi Eccl
ſiæ noſtræ calculo comprobata. Nec eſt in e
quod cenſuram mereatur; Niſi hoc fortaſſis n
tula critica dignum putare velis, quod A. C
non integram, ſed primam tantummodo ej
Partem illuſtrandam ſibi ſumſerit Auctor, om
ſa ſecunda, quæ agit de abuſibus in Eccleſ
noſtra abrogatis. Quæ, quia primam prolixita
ſuperat, & varietate, & difficultate, luce ex
getica maxime opus habuiſſe videri queat.

B. Me

B. *Mentzeri Manuale Catholicum Germanico-La-*
num. Helmſt. 1694. Quinta hæc eſt Editio hu-
s opuſculi,
Quod paucis verbis & plurima & optima
pandit.
deoque Duci Brunſuic. Rudolpho Auguſto ita
it in deliciis, ut iſtud habitu diverſo decies
i curaverit.
D. *Martini Carilli Examen Ordinandorum*, Colo-
æ 1629. In quo totius Theologiæ Pontificiæ
ntinetur quædam adumbratio. Teſtimoniis
manis bene multis conſtipata; Sed divinis SS.
ctis oppido paucis, iisque partim male intel-
ctis; partim male ad rem ſubjectam applicatis.
Sigismundi VVeiſs Abriſs derer verborgenen VVege
ottes. Dresden 1699. Nullus in univerſa Theo-
gia locus eſt feracior & uberior, quam is, qui
occultis Dei viis agit ac judiciis, ſed nullus
agis eſt incultus, magisque à Theologis deſer-
s; Perpauci enim ſunt, qui aliquid operæ in
conſumſerunt. Pauciores, qui ex inſtitu-
. Et qui ea, qua fas eſt, dexteritate, pru-
entia, ubertate in eo elaborarit; novimus ad-
uc neminem. Nec Auctorem hunc eum pu-
mus eſſe judicandum. Qui tantum abeſt à
erfectione ardui hujus operis, ut primæ lineæ
usdem vix appareant. (2) *M. M. O. Henrici*
von der Gnade GOttes in der Bekehrung. Ham-
burg 1699. (3) *I. Corſini Dreyfaches*
Chriſt-Geſchencke: Hamburg.

CAPUT VII.

DE SCRIPTIS THEOLOGO-RUM RECENTIORUM POLEMICIS.

IN FOLIO.

ROb. *Bellarmini Controverſiæ.* Ingolſtad. 1590 3. Tom. 3. Vol. De quo Joh. Gerhardu in Methodo Studii Theol. p. m. 197. Quæ cunque in reliquis Scriptoribus Pontificiis occur runt, illa omnia in ſolo Bellarmino inveniuntur Is ergo unus poterit eſſe inſtar omnium. E ſane *Primus* hic eſt, qui Syſtema Theologiæ Po lemicæ univerſale condere ingreſſus eſt. Vi facultate dicendi conſpicuus, & vaſta rerum ſcientia inſtructus, nec judicio aut candore, au moderatione animi prorſus deſtitutus; Adeoqu in patentiſſimo hoc campo ita verſatus, ut & ſplendidiſſimam famam ſibi circumfuderit, & pur puram Cardinalitiam promeruerit, & parum abfuerit ſup. Sec. quin in numerum *Sanctorum* fuerit allectus. Majore gloria dignus, ſi Lin guæ Ebraicæ fuiſſet peritior, & in Rom. Ponti ficis dignitate evehenda circumſpectior, & i partium ſtudio remiſſior, & litium componen darum, quam augendarum ſtudioſior, adſtrictio etiam in quibusdam, & paulo ordinatior,

M. I

M. V. Laurentii Generalis Controverſia de Indulgentiis. Cracoviæ 1593. Opus nitide excuſum, ſed ſtupide elaboratum ab Auctore, cui ſi aduiſſem
l, bibe, dixiſſem, purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.

D. Til. Heshuſii de Juſtificatione hominis Libri VI. Helmſtadii 1587. Opus Pontificiis oppoſitum, & ex omnibus operibus Heshuſii, quorum ſupra io. edidit, ultimum ſimul & optimum, & ſolidiſſimum, & lectu digniſſimum.

J. Rempen Theatrum veritatis Evangelicæ Germ. Lipſiæ 1709. In quo auctor perſonam, quam ſuſcepit, ita tuetur, ut, ſi hoc opus cum aliis, quæ in lucem exire juſſit, compoſueris, facile ſis deprehenſurus, eum bonum eſſe Theologum; ſed meliorem philoſophum, & Poëtam optimum, ingenioſiſſimum, facundiſſimum, feliciſſimum, & ad ſtuporem usque concinno carmine clarum.

Mart. Pereſii de Ajala de divinis Apoſtolicis atque Eccleſiaſticis traditionibus libri X. Coloniæ 1549. Nicolao Antonio in Bibl. Script. Hiſpaniæ nova T. II. p. 87. Princeps opus dictum ex his, quæ ſcripſit Pereſius. Invidendisque laudibus ornatum à Michaële Modina l. I. de certa in Deum fide c. 4. apud eundem Antonium l. c. Sed quæ ex præjudicio profectæ magis ſunt, quam ex judicio criſes. Genus enim dicendi humile eſt, & inornatum, quod ipſe fatetur Auctor in præf. Oeconomia tumultuaria. Res autem perpaucæ, quæ quidem acumen habeant, aut Viri eruditi, ut præſtantis, & in differendi ratione exercita-

Gg 5 ti,

ti, videantur. Rationes utplurimum frigidæ Tabulæ plures ſuppoſititiæ & falſæ. Animus autem vehemens & acris & incitatus, qui cruciatu ac ſupplicio Proteſtantium paſcere oculos (p. 234.) quam reſutatione eorum ſibi famam circumfundere malit.

In Quarto.

TH. *Cajetanus de Primatu Papæ contra Lutherum.* Cöln 1521. *Jacobus Hochſtraten contra Joh. Reuchlinum de Talmude Judæorum, An comburendum?* Cöln 1518. *Idem contra Reuchlinum de Cabala, an toleranda?* Cöln 1519. *Joh. Pfefferkorn ex-Judæus contra Judæos, & quomodo ſint convertendi?* Cöln 1507. *Victor de Carben ex-Judæus & Coloniæ in templo Urſulano Sacrorum Antiſtes, contra errores Judæorum.* Cöln 1504. *M. Luther Epiſtola ad Georgium, Ducem Saxoniæ, cum reſponſion. Ducis.* 1526. *Ruardus de Enckhuſen de Effectibus conſuetudinis in foro conſcientiæ.* Lovanii. 1529. *Variorum variæ Epiſtolæ ſine anno.* In qua Sylloge Hochſtratenii opera ſunt rara. Pfefferkornii rariora. Victoris autem de Carben longe rariſſima. Licet duæ proſtent Editiones, Colonienſis hæc noſtra, & Pariſienſis altera. Quarum poſterior à priore ſola inſcriptione differt. Polemicum autem eſt hoc opus, nec contemnendi commatis. Multa enim in eo, de Judæorum ritibus, moribus, doctrina, ſuperſtitione, vivendi ratione non ubivis obvia. Eaque ex Talmude eorum, & cottidiana praxi, & longa conſuetudine hauſta. Sed quæ noſtra eſt de hoc ne-

goti(

gotio hæreſis, Victorem hunc Auctorem hujus voluminis extitiſſe, vix impetrare à nobis poſſumus; ut credamus. Dictio enim ejus ſimillima eſt dictioni Ortwini Gratii, cujus & in Indice extat Carmen Panegyricum, & in volumine ipſo quædam Epiſtola. Nec rationi eſt conſentaneum, Victorem, ſi ſua manu hanc telam pertexuiſſet; laudatorem ſui ipſius exiſtere, & ſe Dominum Victorem l. I. c. 14. & c. 34. vel virum religioſiſſimum & optimum (Inſcript. l. II.) Vel opus hoc ſuum aureum, & à Viris doctis diu exſpectatum, appellare voluiſſe. Et quis credat, à Judæo lectum eſſe Virgilium, Juvenalem & Saluſtium? quorum iſte l. I. c. 21. Ille l. IV. in Prolog. Hic. l. II. c. 23. in teſtimonium & partes vocatur. Materiam Victorem ſuppeditaſſe Ortwino credimus, & Ortwinum eidem dediſſe ſpeciem, & formam & Oeconomiam. Quæ autem in hac collectione reperitur Lutheri Epiſtola, ea extat quidem Tom. III. Altenb. p. 302. ſed reſponſio ad eam deſideratur.

Cl. Salmaſius de Primatu Papæ. Lugd. Bat. 1645. Quem merito dubitamus, ſcientia rerum, an linguarum peritia, an acumine differendi, an vero eloquendi facultate clariorem putemus; usque adeo excelluit in omnibus, & præſtitit, & tulit palmam. Inprimis autem in agendis cauſis Proteſtantium, & Hierarchia Eccleſiæ Romanæ à fundamentis ſubruenda anteceſſit pleroſque alios, ejusque rei præclara edidit ſpecimina in diſſert. de Epiſcopis & Presbyteris, & hoc opere de Primatu Papæ. In quo, quantum valeret ingenio, ſtudio, conſilio & Polyhiſtoria, videtur experiri voluiſſe. Nec ſucceſ-

ſus

ſus deſtituit conatum, niſi in eo deſtituiſſe judicare velis, quod (1) ad finem non perductum eſt opus, & Prima ejus tantummodo pars abſoluta. (2) Genere orationis peracerbo, & mordaci, & ſtomachoſo eſt conſcriptum. (3) non tam ſcriptum, quam fuſum, ſine rerum ordine & diviſione textus in certa membra, & accurata ſecretione heterogeneorum ab homogeneis & dictorum à dicendis, & eorum, quæ dici poſſunt, ab iis, quæ debent. Plura notat & acerbiora in hoc opere Joſephus Binghamus in Antiqu. Eccl. T. I. l. 2. c. 21. p. 340. ſed partium ſtudio magis, quam veritatis amore inductus. Epiſcopalium enim cauſam dum tuetur Binghamus haud ſatis æquo fert animo, Salmaſium in numero eorum eſſe, qui pro Presbyterianorum honore contendunt.

Alphonſi Virveſii Diſp. XX. Philippicæ. Coloniæ 1546. Tertia hæc eſt Editio hujus operis, qua Auctor, Hiſpanus gente, & Caroli V. à Concionibus aulicis A. C. & ejus Apologiæ, à Philippo Melanchthone conſcriptæ, nervos incidere annisus eſt, à candore laudandus præ cæteris & lenitate animi, quæ tanta eſt in his diſp. ut in coronide conqueratur; à Monachis quibusdam apud inquiſitores Hiſpanos, hæreſews Lutheranæ crimen in ſe eſſe conjectum. *Stephani Winton, Epiſcopi, de Pſeudologia Buceri conqueſtio.* Coloniæ 1543.

M. Becani Manuale Controverſiarum. Herbipol. 1623. Auctor facilis, planus, & moderatus, judicioſus etiam, & magnum ſuis rebus adſpergens veritatis colorem & ſpeciem. Sed ſcatet inſimul perpetua fere æquivocatione, & negatione

tione eorum, quæ vulgo docentur in Romana Eccleſia, aliorum etiam ſe pennis veſtiens, & cum ſtatu controverſiæ corrumpens non raro SS. & Patres & Concilia....

I. de Rada Controverſiæ inter Thomam & Scotum. Coloniæ 1620. Partes IV. vol. 2. Auctor ex Thomæ caſtris in caſtra Scoti transgreſſus, in verba novi Magiſtri ita juravit, ut eundem contra antiquioris placita, quacunque data occaſione, magna cum παῤῥησία defenderit, novarum diſcordiarum parens, quas compoſuiſſe, quam foviſſe, fuiſſet ſatius. Subtilis cæteroquin Philoſopus, à J. C. Scaligero & D. Stahlio diligenter lectus, ſed bellorum inteſtinorum, quæ ſunt in Eccleſia Rom. vanitatisque & incertitudinis, quæ eſt in Theologia Scholaſtica, teſtis manifeſtiſſimus.

Andreæ Bodenſtein von Carlſtad Doct. Unterricht von Cloſter-Gelübden. Wittenb. 1521. Opuſculum infrequens. Cujus generis ſunt omnia hujus doctoris A B C Darii. Magna παῤῥησία ſcriptum. Nec nulla omnino doctrina. Sed ſtilus eſt lutulentus, agreſtis, & inficetus. Orthographia obſoleta & veteratoria. Dicta SS. parum circumſpecte translata. Et argumenta contra vota Monaſtica non male in aciem educta; Sed male conſtituta & conlocata.

L. Hutteri Diſput. 24. in A. C. Witteb. 1597. Pontificiis præcipue & Calvinianis oppoſitæ, ſed non ſine bile. *C. W. Platzii lucus ſucciſus errorum Pontificiorum.* Tubingæ 1594. In quo 114. articuli vindicantur, quos Auctor inter nos & Pontificios ſcribit eſſe controverſos.

Chriſt.

Chriſt. Conſcientioſi Send-Schreiben beantwortet von Chr. Alethophilo, ſine die & conſule. Hic Alethophilus eſt D. Valentinus Alberti, qui perſonato Conſcientioſo, h. e. Joh. Schefflero reſpondens, cauſam Proteſtantium ita tuetur, ut inter prima præcipuaque ſcripta Polemica Anti-Pontificia hoc ſchediaſma ſuo jure referri mereatur. Accedunt in eodem hoc volumine Diſſert. Theologicæ & Hiſtoricæ.

C. Schlüſſelburgii Theologiæ Calviniſtarum libri III. Francof. 1592. Opus ad cognoſcendam hiſtoriam motuum, in Eccleſia Lutherana poſt Lutheri obitum ortorum, apprime utile & accommodum; Multa de Viris doctis ejus ætatis comprehendens ſingularia. Et à L. Huttero, aliisque in ſcriptis Elenchthicis contra Calvinianos, non ſemel ſuppreſſo Auctoris nomine adhibitum, ſed auſterum nimis & acerbum, & immite, ut ſolent eſſe fratrum inter ſe diſcordiæ, ſi quando verbis invicem altercari incipiunt.

D. G. W. gründl. Beweiſs, daſs die Worte I. C. im Abendmahl, ſo, wie ſie ſonſt insgemein lauten, müſſen angenommen werden. Magdeb. 1677. Scriptum moderatum. In quo Auctor ſententiam Eccleſiæ noſtræ de S. cæna defendens, reformatos non noſtrorum tantummodo, ſed & ſuorum Theologorum ac Philoſoph. difficultatibus premi docet in hoc negotio, adeoque duplici bello externo atque civili, eſſe implicitos.

A. Pfeifferi Lutherthum vor Luthero. Dresden 1679. Oppoſitum libello cuidam jam ante 100. & quod excurrit, annos ἀνωνύμως evulgato, cum titulu:

titulus, *Prædicanten-Latein*; quem Jeſuita quidam Moravienſis, P. Engel: more Pontificiis uſitato, è tenebris rurſus in lucem prodire juſſerat. Et licet ille jam pridem ab aliis confutatus ſit, ſcilicet Auctore *des* Jeſuiten-Latein 1607. quem ego Biſſendorfium noſtrum fuiſſe autumo; Gratiano Vermelio 1608. Et qui ſolus ad Pfeifferi manus pervenerat, M. Henr. Nicolai Paſt. Hildeſ. ad D. Andreæ 1609. Attamen Pfeifferus his omnibus palmam præripuit, & Lutheraniſmum ante Lutherum ita aſſeruit, ut poſt ea tempora adverſarios

Ingens vexarit ſtupor, atque infantia linguæ.

Io. Muſæi collegium controverſiarum. Jenæ 1702. Pontificiis, Calvinianis & Socinianis oppoſitum; Sed Poſthumum & imperfectum, & ultimam auctoris manum non expertum: Unde tot in eo lacunæ, & vaſtitates, & res phraſesque Muſæi lucernam & ſedulitatem & ἀκρίβειαν non redolentes.

Kiliani Leib grûndlicher Bericht, aus was Urſachen ſo mancherley Ketzereyen in der Religion entſtanden. Ingolſtad 1557. Libellus non cottidiani commatis, nec protritæ eruditionis. Linguarum enim Orientalium in eo ultra morem temporum eſt cognitio. Librorum Sacrorum & profanorum, Judaicorum & Chriſtianorum, ſtudioſa lectio. Veritatem quarundam divinarum, ab adverſariis ſupplantatarum, generoſa confeſſio. Sed Auctor in ſtilo durus eſt & vehemens, & acerbus, & ſubruſticus. Nec via quadam aut arte in diſpoſitione utitur. Et in rebus ipſis eſt

παραδοξόφιλος, *παραλογιζόμενος*, & *ψευδόλ*
γος. Qui SS. V. T. à Judæis corruptam eſ
contendit. Et à baculo interdum concludit a
angulum. Et in Luthero & Lutheranis mul
reprehendit, quæ procul ab iis abſunt. Adeo
que cum larvis & cerebri ſui ſpectris pugna
ſæpius, dum ſe cum adverſariis manus co
ſerere opinatur. Cæterum jam A. C. 152
confectum eſſe hoc opus patet ex ejus Ind
dice, & argumento ipſo, ſi p. 28. 36. &
conſulas.

I. Botſacci Anti-Crellius. Gedani 1642. Eande
tundit Auctor incudem cum Biſterfeldio. Et hc
ipſo cum eo convenit; Eſt tamen Biſterfeld
prolixior, & ſeverior, & ſolidior, & in ſcript
Patrum juxta ac Socinianorum verſatior, orc
niſque in reſpondendo ſtudioſior. Et hoc ip
ab eo abit. Et licet poſt eum ſcripſerit, non t
men vidit eundem, adeoque etiam ejus ope
non eſt adjutus. *Iac. Martini Collegium Antipho*
nianum. Witteb. 1647. Conſtans VII. Diſp.
quibus 1. Cor. X. 9. Et Ebr. c. I. v. 6. & 7. p
tiſſimum ab objectionibus Socinianorum vin
cantur. *A. Calovii ſcripta Anti-Sociniana*. Danti
1646. ad Hiſtoriam hujus Sectæ cumprimis
cientia. *I. Scharfii Collegium Anti-Calvinianu*
Witteb. 1647. *Chr. Maſſonio* ſ. Becmanno o
poſitum. *I. Feuerbornii Examen Confeſſionis Comb*
chianæ. &c.

Chriſt. Maſſonii Anatomia univerſalis. Marpur
1621. Partes IV. Vol. II.

M

Maſſonius fictus, Becmannus Apoſtata verus
Eſt Auctor libri præſentis - -
ui VII. ſcriptis D. Höe Anti-Calvinianis oppoſi-
us, & non ſine perſpicuitatis, moderationis,
eruditionis laude elucubratus, hac forma prima
ice prodiit, recuſus poſtea Hanoviæ 1640-
643. & acceſſionibus quibusdam locupletatus.
o nomine notatus maxime ab Auctore Con-
in. H. E. Gothanæ l. 3. p. 176. quod Libros
uosdam Symbolicos totius Eccleſiæ reformatæ
enditarit, nullo Eccleſiarum Anglicanæ, Gal-
icanæ, aut Batavæ teſtimonio probatos. Quas
antum abeſt, omnes hos libros doctrinæ ſuæ nor-
nam conſtituiſſe, ut maxime etiam plerisque
epugnarint, aut certe a ſe neque lectos, neque
xaminatos, nedum ſubſcriptione firmatos eſſe,
eſtificatæ ſint.

*M. F. Wendelini Chriſtianæ Theol. Syſtema Ma-
us.* Caſſelis 1656. Auctor acutus & fervidus
& concitatus, Eccleſiæ reformatæ promachus.
Dictus olim, *Cos Theologorum Wittebergenſium; Derer Witteberger ihr Wettſtein.*

Conr. Vorſtii Anti-Bellarminus. Hanoviæ 1610.
Infame eſt nomen C. Vorſtii, qui Calvinianis
addictus, ſe poſtea Socinianiſmi, & ipſius *Atheiſmi*
reddidit ſuſpectum in tr. de Deo, hoc ipſo anno
1610. Steinfurti edito. Attamen in hoc ope-
re fermenti hujus vix quicquam reperias. Nec
contemnenda eſt hæc Bellarmini diſcuſſio, in
qua ejus Sphalmata indicantur breviter, & ita
diluuntur, ut cum Bellarmino contracto, te &
Anti-Bellarminum habere gloriari valeas.

Joh. Crocii Anti-Becanus. Caſſelis 1643. In quo una fidelia duos dealbans Auctor parietes, & ſuorum ſ. Calvinianorum, & noſtrorum ſimul contra Becanum agit cauſam, eumque in ſuo Manuali ſpecioſe magis, quam vere, & ſincere, & ſolide diſputaſſe demonſtrat.

Steph. Gerlachii Anti-Danæus. Tubingæ 1580. *Ej. Hyperaſpiſtes Anti-Danæi.* ibid. 1581. In quibus ſi tantum modeſtiæ adhibuiſſet Auctor, quantum ingenii ac judicii, & ſuæ famæ, & conſcientiæ, & ipſi, quam propugnavit, cauſæ conſuluiſſet rectius.

G. Calixti Diſſert. de Communióne ſub utraque ſpecie. Helmſtadii 1642. Acceſſerunt alia, Calixti, Titii, Hildebrandi &c. Polemica, lucernam olentia; Sed in iis omnibus eminent præ cæteris Calixtina. Hæc enim, ut ſemel dicamus, quod ſemper de iis putamus eſſe repetendum, eleganti ſtilo, & concinno ordine ſunt elaborata, & ex SS. & Antiquitate Eccleſiaſtica per omnia ſecula ita deducta, ut, ſi hac linea omnes ab ipſo deſcriptos haberemus fidei Articulos, una cum Theologia Thetica & Polemica, ſimul haberemus Hiſtoricam, eamque Syſtematicam, quam in deſideratis adhuc eſſe, lamentantur noſtrates Theologi.

G. Calixti de Immortalitate animæ. Ej. de ſupremo judicio. Ej. Apparatus Theologicus. Ej. Hiſtoria Magorum. Ej. Expoſitio Epiſt. ad Titum. Ej de Sacrificio Chriſti ſemel oblato. Ej. de SS. Ej. d auctoritate Antiquit. Eccleſiaſticæ &c. In quibu fulget præ cæteris *Apparatus Theologicus.* Qui ad coronidem eſſet deductus, & aliis occupatio

nibu

ibus non interturbatus, & iis palmam præri-
uiſſet auctor, qui ante ſe in hoc argumento ſunt
verſati, & iis ſimul præcidiſſet ſpem ſe antever-
endi, qui poſt ſe idem hoc ſaxum volvere ſunt
ggreſſi; Sed fata præclariſſimis his cæptis in-
ercesſerunt, & incomparabile hoc opus nobis
lederunt imperfectum. Quod ex MSCtis au-
ctius poſtea edidit filius F. V. Calixtus. Adde ſu-
pra p. 1. ſeq.

G. Calixti de Conjugio Clericorum tr. Helmſtad.
1631. Coloſſi hoc eſt fragmentum, ita ador-
natum, ut iis omnibus inſtar Prototypi eſſe queat,
qui Articulorum fidei vel probationes moliuntur,
vel vindicias. Aureum opus appellatum à Joh.
F. Meyero in diſſert. egregia de Epiſcopiſſis Ve-
teris Eccleſiæ c. 3. th. I. idque ſuo jure.

G. Calixti de Tranſſubſtantiatione diſſert. Helmſt.
1675. In qua, more Auctori noſtro uſitato,
univerſa deſcribitur hujus dogmatis Hiſtoria,
ejusque ſimul docetur novitas, falſitas, va-
nitas.

*G. Calixti Scripta Germanica Anti-VVelleriana &
Anti-Hülſemanniana.* Helmſt. 1651. Ad cogno-
ſcendam Hiſtoriam controverſiæ, tum maxime
inter doctores Helmſtadienſes & Saxonicos agi-
tatæ, *de fide credentium V. T. implicita*, perne-
ceſſaria. Ea ratione contexta, ut liqueat, &
tolerantiæ ſtudioſos habere ſuam bilem, & in
animi affectibus curandis, facilius eſſe conſilia
dare, quam accipere. *Ej. Hiſtoria Joſephi. Ej.
de bono perfecte ſummo. Ej. de veritate religionis
Chriſtianæ. Ej. de Eccleſiaſtica Monarchia. Ej. de
gratuita per fidem juſtificatione. Ej. de æterna præ-*

deſtinatione. Ej. de præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in S. Euchariſtia. Ej. de peccato. Ej. de Baptiſmo &c.

G. Calixti Scripta Germanica Anti-VVelleriana, & Anti-Hülſemanniana. Helmſt. 1651. De quibus ea ſunt repetenda, quæ diximus. *Miniſterii Tripolitani Regiomontenſis gründl. VViederlegung C. Dreieri* 1651. *Ej. Eigentl. Bericht von D. M. Behmens Leich-Begängniſs.* 1650. *D. A. Calovii Apologi[a] contra Calixtum & Calixtinos.* 1651. *D. J. Scharf[i] Unſchuld.* 1651. Quæ omnia conducunt,

(1) Ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam ejus temporis recte percipiendam & dijudicandam.

(2) Ad Hiſtoriam literariam arcanam locu[…] pletandam, de viris eruditis, qui hiſce diſcordiis civilibus fuerunt impliciti, & qui magn[…] cum animoſitate ſuas ſibi mutuo vitioſitate[…] exprobrarunt.

Grundliche VViederlegung der Schrifft M. S. Buſcheri Crypto-Papiſmus Novæ Theologiæ Helmſtadienſis. Luneburg 1651. M. S. Buſcherus Schol[…] Hannoveranæ primum Rector, tum Eccleſiæ ad D[…] Ægidium ibidem Paſtor, Helmſtadienſes Crypto[…] Papiſmi inſimulaverat in ſcripto citato, cuj[…] quædam exemplaria ſub vero, quædam ſub fict[…] *Chriſtiani Petri* proſtant nomine. Quam maculam detergere juſſi ſunt à Sereniſſ. Brunſvicenſium Principe G. Calixtus, & C. Hornejus, hujus Apologiæ Auctores. Quæ tamen eo demu[m] tempore prodiit in lucem, quo, relicto mune[re] Eccleſiaſtico, Buſcherus & fortunæ ſuæ, & vitæ ja[m] valedixerat.

G. Calixti Apparatus Theologicus. Helmſt. 1661. (vide ſupra) *Ej. Epitome Theologiæ moralis.* Helmſtad. 1662. (vide infra) *Ej. Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana, fideque & Symbolo, Vincentius item Lerinenſis.* Helmſt. 1655. (vide ſupra) *Auguſtini liber de hæreſibus cum Comment. Lamberti Danæi.* Helmſt. 1673. Cujus opuſculi prima editio prodiit Genevæ 1576. in 8vo. Et illa eſt hâc altera nitidior, emaculatior, & auctior, utpote in qua præter Indicem quadruplicem, & viri cujusdam pii tractatus continetur de Eccleſia, ex quo tanti in Eccleſia lapſus, & ruinæ gradus, facillime condiſcuntur. *F. V. Calixti Demonſtratio A. Calovii Conſenſui repetito fidei oppoſita.* Helmſt. 1667. In qua G. Calixti & C. Hornei orthodoxia contra Calovium vindicatur, qui eos in 85. capitibus à libris Eccleſiæ Lutheranæ Symbolicis defeciſſe ſcripſerat.

G. Calixti de Pactis Dei &c. h.e. Bundes-Lade, verteutſchet durch den Förderuden. Braunſchw. 1678. Auctor hujus verſionis eſt Zacharias *Bückſchenck von Lindenhofen.* J. U. D. & P. P. Jenenſis, & Principatus Iſenacenſis poſtea Gubernator. Vir pietate non minus, quam doctrina inclitus, & Societatis fructiferæ membrum, non otioſum ſane nec inutile; Sed induſtrium & navum, cujus vel ſola hæc translatio luculentum exhibet teſtimonium.

J. Martini Vernunfft-Spiegel. Witteb. 1618. Quod vaſtum volumen iis eſt oppoſitum, qui D. Hoffmanni Sectam, Helmſt. 1601. in herba ſuppreſſam, de pernitie Philoſophiæ & Philoſo-

phorum in Theologia, reſuſcitare, & ἀσοφίαν Philoſophorum voce ſcriptisque publicis exſibilare annitebantur. In quibus princeps tum erat Wenceslaus Schillingius SS. Th. Stud. eo tempore Magdeburgi degens. Et rectius fortaſſe conſuluiſſet ſuis rebus Martini, ſi huic homini ejusque aſſeclis reſpondiſſet brevius, nervoſius, gravius, planius, moderatius, & ſe à tot citatis prolixiſſimis, repetitionibus item, & petitionibus principii, ac cavillis & ſcommatis abſtinuiſſet. *Ioh. Himmelii Syntagma Diſp. Theol.* Jenæ 1621.

Ioh. Muſæi ausführliche Erklährung der Ieniſchen Theologen. Jenæ 1677. Scriptum hoc eſt Apologeticum oppoſitum Joh. Reinhardo SS. Th. Candidato eo tempore in Academia Witteb. qui Abraham Calovii inſtinctu, è ſcriptis Theologorum Jenenſium, editis & ineditis, XCIII. errores collegerat eosque Methodo Königiana digeſtos, in collegio quodam ad Stateram revocaverat, & hac ratione Academiam Jenenſem in ſuſpicionem heterodoxiæ adduxerat. Quam maculam tantum abeſt ut è nomine ſuo eluerint hi Doctores hac ſpiſſa ſua Exegeſi, ut in judicium vocati Formulæ Concordiæ denuo ſubſcribere fuerint coacti. Ne in eo etiam eventus reſpondit, quo voluerunt ut Reinhardus ſupplicio afficeretur. Siquidem is ſub ſcuto Theologorum Saxonicorum ſecurus non ſolum pœnam nullam ſuſtinuit; Sed & amplisſima in Eccleſia munera eſt conſecutus. Luculentum alioquin hoc eſt opus, acutum, doctum, & non ſine præmorſis unguibus elaboratum; Sed ſcholaſticum, ſpinoſum, mordax, e

c

eo ſermonis genere contextum, ut dubitare queas, Germanicene an Latine, ſit exaratum. (2) *I. F. Königii diſpoſitiones in univerſam Theologiam.* Francof. 1681. De quibus alibi.

J. Gerhardi tr. Theol. in quo Chiliaſmi fundamenta deſtruuntur. Jenæ 1667. Opus poſthumum, ſed tanto Auctore non indignum, planum, methodicum, eruditum, &, quæ prima virtus eſt in polemicis, moderatum, in quo nec ipſe fortaſſis, cui oppoſitum eſt, perſonatus M. Gottlieb Heiland, Syſtematis novi Chiliaſtici Architectus, aliquid deſideraverit, niſi dicas, id eidem non fuiſſe ad palatum, quod in explicatione SS. interdum id eſt poſitum, quod eſt in quæſtione.

Martin Difenbachs Judæus convertendus. Francof. 1696. Illuſtriore lapillo ſignandus liber, ſi, quo ſtudio congeſſit Auctor Analecta de Judæis convertendis, eodem quoque judicio digeſſiſſet. Quod enim Iſaaci Voſſii Methodum, in tr. de oraculis Sibyllinis c. XIV. p. 116. obviam, aliasque plures ignoravit, vitio eidem dari non poteſt, cum hominis non ſit, eſſe omniſcium.

M. S. Hosmann ſchvveer zu bekehrendes Juden-Hertz. Helmſt. 1701. Cum quo ſi contenderis J. A. Eiſenmengeri Judaiſmum detectum, nobis etiam tacentibus videbis, quam diſtent æra lupinis, & quantum interſit inter modum Dorium ac Phrygium. Sic enim Auctor p. 125. confundit Nizzachon vetus cum recentiore, Lipmannianum cum Anonymo, Hackſpanianum cum Wagenſeiliano. Et ſic in reliquis.

Hier. Kromayeri Apoſtaſia Eccleſiæ Romanæ. Lipſiæ 1662. Vir non tam palæſtra inſtitutus, quam armis. Qui in ſolem procedit ac pulverem, non ut ex ſcholæ quodam umbraculo, ſed ut è militari tabernaculo, adverſariis nitore orationis, & exquiſita ratione ordinis, & apparatu armorum Theologicorum, Philologicorum, & Hiſtoricorum terrorem incutiens.

Ioh. Lange Mittel-Straſſe. Halle 1712. Partes IV. Vol. I. Opus ad cognoſcendam Hiſtoriam Pietiſticam, & controverſias recentiſſ. Theol. inter Pietiſtas & Anti-Pietiſtas agitatas, nec non ad hypotheſes novas Separatiſtarum, Quackerorum, Socinianorum, Böhmiſtarum &c. ſpeciatim R. Barclaii, Democriti Chriſtiani, H. Huthmanni P. Poireti, J. G. Gichtelii &c. concutiendas perutile.

I. Lange Prüfung des Geiſtes in denen Theoſophiſchen Send-ſchreiben. Ibid. 1715. Appendix hæc eſt viæ Mediæ, *der Mittel-Straſſe*, J. G. Gichtelio ejusque ſectatoribus oppoſita. In qua Auctor hujus novæ ſectæ novas hypotheſes, de abſtinentia omnimoda à Conjugio, & labore, placide diſcutit, & quid in iis à veritate alienum ſibi videatur, modeſte proponit,

Tiefen des Satans in denen Irrthümern Jac. Böhmens, J. G. Gichtels, V. Weigels, C. Hoburgs, J Tenhards, V. C. Tuchtfelds. Clausthal 1729 Auctor eſt Meienbergius Sup. Gen. Clausthalenſis, Vir in lectione eorum librorum, qui ad ſtatum cauſæ pertinent, præclare verſatus, rerum Theol. uſu & judicio expolitus, modeſtus etiam & ad πάθη hæc perſcrutanda ſatis idoneus

Com

Compreſſione rerum nonnumquam ſubobſcurus, validus tamen & argumento ſufficiens. Cujus diſquiſitiones, ſi cum Langii, Reinbeckii, Reinhardi, aliorumque meletematis hujus generis conjungantur; Non diſpicimus, quid ad confundendos eos, qui novorum Schismatum tam cupidi ſunt, amplius deſiderari queat. Ex quibus V. C. Tuchtfeldius, noſter ante 35. annos diſcipulus, non ita pridem à nobis monitus, & agnovit ſe naturali fervore abreptum, medium inter utrumque non ſemper tenuiſſe, & inpoſterum cautius mercaturum, & ſuis ſuorumque rationibus accuratius proviſurum, recepit quidem; Sed quam dedit fidem deſeruit denuo, & ad eum, quem opinionis errore ſibi finxit, Apoſtolatum rediit.

H. L. Benthems Hirten-Brieffe. Bremen 1713. Ad controverſias recentiſſimas noſtratium cum Separatiſtis cognoſcendas perutiles. Nec injucundæ Lectu, ob ſtili moderationem, & ordinis ſuavitatem, & argumentorum ſuccum & ſanguinem. Accedunt in hoc volumine ſchediasmata plura non facienda flocci, & in iis quoddam Noltenii, Paſtoris quondam Eccleſiæ Ref. quæ eſt Hanoveræ, publica auctoritate Magiſtratus prohibitum, & poſtea 1718. à Cappellano Principis Regii in Brittannia, Bohemo, erudita Epiſtola confutatum, ſuppreſſo tamen & confutantis & confutati nomine.

Zachariæ Grapii Syſtema recentiſſimarum Controverſiarum. Roſtochii 1719. In quo ſtilus Scholaſticus, ordo Syſtematicus, res Hiſtorico-Polemicæ, & in his priores poſterioribus exquiſitiores,

res, utpote in quibus Auctor controverſias recentiſſimas nec omnes exhibet, nec, quas exhibet, omnes ita componit, ut lector veritatis cupidus in ejus probationibus, & reſponſionibus non poſſit non adquieſcere.

J. F. Botterwecks Rettung ſeiner Gutachten &c. Hall 1717. Scriptum Hiſtorico-Polemicum, ad illuſtrandam Hiſtoriam Pietiſticam, & controverſias nonnullas eidem adfines utile & neceſſarium.

Stadliche Ausführunge der Urſachen darum die Chur-und Fürſten und Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion des Papſts Pii 3. Concilium *zu Trident nicht beſuchen.* Dresden 1629. Opus ad veritatem religionis Evangelicæ tuendam, & falſitatem Pontificiæ disjiciendam, perutile & pernecesſarium. In quo plurimum ſanguinis atque nervorum. Lectio vaſta. Judicium limatum. Argumentorum vis ſumma. Validæ & vibrantes ſententiæ. Et apparatus armorum talis, ut πανοπλία Anti-Pontificia vocari queat.

J. Fabricii Conſideratio Controverſiarum. Stendaliæ 1715. In qua dum id agit auctor, ut litigantium dicta obſtantia commoda interpretatione lenienda, & hoc modo numerum controverſiarum Theol. circumcidendum eſſe, doceat crabrones irritavit, obſuſurrantes, eum utroque pede claudicare, duabus ſellis ſedere, & animo nunc huc, nunc fluctuare illuc. Cum quibus licet noſtrum judicium non conjungamus: Hoc tamen in hoc opere monendum eſſe putamus, quod Salomon *van* Till in Bibliothec. Theol. p. 575. de Islanci Theſibus Theologici monuit

monuit, ſcilicet prudenter eo uti debet tiro, ne in eam rapiatur ſententiam, quod Syncretismus aliquis cum Pontificiis iniri poſſit. De religione enim Pontificia ſtatuendum eſt; non ex prudentiorum moderatione; Sed ex Concilii Tridentini definitione, ſi de Syncretismo quæſtio eſt.

H. A. Engelken de miraculis. J. Sidelmanni Maxilla Samſonitica. Jud. XV. 15. *Th. Ittigii creatura gemebunda.* Rom. VIII. 19-23. *M. J. D. Heinrici homicidium doloſum ſupra aggratiandi jus poſitum. G. VVernſtorfii de cœna Domini diſp. prior & poſterior. Ejusdem nodus in ſcirpo ſ. de 2. Petr. I. 20.* Contra H. H. *J. G. Neumanni Poiretiſmus fanaticus ſ. de ἀποκαθάρσει animæ. G. Calixti de P. O. Ej. de viſibili Eccleſiaſtica Monarchia.* Præclara hæc eſt variarum diſſert. collectio, eminentque ex iis præ cæteris, & demorſos ſapiunt ungues, Ittigianæ, Neumannianæ, & Calixtinæ,

Dignæ quæ auratis ſtellis hinc inde notentur.

Diſſert. Theol. Volumen comprehendens Diſſert. 37. Auctorum celeberrimorum, Joh. Muſæi, VV. Zeſchii, F. Bechmanni, J. G. Baieri, V. Velthemii, A. Calovii, G. Lehmanni, Æg. Strauchii, J. Deutſchmanni, J. A. Oſiandri, Ch. Chemnitii, G. Kortholti, J. E. Gerhardi, P. Mülleri, J. G. Dorſchei, C. H. Læberi, A. Varenii, S. Schmidii, B. Mentzeri &c. Quæ omnes lucernam olent, & doctrinam non vulgarem, ſed inæqualem tamen ſapiunt. Et una ex iis plane eſt παράδοξος, qua, neſcio quis J. L. locum illuſtrem Gen. XLIX. 10. alia

alia prorſus, quam vulgo fieri ſolet, ratione, legendum & explicandum contendit.

Diſſert. Theol. ſpiſſum volumen. In quibus
Invita quædam, quædam adſpirante Minerva,
In dias auras miſſa lucemque, videntur.

Volumen continens XXVI. ſcripta Polemica, eaque omnia Homogenea, & per eandem lineam ſerram reciprocantia, tundentiaque incudem unam, *de termino ſalutis humanæ peremtorio*, quæ controverſia ab A. C. 1698. usque ad A. C. 1703. Eccleſiam exercuit, & ſpiſſis voluminibus officinas librarias implevit. Ex quibus ea ſunt potiſſima, quæ hoc faſce comprehenduntur, cum, quæ præterea de ea ſunt edita, cramben recoctam tantummodo repetant.

Bericht von Calvinismo Urbani Pierii. Jenæ 1592. Scriptum Hiſtorico-Polemicum eodem anno publicatum, quo Urbanus Pierius ob Crypto-Calvinismum Wittebergæ in carcerem conjectus, nec prius ex eo dimiſſus eſt, quam juramento ſe obſtrinxiſſet, ſe in analogia fidei γνησίως Lutheranæ permanſurum. Quod Græca fide poſtea præſtitit.

(1) *Caſparus Franckius Ortrandus contra Georgium Nigrinum von Beruff der Prediger. Ingolſtadt.* 1575. Plenum ruris & inficetiarum opus. (2) *Georgii Altkirchneri Friſingenſis Symbolum der Evangeliſchen Prædicanten.* 1577. In quo Auctor dum Michaëlem Servetum, Franciſcum Davidis, Georgium Blandratam, & alios hujus furfuris, Evangelicis accenſet, ſuam oppido prodit vel ſtupiditatem, vel malitiam. (3) *Joh. Lengenbrunneri Neoſtadienſis Erinnerung was von D. M. Luther*

ſeiner

ſeiner Lehr und den Lutheriſchen Theologen zu halten. Ingolſt. 1577. Cento inſulſus. (4) *Theobaldi Thameri wahrhafftiger Bericht von den Injurien und Läſterungen, welche ihm die Lutheriſchen beymeſſen. Cum Apologia contra M. Hartmannum Beierum.* 1556. ſine loco. Diatribe prioribus non multum diſſimilis, rara tamen, & ad ſupplendam & emendandam Hiſt. Eccleſiaſticam & literariam hujus ætatis, perutilis & perneceſſaria. Ex qua luce meridiana liquidius apparet, minime verum eſſe, quod in Lexico Eruditorum & alibi, relatum legimus, Thamerum Thomæ Aquinatis lectione motum à Lutheranis ad Pontificios defeciſſe.

D. Loſſii Apologia Veritatis. Hildesheim. 1697. Stilo liberali contexta, ſed mordaci & dentato, & cavillatorio, & Satyricum decente magis, quàm Theologum. Nec ex Loſſii pharetra depromta ſunt hæc tela, quibus Apologia utitur, ſed ab aliis Auctori ſuppeditata, quorum intererat hunc proſelytum

Non ita confeſtim triſtem demittere vultum.

J. Hildebrandi zerlegte Martins-Gans E. C. Sevenſtern. Zelle 1671. Ej. *Schutz-Schrifft von Apoſtoliſcher Veranlaſſung.* Braunſchweig 1672. Ej. *von Apoſteln und Apoſtoliſchen Satzungen.* Zelle 1672. Ex quibus ſcriptis ultimum eſt primum, cum ratione temporis, tum dignitatis, & virtutis, & utilitatis, & modeſtiæ. Priora enim duo, ultimi ſunt tantummodo Apologetica, & ex ſchedis Sevenſternii traxerunt aliquid contagii. Qui, neſcio quo juvenili œſtro percitus, ex male intellecta phraſi Hildebrandina, de

de *Traditionibus Apoſtolicis*, hanc litem moverat, & meris ſcommatis, & cavillis, & logomachiis chartam ſuam conlutularat.

Joh. Biſſendorffii Paſtoris Gödringenſis Diœceſeus Hildeſienſis, Nodi Gordii Reſolutio, das iſt, von Beruff, Ordination *und Einweihung der Evangeliſchen Prediger wieder das nichtige Geſchwätze der* 10. Argumenten Martini Smiglecii Jeſuiten zu Ingolſtad. MSC. Qui libellus ligata oratione ſcriptus, & 1624. ſine mentione loci, ea forma, quam octavam ſolemus appellare, excuſus, ita diſparuit brevi temporis ſpatio, ut hodie rariſſime reperiatur, & ejus fere non alia, quam MSCta, extent exemplaria. Nec nullum hoc ſuo jumento ſibi arceſſivit malum Auctor, cujus opera omnia publice manu carnificis combuſta, & ipſe 1629. die 26. Martii Steurwaldiæ, loco Hildeſiæ noſtræ vicino, capitis pœna multatus eſt, ex decreto Scabinorum Colonienſium quod h. l. ſubjicimus. *In peinlichen Sachen Fürſtl. Hildesheimiſchen* Fiſcalis *Kläger eines, wieder Joh. Biſſendorff Beklagten andern Theils, wird nach fleiſſiger Erlehrung und Erwegung dieſer Sachen halber für gelauffenen gerichtlichen Handlungen, und des Beklagten gethanen Bekäntniſs endlich zu Recht erkandt; Daſs gedachter Beklagter wegen ſeiner ehrenrührigen, läſterhafften, ärgerlichen und aufrühriſchen, auf die liebe H. Mutter GOttes, Hohe und Niedrige, Geiſt- und VVeltliche Standes-Perſohnen, die heilige Catholiſche Kirche und deren Lehre, Sacramenta, Ceremonien und Kirchen-Gebräuche wieder GOttes Geboth, Zucht und Ehrbahrkeit, gemeine Geiſt-und VVeltl. Rechts, des H. Reichs* Conſtitutionen, *Abſchiede,*

Man-

Mandata, Edicta, *und Policey-Ordnungen verfaſſet, und in offenen Druck ausgangen und an unterſchiedlichen Orten ſpargirte Büchlein, auch bey ihn in* Carceribus *und ſeinen eigenen Handſchrifften erfundenen ſchandloſen Schrifften, als ein Aufrühriſcher, ſchmähſüchtiger ärgerlicher Läſterer und* Diffamator, *auff fürhergehenden öffentlichen VViederruff mit den Schwerd vom Leben zum Tode hinzurichten, und gedachte Bücher und Schrifften* publice *mit dem Feuer zu verbrennen ſeyn. Inmaſſen wir ihn dazu und dieſes alles verurtheilen und verdammen. In Uhrkund haben wir das Chur-Fürſtl. VVeltl. Hohe Gerichts zu Cölln, Schöpffen-Amts* Inſigel ad cauſas *genant, verſiegeln laſſen. Cölln den 7. Martii* 1629. Hoc eo tempore geſtum, quo Pontificii in his terris rerum potiti ſunt. Quæ Scena mirum quantum poſtea mutata eſt, poſtquam Proteſtantium Heroes, fractis adverſariorum viribus, victoriam, victoriæque inſignia conſecuti, ornamenta triumphalia per Germaniam circumtulerunt. Tum enim corpus Biſſendorffii, ignobili loco exemtum, in Templo Gödringenſi cum honore ſepultum eſt.

Soliloquium MSCtum. Cujus Auctor creditur Comes de Metternich Regis Boruſſiæ Status Miniſter intimus, & ejusdem in Comitiis Ratisbonenſibus Legatus. Qui non multo ante obitum, cum omni ſua familia, à Proteſtantibus ad Romanam Eccleſiam deſcivit. Atque huic ſuæ Apoſtaſiæ hanc ceruſſam obduxit, ut fœditatem dilueret aliquantulum, & temeritatis, & civilis cujusdam ſtimulationis notam à ſe amoliretur. Si quidem verus Architectus eſt levidenſis hujus Schediasmatis Metternichius. Et non ii, qui

eodem

eodem temporis Articulo; neſcio, quam Epiſtolam commenti ſunt, qua Comes hicce Regem Boruſſiæ obteſtatur, ut ſibi à Provincia demandata decedere liceret. Hoc certum eſt, idipſum MSCtum volitaſſe per manus eruditorum. Poſtea autem prelo ſubjectum, & in Linguam Germanicam translatum, à pluribus, atque in iis ab ipſo Auctoris Fratre Germano, ſuppreſſo tamen nomine, refutatum. Nec res eſt operoſa admodum huic *Soliloquenti* os obſtruere. Qui ita de religionis Chriſtianæ ratione diſſerit, ut ne unicum quidem Axioma ex his 38. ſit, quod non vitio quodam laboret.

Anonymi Pietiſtiſcher Hochmuhts-Greuel cum notis Elenchthicis Anonymi. Erfurt 1728. Auctor *des Pietiſtiſchen Hochmuths-Greuels* eſt S. E. Et qui H. A. Franckii & ejus Encomiaſtarum propugnatorem ſe præbuit, eſt M. Joh. Jacobus Wittſchelius Erfurtenſis primum ad D. Thomæ Paſtor, hodie in *Groſſen*-Sommerda Paſtor Primarius J.H. Wiglebii ex ſorore nepos.

Ioh. Scheffleri Türcken-Schrifft 1664. Ej. *Chriſten-Schrifft.* Eodem. *Cum refutationibus Chriſtiani Chemnitii Ioh. Adami Schertzeri.* Aliorum. Prodigioſa ſunt hujus Scheffleri fata. Qui è Medico factus Theologus, ex orthodoxo Böhmiſta, è Lutherano Pontificius, & Societatis Jeſu Sacerdos, plura edidit contra Evangelicos, & in iis maxime ea, quæ continentur hoc volumine *die Türcken-Schrifft, und Chriſten-Schrifft.* In quorum *primo* contendit, bellum Turcicum Germanis à Deo immiſſum, ob Apoſtaſiam ab Eccleſia Romana. In *ſecundo*, Eccleſiæ Romanæ hoc deberi, quod

uod non omnis Germania à Turca abſumta ſit, onfutatus à C. Chemnitio, & J. A. Schertzero, velut ineptiſſimus circulator omnibus ad deridendum propoſitus; Et tamen fotus in ſinu, & co non vulgari habitus. Quæ enim ſub omine Joh. Angeli ab eo edita ſunt monumen. myſtica [,] multorum judicio ſunt comprobata. vix eſt cantionale apud nosmet hodie, in uo non cantiones plures reperiantur à Joh. ngelo compoſitæ, qui ab hoc Joh. Schefflero on differt, niſi ſolo nomine.

Joh. Frid. Gerhardi ſpeculum religionis Pontificiæ. enæ 1660. Ilias poſt Homerum! Quæ enim hoc ſpeculo conſpiciendæ ſiſtuntur errorum ontificiorum imagines & diſcuſſiones, è M. hemnitio & J. Gerhardo potiſſimum collectæ int.

Des Evangeliſchen Miniſterii zu Hildesheim gründche Antvvort, auff P. Heſſelmanns Schmäh-Worte. *ildesheim* 1730. Acceſſerunt huic exemplo mendationes quædam & annotationes MSCtæ.

Mus exenteratus, per Fratrem Wilhelmum de tutgardia. Tübingæ 1593. Ejusdem *Petitorium xhortatorium ſuber groſſis dubietatibus circa Sacraentum Baptismi.* Ibidem 1594. Auctor eſt M. Wilhelmus Holderus, qui inique ferens Johanem Piſtorium Apoſtatam, tot aculeatis ſcritis Theologos Proteſtantium laceſſere, has eiem oppoſuit Satyras, ſtilo, methodoque Scholaſtica conſcriptas, tum ut adverſarium confunderet, tum ut Scholaſticorum tricas apinasve, & fluctus in ſimpulo excitatos, in lucem aſpectumque produceret.

In Octavo.

Erasmi Roterodami *Apologetica generatim contra conſtitutionum humanarum Patronos, ſpeciatim contra Joh. Lopidis Stunicæ & Sanctii Caranzaæ libellos Eraſmo oppoſitos, qui & ipſi huic faſciculo inſerti ſunt.* Baſileæ 1522. Editio perrara, opuſculorum non facile obviorum, Erasmianorum & Anti-Erasmianorum. In quibus prioribus, ut Eccleſiæ Romanæ nævos mira feſtivitate exagitat Erasmus; Ita Socinianis arma ſubminiſtrat, quibus orthodoxos poſſint confundere; In poſterioribus autem Duumviri illi cauſæ bonitate ſuperiores ſunt Erasmo, ſed copia dicendi, & ſale, & acumine eidem cedunt. (2) *Eraſmi Roterodami Anti-Barbarus.* Argentinæ 1521. Opuſculum juvenile. Nondum enim vigeſimum annum attigerat Auctor, cum illud exararet; Sed rarum & ingenioſum, & ad corruptiſſimum Eccleſiæ & reipublicæ literariæ ſtatum cognoſcendum peraccommodatum, ut dolendum ſit, ex eo libros tres poſteriores impudenti latrocinio Auctori ſurreptos, vel periiſſe prorſus, vel in tenebris incertis adhuc deliteſcere. (3) *Georgius Wicelius de moribus veterum hæreticorum.* Islebii 1537. (4) Ejusdem *Methodus Concordiæ Eccleſiaſticæ.* Lipſiæ 1537. Quorum alterum Polemicum, alterum eſt ſcriptum Henoticum. Utrumque tanta Orationis impuritate contextum, quanta in Auctore fuit affectuum intemperies, & judicii infirmitas, & rerum, quas animo complexus erat, confuſio.

N

M. Chemnitii Examen Concilii Tridentini. Fran-
ofurt. 1590. Partes IV. Vol. 2. Opus hoc ab
. C. 1565. usque ad A. C. 1573. per partes
Auctore elucubratum, & editum, primum
t Syſtema Polemicum Anti-Pontificium, idque
lidiſſimum, optimum, inexpugnabile, τετρά-
ωνον, decies impreſſum, & à G. Nigrino in
inguam Germ. translatum, ab ipſis hoſtibus
udatum non raro, tactumque interdum à
uibusdam & arroſum; Sed confutatum nun-
iam, nec de curru triumphali dejectum.

B. Aretii Problemata Theol. Morgiis 1580. Vol.
. In quibus ſi ea exceperis, quæ Sectam olent,
es variæ præclare ſunt diſcuſſæ. SS. loca non
auca probe explicata, & quis, qualis, quan-
isque Philologiæ, Philoſophiæ, & Hiſtoriæ
Theologia uſus ſit, dilucide oſtenſum.

*J. C. Harenbergii Idea Juris divini, quod Theolo-
rum eſt in convincendo & refutando.* 1729. Qui
jure Principis circa Sacra, & Epiſcopali tum
uperiorum tum Inferiorum, Doctorumque pu-
licorum juxta ac privatorum deſcribendo tam
peroſus eſt Auctor Doctiſſ. & nobis amiciſſimus
. 15. p. 84. præclare feciſſet, ſi jus divinum,
uod Theologorum eſt, in convincendo & re-
utando accurate definiviſſet primum, & diviſiſſet,
ex hiſce principiis deinceps concluſiones de-
onſtraſſet, dubiaque ſolviſſet, & exemplo
hriſti errantes convincentis & refutantis illu-
raſſet; Tum, puto, emaculatior fuiſſet hæc
jus idea & ſolidior, & luminoſior. Vacua ab
ſtentatione eruditionis, multæque lectionis, &

 licen-

licentioſis, ex ea profectis, excurſionibus, ἀκαταστασει etiam rerum varia, & affectibus, ira & ſtudio, probationibusque Mathematices cultore non ſatis dignis. Præterimus occulta ejus & manifeſta odia erga Myſticos, Fanaticos, Pietiſtas omnes, & Eccleſiæ doctores plerosque. Cavilla etiam in viros nonnullos, de Eccleſia bene meritos, & merentes. Quos vocabulis quibusdam & phraſibus, de induſtria ad riſum ciendum confictis, ita pungit, ut valde dubitemus an hæc methodus Elenchtica juri divino ſi conformis, & exemplo Chriſti Sadducæos redarguentis, in quod intueri nos jubet auctor defendi valeat.

Chriſtophori Longolii Oratio contra Lutherianos Coloniæ 1529. Cui non deeſt in cauſa perc randa cum prudentia, tum elegans quoddam & eruditum orationis genus; Sed deſunt ea, quibu maxime opus eſt, ſi velis de Lutheri doctrin: & moribus, & ſcriptis incorrupte judicare; Pa tis nullius ſtudium, SS. exquiſita cognitio. F primorum Chriſtianorum de rebus divin judicium. Quarum rerum omnium inopia it premitur Longolius, ut in tota hac oratione nu lum SS. dictum appareat, nullusque, vel ex P: trum, vel ex Lutheri Monumentis, locus pr ductus conſpiciatur, qui fidem dictis faciat. H minem peſtilentiſſimum Lutherum fuiſſe pronu ciat, Celſi, Porphyrii, Mahumedis, ſimiler. Qui ſcriptis primis ingenium non ineptum, a teris maleſanum, poſtremis impurum & ſceler tum prodiderit, quique ſua omnia, partim e Huſſianorum, partim ex Waldenſium Com me-

mentariis corrogarit. Sed pronunciat, non probat Orator, in dictionis caſtitate conſervanda ita religioſus, ut ad ſuperſtitionem usque vitandas ſibi exiſtimaverit eas voces phraſesque, quæ in ſcriptis Ciceronis non occurrunt. Adeoque Eccleſia ipſi dicitur, Respublica populusque Chriſtianus. Evangeliſtæ, Chriſtianarum rerum Auctores. Apoſtoli, duodecim Chriſti legati. Antichriſtus, Hoſtis Chriſti Græco vocabulo. Fides, perſuaſio Chriſtiana &c. *Orationes funebres in Academia Ingolſtadienſi in Exequiis Alberti V. Comitis Palatino-Rheni habitæ.* Ingolſtadii 1580. *Nicolai Serarii Orationes Luthero-Turcicæ.* Moguntiæ 1604. Quibus orationem primam Luthero-Turcicam à Balduino impugnatam defendit. Vir non indoctus, & orator elegans & expolitus; Sed accuſator acris & acerbus, & in altercando cum aculeo & maledicto facetus. Qui fidem quam dat in Orat 1. p. 3. ſe modeſte, ſincere, ſimpliciter, citra ullum convitium, ullamve verborum contumeliam diſputaturum, ita præſtat, ut in alia omnia diſcedat. *Joh. Lenſæi Orationes duæ, altera contra Pſeudo-Patriotas, & contra Genethliacorum ſuperſtitionem altera.* In quibus licet fulgeat extemporalis color, dictio tamen non prorſus eſt aſpernanda. Et in hac dyade poſterior maxime eſt lectu digna, ob argumenti utilitatem, & præſtantiam, licet iis nervis inſtructa non ſit, quibus poterat & decebat.

F. Spanheimii Elenchus controverſiarum de religione. Amſtelod. 1694. Opus dignum tanto Polyhiſtore, doctum, breve nervoſum varium & fere

fere unicum in hoc genere, quod Oeconomiam Theol. Polemicæ univerſalis in nuce exhibeat. Et licet non laudarit Auctor, per quos profecerit, ut p. 627. ubi Theologiæ Hobbianæ ſummam totam ex J. Felleri Contin. H. E. J. Læti p. 579. petiit; Non tamen ideo eorum nomina præteriit, quod non agnoverit beneficia, ſed quod lege brevitatis conſtrictus commode nominare non potuerit.

Ottonis Brunsfelſii Pandectæ SS. à Joh. Gaſtio emendatæ (an emendati? Pandectæ enim vocabulum eſſe Maſculini generis, contendit Henricus Stephanus de abuſu Linguæ Græcæ c. 1. p. 12. pluresque alii.) Auctæ & in lucem aſpectumque publicum prodire juſſæ. Non malo conſilio, ut videtur. Neque enim res contemnenda eſſet, *Concordantia realis Theologica*, hac Methodo concinnata; Sed inauſpicato ſucceſſu. Sectæ enim ſuæ nimium indulgent hi Helvetici. Ejusque lenociniis ſe eo perduci patiuntur, ut & libertatem arbitrii tollant funditus, & omnia fatali neceſſitate evenire dictitent, &, *ne mala quidem operari, eſſe in poteſtate* noſtra p. 84. contendant. *Martini Chemnitii Theologia Jeſuitarum.* Lipſiæ 1562. *Primus* eſt Auctor, qui Sectæ & Theologiæ Jeſuiticæ bellum indixit, quæ Minorennis erat adhuc ea tempeſtate, & ex Ephebis nondum exceſſerat. Vir ſane pius & doctus, & in SS. & monumentis Patrum egregie verſatus, & ad diſturbanda Pontificiorum pegmata, quaſi natus. Fervidior interdum & commotior; (ut p. 34.) Luculentus tamen Theologiæ & cauſæ Proteſtantium Patronus.

Marti-

Martini Chemnitii Theologia Jeſuitarum in Linguam Germanicam verſa à Joh. Zangero. Lipſiæ 1562.

H. Reineſii Theologia Technica. Guelpherbyti 1686. De qua ratione res Theologicas & Philoſophicas tractandi, non inepte Seneca Ep. XLV. p. m. 342. Quid mihi vocum ſimilitudines diſtinguis, quibus nemo unquam, niſi qui diſputat, captus eſt? Res fallunt, illas diſcerne. Pro bonis mala amplectimur, &c.

J. Ebarti Enchiridion Theologicum Poſitivo-Polemicum. Jenæ 1678. Accommodatum ad captum eorum, qui ex abditis Theol. Polemicæ fontibus vel nihil adhuc, vel parum admodum hauſerunt.

C. Finckii Controverſiæ Theologicæ & Philoſophicæ. Giſſæ 1608. In quibus multa bona, plura levicula, nugatoria, frivola, plurima manifeſto teſtantia, Finckium diligentius triviſſe Ariſtotelem, Scaligerum, & Pererium, quam Petrum & Paulum & Johannem.

H. Eckhardi Pandectæ Controverſiarum. Lipſiæ 1627. In quibus contra Pontificios diſputat Auctor, ut in faſciculo controverſiarum contra Calvinianos. Vir bellorum Theologicorum cupidus magis, quam peritus, & ſi à qua re, à facilitate laudandus, & diſpoſitione, quam ſequitur.

F. de Victoria relectionum Theol. T. II. Lugd. 1557. In quibus ſtilus, pro ratione temporis, loci, & argumenti, ſatis eſt caſtigatus. Methodus Problematica. Res Theologico-Juridico-Scholaſticæ, non ſpernendæ prorſus, ſed tanti

 non

non faciendæ, quanti fecit Bibliopola in De-dic. & Præf. Niſi propterea aliquo loco ac numero habendas exiſtimes, quod *primus* fuit Auctor, qui Theologiam Scholaſticam, ignotam antea in Hiſpania, è tenebris eruit, & publice ad mentem S. Thomæ inſtituit prælegendam.

J. Ledesmæ Soc. Jeſu Theol. liber de SS. lingua vulgari non legenda. Coloniæ 1574. Quo malam ſuorum cauſam, male defendendo, reddidit deteriorem.

A. de Chandieu (*Antonii Sadeelis*) *Tr. de la Vraye remiſſion des pechez.* 1595. Ejusdem fere commatis cum Crocii Comment. de purgatorio, cui & facem videtur prætuliſſe.

J. Crocii Commentarius de purgatorio Pontificio Marpurgi 1622. Concinnus, planus, doctus ſolidus, quo purgatorium in Virgilii quidem Lib. VI. Æneidos v. 735. ſeq. Non autem in SS Locum habere, iſtudque ante Gregorii M. tempora, ſive Sec. VII. initium, ſubobſcure & dubitanter, & problematice tantummodo fuiſſe traditum in Eccleſia, oſtenditur.

P. Mornæus de Eccleſia. 1599. Non minori eloquentia quam Polyhiſtoria inſtructus auctor vertit fabulam, & ex actoribus fecit reos, & ipſos Pontificios, non nos, eſſe ſchismaticos demonſtravit. Atque hinc illæ iniquæ de ejus ſcriptis cenſuræ in P. D. Huetii Comment. de rebus ſuis L. V. p. 280. Et in Huetianis p. 6

Traitez divers des Indulgences & du Iubile 1607. Faſciculus egregius. In quo docetur Eccleſiam indulgentias juxta & Jubilæa Pontificiorum ignoraſſe, usque ad Sec. XIII. Et quidem i

in poſteriore argumento illuſtrando occupatus fuit Herm. Lignaridus. In priore autem M. C. ignotus nobis auctor, ſed noſci tamen dignus, ob præclaram, quam eidem impendit, diligentiam.

Davidis Derodonis le Tombeau de la Meſſe. Genevæ 1662. Ob quod opuſculum Auctor è Gallia expulſus Genevam ſe recepit, ubi, biennio vix exacto, eſt mortuus. Vir acutus & cuilibet eorum, qui in Philoſophia excelluerunt, comparandus. Egregius etiam Atheo-Maſtix. Sed in Chriſtologia non ſatis orthodoxus. Siquidem ejus opuſculum de ſuppoſito, ob Neſtorianiſmi & Socinianiſmi ſuſpicionem, Tholoſæ combuſtum eſt.

Entretiens ſur la Religion. Roterod. 1709. In quibus lectu præ cæteris digna Epiſtola Noaillii, Epiſcopi Catalaunenſis, qua refert, ſe in ſolenni examine reliquiæ cujusdam, quæ in Eccleſia Catalaunenſi per 400. annos pro umbilico Chriſti religioſe culta ſit, in Lipſanotheca nihil aliud inveniſſe, quam lapillum ſerico involutum, & ſaburra circumfuſum. Reliqua enim, quæ in his colloquiis Polemicis continentur, pleraque ſunt cottidiani commatis, Antidota Pontificiorum philtris oppoſita; Sed reformatorum lymphis ſubinde infecta.

Sylloge Variorum. In qua (1) *Der Catholiſche Glaube.* (2) *M. J. Balckii tr. das der Pabſt der Antichriſt ſey.* (3) *G. Vermelii Antvvort auf das Prædicanten-Latein.* (4) *Jeſuiten Latein.* (5) *Ehren-Rettung* Polycarpi Lyſeri. (6) *J. Pratandri Sendſchreiben an die Teutſchen.* (7) *B. G. von Alt-*

Kirchen Lutheriſcher Weiber-Troſt. In quibus primum eſt nervoſiſſimum, à Guil. Perkinſo Anglice ſcriptum, & poſtea in LL. Hiſpanicam, & Germanicam translatum. Quartum eſt rariſſimum, à J. Biſſendorfio elucubratum, qui ob ſimile opuſculum A. C. 1692. Steurwaldiæ capitis pœna multatus eſt. Septimum eſt mordaciſſimum in dicterio quodam Lutheri, *Wenn die Frau nicht vvill, ſo komme die Magd*, exagitando occupatum, quod à noſtratibus juxta ac reformatis jam centies vindicatum eſt. Conf. M. Schoockii Deſperatiſſ. cauſa Papatus c. 19. §. 3. p. 82. C. E. Brochmand *Licht und Recht* p. 847. C. Sagittarii *Sendſchreiben an* P. Schönemann p. 18.

Simplicius Verinus de Transſubſtantiatione. Hagiopoli 1646. Cujus verus Auctor eſt Claudius Salmaſius. Qui ſibi ſemper ſimilis in hoc opere, ut in aliis,

Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem ſuper notas aluere ripas,
Fervet, immenſoque ruit profundo
Claudius ore.

Etenim infinita in eo lectio, luculenta & ſine moleſtia diligens dictio, in differendo mira explicatio. Antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtupenda cognitio, ſpecioſa diſputandi ratio, obſervationibus Criticis, hiſtoricis, Theologicis, ita exornata, ut ferreum eſſe oporteat, qui his deliciis non afficiatur. Sed quæ ſcriptorum Salmaſianorum communis eſt macula, nulla in hoc libello eſt capitum Sectio, & œconomia rerum perexigua. Et quæ hujus eſt propria; Reformato-

matorum partes ita tuetur Auctor, ut una cum Pontificiis, Lutheranis omnibus bellum indixiſſe videatur. (2) *Andreæ Riveti Critici ſacri libri IV.* Genevæ 1642. Opus ad dijudicanda ſcripta Patrum, & vera à falſis, genuina à ſpuriis, æra à lupinis diſcernenda, perutile & perneceſſarium. Ex aliis quidem Auctoribus collectum, & ita corrogatum, ut *Criſes variorum de Scriptis Patrum* potius, quam Andreæ Riveti criſes inſcribi mereatur. Sed magno labore tamen, nec minore judicio collectum, & ea ratione diſpoſitum, ut Robertus Cocus, huic noſtro multis paraſangis ſit poſtponendus.

Alphonſi de Vargas Erzählung der Räncke der Jeſuiten. Acceſſit L. C. *Europæi Monarchia Solipſorum.* 1675. Quorum ſcriptorum utrumque eſt Pſeudonymum. Et quidem *prioris* verus Auctor eſt Caſpar Scioppius, homo ſalſus, mordax, & cum aculeo facetus, qui in dentata hac charta multa arcana Jeſuitarum prodidit, quorum ope & Uratislaviæ publice combuſta eſt. *Poſterioris* autem Melchior Inhofferus, teſte Naudæo in Naudæanis p. 103. qui, Jeſuitas omnem, ſcribit, moviſſe lapidem, ut illud ſupprimerent, adeoque unum exemplar ſæpe V. Piſtolis emtum feciſſe ſuum. *M. G. M. Pfefferkornii Jeſuitiſcher Kuckucks-Ruff.* Altenburg 1671. In quo docetur, evenire Jeſuitis frequentibus ſuis in Theol. Polemica coccyſmis, quod ſcribit Juvenalis Sat. VII.

Occidit miſeros crambe repetita Magiſtros.

C. E. Brochmandi Licht und Recht. 1638. Oppoſitum Chriſtiano Wilhelmo, Marchioni

Bran-

Brandenb. qui in expugnatione urbis Magdeb. A. C. 1631. à Pappenheimio captus, & Viennam traductus, mutata religione Lutherana cum Pontificia, *Speculum veritatis* in publicum prodire juſſit, ut palpum orbi impingeret. Atque huic, juſſu Chriſtiani IV. Regis Daniæ, objecit C. E. Brochmandus ſuum *Urim & Thummim*, Latine ſcriptum, & Hafniæ 1634. impreſſum, ac poſtea in linguam Germ. translatum. Et cum à clade reſurgens Chriſt. Wilh. apologia lucis ſe denuo munire ſuſciperet, Brochmandus adornavit Confutationem ejus, Hafniæ 1643. in lucem editam.

C. Sagittarii Sendſchreiben an P. M. Schönemann Gothæ 1677. Urceum inſtituit tantummodo Auctor, ſed qui currente rota exiit in amphoram. Atque hac ratione ex Epiſtola natum eſt integrum hoc opuſculum, non vanis ampullis & ſesquipedalibus verbis turgidum; Sed rebus iisque ſelectis, præclaris, egregiis, & ex intimis Hiſt. Eccleſ. & lit. penetralibus depromtis, tantaque oportunitate allatis, ut virtutis loco habendum ſit, quod alioquin eſt vitium, & Auctori applaudendum, quod leges Epiſtolæ tam felicite neglexerit.

Anonymi unbibliſches Pabſtthum vvieder M. Fabern Franckf. 1679. Qui Auctor in ſcriptis adverſariorum non negligenter eſt verſatus. *P. Egard Ehren-Rettung Ioh. Arnd vvider L. Oſiander* Luneburg 1624. A voluntate laudandus magis quam à facultate, & H. Varenio non æquiparandus. *Geſpräch von M. Schönemanns Zeughauſ und C. Sagittarii Sendſchreiben.* Jena 1677. Cujus

Auctor

Auctor procul dubio eſt ipſe Sagittarius. *A. Fuhrmann Rettung der alten wahren Cathol. Religion.* Franckf. 1689. Vir pius, candidus, placidus, qui p. 132. contendit, in Chriſtianiſmo vitæ majorem habendam eſſe rationem, quam doctrinæ. Quod, ut reliqua præcipua, ex J. Arndio l. 1. c. 38. ſeq. videtur didiciſſe. *H. Ammersbachii Apologia St. Prætorii und M. Statii* 1677. cujus appendix ipſi opuſculo eſt præferenda, quod calamo nimis perfunctorio eſt exaratum.

Danielis Loſſii Authenticum pro fide Romano-Catholica veritatis teſtimonium. Hildeſ. 1690. Scilicet, mutata Eccleſia fideque noſtra cum Pontificia, phaleratum hoc opuſculum in lucem prodire juſſit Auctor, aliorum ope & Miniſterio adjutus, ut amore veritatis id feciſſe videretur, quod amore honoris fecerat.

Joh. Baronis à Reck Conſenſus Veteris & Moderni Papatus. Hanoveræ 1674. In quo ſcripta quædam Patrum ſubleſtæ fidei afferuntur pro genuinis, & loca interdum prorſus ἀπροσδιόνυσα, qualis eſt ille Cypriani p. 14. qui de Eccleſia quavis particulari diſſerit, non univerſali, nec de capite tali, quale vult eſſe Papa, ſed quale eſt quivis doctor eccleſiæ. Unde & inſidioſum dilemma eſt, quo p. 71. ita triumphat Auctor, ut aries, qui pugnat utroque cornu.

M. Ulrici Hardingi Anti-Loſſius. Hildesh. 1696. Intra octiduum ab Auctore elaboratus, ut ipſe ſcribit in Prodromo Anti-Loſſii aucti p. 6. Sed qui multo exactior, & abſolutior, procul dubio in ſcenam prodiiſſet, ſi ex illo ſexennio, quod inter Loſſium & Anti-Loſſium editum interceſſit, octo

menſes

menſes eidem perficiendo fuiſſent conceſſi. Satis tamen argutus pro eo tempore.

Ejusdem Prodromus Anti-Loſſii Aucti. 1697. *Ej. Anti-Loſſius auctus.* 1698. *Ej. Triumphus ante victoriam.* 1699. Quæ trias ſcriptorum oppoſita eſt D. Loſſio. Scilicet priora duo ejus Apologiæ veritatis ſupra memoratæ. Poſterius ejus triumpho. Et in his major omnino eſt ſolertia & ἀκρίβεια, quam in præcedente. Anti-Loſſio; Sed minor animi moderatio, quam adverſarii impetus turbaverat.

Anonymi Beantwortung des wiederholten Kurtz und Gut. 1685. Ubi præ cæteris ceu gemmulæ niteſcunt confeſſiones illæ antiquæ fidei p. 165. obviæ.

F. Albani Revocations-Predigt. Hildesheim 1638. *Ej. Päbſtliche* Anatomia. Ibid. In qua totius Papiſmi arcana ita revelantur, ut auctor Pontificiorum Procopius, & Anatomia ejus, Hiſtoria Papiſmi ἀνέκδοτος, dici mereatur.

C. Gennep Rede und Antwort itziger Zwieſpalt. Cöln 1557. Auctor typographus fuit Colonienſis, qui ſope Eberhardi Billickii, SS. Theol. D. & Carmelitarum Provincialis Colonienſis, varia in lucem protruſit opuſcula Germanica, non admodum ingenioſa quidem; ſed ingenium tamen typographi ſuperantia.

Adriani & Petri Wahlenburchii Examen principiorum fidei. Coloniæ 1647. In quo ſtilus eſt facilis, planus, perſpicuus. Methodus autem diſputandi declinatoria, per meras exceptiones, dilationes, tergiverſationes, quæ lites non tollunt;

tollunt; ſed protrahunt, & tandem inducunt Scepticiſmum.

P. B. Freitagii nodus Gordius. Anonymi Nodus Gordius. Ej. Veritas regulæ fidei Proteſtantium demonſtrata. Ej. Defenſor Philoſophiæ Sectariæ. Hic Anonymus eſt Dn. Sylveſter Tappen SS. Theologiæ Licentiatus. Vir acutus, doctus, pius, modeſtus. Qui in his ſchediaſmatis, (1) Nodo Theologico Philoſophicum oppoſuit. (2) Ipſum nodum adverſarii ſolvit. (3) Suum vindicavit.

Cornelii à Rynthelen Juriſta Romano-Catholicus, ſive Juridica Romanæ fidei confeſſio. Coloniæ 1618. Scilicet ſpectatum admiſſi &c. Juridica fidei confeſſio, eſt Medica cauſæ civilis defenſio; & qui veritatem ſuæ Sectæ è corpore Juris Juſtinianæi defendit, idem facit ac is, qui cauſam forenſem ex Aphoriſmis Hippocratis tuetur. Quæ ſi Μετάβασις εἰς ἄλλο γένος non eſt, quid illa demum ſit, ignorare nos fatemur. Nec par eſt auctor controverſiæ, quam definiendam ſuſcepit. Homo ne vulgariter quidem eruditus. Cui ſummus Pontifex recte *oſculatur* in pede (p. 54.) Ineptus rabula, & vitilitigator, qui ficta in Proteſtantes conjicit crimina, & fictis teſtimoniis eas partes, quas ſequitur, propugnat Textibus juris civilis Apocryphis, inutilis, corruptis, ſuæ cauſæ adverſis, nullis. Quique in Hiſtoria temporum tam parum verſatus eſt, ut Juſtinianum Imperatorem hominem doctum, pium, orthodoxum, & ſuo jure inter ſanctos relatum exiſtimet; Et fabuloſam illam

Conſtantini M. donationem Sylveſtro Papæ factam veram eſſe perſuaſum ſibi habeat.

Gründliche Wiederlegung des Teutſchen Arianiſchen Catechismi. Witteb. 1619. Adornata à Facultate Theol. Witteb. cui Valentinus Smaltzius, Gothano - Thuringus, Socinianorum eo tempore in Polonia Coryphæus, & Paſtor Racovienſis, Catechismi hujus verſionem Germanicam inſcripſerat. Et quidem adornata à Balth. Meisnero, Viro docto, acuto, & magna dicendi perſpicuitate prædito, qui per integrum decennium apparavit hoc bellum, ut vinceret celerius.

Balthaſaris Meisneri Theol. Photin. Conſideratio. Witteb. 1619. Oppoſita F. Socini cuidam opuſculo Racoviæ 1611. edito, de repudianda religione Evangelica, & amplectenda Photiniana; cujus ſi ipſum textum in quavis materia & ſectione adduxiſſet Meiſnerus, & noſtræ & adverſariorum cauſæ conſuluiſſet rectius.

J. Martini de tribus Elohim liber I. & II. Witteb. 1614. E quibus patet, auctorem in Philoſophicis magis fuiſſe exercitatum, quam in Philologicis & Theologicis. Adeoque non tantum in ipſo limine impegiſſe ſtatim, & cum tribus Elohim tres Deos potius, quam tres in duxiſſe divinitatis perſonas; Sed & in opere ipſ ſæpiuscule extra oleas vagatum, & loco Theologicorum attuliſſe Philoſophica, Grammatica, Logica, Metaphyſica, Scholaſtica, minut etiam non pauca, & à re aliena, nec non du bia quædam, & non ſatis extra controverſi aleam poſita. Et prodigii loco haberi quea quod Hieronymi Zanchii in opere univerſo nul

ext

xtet mentio, qui jam ante decennium de *tribus Elohim* in lucem emiſerat opus, Neoſtadii Palatinorum 1604. in 4to excuſum, vaſtum ſane ac varium, & magno Eruditionis apparatu inſtructum.

J. Martini Synopſis totius religionis novorum Photinianorum. Wittebergæ 1633. Ejusdem cum antecedente commatis.

Chriſtiani Nifanii Juſtinus Martyr veritatis Evangelicæ confeſſor, adverſus Chriſtoph. Sandium. Francof. 1688. Teſtem adducit Auctor Juſtinum in Articulo de Trinitate & divinitate Chriſti, non judicem, quales Patres non ſunt, ut oportune monet p. 140. ſeq. Neque tam loquentem teſtem pro ſe, quam adverſario obloquentem, & profitentem, ſe falſo à Sandio eſſe productum. Quo in negotio non levidenſem diligentiam oſtendit Nifanius, cum inſigni eruditione, & vaſta cumprimis lectione recentiorum conjunctam. Unde & tot paſſim διέξοδοι. Pro quibus utinam plagia à Sandio commiſſa detexiſſet, locaque ab ipſo in Nucleo H. E. p. 76. allata, in Juſtino evolviſſet, &, quantum à mente Arianorum abſint, dilucidius explicaſſet.

Nic. Hunnii Examen errorum Photinianorum. Witteb. 1618. Unguis hic eſt tantummodo leonis hujus, non ipſe leo, ex quo tamen non inepte æſtimamus ejus nervos, ac judicamus, quid præſtare potuiſſet, ſi eidem fuiſſet integrum, univerſum Theol. Photin. Syſtema excutere.

Joh. Muſæi de uſu principiorum rationis. Jenæ 1647. *Gravveri Quæſt. Illuſtres Theol.* Jenæ 1661. Ex quibus opuſculis prius eſt oppoſitum Reforma-

tis; Poſterius Photinianis; Prius Nic. Vedelio; Poſterius Conrado Vorſtio; Prius eſt ſpecialius, ſpinoſius, & magis Theologicum; Utrumque planum, modeſtum, concinnum & bono ordine digeſtum; Sed nimis Scholaſticum.

C. Dieterici Myſteriologia. Lipſiæ 1627. In qua præ cæteris lucernam olet diſput. XI. *de Formul. Concordiæ* 1536. *Wittebergæ initæ.* Reliqua enim ſunt protrita, vulgaria, & ubique obvia.

R. Elchanon Paul Myſterium novum h. e. demonſtratio Cabaliſtica, nomen Jeſu & Mariæ in præcipuis V. T. prophetiis contineri. Helmſt. 1580. Myſterium eam ipſam ob cauſam ſuſpectum, quia novum, & ab Auctore *primum* inventum, Apoſtolis & viris Apoſtolicis, & Antiquitati Eccleſiaſticæ inauditum, meris technis Cabaliſticis vel, ſi mavis, luſibus ingenii ſuperſtructum. Adeoque ad Chriſtianam religionem proſtituendam potius, quam corroborandam accommodatum. (2) *Abbiæ Prætorii von der Nohtwendigk. des neuen Gehorſahms.* Witteb. 1563. Godeſchalci nomen in baptiſmatis fonte Auctori tributum, poſtea in Abdiæ vocabulum ab eo transformatum eſt. Et in controverſiam dejectus Abdias cum Andrea Muſculo, de neceſſitate B. O. quam propugnavit hic noſter, ille autem negavit, in hac Apologia locutiones quasdam adverſario objecit, quas horreſco referens, animusque aperire refugit. v. g. Moſes *gehöret zum Teuf.* Moſes *iſt ein* Bachant. *Zum Teuffel mit dem Geſetze.* Moſes *iſt ein — — &c.* p. 96. & 19. (3) *Studioſorum Francofurtenſium confeſſiones & defenſiones neceſſitatis* B. O. Witteb. 156.

Quam

quarum Auctor procul dubio eſt Abdias Prætorius. (4) *Henrici Bullingeri Antwort auf 7. Klag-Artickel.* Zürch. 1574.

Joh. Dallæi de Imaginibus Libri IV. Lugd. Bat. 1642. In quibus multum eſt ingenii & facundiæ. Oeconomia etiam exquiſita. Judicii autem & doctrinæ & facultatis tantum, ut hujus unius herois armis facile univerſum Iconodulorum exercitum in fugam conjicere queamus; Et id ſimul tueri, quod contendit auctor; *Imagines ante Sec. IV. poſt C. N. in Eccleſia Chriſtiana fuiſſe nullas,* poſtea irrepſiſſe ſenſim, ſed ornatus tantum gratia, & delectationis, & memoriæ. Eum autem, quo hodie afficiuntur, cultum, ſero admodum uſu eſſe receptum.

B. Meiſneri Chriſtologia. Wittebergæ 1624. Ejusd. de Sacramentis. ibid. 1625.

Cottidiana in queis ſunt multa, inſignia pauca.

M. Martinii Theologia de unica Chriſti perſona. Bremæ 1614. Cujus Auctor Corpore non magnus, (*das kleine Martingen*) Magnus at ingenio. Immoderatus quidem ſui oſtentator, & novorum vocabulorum ſectator, & receptæ hypotheſeos defenſor, Vir tamen longe doctiſſimus, in lectione cujusvis generis auctorum probe exercitatus, in diſputando acutus, & in ſervando rerum ordine ad ſuperſtitionem usque exquiſitus.

M. B. Mentzeri Elenchus I. & II. errorum A. Cadeelis. Witteb. 1599. Laudatus ab Æg. Hunnio in præfat. Impugnatus autem à M. Martinio in Libro ſecundo Theologiæ de unica perſona Chriſti, in cujus præfat. p. 523. Hiſtoria hujus

belli literarii deſcribitur, & opuſcula hinc inde ab A. C. 1585. usque ad A. C. 1614. invulgat ordine enumerantur.

S. Huberus contra J. Kimedoncium. Witteb. 1593. Quo, neſcio, an quis unquam contra Reformatos ſcripſerit aſperius, durius, acerbius Adde auctoris de electione univerſali hæreſin quæ & ipſa ſubinde huic opuſculo callide intext eſt. Quod utrumque Ægidius Hunnius, Huber collega, eo tempore in colloquio privato diſer te notavit, & quam parum ſibi probaretur, pro feſſus eſt, teſte Hiſtoria Controverſiæ Huberia næ MSCta, quæ eſt apud nos, Tomo I. p. 7. & 8 In qua duæ etiam Epiſtolæ ineditæ, alter Eberhardi à Weihe, p. 132. ſeq. & Petri Weſenbecii altera, p. 219. ſeq. in quibus inju riarum accuſatur Huberus in judicio aulic Dresdenſi, quod in præfatione Libelli contr Kimedoncium, perfidiæ, turbationis, & Crypto Calviniſmi eosdem reos fecerit. *S. Geſneri Orat de dignitate Pſalterii. P. Lyſeri Oratio de dicto. Zach* VIII. v. 19.

L. Hutteri Calviniſta Aulico-Politicus prior. Wittel 1614. Oppoſitus Joh. de Münſter Scriptori Au lico-Politico, qui peculiari opuſculo, Reformato eſſe veros, & genuinos, & γνησίως ſic dictos Lu theranos, propugnaverat, & id ſubdole egera ut Reform. Syſtema in Holſatiam introduceretu *Ej. Gründliche Antwort auf die ausgeſprengte Ber niſche neue Zeitung.* Witteb. 1614. In qua ma culæ ſimul deteguntur Speculi Sacramentari quod ſub Sal. Finckii nomine ab aliis vel conf

ctur.

ctum; vel expolitum eſſe dicitur. *B. Mentzeri Bericht von IV. Stücken Chriſtl. Lehre.* Magdeb. 1614.

L. Hutteri Calviniſta Aulico-Politicus Alter. Witteb. 1614. In quo Joh. Sigiſmundo Elect. Brand. Calvinianorum dogmata, quæ nuper receperat, à S. Finckio Conc. aulico illectus, exoſa redditurus Auctor ſic ea deſcribit, tanquam ſævi oſtia ditis.

B. Mentzeri tetras Artic. Chriſt. relig. Latine reddita à M. J. P. Ebelio. Giſſæ 1713.

Chriſt. Pezelii Demonſtratio impoſturarum Æg. Hunnii. Bremæ 1591. Scilicet, Oſcitante uno oſcitat & alter. Et acerbe contra reformatos ſcribenti Hunnio, Pezelius acerbius Reſpondet, & in ipſum nomen adverſarii ſuam effundit bilem, nec Hunnium eundem appellitat, ſed *Hun* tantummodo, ut p. 6. ſeq. *Joh. Wigandus de generatione filii, an cogitando generetur?* Francof. 1591. Dimicans contra Ph. Melanchthonem, qui in locis ſuis Theol. hoc παράδοξον invulgaverat.

Alexii Mogioroſi Panoplia Chriſtiana. Franequeræ 1645. Hunno Tranſſylvanus eſt Auctor, ignotus Davidi Czvittingero in ſpecimine Hungariæ literatæ. Qui, qua ratione legenda ſit SS. ad theſin confirmandam, & antitheſin adverſariorum diſturbandam, non equidem inepte docet, ſed τῇ ὑποθέσει δουλεύων ad voluntatem Calvini eam nimium detorquet. (2) *F. Spanhemii Epiſtola ad Davidem Buchananum de controverſiis* quibusdam Anglicanis. Lugd. Bat. 1646. Scripta in favorem Epiſcopalium vel Hierarchicorum,

ad presbyterorum propugnacula diruenda, Philoſophiæ & Theologiæ purpura egregie tincta; & illuſtri hoc Auctore non indigna. (3) *Lud. Crocii diſſertatio de diſſidiis Theologicis vel tollendis vel minuendis.* Bremæ 1645. Meletema Henoticum, placidum, pium, doctum. (4) *M. J. P. Felwingeri Vindiciæ incarnationis Chriſti contra Val. Smalcium*, pro Alberto Grawero. Norimb. 1638. In quibus Auctor p. 177. fruſtra colorem quærit phraſi Melanchthonianæ, qui in Refut. Serveti ſcripſit; *Æternus pater eſt veluti mens. Hic ſeſe intuens & perfecte cognoſcens, cogitatione illa gignit ſuam imaginem.* Hæc enim jam ab aliis noſtræ Eccleſiæ Theologis eſt rejecta. Nec in refutatione Serveti tantum à Melanchthone uſurpata, ſed & in Examine ordinandorum. Et quidem ſine vocula, *Veluti*, quam Felwingerus velut Sindonem huic ulceri prætexere annititur.

G. Vecheri Stifftung des Abendmahls. Briege 1674. *Th. von Kneſebeck, warum er reformiret worden.* 1614. *J. A. Comenii Antwort auf die Frage, ob Chriſtus ſich ſelbſten auferwecket.* Liſſa 1638. Quod ultimum opuſculum oppoſitum eſt Melchiori Scheffero Sociniano, qui in peculiari opuſculo dofenſitaverat, Chriſtum non alia ratione ſurrexiſſe de mortuis, quam Lazarum, Lutherumque vocem ἠγέρθη paſſive explicandam non vertiſſe, *Er iſt auferwecket;* ſed pervertiſſe, *Er iſt auferſtanden.*

Phil. Nicolai Examen Examinis Pieriani. Lipſ. 1603. *Urbani Pierii Abfertigung Ph. Nicolai.* Bremen 1603.

Urban

Urbani Pierii Abfertigung Philippi Nicolai. Bremen 1603. *Ph. Nicolai Wiederkunfft auf die Abfertigung.* Leipzig 1603. *Urbani Pierii Apologia.* Bremen 1603. Nicolaus Crellius Crypto-Calvinianorum in Saxonia coryphæus. 1601. d. 9. Octobr. Dresdæ capitis pœna affectus eſt. In cujus concione funebri cum Urbani Pierii, Crellii quondam amici & adminiſtri, ejusque Theologiæ non optima facta eſſet mentio, Pierius 1602. edidit Examen *der in D. Nic. Krell Leich-Predigt vorgebrachten Beſchuldigungen.* Atque hinc natum eſt illud duellum inter Nicolaum & Pierium, quo durante hæc Eriſtica ſoboles excluſa eſt, in qua ſcurrilitatis multum, humanitatis & gravitatis parum.

Theologorum Würtenbergenſium Examen des Büchleins, was die Reformirten Kirchen in Teutſchland glauben und nicht glauben. Tübingen 1608. Laudatum à L. Huttero in Calviniſta Aulico-Politico altero p. 255. Alibi. Nec nulla omnino laude dignum. In eo tamen non probandum prorſus, quod, quæ à quibusdam Reformatis ſparſæ ſunt doctrinæ, eæ promiſcue tribuuntur omnibus, adeoque imputatur Eccleſiæ, quod paucіores in Eccleſia delirarunt, contra manifeſtam ſtipulationem in præf. datam.

Martini Smiglecii nodus Gordius, ſeu de vocatione Miniſtrorum diſputatio. Coloniæ 1622. Edit. ſecunda. Non Gordii nodos contineri hoc libello, ſed diſſolutas ſcopas, docuit ex noſtratibus M. J. Donnerus in Jeſuita nodoſo 1623. edito. Et Joh. Biſſendorfius in refutatione nodi Gordii 1624. vulgata. E Socinianis, Joh. Vol-

kelius in diſſolutione nodi Gordii, Racoviæ 1613. 8. Et reſponſione ad vanam refutationem diſſolutionis nodi Gordii M. Smiglecii. Racoviæ 1618. 4. Et Valentinus Smalcius in notis ad Smiglecii refutationem vanæ reſolutionis nodi ſui Gordii 1614. 4. Quorum rationes Analyticæ ita differunt, ut hi in argumentis Smiglecianis Majorem impugnaverint inprimis; Illi Minorem. In quibus Biſſendorfius, Paſtor Paganus Hildeſienſis, ob reſolutionem nodorum Smiglecianorum nimis liberam, capitis pæna mulctatus eſt. Quod copioſius exponimus alibi.

J. Matthæi de unione perſonali & communione Idiomatum. Witteb. 1583. *W. Amlingii modeſta defenſio contra Joh. Matthæum.* Serveſtæ 1583 *Joh. Matthæi reſponſio ad W. Amlingii defenſionem* Witteb. 1584. Quibus omnibus ſi adjicias adhuc W. Amlingii Victoriam de Triumphato Communicat. Idiomatum reali, Poma Eridos habebis omnia, quæ durante hac controverſia in vulgus ſunt projecta, in quibus ita verſati ſunt Auctores, ut, uter ex iisdem Decori Theologic fuerit incurioſior, res anceps videri queat & ambigua.

M. Flacii Illyrici Scripta latina contra Adiaphoriſtas. Magdeb. 1550. Quæ Flacius in hac Sylloge ſcriptorum defendit & vera ſunt, & candido lapillo digna. Probata à Fechtio in Apparatu ad Epiſtolas Theol. p. 75. & Joh. Hornbeckio in ſumma controverſiarum l. IX. p. 650. & ipſa Formula Concordiæ c. X. p. 789. dummodo e non commiſiſſet, quæ diſcipulo minus ſunt digna & immoderata ſcribendi ratione Philippi Præ

cepto

ceptoris ſui, & lectoris animum à ſe abalienaſſet.

H. Ravensbergeri Εἰκὰς *quæſtionum Controverſiarum.* Marpurg. 1609. *J. Arminii Diſputationes* 24. Lugd. Bat. 1609. *J. Reineccii Artificium diſputandi.* Witteb. 1609. *H. Eckhardi Compendium Theologiæ Patrum.* Schleuſingæ 1609. *B. Mentzeri repetitio Mentzeriana.* Witteb. 1609. Monſtroſa collectio.

In qua Tros, Rutulus communi fœdere juncti,
Theiologi quidam Philoſophique ſimul,
Calvini, Arminii, Lutheri dogmate clari;
Attamen in quibus eſt rarior *Arminius.*

Arminius, inquam, notiſſimus Sectæ Arminianæ Sator, Stator, Creator. Qui ipſo hoc reparatæ ſalutis anno 1609. die 19. Octobr. ætatis 48. extremum effudit Spiritum. Ac licet ab ipſo nec collectæ in hunc faſciculum hæ diſſertationes, nec eo, quo in hac Sylloge viſuntur, ordine vel ſcriptæ vel digeſtæ ſunt; Elucubratæ tamen ab ipſo ſunt omnes, & publice ad diſputandum propoſitæ. Viſæ etiam ab eo adhuc hoc habitu & approbatæ. Quod miramur Caſparem Brantium, diligentiſſimum vitæ Jac. Arminii ſcriptorem, & doctiſſ. ejus Scholiaſten J. L. Mosheimium, oratione non attigiſſe, cum tamen, quâ occaſione & ſerie confectæ ab Auctore ſint, & quæ turbæ eidem à Gomariſtis iccirco concitatæ, luculenter expoſitum ſit à Brantio, & à Mosheimio in notis ſubjectis illuſtratum. Neutri enim hæc Syſtematis Theol. Arminiani Editio innotuit.

Unumſtoſslicher Beweiſs, daſs die Evangeliſche Kirche rechtmäſſige Prieſter habe. Gotha 1719. Opuſculum breve; Sed luculentum, ſplendidum, lacertoſum. Ex quo, velut Phidiæ ſigno, Auctorem licet cognoſcere, quem V. S. S. E. Cypriani fuiſſe exiſtimamus.

S. Huberi geiſtliche Sonnetten. Stockholm 1679. *J. T. Sprengeri Praxis Globi.* Jenæ 1691. *Anonymi Quäcker Quackeley.* Hamburg 1663. *J. Mülleri Irrthum der Wiedertäuffer.* Ibid. 1668. In qua puerili Sylloge ſcriptum poëticum teſtatur Auctoris ſui infantiam; Aſtronomicum peritiam; Theologicum primum conjunctam cum Eride affectuum intemperiem, ſecundum majus Theologiam orthodoxam juvandi ſtudium, quam robur.

P. Allingæ kurtzer Unterricht von der Kinder Tauffe. 1702. Opuſculum,

In quo non prorſus micula nulla ſalis.

J. H. Maji Diſſert. Sacræ. Francof. 1690.

Et pluteum cæſum, & demorſos ſapit ungues:
Hoc opus, æterno cumulandum laudis acervo.

Si per omnes Theologiæ locos ire licuiſſet Auctori, &, quam cœpit, telam ita pertexere, ut S. Schmidius Collegium ſuum Biblicum, ad cujus imitationem primum videtur inſtitutum. *Ej. Diſſert. Selectiores IV.* Ibid. *Athenagoræ Apologia pro Chriſtianis Gr. & Lat. ex Edit. A. Rechenbergii.* Lipſiæ 1684.

Joh. Chriſt. Rumetſchii Schediasma Hiſtorico-Theologicum de ultimi temporis conjecturis & Judæorum converſione. Francof. 1681. In quo dictio eſt non inurbana, Lectio vaſta, & rei literariæ ea notitia, ut præclarum quippiam in hoc argumen-

to

to efficere potuiſſet Auctor, ſi Linguarum Orientalium cognitione non fuiſſet deſtitutus, & Parentheſeωn, & digreſſionum accumulationi non ita indulſiſſet, quibus & obſcuram ſæpius reddidit orationem, & rei tractandæ aliena multa admiſcuit.

J. A. Freylingshauſen Entdeckung der falſchen Theologie. Halle 1718. Apologeticum hoc eſt ſcriptum, placido, modeſto, ſuavi, aperto orationis genere compoſitum, nec argumentorum pondere deſtitutum. In quo, quæ Pietiſtis omnibus, & Spenero cumprimis à D. G. C. Eilmaro adſperſæ ſunt heterodoxias maculæ, ab auctore ſunt dilutæ.

Dionyſii VVerlenſis Philanthon. 1676. Vir non indoctus, & ad hanc cauſam de Hagiolatria orandam, ſi quis alius, accommodatus; Sed in diſputando mordax, inficetus, illiberalis, & iis legibus non imbutus, quibus jubemur, *Parcere perſonis, dicere de vitiis.* Sophiſticationibus etiam & argutiis Scholaſticorum nimium adſuetus. Et doctrinam de cultu Sanctorum ita deſcribens, ut Pictores homines, ſcilicet formoſiores, quam ſunt. Etenim ſi iſtud docent Pontificii de hoc argumento, quod Auctor, aliud dicunt, aliud faciunt.

H. G. Neuſs Prüfung des Geiſtes und der Lehre Chriſt. Domocriti. Halberſt. 1701. Ubi probationi doctrinæ probatio Spiritus eſt anteferenda. Siquidem illa meticuloſior, languidior, imbellior. Hæc audacior, ſolidior, nervoſior. Utraque modeſta quidem, & decenti ſcripta pudore; At utraque contra ejusmodi adverſarium non ſa-

tis

tis armata, qui verbis & rebus, ingenio & judicio, haſta & ſcuto, inſtructus, univerſis Eccleſiis Chriſtianis dicam ſcribere non veretur.

Jacobi Laurentii Hugo Grotius Papizans. Amſtælod. 1642. In quo libello Laurentii cauſa eſt melior; Sed eruditio & dictio & tractandi ratio Grotiana pejor. Sermo maculoſus, modus diſputandi ſubagreſtis, res ex aliis compilatæ.

Lettres Paſtorales. Rotterd. 1688. III. Vol. Auctor eſt Petrus Juriæus, qui easdem Pontificiis omnibus, & Bouſſueto maxime, Nicolioque, & Peliſſonio oppoſuit, & totum Syſtema fidei Pontificiæ in iis peſſumdedit. Vir doctus, acutus, gravis, interritus; Sed bilioſus, & in Arianismi ſuſpicionem conjectus à Bælio in Dict. p. 356. H.

Orthodoxophili Idea Pietismi. Franckf. 1716. Charta dentata, vena non inſulſa conſcripta, nec ordine inconcinno, nec nullo prorſus eruditionis apparatu; Sed dictione impura, lutulenta, mordaci, rationibus armata frigidis, allegatisque quibusdam intempeſtivis, & oppido falſis. Pietiſtarum nomine infamans multos, qui nec tales revera ſunt, vel haberi volunt, aut poſſunt.

Theophili Betrachtung der Ideæ Pietismi. Franckf 1716. Cujus Auctor ſuperior eſt adverſario ſi ſpectes orationis caſtitatem, & animi modeſtiam, & dictorum ex SS. allegatorum numerum; Sed inferior, ſi ſtili vigorem, & ingeni acumen, & lectionis varietatem & copiam Nec aptus ad rem ejusmodi bellicam cum laud tractandam, utpote qui copias educit quidem Se

Sed adverſarii inſultibus vel plane non reſiſtit, vel leviori reſiſtit brachio.

Joh. Calvini heiliger Brod-Korb der H. Römiſchen Reliquien. Chriſtlingen 1583. Qui libellus à Joh. Calvino Gallice ſcriptus, à Nicolao Gallaſio 1548. in LL. verſus, & à Jac. Eiſenbergio in Linguam Germanicam translatus eſt, qui & præfationem præmiſit, & admonitionem quandam in fine ſuperaddidit, eumque neſcio qua cauſa motus, *Caniſtrum*, *Brod-Korb*, inſcripſit. Siquidem nec in Gallico nec in Latino exemplo habetur hæc ἐπιγραφὴ, nec argumento ſatis reſpondet. Dignus præterea, qui ſtudioſe lectitetur, & Analectis pluribus locupletetur, & argumentis gravioribus ad confundendos λειψανολάτρας inſtruatur.

Bienen-Korb. Chriſtlingen 1579. Gentiano Herveto, Theologo Lovanienſi, oppoſitum eſt hoc opuſculum, ab Iſaaco Rabbotenu (Magiſtro noſtro) ut, quam malè poſuerit operam Hervetus, oſtenderet, qui peculiari Epiſtola, errantes Lutheranos & Reformatos in viam revocare tentaverat. Et dici non poteſt, quam vaſta in Auctore ſit lectio, quanta rerum Hiſtoricarum, Philoſophicarum, & Theologicarum, cognitio, quam expedita argumentorum, quibus impetere nos ſolent adverſarii, enumeratio & arguta eorum enodatio. Sane ea parte potiſſimum pungit Pontificios, qua ſenſus eſt mollior, & vis percipiendi acrior. Eccleſiæ & SS. decreta ab iis allata, meras eſſe glaucomas, & facetas fabricas, & doctos dolos, ad incautos fallendos, &

& Theologaſtrorum nuditatem obvelandam, excogitatos. Et unicum hunc Cleri Romani eſſe ſcopum, αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Quod egregium argumentum utinam non inquinaſſet fœdo orationis genere, quod ejusmodi eſt in locis plurimis, ut Stercutium magis deceat, vel Satyrum, ac Pantomimum, quam Theologum. Unde & famæ optime conſuluit; quod nomen non expreſſit, quod nec Vincentio Placcio, nec aliis Pſeudonymorum inquiſitoribus, fuit cognitum.

Evangeliſches κατ' ἄνθρωπον. Sine loco 1727. Nova hæc eſt Methodus diluendi objectiones Pontificiorum, qua utitur Auctor, eaque ſua laude non defraudanda. Siquidem ingenioſa eſt, & facilis, & ad confundendos adverſarios peridonea; Sed quod in ea reſtat difficultatis, hoc eſt potiſſimum, quod eadem ratione & Reformati ſuum à nobis poſſunt expurgare divortium; Pontificii autem opponere diſparitatem diſceſſus ab ordine in Eccleſia à diſceſſu ab ipſa Eccleſia. Item inter reformationem fidei & vitæ. Et quæ facta eſt Pontifice Romano conſentiente, & diſſentiente. Et quæ ſunt alia.

M. Adolph Grot wahre Nachricht von der in Curland entſtandenen Controvers wegen der Formul des Kirchen-Seegens. Franckf. 1725. In qua ſi ſtatum cauſæ recte computaveris, ſcilicet; Utra ex duabus formulis benedictionis alteri ſit præferenda, bimembris an trimembris, Θεόπνευστος an non Θεόπνευστος, integra, an truncata? Facile apparet, quid de hac controverſia ſit exiſtiman

mandum. Liberum eſt omnino nobis, formula, Judæis divinitus mandata, uti in noſtris Eccleſiis, vel non uti; Sed non eſt liberum, eadem integra uti, vel truncata. Quæ enim Deus conjunxit, homo non ſeparet. Nec eſt in univerſa antiquitate exemplum, hæc verba mutilata in Eccleſia eſſe prolata; Imo in ea oppido deprehenditur contrarium (Confer Durandi Rationale L. IV. Parte IV. fol. 97.) Nec mere ceremonialis eſt hic benedicendi actus, ſed mixtus, ex ceremoniali & morali ratione compoſitus.

J. F. Buddei diſquiſitio de moderamine inculpatæ tutelæ in certaminibus Theologorum. Jenæ 1708. Scilicet orat ſuam cauſam Auctor Doctiſſ. non purgat. Semper enim petit id, quod eſt in principio. Et concluſiones ſuas ſubinde repetendo, verborum calamiſtris perſuadere ſtudet Lectori, eas eſſe veras, non argumentis Logicis. Auctoritatibus ſe tantummodo tuetur, non rationibus. Et id, quod maxime in quæſtione eſt, An Scriptores Sacri N. T. aliquando ad hypotheſes & loquendi formulas Cabaliſtarum alluſerint? Ita ſuſtinet p. 50. ut non moderamine quidem in hoc certamine, ſed armis caruiſſe videatur.

J. F. Buddei Moderamen inculpatæ tutelæ gründlich unterſuchet &c. 1708. (2) *Abfertigung der Beſchuldigung, damit ein Anonymus J. F. Buddei moderamen inculpatæ tutelæ verdächtig zu machen geſuchet.* Jenæ 1709. (3) *H. Klauſingii Vindiciæ contra J. F. Buddeum.* Witteb. 1709. (4) *G. Wernſtorff contra Buddeum und die Abfertigung der Beſchuldigung.* Ibid. 1709. (5) *M. B. Schultetus de doctoratu Theologico apud reformatos non aſſumendo.*

do. 1700. Sic rixæ ex rixis, & amaræ prælia linguæ. Ediderat G. Wernſtorffius 1706. Oſiandriſmum in Pietismo renatum, atque in eo J. F. Buddei Cabbalophiliam atro carbone notaverat. Cui cum Buddeus 1708. diſquiſitionem Theologicam de moderamine inculpatæ tutelæ oppoſuiſſet, quaſi claſſico cantato, ad arma itum eſt, & hæc Schediasmata Polemica in lucem prodire juſſa, quæ hoc volumine continentur. In quibus nec moderamen inculpatæ tutelæ obſervant, qui Buddeum in jus vocant, Wernſtorffius & Clauſingius, nec, qui cauſam ejus defendiſſe putatur, J. J. Syrbius. Usque adeo arduum eſt confligere ſine bile & ſtomacho.

Chriſtoph. Johannidis Dalby de Exorcismo & Gynæco-baptismo ſententiæ Doctorum. Herbornæ 1612. Quibus an confecerit auctor, quod conficiendum ſuſcepit negotium; Exorcismum in Baptismo hodie uſitatum per oſtracismum ex Eccleſia Chriſtiana ejiciendum; Et Gynæco-baptismum plane non admittendum, ne quidem in caſu neceſſitatis, Lectori relinquimus decernendum. Reformati ſane ſunt plerique, quorum ſuffragia afferuntur in hac Sylloge. Pauci Lutherani. Neque omnium ſenſus cum Auctoris ſenſu congruit. Infrequens tamen eſt libellus, & vel ho[c] nomine non plane in poſtremis habendus.

Caſparis Scioppii Epiſtola de ſua ad Orthodoxo[s] migratione. Ingolſtadii 1600. De qua ide[m] pronunciamus, quod Auctor p. 9. de Mornæi ope[-] re de *Eccleſia*, ſcilicet; nihil in ea deprehen[di] niſi tritas nænias. Non tamen iccirco eam p[u-] tamus eſſe ſpernendam. Etenim rara eſt. G[e-]

ne[-]

ere dicendi nitida. Et diſpenſationis nexu ſuaiter digeſta. Et, ſi quod deeſt argumentis ponus, id cauſæ magis videtur defuiſſe, quam eclamatori noſtro.

Joh. Jeveri Wiburgenſis Verzeichniſs allerhand Pieiſtiſcher Intrigen. 1729. Cujus Auctor in decreo Auctoritate Senatus Hamb. publice affixo, & ovellis etiam inſerto, non tantum de Deo & onoribus parum ſolicitus, (*ein GOtt und Ehrvergeſſener Menſch*) eſt appellatus, muneribusque uis & ornamentis exutus, & ſumma 10000. Marcarum multatus, ſed & hoc Schediasma in oro Hamburgenſi, ſpectante populo, & interonante infamiæ campana (*die Schand-Glocke*) nanu carnificis combuſtum.

Vates ſupplicii præſcius ipſe ſui.

ic enim hic Pſeudonymus claudit opuſculum, è ſalmo LXXIII. 20. *Herr, du macheſt ihr Bild in er Stadt verſchmächt.*

Franciſci Agricolæ Bibliſche Introduction von der atholiſchen Meſſe. Cölln 1580. Auctor, cui cau- defuit magis, quam ipſe cauſæ, quique hoc gumentum tam ſpecioſe tradidit, ut nemo an- eum, nec poſt eum quisquam, ſi Rob. Belrminum exceperis, qui ex hoc profeciſſe, & inentis hujus tantummodo quædam addidiſſe vietur; Dicendi facultate tamen ſuperior. Quæ ijusmodi eſt in hoc noſtro, ut cum regula ſeronis Germanici & conſuetudine eorum, qui telligunt, quid in loquendo & ſcribendo deceat, iid non, nequaquam conſpiret.

Petri Yvon Lehre von der Göttlichen Prædeſtination. tona 1673. Oppoſita eſt hæc Diatribe Virgini

Antoinette Bourignon, ejusque ſectatori P. Poireto. Qui l. 1. Oeconomiæ Divinæ c. XXVIII. §. 2. p. 377. in Scriptorem hunc, & ſcriptum hocce digitum intendit procul dubio, ubi dictitat, *Diaboli vox eſt, Deum vel Unum ſolum hominem ad damnationem creaſſe, aut æternæ morti deſtinaſſe.* Hoc enim eſt horrendum iſtud axioma, quod Auctor in hoc ſchediaſmate tuendum ſuſcepit, idque non occulte & quaſi intra velum; Sed aperte ſine ullo ſchemate, ſupralapſariorum diſciplinam ſecutus.

Joh. Crocii Bericht, wie GOtt die Sünde regiere, Rinteln 1667. In quo de difficillimo hoc argumento ita diſſerit Auctor, ut, ſi Reformati omne ita de eo diſſererent hodie, vel diſſeruiſſent olim vix putemus, inter nos & eos unquam diſſenſio nem intercedere potuiſſe, quod ad hoc capu fidei attinet. Plane enim in eadem eſt hæreſi, i qua H. Kromayerus in Theol. Poſitivo-Polemic Artic. V. th. IV. p. 317. & alii Eccleſiæ noſtr addicti.

F. H. Eickendorff Auguſtinus ab A. C. vindicatu ſive diſſonantia Auguſtanæ & Auguſtinianæ Confe ſionis. Hildeſiæ 1730. Recte Auguſtinus ab A. C vindicatus eſt ὰ ψευδερμηνεία, qua Pontificii eu dem collutulare ſolent. Et hactenus bene libel hujus Auctor. Qui male deinceps hanc ſua inſcriptionem explicuit, & explicatam pejus a huc comprobavit. Dum, quæ ex Auguſtin pro ſuſtinendis Eccleſiæ ſuæ placitis, attulit c cta, vel ambigua ſunt, vel mutila, vel ad ſtatu cauſæ non ſpectantia, vel à ſenſu Auguſti aliena, vel Concilii Tridentini potius, qua

A. (

. C. decretis adverſa. Nec Germanice adferri
ebuiſſet A. C. textus, ſed latine; quo idioma-
: & ipſe ſcriptus eſt à Philippo, & Teſtimonia
uguſtini in ea adducta ſunt.

IN DUODECIMO.

G*Uil. Ameſii Bellarminus Enervatus.* Amſtelod. 1638. Mirabile vocat hoc Compendium
I. Nethenus, Theol. Ultraj. in Præfat. Op. Ameſii
658. Et ipſe, qui Ameſio juxta & Gerhardo
randem dicam ſcripſit, Vitus Erbermannus,
eſuita & Herbip. PP. in Præfat. Bellarmini Vin-
icati, Herbipoli 1661. in 12. impreſſi diſerte
ribit, Vix alium illo malam cauſam egiſſe me-
us, à perſpicua brevitate ſtili, & ſimplici
S. uſu laudandum, & ultra 30. annos à Ponti-
ciis non tactum. Ej. *Philoſophemata.* Lugd. Bat.
643. Rariora, argutiora, παραδοξώτερα.

J. Aymon Verwandelungen der Römiſchen Religion.
Iannover 1702. Opuſculum non ex quantita-
: molis, ſed virtutis æſtimandum, acutum,
rave, ſolidum, & dignum, quod à Dn. Beſeke-
o, ad D. Lamberti poſtea apud nos paſtore, in
inguam Germanicam traductum eſt.

*J. B. Bouſſuetus de la Communion ſous les deux
ſpeces.* Pariſ. 1682. Auctor ſingulari dicendi
avitate præditus, nec eruditionis apparatu,
ıt dexteritate eadem opportune utendi deſtitu-
ıs, qualis eſſe debet, qui lethale mulſum ap-
arat, & id agit, ut Proteſtantes in ſinum
cclefiæ Romanæ revocet. *Fiſtula dulce canit &c.*

Preſervatif contre le changement de Religion. 1682. Auctor eſt Petrus Juriæus, Reformatorum Promachus, & J. B. Bouſſueti adverſarius perpetuus. Qui, cum in Expoſitione Doctrinæ Catholicæ ab ea parte conſpicienda dediſſet Pontificiorum placita, qua nitent, verſa facie oſtendit illa Juriæus à parte altera, qua alunt monſtra, & hac ratione machinis apertis cuniculos Henotico confundit.

V. Alberti Intereſſe Religionum. Lipſiæ 1683 Quod argumentum Auctor *primus* in Theologi excuſſit, laudatus iccirco à J. P. Spenero *in de vertheidigten Unſchuld* p. 10. Et laudandus omni no à facilitate ſtili, concinnitate methodi, & novitate ac ſelectu materiæ. Et in eo tantum modo humani quippiam paſſus, quod in quibus dam fidei Articulis verum intereſſe partium vel non perſpexerit, vel ſi perſpexit, prodere nolue rit. *A. Pfeifferi Theologia in nuce.* Meiſſen 168 In qua multa præclara; Sed plura interdum i concluſionibus, quam fuerunt in præmiſſis. *Vi Brieffe derer aus Franckreich geflüchteten Reformirte* Witteb. 1686. Perutiles ad Hiſt. perſecuti num noſtri temporis, nec non ad doctrinar redargutionem &c.

V. Alberti Intereſſe Religionum Germanice. Lipſ 1686. Cum ab Auctore ipſo, tum ab aliis Linguam Germ. traductum, idque non invi cœli benignioris aura, nec repugnante fortur *B. Bebelii Bericht von Fron-Leichnams Feſte.* C acceſſit Anonymi Pontificii *Rettung dieſes Feſt* In qua Bebelius plagii, confuſionis, multaru anomaliarum arguitur. *Bebelii Vertheidigung*

nes Berichts. Strasburg 1685. Ob quam Apo-
ogiam, Joh. Fechtio teſte in præfatione in Tar-
novii Threnos Jeremiæ, perduellionis ab ad-
verſariis inſimulatus Bebelius, cuſtodia domeſti-
ca multatus primum, tum à lictoribus publice
n Prætorium deductus, & captioſis quæſtioni-
bus tentatus, tandem judicio Regis Galliæ, ad
quem eo tempore pervenerat Argentoratum, ab-
olutus, & accuſatoribus Jeſuitis, ut refellerent
objectiones Bebelii, impoſitum eſt. *G. Mylii*
Harmonia Patrum & Lutheri. Leipzig 1675.

D. V. Alberti Intereſſe Religionum Germanice. Lip-
æ 1690. (2) *Nic. Hunnii Bericht von der Rö-
iſchen und Evangeliſchen Kirche.* Item *B. Meis-
eri Beantvvortung der Frage, vvo die Lutheriſche
eligion vor Luthero gevveſen?* Leipzig 1697. Bre-
s uterque, ſed gravis, & acutus, & ſolidus,
: ad os obſtruendum iis, qui religionis Ponti-
ciæ cauſam agunt, peraccommodatus.

Joh. Muſæi Vindiciæ pro ſtilo N. T. Jenæ 1642.
cilicet M. Jacobus Groſſius in Civitate Ham-
urgenſi V. D. M. Joh. Muſæum novitatis pa-
doxologiæ, impietatis, & blaſphemiæ accuſave-
t, quod ſcripſerat; Eam ſententiam, quæ
arbarismos & ſolœcismos N. T. ineſſe aſſerat
non ut SS. auctoritatem & certitudinem ne-
et; Sed ut diſcrimen diſcentibus proponat, in-
er Græcanicæ elegantiæ puritatem, &, quæ huic
nguæ aliunde admixta eſt, impuritatem) non eſſe
npiam & blaſphemam. Atque hinc natæ ſunt
æ vindiciæ. In quibus eſt quidem genus dicen-
concertatorium; Sed pro intemperie, qua uſus
at adverſarius, ſatis adhuc quietum & mode-

 ratum.

ratum. Ordo autem ad filum impugnatoris eſt accommodatus, & argumentum ipſum ita eſt comparatum, ut & novitate ſe commendet, & raritate, & ejus, qui manum eidem immiſit, induſtria & acumine. *Andreæ Oſiandri Papa non Papa* Francof. 1610. Qui ſecutus Matth. Flaci exemplum, ea via, quæ κατ' ἄνθρωπον dicitu Philoſophis, Pontificios adortus, nolentibu etiam extorquere conatus eſt, Doctrinam Pro teſtantium nec novam eſſe, nec hæreticam, ne ob diſſenſum doctorum quorundam rejiciendam Atque hæc Methodus doctioribus ita probav ſe, ut plures poſtea eodem ſint uſi, Joh. Ge hardus in Confeſſione Catholica, & Bellarmin Orthodoxiæ teſte, J. G. Dorſcheus in Thom Aquinate, Ant. Reiſerus in Joh. Launojo, ver tatis confeſſore, P. Colomeſius in Roma Pr teſtante, Samuel Stryckius in præſidio Religi nis Evangelicæ ex Jure Canonico. Alii.

Laur. Lælii Scriptura loquens 1629. Ej. *V alten Catholiſchen Glauben.* 1626. Ej. *Von a Kirchen und Abendmahl.* 1628. *Æterna dign lauro Laurentius hicce.*

J. F. Mayeri Lutherus Apocalypticus. Leipzig 167 Ej. *Vindiciæ Lutheri Apocalyptici.* Ibid 1678. I *Reines Gevviſſen vvegen des Papiſtiſchen Catechism* Leipzig 1677. Ej. *Schönmannus αὐτοκατάκριτ* Jenæ 1678. In quibus omnibus

Lectio multa, ſtilus vivax, & maſcula virtus.

Bebelii Evangeliſche Glaubens - Krafft. Stra burg 1689.

J. Hi

J. Himmelii Anti-Maierus. Lipſ. 1653. Planus, ſuccinctus, ſolidus. *Anonymi Muſagetes de ſtudiis recte inſtituendis conſilium.* Cujus Auctor eſt J. H. Urſinus, teſte V. Placcio in Theatro Anon. p. 376. *Calixtiniſcher Papegey-Glaube.* 1659.

Quæ Satyra eſt mordax, calamo conſcripta maligno.

G. Ameſii Diſceptationes cum Eſtii quadam oratione, & Anonymi Theſibus Theol. Lugd. Bat. 1633. In quibus Ameſius eſt facilis. Eſtius diſertus. Anonymus ſubtilis, ſed perobſcurus,

Omnes jurantes Calvini in verba Magiſtri.

Anonymi Diſſert. Monitoria ad D. M. Höe directa. Francof. 1616. Cujus Auctorem Chriſt. Becmannum eſſe conjicimus, harmonia ſtili & argumenti illecti, quæ eſt inter ipſam & Anatomiam univerſalem, quam Becmannum ſub ficto nomine Chriſt. Maſſonii vulgaſſe ſupra indicavimus, & cujus hæc diſſertatio eſt quaſi Prodromus.

J. G. Lembach hiſtoriſche Todten-Poſt. Dresd. 1690. *Vertheidigung der Evangeliſch-Lutheriſchen Religion.* Francof. 1685. Cujus Auctor eſt D. H. G. Maſius, qui Gallica Lingua conſcripſit hoc opuſculum, cum 1682. Legati Danici in Gallia eſſet à concionibus, dignum omnino, quod in Linguam Germ. eſt traductum, ob brevitatem cum ſoliditate & acumine conjunctam. *Anonymi Religion eines ehrlichen und rechtſchaffenen Menſchen.* 1695. Ex Anglico ſermone, ut habet titulus, in Linguam Germ. translatus tr. quo traditur ratio inveniendi veritatem Religionis Chriſtianæ, ductu ſolius

luminis naturæ, & ſimul varia inſperguntur *παράδοξα.*

Phil. Jac. Speneri pia deſideria. Francof. 1680. Ej. *Natur und Gnade.* Ibid. 1687. Ej. *Klagen über das verderbte Chriſtenthum.* Ibid. 1687.

Phil. Jac. Speneri Sendſchreiben wegen ſeiner Collegiorum pietatis. Franckf. 1677. Ej. *Allgemeine GOttes-Gelahrtheit.* Ibid. 1680. Ej. *Innerlicher und geiſtlicher Friede.* Ibid. 1686. Ej. *Dresdniſcher Abſchied und Berliniſcher Anſpruch.* Ibid. 1691. In quibus omnibus excellunt quidem præ aliis (*a*) Pia deſideria. (*b*) Natura & gratia. (*c*) Theoſophia Catholica, *Allgemeine Gottes-Gelahrtheit;* Sed tamen nec reliqua ſua deſtituuntur dignitate. Siquidem Theologorum noſtræ ætatis omnium phœnix fuit Spenerus, Vir plane ultra vulgarem Eruditorum aleam evectus, multarum linguarum, artium, ſcientiarum, & rerum peritia inſtructus, inſigni facultate apprehendendi, reminiſcendi, & judicandi donatus, pietate, candore, humanitate, ſedulitate & omnium virtutum corona condecoratus, ſexcentis fortunæ fluctibus jactatus, ſummis ſemper honoribus per 42. annos in Eccleſia defunctus, nec paucioribus inimicis, quam amicis, circumvallatus, varia rerum Theol. cognitione ad miraculum usque eruditus. Alter in reformanda vita Chriſtianorum Lutherus.

Dionyſius Werlenſis Meſs-Berichter. 2. Vol. Hildesheim 1701. Titulus illepidus libelli non prorſus illepidi. In quo Auctor doctus, placidus, navus, contendit, nec phraſes, in Miſſæ Sacrificio uſitatas, v. g. *opus operatum*, dummodo recte

recte intelligantur, nec ipſum opus Miſſæ rite peractum à mente librorum Symbolicorum & doctorum antiquorum in Eccleſia Lutherana, eſſe alienum, & Canonem illum πολυθρύλλητον, *Extra uſum non eſſe Sacramentum*, ſeculo demum XVII. ineunte à recentioribus eſſe adſcitum &c. Plus tamen acerbitatis habet ſtilus Auctoris Parte II. quam P. I.

Religionis Romano-Catholicæ fundamentum, Securitas & Veritas. Hildeſiæ 1712. Autor eſt R. P. Schmidmann, Soc. Jeſu Theologus, & collegii Jeſuitarum Hildeſienſis olim Rector. Homo peracutus & callidus, ſed præſtigiis pugnans, non lateribus, & palpum objiciens Lectori, non pugnum, animosque confundens magis, quam expugnans, aut frangens, aut ad aſſenſum pelliciens. Tenue eſt enim mendacium, perlucet, ſi diligenter inſpexeris.

Inſtructio brevis de celebranda & audienda Miſſa. Hildeſii 1697. De qua nihil dicam amplius quam quod Chriſtus dixit Matth. XV. 9. Fruſtra me colunt, docentes doctrinas, quæ ſunt mandata hominum. Etenim de univerſo hoc negotio ne γρῦ quidem extat in SS.

J. B. Carpzovii Predigt von der groſſen Hure. Apoc. 17. Leipzig 1678. Concio Polemica J. V. Wanslebio oppoſita, qui in peculiari tractatu, huic Homiliæ annexo, c. 17. Apoc. de Lutheraniſmo intelligendum eſſe ſcripſerat, exagitatus iccirco à Carpzovio, tum in Progr. Academico, tum in hac Orat. Eccl. Sed acerbius ferè, quam decet

Chriſti diſcipulum, & tanti nominis Theologum.

A. H. Francken Beantwortung eines Sendſchreibens. Halle 1706. *Facult. Halenſis Theol. Verantwortung contra J. F. Meierum.* ibid. 1706.

Dan. Hartnaccii Deductio, Jeſuitas moliri quævis periculoſa. Lipſiæ 1674. Quæ tota ex Eliæ Haſenmülleri & Ludovici Lucii Hiſtoria Jeſuitica eſt compilata. (2) *Tobiæ Vogelii de memoria libellus.* Jenæ 1676. E diſſertatione Academica in hanc formam transfiguratus. (3) *J. G. Zeidleri Fiſcologia.* Francf. 1675. Schediaſma per jocum ab Auctore exaratum, ut Philoſophos lepida procacitate deridendos exhiberet. (4) *Sam. Bocharti diſſert. Epiſt. de Quæſtione, Num Æneas unquam fuerit in Italia?* Hamburgi 1672. In qua contendit Virgilium fumos vendidiſſe Lectoribus; Æneam enim cum ſuis nunquam Aſia egreſſum, nec ullum in Italia condidiſſe regnum. Et id quidem παραδόξως; Sed ingenioſe, & exquiſite, & eo doctrinæ apparatu, ut appareat, Auctorem fuiſſe Virum in linguis & lectione auctorum veterum, & antiquitatibus cumprimis Phrygum ac Romanorum verſatiſſimum. (5) *Mus Exenteratus.* Lipſ. 1677.

M. Joh. Hier. Wigleben Alter Glaube. Halle 1698. Libellus talis, qualis eſt Auctor ipſe, pius, placidus, apertus, nulla arte, nulla ſimulatione coloratus. Catecheticus externa ſpecie; Sed eas omnes controverſias complectens, quæ eo potiſſimum tempore inter noſtrates ſunt agitatæ, quo *Pietiſtarum* nomen cœpit innoteſcere. In quorum numero & hic noſter ſemper eſt habitus,

tus, H. A. Franckii collega, ſucceſſor, & amicitia ac ſenſu conjunctiſſimus.

Nicolai Hunnii Apoſtaſia Eccleſiæ Romanæ. Lubecæ 1632. Libellus optimus. In quo tam graviter & copioſe, & ſubtiliter, contra Pontificios diſputat Auctor, ut proximum à Chemnitio, Flacio & Gerhardo locum occupare mereatur. Vir in ſcriptis adverſariorum egregie verſatus, & maxime omnium, quos quidem legerim, grandis, &, ut ita dicam, tragicus diſputator.

Caput VIII.

DE SCRIPTIS THEOLOGORUM RECENTIORUM HENOTICIS.

In Quarto.

M. *Hannekenii Irenicum Catholicum Evangelicum.* Lubecæ 1663. Oppoſitum Thomæ Henrici Jeſuitæ Friburgenſis Irenico, & refutatum poſtea ab Adamo Burghabero Jeſuita; Sed ita, ut & ſuis, & Hannekenii armis, facile frangi ac retundi Burghaberus queat. Et perlepidum ſane hoc fuit bellum de pace inter tres milites ſeptuagenarios.

Fr. Dionyſii Werlenſis Via pacis ſive tr. Irenicus. Hildesh. 1686.

Dignus

Dignus, quem volvas, & acuto lumine luſtres,
Ob multam auctoris lectionem, & pacis non fucatum ſtudium, & rerum ordinem, & orationis continentem moderationem; Sed ita adornatus, quaſi in uno tantummodo articulo de Juſtificatione inter nos & Pontificios eſſet diſſenſio.

G. Calixti Animadverſiones in Confeſſionem Ref. Thoruͤnenſem. Ej. Et Godofredi Hottonis Gutachten von denen Streitigkeiten zwiſchen den Lutheranern und Reformirten. C. Dreieri gründliche Erörterung. G. Calixti VViederlegung D. J. VVellers und D. J. Hulſemanns &c. Irenicis in hoc volumine miſti ſunt polemici. Et in iis excellit G. Hotten, Paſtor Eccleſ. Reformat. Amſtelodamenſ. In his C. Dreierus. In Utrisque G. Calixtus acerbius hoc nomine tractatus ab A. Calovio in Hiſtoria Syncretiſtica p. 586. ſeq. ut C. Dreierus in Conſiliis Theol. Witteb. P. I. p. 912-927.

Relatio Colloquii Caſſel. cum obſervat. S. Mareſii. Relatio eadem ſine obſervat. J. Hoornbeckii diſſert. de conſociatione Evangelica. VVittenbergenſium Epiſtola una cum Epicriſi de colloquio Caſſellano. Rintelenſium Epiſtola Apologetica. Eorundem Vindiciæ adverſus Epicriſin VVitteb. H. M. Eccardi Bedencken über das Geſpräche zu Caſſel. Ej. Vertheidigung ſeines Bedenckens. I. Tentzelii Bericht von Kirchen-Frieden zu Caſſel. A. Calovii Iudicium de Syncretiſmo D. Dreieri. Anonym. Theol. Bedencken über G. Calixti Verlangen von der Kirchen-Einigkeit. Egregius hic eſt faſciculus, in quo, licet turbata ſint nonnulla Bibliopegi oſcitantia, pleraque tamen continentur,

tur, quæ ad Colloquium Caſſelenſe Irenicum pertinent, quod mira fide ac ſinceritate ab utraque parte cœptum ac finitum; quantum poſtea detrimenti attulerit rebus Lutheranorum Rintelenſibus, patet ex judicio G. Molani & G. G. Leibnitii, quod addidit *E. Neumeiſter ſuo tr. von Vereinigungs-VVeſen.* p. 73. ſeq. Et E. S. Cypriani tr. egregio *von der Vereinigung der* Proteſtanten, in additamentis. p. 109.

VVittebergenſium Antapologia contra Rintelenſes. J. Meiſneri Irenicum Durnæanum. B. Meiſneri Colloquium Adiaphoriſticum. A. Calovii diſcuſſio tr. C. Dreieri, An Deus poſſit dici peccatorum cauſa per accidens? Hic Tomus eſt quaſi continuatio Tomi præcedentis. Caſſelanum enim Colloquium ad mentem J. Duræi, Ex-Monachi, & univerſalis eo tempore in Europa per 40. annos Apoſtoli Irenici, adornatum eſt. Et patet ex utroque, ex ſcriptis Irenicis ſemper nata eſſe Polemica, & pacem Eccleſiaſticam per Inſtrumenta pacis non ſtabilitam, ſed profligatam.

A. G. Voluſii Aurora pacis religioſæ &c. Moguntiæ 1665. Aurora lutea, ab Apoſtata emiſſa, qui ne genium quidem LL. recte intellexit, nedum fidei Chriſtianæ. Et cujus Caſtigationes Mareſii non tantum ſed & ipſum hoc, opuſculum oſtendit ſatis, quam aptus fuerit ad negotium pacis conficiendum. Irenicum enim cum ſe ſimulat, totum eſt Eriſticum. *Ej. Caſtigationes Mareſii. I. Meiſneri Compendium Theologiæ. G. Titii diſſert. contra Ed. Herbertum. I. Meiſneri Majeſtas SS. I. A. Quenſtedii Plerophoria Lutherana.*

VV.

VV. Frantzii de Indulgentiis Pontificiis. Theol. Ienenſium gründlicher Bericht von I. M. Stengers Irriger Lehre. I. M. Stengers Apologia contra Ienenſes. J. Hildebrandi Schutz-Schrifft contra P. C. Sevenſtern. I. Muſæus von der Secte der Gevviſſener. F. V. Calixti quædam contra Calovium. B. Meiſneri Oratio de Chriſtiano. I. Major de impedimentis converſionis. M. H. Ammersbachii fliegender Brieff. Ej. Cathedra Moſis. I. Titii Reden.

Volumen Scriptorum Irenico-Polemicum, Pfaffianorum & Anti-Pfaffianorum, diverſis locis annisque editorum. Scilicet ex ſchedis Irenico-Polemicis, quarum ab A.C. 1718. usque ad A. C. 1724. in noſtra hac Germania ultra 200. in lucem prodierunt, XXIV. tantummodo hoc faſce ſunt collectæ; Sed eæ primæ ac præcipuæ, & in quibus cardo totius negotii continetur, quod magno fervore à J. C. Klemmio & C. M. Pfaffio, aliisque cœptum, renitentibus aliis, & cornua iisdem obvertentibus, ſenſim intepuit ac refrixit.

Anonymi Kern der Geſchichte von den Conſtitutions-Streit. 1721. Non caſſa hæc nux eſt, ſed ſuavi melle repleta. *C. M. Pfaffii Orat. Acad. Hexas* Tubingæ 1721. Stilo non quidem ubique limpido, & æquali, & claſſico, ſed florido tamen ſcriptæ, bonoque ordine digeſtæ, & rebus ſelectis ceu floribus reſperſæ.

Anonymi aufrichtiges Bedencken über die zu Tübingen vorgeſchlagene Vereinigung der Proteſtirenden. Jenæ 1722. Auctor eſt J. M. Fœrtſchius, SS. Th. D. & P. P. Ienenſis eo tempore, olim Tubingenſis, qui Iudicium hoc oppoſuit I. C. Klemmii tr. *von der nöthigen Glaubens-Einigkeit der Pro-*

teſt.

teſtirenden Kirche, qui poſtea in LL. translatus prodiit ſub titulo, *Schediaſma Irenicum &c.*

C. M. Pfaffii geſamlete Schrifften. Halle 1723. Pars I. & II. Decas hæc eſt ſcriptorum Irenicorum, Latine à C. M. Pfaffio editorum, & in linguam Germ. translatorum. Quæ quot quantasve inde ab anno 1718. excitarint contentiones in republica Civili, Eccleſiaſtica, & literaria, lippis eſt notum ac tonſoribus. Laudata ſunt ab his, culpata ab aliis. Et bellum ex his pacis conſiliis exortum tam fuit anceps & ambiguum, ut difficulter definiri queat, utra Sectarum fuerit potior, Irenica an Polemica?

C. M. Pfaffii Quatuor diſſertationes Irenicæ. Tubingæ 1722. In quibus multa præclare, argute, & excellenter cogitata; ſed & quædam audacius, & ambitioſius, & imperioſius expreſſa, quædam etiam non ſatis concocta, & ad maturitatem deducta. *Cypriani & Pfaffii Brieff-Wechſel von der Vereinigung, nebſt kurtzer Anführung und beſcheidener Beurtheilung Herrn Pfaffii Leben und Schrifften.* 1722. Quæ criſis eſt ſobria, modeſta, gravis, ex guſtu proprio, non alieno, petita.

D. Nerreter nothwendige Einigkeit der wahren Chriſtlichen Kirchen. 1724. Qui Arndii, ut videtur, filum ſecutus L. I. V. C. c. 18. & 19. vel, ſi mavis, Sam. Strimeſii, cujus vide ſis *Vertheidigung des Kirchen-Friedens*, contra Anonymum p. 139. ſeq. ab agendis putat in negotio Irenico faciendum eſſe initium, & hoc etiam atque etiam inculcandum, unicum eſſe tantummodo reli-

religionis Chriſtianæ articulum fundamentalem, *Fidem per amorem debere efficacem*, eamque nos avulſos à Deo cum eo rurſus conjungere. Quo ipſe abit à Pfaffii, Klemmii &c. decretis Irenicis, qui nullum inter nos & Reformatos contendunt eſſe diſſenſum fundamentalem, & ſi ſit, eſſe tolerandum.

Theophili Philireni einige wohlgemeinte Dubia Irenica &c. 1725. Quorum Auctor eſt Sylveſter Tappius, S. S. Theol. Lic. Paſtor Hildeſ. ad D. Andreæ fideliſſimus, Collega noſter per plures annos dulciſſimus. Vir, cujus doctrinæ & meritis laus debita eſt deferenda, delata etiam à nonnullis v. g. Stephano Vito in Apologia Synodi Dordracenæ §. 33. p. 222. Aliis. Hujus enim rei teſtes ſunt plures, quos ex ſe promſit & in lucem edidit, ingenii præſtantis & eruditionis non vulgaris fœtus. In quibus eſt, quem præſentem ſpectas, Aporetico-Irenicus. In quo præter nativam dictionis ſuavitatem exerit ſe multa lectio, & acutum judicium ſincerumque pacis Eccleſiaſticæ ſtudium, cum Theologica gravitate & modeſtia conjunctum. Quæ eo pretioſiora erunt æquis rerum æſtimatoribus, quo rariora ſunt hodie.

Euſebii Philathetæ Syncretiſmus religionum. 1722 Pfaffii cumprimis & Klemmii conſiliis Henoticis oppoſitus. Et ſtilo quidem non inelegant ſcriptus; ſed acerbiore tamen, quam decebat, & quam Auctor in præfatione ſe ſcripturum recc perat.

Concordia Evangelicorum MSCta. Cujus Aucto eſt Hermannus *von der Hardt*, Vir portento

inge

ingenii, variæque doctrinæ, & indefeſſæ prorſus ſedulitatis; ſed rerum novarum ita cupidus, ut fere nihil ſuperſit in republ. literaria, quod non inverterit. Hic enim excitatus tot conſiliis Henoticis, quæ inde ab A. C. 1718. usque ad A. C. 1724. à quibusdam data, & ab aliis rejecta ſunt, priorum partibus ſe adjunxit, & in hac Commentatione MS. & ἀνεκδότῳ adhuc defendit. In diſputatione

(1) *De Prædeſtinatione* manifeſtam eſſe ignorationem Elenchi. Prædeſtinationem enim in SS. nihil aliud eſſe, quam deſtinationem, vel decretum Dei, de Judæis præ gentibus ad regnum Chriſti vocandis. Non autem decretum Dei de hoc vel illo ſalvando, & alio reprobando. Atque hoc poſito, ilico omnes controverſias inter nos & Reformatos evaneſcere.

(2) *De Sacra Cæna*, Chriſtum in inſtitutione ejus nihil feciſſe, quod Judæi in comedendo agno Paſchali non fecerint, verba tantummodo perpauca immutaſſe, & ritum antiquum in alium finem traduxiſſe. Cum enim Pater familias, finita cœna Paſchali, panis conſecrati particulam olivæ magnitudine comedendam, & calicem benedictum bibendum, ſuis diſtribuerit, in memoriam liberationis Ægyptiacæ; Chriſtum auctorem fuiſſe ſuis diſcipulis, ut, ſervato eodem hoc ritu, id facerent in poſterum, in memoriam ſui & ſuæ mortis. De diſtributione autem corporis & ſanguinis ſui ne per ſomnium quidem cogitaſſe.

(3) *De Attributis perſonæ Chriſti.* SS. neſcire doctrinam de Communicatione Idiomatum, & multa alia in Articulo de Chriſto hodie controverſa. Totumque Chriſtianiſmum conſiſtere in praxi & Spiritu, non autem in theoria & ſpeculationibus.

Atque hæc omnia mira verborum luxuria, & rerum earundem iteratione, tuenda ſuſcepit Auctor in Articulo

Primo Non omnino nullam laudem promeritus.

Secundo Teſtimoniorum ex monumentis Judaicis producendorum oblitus.

Tertio Obiter tantummodo verſatus, & ſuam de Chriſto ſententiam non ſatis candide profeſſus.

Georgii Meyeri Judicium von der Freyheit des Glaubens, Sine loco 1585. Opuſculum plenum pietatis, prudentiæ, ſuavitatis, moderationis & variæ lectionis.

IN OCTAVO.

GEorgii Caſſandri conſultatio de religionis Articulis inter Catholicos & Proteſtantes. Lugduni 1612. Ultimum hoc opus eſt, & quaſi cantio cygnea Caſſandri, quam cecinit in his terris Ferdinandi 3. Imperatoris juſſu. Laudata præ cæteris in lapide ejus ſepulchrali, Coloniæ in templo Franciſci eidem poſito. Quo ipſo & iis os obſtruitur, qui contendunt eundem morti vicinum hoc opuſculum recantaſſe; Et iis non ſpernendus additur calculus, qui in Caſſandri

ſcriptis

ſcriptis hoc putant eſſe optimum & lectu digniſſimum. Sane orationis genus in eo temperatum eſt & quietum. Methodus confeſſioni Proteſtantium Auguſtanæ accommodata. Res autem ejusmodi, ut appareat, Auctorem fuiſſe Virum, in SS. & lectione Patrum & Scholaſticorum egregie verſatum. Candidum etiam & generoſum veritatis Evangelicæ teſtem. Sapientem quoque, & ad tollenda ſchiſmata, & ad concordiam in Ecclesia reſtituendam præclara conſilia ferentem; Laturus meliora, ſi linguæ Ebraicæ & græcæ majore ſcientia fuiſſet inſtructus, & inveterato Sectæ ſuæ ſtudio, à veritatis linea non eſſet interdum dejectus. (2) *Ejusdem de officio pii ac publicæ tranquillitatis vere amantis viri in hoc religionis diſſidio.* ibid. (3) *Mutii Panſæ de oſculo ſ. conſenſu Philoſophiæ Ethnicæ & Chriſtianæ.* Marpurgi 1605. Cinnus hic eſt variarum ſententiarum ex ſcriptis Philoſophorum Ethnicorum comportatarum, quibus id ſe ſuſtinere poſſe putat Auctor, Ethnicos ſapientes ab Ebræis rerum divinarum ſcientiam conſecutos, eadem de Deo tradidiſſe, quæ in SS. Veteris Novique Teſtamenti continentur. Et hæc quidem ſi confirmare argumentis, & ante oculos ponere potuiſſet, manifeſtum eſſet illud, quod in indice ſignificavit, philoſophiæ Ethnicæ & Chriſtianæ oſculum: Sed tenuiſſimæ ſunt ſuſpiciones, quas attulit; Ex libris ſpuriis petitæ interdum, Et contra mentem Auctorum intellectæ, & collo quaſi obtorto ad materiam ſubſtratam adductæ. Quæ tantum abeſt, ut ſuavium ferant SS. dictis, ut ea conſpuant potius ac deteſtentur.

Anonymi Anweiſung, wie die proteſtirende Kirche zu vereinigen. 1698. Auctor erat Wellmerus, paſtor paganus, Vir librorum apparatu non ſatis inſtructus quidem, ſed pius tamen & candidus, & pro conditione ſua eruditus, veritatisque ac pacis Eccleſ. ſtudioſus. Cujus perpetua pediſſequa veritatis filia. *S. Strimeſii Vertheidigung ſeines Kirchen-Friedens.* Franckf. 1689. Scriptum Apologeticum, quo adſperſam ſibi plagii & Socinianiſmi maculam diluit Auctor. *Pacifici Verini Bedencken von der Vereinigung.* Braunsw. 1700. Dignum, quod non perfunctorie legatur. *Calixti Annotata in P. Verinum.* 1700.

Volumen miſcellaneorum, in quo VI. Schediaſmata Irenica, eaque omnia 1703. & 1704. ſcripta, atque in iis famoſum *arcanum Regium*, quod MSCtum primum exhibitum eſt Friderico I. Regi Boruſſiæ à J. J. Wincklero, & ceu folium Sibyllæ in cimeliarcho cuſtoditum, poſtea, neſcio qua manu, inde ſurreptum & publici juris factum; Sed ἀνονύμως tantum; Tandem vero ſub nomine J. J. Winckleri vulgatum, qui nec ſolus nec verus ejus auctor fuit unquam, nec in editionem conſenſit, ſexcentis nihilominus adverſariorum telis impetitus, & ad Palinodiam publicam adactus quæ cum aliis Irenicis & Polemicis, Anti-Papæis puta, Anti-Judaicis, Anti-Thomaſianis &c. Arcano regio in hoc volumine annexa eſt. Adſunt etiam duo Schediaſmata; Irenica Anonyma *Neues und ſonderbahres Friedens-Project.* Item *Näheres Friedens Project*, quæ Irenicorum omnium poſt Poireti Irenicum, ſunt παραδοξώτατα.

P. Poiret Irenicum univerſale. Amſterd. 1702. Quod omnium Irenicorum παραδοξώτατον, editum primum ἀνωνύμως 1686. ſub titulo, *Avis charitable &c.* refutatumque poſtea à P. Juriæo, *dans ſa lettre Paſtorale* XI. T. I. p. 252. ſeq. & tandem defenſum ab Auctore, & ex Gallico ſermone in linguam Germanicam translatum, auctumque Anonymi cujusdam Theologia Comparativa. Tum ab amico quodam P. Poireti in LL. traductum, & cum libris de eruditione ſolida 1702. evulgatum, ac tandem Germanice rurſum 1714. Francof. & Lipſ. recuſum. Quæ autem in fine acceſſit *Theologia comparativa*, Oratio eſt Jacobi Guerdenii SS. Th. D. & P. P. in Anglia, latine primum ſcripta, ſed poſtea in ſermonem Anglicum, Gallicum & Germanicum translata. Impugnata à J. W. Jægero, Mich. Förtſchio, aliis; Sed defenſa à P. Poireto in Opp. poſthumis p. 648-665. & invidendis elogiis ibidem celebrata.

Richard Baxters vvahre Kirche in allen Secten. Franckf. 1721. Auctor jucundus & gravis, tum copia tum brevitate mirabilis. In quo nihil cottidianum, aſtutum, iratum, aut partium ſtudio corruptum; Sed præclarum omne, & non minore doctrina, quam pietate, & pacis amore reſperſum. Diſputat modeſte, ſed acute tamen, & argumentorum numero ac pondere ita premit adverſarios, ut animi pendeam, an unquam graviorem oppugnatorem habuerint Eriſtici, & ſpeciatim Pontificii, quam hunc, qui nullam unquam viſitavit Academiam, & ſua

εὐφυΐᾳ tantummodo, & diligentia, & Dei bonitate fretus, tantum in Eccleſia & Republica nomen eſt conſecutus.

Ernſt Salomon Cypriani Abgedrungener Unterricht von der Kirchlichen Vereinigung der Proteſtanten. Franckf. 1722. In iis, qui ab A. C. 1718. usque ad 1724. Irenicis ſe oppoſuerunt, &, quicquid habuerunt virium, in eos contulerunt, longe princeps hic Auctor noſter, & quaſi lex diſputandi fuit. Tanta in eo vis, tam denſa omnia, & nervis intenta, tam nihil otioſum, is diſſerendi modus, ut nec, quod deſit in eo, nec quod redundet, invenias. Genus dicendi grave & generoſum. Oeconomia probabilis. Theologiæ & H. E. profunda cognitio. Argumenta ſelecta, illuſtria, gravia, & tam violenta, ut & Herculi extorquere valeant clavam, & lectori in hoc decreto aſſenſum; *Reformatos in fundamento fidei errare, & omni amore erga Lutheranos deſtitui, adeoque fraternitatis dextram iis porrigi non poſſe.*

IN DUODECIMO.

ANonymi Exhortation, Addreſſé aux Proteſtans. Amſterdam 1681. Auctor eſt J. H. Heideggerus, P. P. Tigur. Vir doctiſſ. qui Latine primum hoc opuſculum exaravit, unde ab A. Teiſſierio poſtea in linguam Gallicam traductum eſt, patetque ex eo, non novum eſſe hodiernorum Irenicorum Axioma, Lutheranos & Reform. in fundamentalibus fidei Chriſtianæ articulis non diſſidere. *Anonymi traité de la Concorde Eccleſiaſtique.* Amſterdam 1687. Auctor eſt, Antonius Teiſſierius

rius, qui & elegantia verborum, & ſuavi nexu rerum, & numero juxta ac pondere argumentorum, cum huic opuſculo, tum ſibimetipſi multum lucis circumfudit.

J. Davenantii Anmahnung zur Brüderlichen Vereinigung. 1668. Qui libellus ex Anglico ſermone in LL. & ex ea in Germanicam traductus, tempore pacificationis Duræanæ, bono animo, ſtiloque plano ac placido conſcriptus eſt; ſed nullo ſucceſſu.

P. B. Freitagii Formula veræ in religione Concordiæ. Hildeſ. 1705. Rudis & indigeſta molecula, & ex meris petitionibus principii conſarcinata; Menandro cuipiam oppoſita, qui 1703. duo Schediaſmata Irenica vulgaverat, quæ in præcedente volumine Irenico Miſcellaneo continentur ſub tit. *Neues ſonderbahres Friedens-Project.* Item *Näheres Friedens-Project.* Et dum Proteſtantium doctrinam cum Pontificiorum contendit eſſe irreconciliabilem Freytagius, Th. Henrici, P. Dionyſii, A. G. Voluſii, Bouſſueti &c. aliorumque Catholicorum principia Irenica convellit & deſtruit.

Simplicii Chriſtiano-Catholici Synopſis Locorum, quæ ad ſalutem creditu ſunt ſufficientia. Amſtelod. 1650. Auctor eſt Timannus Geſſelius, Medic. D. Ultrajectinus, Vir pius, doctus, pacificus. Qui, ut pax amiſſa Eccleſiæ reddatur, nullum aliud contendit ſupereſſe præſidium, quam ut, miſſis ſubtilitatibus tricisque & apinis Scholaſticis, redeamus ad ſimplicitatem columbinam, qua tribus prioribus Seculis fides Chriſtiana excelluit,

& cujus manifeſta adhuc in SS. & Symbolo Apoſtolico, & ſcriptis Patrum extent veſtigia.] Laudandus merito à pacis ſtudio, & diligenti lectione ſcriptorum veterum & recentiorum; Sed artis digerendi non usque adèo peritus, & in volutandis Ignatii Epiſtolis, corruptis & interpolatis exemplis uſus. (2) *Religio Medici.* Lugd. Bat. 1650. de qua judicamus alibi.

De pace Eccleſiaſtica Sententiæ quatuor Thomæ Mortoni, Joh. Davenantii, Joſephi Halli & Eccleſiæ in Gallia Paſtorum aliquot. Acceſſit Syllabus Scriptorum, de pace Eccleſiaſtica editorum. Amſtelod. 1636. In quibus eminet Joh. Davenantii conſilium Irenicum, cum Syllabo ſcriptorum in fine annexo, ex quo patet, tantum monumentorum Henoticorum eſſe numerum, ut vel ſola Bibliothecam facere queant.

D. Valerii Maccionii nubes lucida. Coloniæ 1664. Opuſculum Anti-henoticum, G. Calixti conſiliis Irenicis oppoſitum; non usque adeo in vulgus notum. Laudandum à dictionis evidentia, rerum ordine, & Auctoris modeſtia & eruditione; Sed non æque ab ejus ſinceritate, ſoliditate, acumine, candidoque divinæ veritatis amore, & pacis Eccleſiaſticæ ſtudio.

CA

Caput IX.

DE SCRIPTIS THEOLOGORUM RECENTIORUM ETHICIS ET ASCETICIS.

In Folio.

Miſſale Romanum. Monachii 1622. Editio rara, caſta, nitida, ſplendida, ex decreto Concilii Tridentini adornata, (Ante cujus tempora Miſſalia varia erant, pro varietate locorum, eaque à recentioribus mirum quantum diverſa) Sed & ipſis ejusdem decretis in multis oppido adverſa, ut docet egregie Joh. Aymon in Metam. Relig. Rom. p. m. 239. Et ſi in celebratione Miſſæ Sacerdos tot modis poteſt deficere, quot h. l. recenſentur in tr. Proëminali; Sexcentæ ſemper ſunt rationes dubitandi; An Miſſa rite ſit peracta? & transſubſtantiatio facta? Contra decretum Concilii Tridentini, quod Seſſ. 3. c. 5. p. m. 101. nullum plane dubitandi relinqui, ſcribit, locum, quin facta conſecratione Deus in Sacramento adſit, & ſit adorandus.

Statuta & Privilegia Ordinis Carthuſienſis. Baſileæ 1510. Editio prima, rara & recentioribus omnibus anteferenda. In qua continentur

(1) Statuta Ordinis Carthuſienſis, à Guigone collecta. A. C. 1120. Qui poſt primum hujus Ordinis ſtatorem *Brunonem* quintus fuit Carthuſiæ Prior.

(2) Statuta Ordinis ejusdem à Riffero aucta A. C. 1259. & in tres partes digeſta.

(3) Statuta Ordinis ejusd. à Guilielmo Reinaldi A. C. 1368. locupletata, & in tres claſſes diſtributa.

(4) Privilegia Ordinis ejusdem ab Alexandro III. usque ad Julium II.

Præmiſſa eſt Annotatio de Origine Ordinis Carthuſienſis; Sed qui in margine citatus eſt Antonius Archi-Epiſcopus Florentinus, veluti teſtis Hiſtoriæ, quæ Brunoni occaſionem dedit Sec. XII. hunc Ordinem inſtituendi, Brunone ipſo & condito ab eo hoc ordine 300. annis eſt recentior. Accedit id, quod Auctor de l'Hiſtoire des tromperies des Pretres & des Moines adfert de hoc Phœnomeno. Qui Epiſt. II. p. 45. L'Hiſtoire, ait, eſt evidemment fauſſe, comme l'ont manifeſtement prouvè les Docteurs de l'Univerſitè de Paris, n'y ayant aucun ecrivain contemporain, ni pendant l'Eſpace de deux cent ans àpres, qui en ait fait la moindre mention.

IN QUARTO.

LUdovici Molinæ *Concordia liberi Arbitrii, cum gratiæ donis, divina præſcientia, providentia divina prædeſtinatione & reprobatione.* Antwerpiæ 1595. Auctor illuſtris. Qui doctrinam arduam & perdifficilem de concordia liberi arbitrii, cum

De

Dei gratia, præſcientia &c. *primus* in Syſtema redegit, & hoc opere peculiarem in Eccleſia Romana Sectam condidit, *Moliniſtarum* dictam, cui Jeſuitæ & Franciſcani dederunt nomen, contradicentibus Dominicanis, & gratiam prædeterminantem contra illorum gratiam congruam defendentibus. Acceſſit Clementis VIII. & Pauli V. judicium, qui Moliniſtas Pelagianiſmi reos exiſtimarunt, & 50. propoſitiones in hoc Molinæ opere condemnarunt. Quorum veſtigiis inhæſit Cornelius Janſenius, qui in Auguſtino ſuo media via inter Moliniſtas & Reformatos incedens, ſubinde petit Molinæ placita, & ea ceu Pelagiana perſtringit. Neque id temere. Non enim abhorrent plane Molinæ hypotheſes à Pelagii ſententiis, utut ſexcenties ſe ab iisdem abhorrere profiteatur. Tricis etiam apinisve Scholaſticis refertus eſt. Et repetitionibus crebris ſcatet earum rerum, quæ jam dictæ ſunt. Adde contradictiones, obſcuritates, dubitationes, ſubtilitates inutiles. Utilis tamen eſt Auctor ad Scholaſticorum menda, & Pontificiorum bella inteſtina cognoſcenda. Qui dum ſe contra Lutheranos in aciem proditurum ſimulat p. 20. (*b*) Cum Occamiſtis inprimis & Scotiſtis prælio digladiatur.

G. Calixti Epitome Theol. Moralis. Helmſt. 1634. De quo G. T. Meierus in Introd. in Theol. Mor. c. 18. p. 10. G. Calixtus *primus* eſt ex noſtratibus, qui diſciplinæ in morem Theol. Moralem pertractare inſtituit, ſed non conſummavit, damno melioris eruditionis amantium.

J. C. Dürrii Compendium Theol. Moralis. Altorfii 1675. Ej. *Diſſertationes contra Socinianos.* Ibid. 1673.

1673. Ej. *Problemata Moralia.* Ibid. *Seb. Niemanni Atheus refutatus.* Jenæ 1668. *D. Lagi Examen trium Confeſſ. Theol. Reform.* Dantiſci. Ex quibus Dürrius magna executus, majora procul dubio in Theologia juxta & Philoſophia præſtitiſſet, ſi Ariſtotelem minus deperiiſſet. Id tamen perfecit, quod Calixtus inſtituit, & Theologiam Ethicam *primus* ex noſtratibus in formam diſciplinæ redegit.

J. F. Buddei Inſtit. Theol. Moralis. Lipſ. 1715. Scholæ adaptatæ magis, quam Eccleſiæ, & utiliores doctrinæ, quam vitæ. Commendabiles omnino à Stilo, & rerum cumulo, & variorum Scriptorum apparatu; Sed non æque ab œconomia, & rerum ipſarum guſtu, quæ P. I. *Philoſophiam ſapiunt* nimium, P. II. *Jurisprudentiam*, P.III *Theologiam* quidem eamque Pragmaticam; verum jam centies ab aliis deſcriptam, & ita in vulgus notam, ut vix Candidatum Miniſterii eſſe exiſtimemus, qui eam neſciat.

J. Placette Verſuch einer geiſtlichen Morale. Jena 1718. Auctor acutus, gravis, ſolidus. De Syſtematica moralia tradendi Methodo parum ſolicitus; Sed plurimum de ratione explicandi eorum intimum receſſum, modum, uſum, abuſum, & id, quod non obvium eſt cunctis, cur cuivis debeat. In quibusdam παράδοξος. Rigidior in nonnullis. In paucis ob ſectæ ſuæ Paroxismos circumſpecte legendus.

B. Picteti Chriſtliche Sitten-Lehre. Leipzig 171[illegible] Scripta non Scholæ, & ſpeculationi, & doctrinæ; Sed Eccefiæ & actioni & vitæ; Superat J. Placette Ethicam varietate, & copia, & o[illegible]

din

dine; ſed ſuperata ab illa tempore, acumine & ſoliditate. Cujus duæ proſtant Editiones Gallicæ, & duæ verſiones Germanicæ, hac nota diacritica, ut & poſterior editio, & verſio, priorem longo intervallo poſt ſe relinquat.

Pauli Antonii Diſſert. de diſcrimine virtutum Moralium & Spiritualium. Halæ 1700. Auctor, in quo multæ & magnæ virtutes. Ingenium facile, plurimum ſtudii, multarum rerum cognitio, &, quod caput rei eſt, experientia & uſus earum rerum, quarum doctorem ſe profitetur. Nec ſine earum intelligentia ad Ethicam veram à falſa dignoſcendam patet aditus. Quod & ante Auctorem jam docuit G. Grabow in Ethica Chriſtiana, & ante Grabowium Chriſt. Schotanus in Ethnicismo Ariſtotelis, iique omnes, qui jam per integrum Seculum Ethicas Chriſtianas condere cæperunt. Sed qui hoc argumentum tam copioſe, & abundanter excuſſerit, Hiſtoriamque ejus, una cum rationibus & teſtimoniis divinis humanisque, tam luculenter tradiderit, ante auctorem doctiſſimum novimus neminem.

Jeremiæ Taylor Geſchichte vom Leben und Tode J. C. Bremen 1704. Quæ eſt Ethica quædam Paradigmatica, magno mentis acumine conſcripta; Sed non pari dexteritate translata. Siquidem verſio ſæpiuſcule redolet Anglicismum, & quæ in Archetypo obſcure dicta ſunt, obſcurius in Ectypo ſunt reddita.

Breviarium Eccleſiæ Maj. Halberſtadienſis in ipſis Typographiæ incunabulis excuſum, &, ſi non aliam, ſane eam ob cauſam habendum in pretio.

tio, ut cum hodiernis Breviariis componi, & dijudicari queat, quam diſtent æra lupinis, & quantum habitus horum librorum ſit mutatus ab illo tempore, quo, ex Decreto Concilii Tridentini, repurgati ſunt atque recogniti. Sic enim v. g. in Menſis Octobris tabula hic occurrit Memoria *Undecim millium virginum*, quæ in Breviariis, poſt Concilium Tridentinum editis eſt expuncta, & pro ea repoſita; Commemoratio *Urſulæ & Sociarum virginum.* Siquidem certis indiciis compertum eſt, indoctos Monachos ex Urſulæ Socia *Undecimilla* feciſſe *Undecim Mille Virgines Martyres.*

G. Serpilii Lieder-Concordantz. Dresden 1696. Opus novum, antiquis ignotum, & ita comparatum, ut ambigas, utrum auctori fuerit moleſtius, an lectori oportunius? Emendandum tamen in quibusdam. Ut in adjecto Cantionali p. 263. Ubi hymnus præclarus; *Wer weiſs, wie nahe mir mein Ende*, ipſi Serpilio adſcribitur, V. L. v. Seckendorf tribuendus potius. Quod & ipſe Auctor agnoſcit liberaliter *in Fortſetzung der Lieder-Gedancken* p. 200.

Jean d' Eſpange Opera omnia cum præf. & Acceſſionibus M. S. Hosmanni. Francof. 1699. Ex idiomate Gallico in Batavicum, & Germanicum translata, & ſæpius excuſa. In quibus multa acuta, curioſa, nova, ſingularia, & ab aliis non facile animadverſa; Verum & multa Auctoris ſectam redolentia, quædam vana etiam, & inania, & audacius decreta. Nonnulla quoque ſpecioſa magis, quam ſolida, certa, firma, inconcuſſa.

Julii

Julii Nigroni Commentarius Aſceticus in regulas Communes Societatis Jeſu. Mediolani 1616. Scilicet Joh. à Turrecrementa in regulam S. Benedicti; Hugo autem de S. Victore, & Umbertus in regulam S. Auguſtini, ſcripſit Commentarium. Atque horum Trium virorum exemplo excitatus Auctor, hæc in regulam Ignatii congeſſit ſcholia, docta ſane & multò ſtudio collecta; Sed genere loquendi moroſiore paulum, Methodoque ſcholam redolente aliquantulum, & eo habitu, qui à regulis didacticis hac illac divagatur. Quoties enim argumenti ſui immemor in omnia alia exſpatiatur, & ea, quæ cohærent, cuneat? Quoties Ariſtotelem in ſanctis hiſce Commentationibus citat teſtem? Quoties à Theologorum pædia ad Grammaticorum tricas deflectit? Atque hæ quidem intellectus ſunt labeculæ. Quod autem ad voluntatem attinet, Societatis ſuæ ſtudio ita occupatus eſt, ut Ignatium Lojolam virum fuiſſe θεόπνευςον exiſtimet, & ſectatores ejus à Prophetis in V. T. prænuntiatos.

Jeſuitarum Privilegia, Diſciplina, Doctrina &c. Accedunt *Monita privata ejusdem Societatis*. 1666. *Anatomia Societatis Jeſu.* 1668. Ecce collectionem variorum ſcriptorum Adeſpotorum Anti-Jeſuiticorum, ſtilo mordaci huic Societati inſultantium. In quibus eruditionis parum; Sed libertatis, & ſalis, & acerbitatis plurimum. Veritatis etiam fortaſſe nonnihil, ut in omnibus ſcriptis Satyricis. Quorum primum totum ex Eliæ Haſenmülleri ex-Jeſuitæ Hiſtoria Jeſuitica eſt exerptum. Secundum (Monita privata) à Plebano quodam Polono dicitur exaratum. Tertium

tium (Anatomia) cujus auctor eſt Caſpar Scioppius, itá comparatum, ut, ſi talis ſit Jeſu Societas, qualis in eo deſcribitur, non Chriſti, ſed Anti-Chriſti eſſet Sodalitium.

Auctoris Anonymi Renverſement de la Morale Chretienne par les desordres du Monachisme. Enrichi des figures. Premiere & Seconde Partie. Sine die & conſule. Scilicet Satyra hæc eſt perpetua Iconographico-Hiſtorica, vitia Monachorum omnium, & Jeſuitarum inprimis exhibens, æri artificioſe inciſa, & Commentatione Hiſtorica illuſtrata. Vera an falſa, noſtrum non eſt definire, etſi a veritate non prorſus adhorrere concedamus, quoc remis velisque contendit auctor in præfat. p. 12 Multa tamen in his ſchedis occurrunt profan: & ſcandaloſa, & neſcio quam petulantiam & abuſum SS. olentia. Pleraque etiam ex opere alio ejusdem commatis ſunt compilata, cui titulus *Le Heros de la ligue ou la proceſſion Monachale conduite par Lovis XIV. pour la converſion des Proteſtan de ſon* Royaume. Pariſiis 1681. 4.

Hiſtorica narratio de Introductione univerſitati Juliæ &c. per Profeſſores univerſitatis in lucem edit Helmſtadii 1579. (2) *Heinrici Meibomii Apolo gia pro Imperatore Ottone IV.* Helmſtadii 1624 Opuſculum præclarum, ut ſunt omnia Meibomi Extatque in illuſtri ſcriptorum rerum Germanic: rum Sylloge Meibomiana Tomo III. p. 111. ac ceſſionibus quibusdam locupletatum. (3) *A phonſi de Vargas Toletani relatio de Stratagematis Sophiſmatis politicis Societatis Jeſu.* Sine loco 163 Cujus Auctor putatur Caſpar Scioppius. Q Jeſuitarum Hyperaſpiſtes primum; Joſepho Sc

lig

ligero aliisque gravem dicam impegit, ut ſuum iis ſtudium probaret; Sed poſtea, neſcio quo caſu, immutatus, odio eosdem inſectatus eſt capitali, pluraque contra eos edidit Schediasmata acerbiſſime ſcripta. In quibus & hoc eſt, teſte Guidone Patino T. I. Lettr. 22. p. 58. Quod & in Linguam Germanicam translatum, & Uratislaviæ combuſtum, referente Caſpare Sagittario in Ep. ad Patrem M. Schönemannum p. 617. Sed non ita deletum eſt, ut non exempla effugerint infamem rogum, & flammis carnificis ſe ſubduxerint. (4) *Sedis Apoſtolicæ cenſura adverſus impiam doctrinam Jeſuitarnm.* Sine loco 1636. (5) *Societatis Jeſu novum fidei Symbolum.* 1636. (6) *Urbani VIII. ſuppreſſio Jeſuitiſſarum.* 1636. (7) *Ottonis Gualtperii diſcurſus Hiſtoricus & didacticus de Magis.* Lubecæ 1606.

IN OCTAVO.

T. *Pfanneri Chriſtlicher Buſs- und Lebens-Weg.* Leipzig 1711. Opus Stromaticum, ex variis Auctoribus, bonis malis, atris albis, antiquis novis, Myſticis cumprimis, conſarcinatum, ſpiſſum, varium, verſicolorium, pium; Sed non ſatis nervoſum, enucleatum, digeſtum, amuſſitatum. Adeoque majus ſpirans Auctoris in Theologia ſtudium, quam judicium, & uſum.

J. Arndii Wahres Chriſtenthum. Leipzig 1699. cum figuris. Quod opus, ut Phidiæ ſignum, ſimul aſpectum, ac probatum eſt. Aſpectum autem 1605. quo primus Liber prima vice prodiit. Cui reliqui poſtea ſucceſſerunt; Sed quo

anno, dictu eſt perdifficile, quia primæ Editionis exempla hodie ſunt rariſſima. Non autem ante annum 1608. vel 1610. emerſiſſe è prelo, Hiſtoriæ eſt conſentaneum. Atque tum ſtatim ſciſſum eſt incertum ſtudia in contraria vulgus. Quidam diſerte Lutherum reformatorem fidei, Arndium vitæ, dicere, & ejus Chriſtianismum nocturna diurnaque manu verſandum dictare. Quidam ob phraſes quasdam inſolentiores è Taulero (unde & L. Oſiandri dictum, *Arnds Wahres Taulerthum*) Kempiſio, Theologia Germanica, & aliis Scriptoribus Myſticis excerptas, in ſuſpicionem heterodoxiæ adducere, & librum *Secundum* cumprimis, ob tractatum V. Weigelii eidem inſertum c. XXXIV. p. 448-525. *Tertium* ob dictiones uſu parum tritas; *Quartum* ob rerum quarundam nebulas, obelo notare. Quod diſſidium A. C. 1620. ſuperſtite adhuc Auctore, Gedani exortum, univerſam poſtea Germaniam pervagavit, & Theologorum mentes ita diſtraxit, ut, qui ſcriptis publicis cauſam Arndii impugnarent atque defenderent, ſemper reperti ſint, Hoc plerumque eventu, ut plus auctoritatis obtinuerint poſteriores, quam priores. Et Libri IV. de vero Chriſtianismo, quo ſcripti ſunt idiomate à plurimis lecti & in ſinu foti, & in alias linguas quoque, Latinam, puta, Suecicam ac Danicam traducti, & ſexcenties recuſi. Ubi tamen ignorare Lectorem nolumus, & Auctorem ipſum in poſterioribus Editionibus quædam in iis retractaſſe, & alios etiam nonnulla litura obduxiſſe, & aliis verbis expreſſiſſe, ut mirum quantum diſtent interdum Editiones priores a

ult

ultimis. In quibus principem locum obtinet hæc Lipſienſis, quæ à D. Fiſchero, Eccleſiarum Rigenſium Superintendente, præfatione, Emblematis, precationibus, &c. ita exornata & locupletata eſt, ut reliquis omnibus ſit anteferenda.

Eraſmi Roter. Enchiridion Militis Chriſtiani, cum aliis. Baſileæ 1519. Scilicet plura ſunt, quæ coiverunt in hoc volumine, eaque omnia Eraſmiana, h. e. digna, quæ non legantur tantummodo, ſed & tota ediſcantur. Atque in iis nitent præcipue (1) Prologus Galeatus Enchiridio præmiſſus, erubeſcendam deſcribens Eccleſiæ ſui temporis ſpurcitiem, Pontificiis opponendam, qui negant, Eccleſiam ſuam unquam à linea deviaſſe. (2) Ipſum Enchiridion, ſive *Ethica Chriſtiana*, prima vice à ſordibus Scholaſticorum repurgata, & antiquæ ſinceritati reſtituta. (3) *Diſputatio de pavore Chriſti* Matth. XXVI. 38. acuta, docta, diſerta, & rerum non minus quam verborum copia affluens.

Nic. Cauſſini reponſe au libelle intitulé la Theologie Morale des Jeſuites. Pariſiis 1644. Auctor verborum dulcedine abundans magis, quam pondere argumentorum, quo ſuo adverſario ſæpiuſcule eſt inferior, licet omnibus nervis id agat, ut arietes ejusdem deſtruat. Neque enim facile eſt, malo deſperato medicinam invenire, & Theologiæ Moralis Jeſuiticæ integritatem aſſerere, quæ à capite ad calcem corrupta eſt.

Parallele de la doctrine des Payens avec celle des Jeſuites. Amſtelodami 1726. Scriptor, qui Polyhiſtoriæ non habet multum, ſed animi, & acuminis, & orationis ſatis. In ſcriptis Jeſuita-

rum egregie verſatus. Religioni Pontificiæ quidem, ſed Pontifici tamen minime addictus. Platonis & Socratis, ſed veritatis magis amicus. Qui Theologiam moralem Ethnicorum auream eſſe docet, præ Jeſuitarum novis commentis Caſuiſticis, quibus peccatis omnibus, iisque atrociſſimis, parata eſt venia. Et licet carnificis manu combuſtus libellus ſit, confutatus tamen non eſt. Et confutari vix poterit à Societatis Jeſu Patribus, niſi doceant, ea, quæ ab Auctore allata ſunt, loca, non legi in Theologorum ſuorum operibus, vel alio ſenſu legi; Eaque ſociorum tantummodo quorundam, non ſocietatis ipſius eſſe placita; Adeoque non, ea qua inſcriptum eſt, ratione inſcribi debere opuſculum, ſed iſthac; *Parallele de la doctrine des Payennes avec celle des quelques uns des Jeſuites.*

Ant. Fernandes de Moure Examen Theologiæ moralis. Coloniæ 1682. In quo caſus ſexcenti, ſed in iis permulti ſcandaloſi, quidam oppido jejuni, plerique ita deciſi, ut pro indeciſis haberi queant, omnes ſane ſtilo ſcabioſo deformati. *Abr. Cōſteri Vindex SS.* Gen. III. 15. Lugd. Bat. 1614. Schediasma rarum, paucisque viſum.

Conſtitutiones Societatis Jeſu. Romæ in ædibus Societatis Jeſu. 1559. Quæ cum Regulis Societatis Jeſu non ſunt confundendæ. Differunt enim ab iis, ut ſpecialia à generalibus. Atque has Conſtitutiones quidem Ignatius Lojola ex aliorum ordinum inſtitutis intra decem annorum ſpatium collectas (vid. Luyſius Strata in Juli Nigronii Comment. Aſcetico in Regulas communes Societatis Jeſu P. I. p. 38.) ſer-

mon

mone Hiſpanico conſcripſit primum, poſtea autem in LL. translatas Romam miſit, ubi à Congregatione generali probatæ, Pontificeque Romano confirmatæ, tandem 1559. ſunt editæ. Quæ eſt ipſa hæc noſtra editio. Perrara & in ſummo pretio habenda. (1) Quia prima; (2) quia Romæ in ædibus Societatis excuſa, (3) Quia ultimum in ea documentum ſigillo Cardinalis Alfonſi Caraffæ, & ſubſcriptione αὐτογράφῳ D. And. Gerardi, Cameræ Apoſtolicæ Notarii, eſt munita.

Franciſci Lamberti Commentarii Evangelici in Regulam Minoritarum. Argentorati 1525. Opuſculum infrequens; Ut ſunt pleraque hujus Auctoris. Notatum atro carbone à Caſpare Schatzgero in Opp. 1543. f. excuſis; Sed candido lapillo à D. M. Luthero in præfat. eidem præmiſſa. In quo Lambertus, Minoritarum ordine exemtus, de regula eorum ita diſſerit, ut doceat, eam & à mente Chriſti, & ipſius Franciſci eſſe alienam, nec mores Franciſcanorum eidem conſentaneos, qui multis modis ab ea abeant, tum omittendo quædam, quæ illa præcipiat, tum committendo nonnulla, de quibus in illa ne γρῦ quidem, v. g. de colore veſtimentorum cinericio, & fune loco cinguli in lumbis geſtando. De his enim in regula Minoritarum altum eſſe ſilentium.

W. Zepperi legum Moſaicarum Forenſium explanatio. Herbornæ 1614. Meliore notanda lapillo, ob ſtili, ordinis, & rerum bonitatem ac cultum, ſed viliore, ob indicis abſentiam, & digreſſionum importunitatem, & partium, quibus Auctor addictus fuit, ſtudium, & eruditionis

intempeſtivam oſtentationem, cum ignorantia Linguæ Ebraicæ conjunctam.

Joſ. Arndii Manuale legum Moſaicarum. Güſtro 1666. Cœptum potius, quam abſolutum. Sceleton enim eſt tantummodo alicujus corporis, non corpus ipſum Juris Judaici. Et potuiſſet fortaſſis cum ſpiritu & carnem impetrare & ſanguinem, ſi diutius ab Auctore fuiſſet geſtum in ſinu, & majore cura & providentia fotum ac enutritum. *Gottfr. Olearii Diſpoſ. Bibl. in Pentateuchum.* Lipſ. 1666.

H. Ingewaldi Metamorphoſis Phyſico-Ethico-Theologica. 1631. In qua

Omnis bullatis turgeſcit pagina nugis.

Et in qua quicquid ſanum & integrum & alicujus pretii eſt, ex Val. Crotoaldo exſcriptum eſt, ut in præfatione, Staupitio & Cortoaldo præmiſſa, jam pridem indicavimus.

C. Caſelii Oratio Dominica variis Carminum generibus Græce & Latine reddita. Helmſt. 1610. Ipſa Caſelii manu notata, & B. Engelbrechto inſcripta.

Vera ac ſincera vitæ Criſtianæ norma, ſive Regula D. Florentii Harlemii in LL. translata à F. Laurentio Surio. Coloniæ 1559. Opuſculum Brabantino ſermone ſcriptum initio, infrequens, Myſticum, nec nullius prorſus utilitatis. In quo multæ præclaræ obſervationes, conſultationes, regulæ. Sed poſthumum & fermento Pontificio infectum, & à Surio non caſte ſatis translatum, & Libro IV. & V. inſuper auctum. Quorum architectus quis fuerit, nec ipſi Surio ſatis fuit compertum, ut in præfat. Libri IV. p. 420. fatetur.

Opti-

Optimos tamen eſſe l. c. ſcribit, & ad præſens opus Florentii cumprimis accommodatos, jam pridem à ſe verſos è vetuſto quodam MSCto Germanico. Germaniam enim habuiſſe nonnullos eximia vitæ ſanctimonia præditos viros, in Epiſtola Nuncupatoria memorat, qui ſcriptis mandarint ea, quæ divinitus didicerant; quæ licet ſimplici ac vulgari digeſta ſint ſermone, non tamen vulgaria ſint, ſed divina, ut quantumlibet excellentium Virorum ſcripta aut æquent, aut ſuperent.

D. Dyke Noſce te ipſum. Francof. 1671. Opus egregium & primum, quo Nobiliſſimum hoc argumentum exquiſite, accurate, cogitateque excuſſum eſt. Dignum, quod claſſicam in libris Aſceticis habeat auctoritatem, & haberet etiam, ſi Auguſtini, vel Chryſoſtomi, vel alius cujusdam nomen haberet præſcriptum, qui in puppi ſedent, clavumque civitatis literariæ obſervant manu. *H. Scudder tägliche Wallfahrt eines Chriſten.* Ibid. eodemque anno.

R. Baxters Ein Heiliger oder Vieh. Francfurt 1716. Cujus Auctoris hi ſunt Characteres. (1) Vita cum doctrina amice conſpirans (2) Dictio ſimplex, ſed conſcientias lectorum pungens. (3) Analogia fidei Calvin. ſed ita temperata, ut ad Lutheranam proxime accedat.

Th. Groſgebauers VVächter-Stimme. Frf. 1661. Opus Enthuſiasmi à quibusdam poſtulatum, ſed vindicatum ab aliis, & à Spenero ſæpius laudatum, & hoc nomine ſolummodo notatum, quod Auctor Scriptorum Anglicanorum lectione delectatus nimium, incautius interdum ſit locutus, &

in tr. de regeneratione, qui huic opuſculo acceſſit, de Baptismo ita judicarit, ut ſolent ii, qui Calvini caſtra ſequuntur.

La Pratique de la vraye Theologie Myſtique contetenue dans quelques traites de Francois Malaval, de Mr. de Bernieres, & de S. Thereſie. A Liege 1709. De quibus plura & opulentiora dabit, qui Introductionem in Theologiam Myſticam & Chriſtianam præmiſit, Auctor Anonymus, quem P. Poiretum eſſe ſuſpicamur. Hic enim & de Theologiæ Myſticæ principiis, & de Scriptorum hac Sylloge comprehenſorum charactere, Methodo, ſtilo, argumento &c. ita diſſerit, ut & in his, & in aliis hujus generis meletematis, non perfunctorie verſatum eſſe appareat. Nec inutiliter plane locabis operam, quam verſandis hiſce opuſculis impendes. Multa enim in iis ſunt boni commatis, & eximiæ utilitatis, dummodo lectorem habeant, qui æra à lupinis queat diſcernere. Et ſi hoc ad lectionem horum voluminum te non invitet, quod Malavallus ex recentioribus Myſticis maximum nomen conſecutus eſt; Hoc fortaſſis te pelliciet, quod in Italia ejus ſcripta omnia ſevera lege ſunt probibita.

Hermanni Hugonis Pia deſideria. Antwerpiæ 1624. Cujus Emblemata parum ingenioſa ſunt ſive picturam ſpectes, ſive ſcripturam. Scholia ex Patribus collecta, ſed non ſemper oportune allata. Elegiæ autem egregiæ, puræ, terſæ, agiles, & Ovidianis in quibusdam perſimiles.

J. F. Oſterwald Urſprung des Verderbens. Budiſſin 1713. In quo Auctor originem contagiorum Ethicorum, hodie tam late in Eccleſia Chriſtiana paten-

tentium, ſtilo dulci, & Methodo venuſta, & judicio acuto deſcribit. Rigidior fere B.O. exactor, quam permittit Evangelicæ doctrinæ indoles. Notatus ab Alethophilo in Theologia Myſtica vera contra Heinricum Schein p. 155. quod Myſticos confuderit cum Fanaticis, & falſis accuſationibus eosdem in ſuſpicionem heterodoxiæ adduxerit; Et in eo plane falſus, quod putat, ſe primum eſſe, qui in hoc argumento verſatus ſit, cum pridem ante eum Theophilus Groſgebauer eandem incudem tutuderit.

Ej. Warnung vor der Unreinigkeit. Hamburg 1714. Ita elaborata, ut exempli loco eſſe queat, qua ratione in diſcuſſione vitiorum ſit verſandum.

J. Tillotſon aufrichtiger Nathanaël cum Annot. B. W. Marpergeri. Nürnberg 1716. Mel ſine cera. Hoc eſt, opuſculum, in quo *ſinceritatis* ratio ita diſcuſſa eſt, ut, ſi virtutes omnes ita haberemus deſcriptas, Aretologiis aliis facile poſſemus carere, hoc uno Catone contenti.

Mr. Charles Drelincourt Conſolaions de l'ame contre les frayeurs de la mort. Amſterdam 1660. Vir ingenioſus, acutus, non rudis in elegantioribus diſciplinis, & cum differendi ratione, tum ipſo orationis genere liber. Laudatus à Ben. Picteto in Ethica L. VIII. c. 21. p. 1168. Ubi hic libellus commendatur inprimis, diciturque, *das ſchöne Buch des Herrn Drelincurt.* Quo elogio non prorſus eſt indignus. Verbis tamen magis abundat Auctor, quam rebus. Et in augendo, ornando, & illuſtrando argumento magis eſt occupatus, quam in roborando. Ora-

tor liberalis & ſuavis; Sed non æque gravis Theologus. Cautus tamen, qui de Sectæ ſuæ placitis nihil hiſce conſolationibus inſeruit.

Lucæ Evangeliſche Tugend-Lehre. Hamb. 1705. Cujus interpres aut ludit, aut ineptit, dum eidem proximum à SS. concedendum eſſe judicat locum. Quippe in medioximis vix ſubſiſtit, nedum in ſummis.

A. Rüdigers Anweiſung zu der Zufriedenheit. Leipzig 1721. Opus παροδοξώτερον. In quo Auctor contendit, nec felicitatem in his terris eſſe quærendam, nec infelicitatem pertimeſcendam, cum illa demum in cælo, hæc in inferno futura ſit. In hac enim vita mala bonis eſſe permiſta, ſummumque in ea hominis eſſe bonum animi tranquillitatem, h. e. prudentiam in ferendo malo, & huic annexam ſagacitatem perſpiciendi, quid mali in bono inſit, quidve boni in malo.

M. R. Tellers Chriſtl. Lebens-Pflichten. Leipzig 1710. Cujus methodus eſt Seberiana. Res utiles, egregiæ, aureæ; Sed dicta SS. non ubique oportune allata, & nervus probandi in quibusdam ita reconditus, ut Delio natatore opus habeat.

Ejusd. Bibliſches Creutz- und Troſt-Büchlein Leipzig 1713. Ejusdem cum præcedente commatis.

B. C. R. geiſtliches Journal. Garleben 1722 Cujus autor eſt B. C. Rakenius, Paſtor Neo-Garterslebienſis. Vir nobis non ignotus, candidus pius, doctus. Sed peculiari malo domeſtico affli-

ctu

ctus, quo ipſo & magis ad auxilium Dei ſolicitandum excitatus eſt.

Julii Fatii Mortification-Büchlein, aus dem Italiæniſchen in die lateiniſche, und weiter in die teutſche Sprache überſetzt, durch Martinum Huber. Cöln 1604. In quo quædam vivendi rationes non prorſus in minimis habendæ, eæque ordine concinno traditæ; Sed ita in linguam Germanicam traductæ, ut cum perſpicuitate vim, & gratiam, & nitorem fere omnem perdiderint.

Sylloge variarum precum, in uſum eorum, qui Eccleſiæ Pontificiorum addicti ſunt, ſeparatim excuſarum. Et iccirco à nobis collectarum ac colligendarum, quod idolomaniæ apud eosdem uſitatæ ſunt teſtes, ac indices.

Bambergiſches Chriſtliches Bet-Buch. Sultzbach 1715. De quo not.

(1) Precationes fere omnes ex Hortulo animæ eſſe decerptas, & totum opuſculum aliud nihil eſſe, quam Hortulum animæ recuſum, & in locis quibusdam auctum, atque correctum dicam? An corruptum?

(2) Cantionem illam notiſſimam *HErr JEſu Chriſt wahr Menſch und GOtt*, quæ p. 101. legitur, à Lutheranis eſſe mutuo petitam, eamque falſo adſcribi l. c. J. Leiſentritt, cum à Paulo Ebero ſit confecta, docente id ipſum J. C. Oleario *in Lieder-Schatz* P. I. p. 134. ſeq. Eaque in hortulo animæ p. 61. ἀδιεσπότως afferatur.

Catholiſches Geſang-Buch. Hildesheim 1721. In quo multa præclara, ſed ex libris Evangelicorum

corum aſceticis petita; ut p. 1. 28. 251. &c. Quædam mediocria. Quædam etiam vernilia, & gravitate Theologica prorſus indigna, ut p. 127. 137. 135. &c. Quædam ad imitationem Evangelicorum compoſita, ſed ita immutata, ut univerſam fidei Chriſtianæ analogiam pervertant; v. g. p. 201. *Das Heyl kommt uns gewiſslich her.* In quo hymno quantum à ſe ipſis diſſideant οἱ περὶ τῆς Ῥώμης, docet G. H. Götzius in diſſert. de odio Pontificiorum in hymnos Eccleſiæ Lutheranæ §. 5. p. 14. ſeq.

H. Müeri Geiſtliche Erquickſtunden. Franckf. 1667. Quarum auctor eſt quaſi Seneca Teutonicus, ſive ſtilum ſpectes, qui eſt conciſus & ſententioſus; ſive methodum, quæ eſt arbitraria, electica, florilegia; ſive res ipſas, quæ omnes tendunt ad emendationem vitæ.

Nouveaux Eſſais de Morale. Amſterd. 1682. Prima hæc tantummodo pars eſt periculorum Ethicorum J. Placette, quarum ſex prodierunt ſucceſſu temporis hoc idiomate, quæ omnes à M. G. C. Lentnero uno faſce comprehenſæ, & in ſermonem Germ. traductæ, una cum appendice in lucem exierunt. Nec nullo omnino eruditorum plauſu exceptæ ſunt.

G. Gabrovii Speculum fidei ſalvificæ. Lüneburg 1691. Nitidum, ſplendidum, coruſcum; planum, nervoſum, ſolidum, & iſthoc elogio dignum quod eidem impertit J. P. Spenerus in Theol. *Bedencken* P. III. p. 97.

Aletophili wahre Theologia Myſtica contra Herm. Schein. Franckf. 1725. Vir in lectione Myſticorum

rum & Theologia myſtica non perfunctorie verſatus, ſed in redarguendis adverſariis nimium amarulentus & acerbus,

Collectum volvens patulis ſub naribus ignem.

A. Fabricii heiliger Teuffel cum A. Dranckmeiſters Seelen-Hoffart. Halb. 1675. Libellus Ethico-Epanorthoticus, aſperiore ſtilo ſcriptus, qui eo tempore, quo primum prodiit, nonnullos excitavit motus in Eccleſia.

Michael Weiſs (alias Albinus) *geheime Nachricht Sionitiſcher Wallfahrt.* Francf. ad Moenum. In hoc opuſculo Auctor Joh. Barclaji Argenidem, & Philippi Sidnei Arcadiam ſecutus, ut ipſe fatetur in Epiſt. Dedicat. Theologiæ Chriſtianæ ſumma capita involvit fictionibus, & quæ perſpicue tradita ſunt in SS. Mythica docendi ratione, reddidit obſcura; Scilicet, ut Lectoribus magis placerent, quas feciſſet fabulas. Quaſi ad jucundum ſolummodo in ſenſu motum excitandum perorànda ſit Theologia, non ad emendandam mentem.

Joh. Preſton Schwachheit der Heiligen. Bern. 1671. Dignum argumentum, quod accurate perveſtigetur, ob labyrinthæas, quibus abundat, cavernas. Quæ nec ab Auctore perſpectæ ſunt omnes, nec ita excuſſæ, prout decebat. Cui malo ſi quis manus velit adferre medicas, definitionem cumprimis exactiorem infirmitatis conſtituat neceſſe eſt, quam Auctor p. 28. conſtituit. Qui filo hoc Ariadnæo negligentius habito, non potuit non labi interdum, & errare & decipi, & ſibimet ipſi contradicere, & venialibus ea annumerare, quæ ſunt peccata mortalia.

Richard

Richard Sibs Seelen Selbſt-Streit und derſelben überwindung. Item von denen Mitteln, ſich in der Traurigkeit zu tröſten. Caſſel 1675. In quo ſcriptore eſt quædam non ingrata negligentia, hominis de re magis, quam de verbis, laborantis, quam etiam ita elucubravit, ut oppido pauci ſint, qui de ea ſcripſerint luculentius, ſubtilius, ſolidius.

Caſpar Neumanns Kern aller Gebete. 1713. Libellus plus quam tricies excuſus, in linguam Gallicam, Anglicam, Batavicam, Italicam, Polonicam, Danicam, Svecicam &c. translatus, à doctis indoctisve ſummis laudibus ornatus. Neque id immerito. Siquidem argumentum cum inſcriptione amice conſpirat, nucleumque precum exhibet ſine putamine.

Anonymi ſuſpiria divina h. e. Geiſtliche Betrachtungen aus dem Engliſchen überſetzet von J. C. S. Hölling. Hildesheim 1729. Utinam, qui vertendi laborem tam auſpicato ſucceſſu ſuſcepit Dn. Hollingius, Vir Doctiſſ. & nobis amiciſſimus, de Auctore horum ſuſpiriorum quædam indicaſſet. Qui Henrico Müllero noſtro, vel ſi mavis, L. C. Senecæ perſimilis, ſententiis & alluſionibus, & ingenioſis acutisque locutionibus indulget usque ad redundantiam. Copioſus ſoliloquiorum ſuorum; Sed parcus SS. & divinorum eloquiorum interpres, & infrequens. Quæ adfert admodum tenuiter, & infra modum potius, quam ſupra modum.

J. M. Schamelii Evangeliſcher Lieder-Commentarius. Leipzig 1724. In quadringentis cantionalium Editionibus, quas in Bibliotheca ſua lati-

tar

tare commemorat G. Serpilius. *In der Fortſetzung der zufälligen Gedancken von Liedern.* p. 3 - 108. hæc videtur optima, lectiſſima, & abſolutiſſima. Laudata à C. Gerbero in Hiſt. regenitorum & Joh. C. Wetzelio in Hiſt. Hymnopæorum P. I. p. 47. Aliis. Nec immerito. Quod enim exoptavit J. C. Olearius in præf. theſauri Cantionalis, ut Cantiones ſacræ (1) Dictis SS. corroborarentur, (2) Scholiis quibusdam illuſtrarentur, (3) Natales earum & fata exponerentur; Id ita præſtitit auctor, ut laudis præmium quaſi debitum poſſit exigere; Utut non ubique omne tulerit punctum. Emendatus nonnunquam à J. C. Wetzelio, ac emendandus in quibusdam, & in locis nonnullis ſupplendus adhuc & locupletandus v. g. p. 346. ubi auctor tacitus prætermittit locum vexatiſſimum, *Nicht mehr denn lieber HErre mein &c.* Qui à Pontificiis non ſemel objectus nobis, nuper adhuc à Chriſtiano Democrito in Demonſtr. Evangelica p. 272. in ludibrium Doctrinæ Evangelicæ eſt allatus: Sed per calumniam, ſi quid judicamus, & malitioſam verborum explicationem. Siquidem l. c. ſermo eſt de fide, non de vita. *Es iſt die Rede von Glauben, nicht von dem Leben, nicht von der Liebe, nicht von neuen Gehorſahm. Von des Glaubens innerlicher Geſtalt, nicht von äuſerlichen Früchten. Von Glauben in der Rechtfertigung, nicht in der Heiligung. Denn in der Rechtfertigung brauchen wir nichts mehr, als J. C. in wahren Glauben vor die Bruſt zu binden, und denſelben zum Bürgen und Bezahler vor unſere Sünde darzuſtellen. Aber in der Heiligung muſs der Glaube auch durch die*

Liebe

Liebe thätig, und mit Wercken vergeſellſchafftet ſeyn. Welches der Auctor dieſes Liedes auch v. 8. und v. 10. deutlich zu erkennen giebet. Daher denn dieſes Lied von den Wiederſachern citiret wird, wie der Pſ. 91. bey den Matth. IV. 6. von den Satan.

J. A. Freylingshauſen Geſang-Buch. Halle 1719. 2. Volum. Cui noſtro exemplo nomina Hymnopæorum inſeri curavimus, ex ipſius Freylingshauſii exemplo excerpta. Theodorus Daſſovius in Alloquio fraterno de pura doctrina conſervanda c. VII. p. 53. limpidos puræ doctrinæ fontes turbari hoc cantionum libello exiſtimat, quod multa in eo ſint Pietiſtica, fanatica, Enthuſiaſtica, Chiliaſtica &c. Cui reſpondet Cordatus Evangelicus in cordata reſponſione ad Daſſovii alloquium c. VII. p. 45. Ubi, quæ à Daſſovio exempli loco allata ſunt, ab imputata impuritate vindicat. Redauſpicatus eſt prælium Daſſovius, qui 1716. edidit juſtam animadverſionem in Cordati Evangelici inanem loquacitatem, Hamburgi excuſam, ubi & alloquium ejus 1713. prodierat. Nec contentus hoc duplici ariete, ſuccenturiavit tertium. *Treuhertzige VVarnung vor die Quäckeriſche und Enthuſiaſtiſche Lieder in Halliſchem Geſang-Buch.* Flensburg 1726. Facultas etiam Theologica Wittebergenſis 1715 vulgavit *Ein Bedencken über das Halliſche Geſang-Buch*, in quo conſilio plane ejusdem cum Daſſovio eſt ſententiæ. Nec multum abit ab hac linea J. A. Schmidius in Diſſert. de modo propagandi religionem per carmina §. 24. Attamen fatetur V. E. Löſcherus, Pietiſtis minime addictus, *In Evangeliſchen Zehenden* P. III. p. 192

Con

Cantionale hoc in quibusdam partibus eximiam mereri laudem. Et Auctor eſt J. C. Wetzelius in Hiſt. Hymnopæorum P. II. p. 292. Daſſovium in præmonitione prædicta æſtu diſputationis abreptum Cantioni, ab univerſa Eccleſia Evangelica receptæ, *Weltliche Ehre und zeitliches Guht*, nigrum præpoſuiſſe theta, & eidem notam heterodoxiæ inuſſiſſe.

E. Neumeiſters Evangeliſcher Nach-Klang. Hamburg 1718. Aurea mala in cælaturis argenteis, ipſius Auctoris judicio, in præfat. Siquidem ipſe præfationis Auctor eſt, quod diſerte ſcribit J. C. Wetzelius in Hiſtoria Hymnopæorum P. II. p. 230. Nec nihil etiam auri eſt in hiſce canticis. Quorum facilis, mollis, & leniter ſponteque lapſa eſt oratio. Et non affectata vel anxie quæſita diſpoſitio. Et meditationes nonnullæ oppido opiparæ & præclaræ. Inprimis autem excellit in iis Pſalmus XIX. p. 36. & in Pſalmo XXVI. v. 6. p. 51. Sed & ſcobis aliquid acceſſit metallo, dum auctor temperare ſibi non potuit, quin capitale, quo Pietiſtas ſemper inſectatus eſt, odium in hiſce ſuis canticis data quacunque occaſione proderet, ut Pſ. LIII. v. 8. p. 107. Alibi.

Martini Cruſii Homiliæ Hymnodicæ. Arnſtad 1705. Laudatæ à J. C. Oleario *im Lieder-Schatz* P. I. p. 6. Et eo nomine laudandæ, quod, ſi non *primus*, tamen *ex primis* fuit Auctor, qui in cantiones Lutheranorum Sacras adornarunt Commentarios. Cæterum pleræque ſunt αὐτοσχεδιαστικαί, & pervulgati commatis, nihilque magnopere

pere continent, quod vel percellere lectorem, vel Cruſii nomen in loco excelſo & ſublimi collocare queat. Neque etiam eo conſilio ſcriptæ videntur, ut in lucem publicam producerentur.

Petri Buſchii Jubilæum cantionum Eccleſiaſticarum Lutheranum. Hanover. 1724. In quo de origine & utilitate cantionum Germanicarum in Eccleſia Lutherana conlectanea non ſine ſtudio & judicio congeſta leguntur.

In Duodecimo.

E. Sonthoms Güldenes Kleinod der Kinder Gottes. Nürnb. 1675. Libellus plenus nervorum, ſucci, vitæ, ſpiritus, ad excitandam pietatem perutilis, & dignus omnino ſuo titulo, quicquid contra ringantur alii, v. g. Auctor reſponſi Theol. J. P. Speneri piis deſideriis annexi, & poſt eum D. G. C. Eilmarus, cui dicam iccirco ſcripſit J. A. *Freylingshauſen in der Entdeckung der falſchen Theologie. p.* 3.

Breviarium Romanum. Pariſiis 1652. Scilicet quæ ante Concilii Tridentini tempora excuſa ſunt breviaria, variant pro varietate Eccleſiarum: Sed, quæ poſtea ſunt excuſa, conſpirant, & ſunt recognita & repurgata juſſu Pii V, Clementis VIII. & Urbani VIII. ſed non ita repurgata, ut mendis omnibus careant, quod egregie docet Joh Aymon *in der Verwandelung der Römiſchen Religion* p. 218-230.

Flores R. P. F. Ludovici Granatenſis. Coloniæ 1598. Qui Aſceticorum omnium, qui Sec. XVI elu

eluxerunt in Romana Eccleſia, fuit celeberrimus. Vir pius, doctus, modeſtus & polygraphus, ex cujus XIV. voluminibus Aſceticis hi flores à Mich. ab Iſſelt ſunt collecti, & ex Hiſpanico idiomate in LL. traducti.

Ejusdem de Oratione & Meditatione Libri tres. Coloniæ 1592. Qui ſcripti ſunt Hiſpanice ab Auctore, & editi Salmanticæ 1567. in 8. Et Medinæ 1578. Poſtea traducti in ſermonem Italicum, excuſique Venetiis duabus vicibus. Ac tandem in LL. à Michaële ab Iſſelt, ſæpiusque ſub prelum ire juſſi. Inſignis enim de iis Eruditorum fuit exiſtimatio. Nec nihil inde emergit commodi, ſi cum grano ſalis lectitentur.

F. Thomæ Hibernici Flores Bibliæ. Antwerpiæ 1568. Editio Plantiniana. Ordo Alphabeticus. Flores ex verſione vulgata excerpti ab Auctore Pontificio, utiles tamen ad ipſos Pontificios confundendos. Siquidem p. 68. ubi agit de capite Eccleſiæ, altum de Papa eſt ſilentium. Nec quicquam habet de B. O. ſexcenta autem de fide, & ejus juſtificandi facultate.

Inſtitutiones Chriſtianæ & Regulæ ſ. ordinationes Confraternitatis B. M. V. Leodii 1579. h. e. Libellus Aſceticus in uſum Sodalitatis B. M. V. in quo

Sunt bona mixta malis, ſunt atris alba rigata.

J. de Bielkis Orationis dominicæ explanatio. Hafniæ 1626. Ex meris fere locis SS. parallelis, iisque non ſemper oportune allatis, conſarcinata.

Sagittarii Horatius prophanus. Jenæ 1616. non

Oo 2 invita

in vita Minerva expreſſus, & conferendus cum Au-
ctoris Horatio Chriſtiano.

D. N. Eſchii Exercitia Theologiæ Myſticæ. Co-
loniæ 1676. Quorum ſtilus, more Myſticorum
multis novis & inuſitatis vocabulis eſt refertus
Methodus juxta tres vias Myſticorum tritas di-
geſta. Res omnes aſceticæ, practicæ, eclecticæ
ſed interdum tamen ſectam Auctoris, qui fui
nobilis Pontificius, non obſcure teſtatæ, quod
probe notavit Scholiaſtes, quem H. Ammersba-
chium fuiſſe hariolamur, ex cujus etiam biblio-
theca hæc editio ad nos pervenit.

*Pſalterium Davidis cum Canticis, Hymnis, &
orat. Eccleſiaſticis.* Hamb. 1609. *Evangelia &
Epiſtolæ Dominicales cum diſtichis J. Stigelii.* Lube-
cæ 1611.

Hortulus animæ. Würtzburg 1664. Qui ſæ-
pius recuſus, judice G. Calixto in Theol. Mora
p. 444. multa continet, à ſincero Chriſtianiſm
non aliena. Et ſane in libris Aſceticis Pontif-
ciorum vix ullum invenias, qui puritate, nob-
litate, & ἐνεργείᾳ hunc vel æquet, vel attinga
Dignus iccirco viſus Bambergenſibus, qui tot
in librum precatorium Bambergenſem (*Bambe-
giſch Chriſtl. Gebet-Buch*) adſciſcatur. Nec in-
merito; Dummodo non in locis quibusdam fui
ſet corruptus ab iisdem & adulteratus.

G. Grabowii Paræneſes cum judicio de Comœdi
Berolini 1701. à P. J. Spenero in deliciis h-
bitæ, & ab eo ſæpiuſcule citatæ, laudatæ, com-
mendatæ.

Mad. de la Valliere reflexions ſur la miſericorde de Dieu Gallice & Germ. Frf. 1681. Eo animi ſenſu ſcriptæ, ut ejurata tandem pellacia, qua Ludovico XIV. regi Galliæ, per aliquot tempus adhæſerat auctor, vel ſi mavis, auctrix, eodem affectu poſtea intemerata mentis bona ſitiiſſe videatur, quo antea impuras corporis voluptates erat proſecuta.

Hertzens-Theologie. Frf. 1702. Scilicet collectio hæc eſt VI. libellorum Myſticorum, quorum auctores omnes fuerunt Pontificii & indocti, ſi ultimum P. II. exceperis, qui à P. Rapino vel potius à P. J. Rigoleve, (Sic enim corrigit P. Poiret, in addendis Epiſtolæ Criticæ de Scriptoribus Myſticis, id, quod in Epiſtola ipſa §. 79. p. 628. ſcripſerat) Scriptus putatur, quique iccirco multa habent heterogenea, non ſine cautione & providentia, & elephantina promuſcide legenda; Utut ſingularis eorum omnium apud P. Poiretum fuerit auctoritas. Quippe qui in Epiſtola de præcipuis Myſticis §. 16. p. 568. Vix ac ne vix quidem, ſcribit, invenietur tractatus, qui æqua virtute, ſerie, & præcellentia tam concinna, & perfecta brevitate gaudeat, atque mirabiles hi & forma parvuli libelli (ſcilicet *kurtzer Begriff der Lehre von der Vollkommenheit. Und Ruin der Eigen-Liebe*) quorum Auctor fæmina creditur. Et paulo poſt; Poteſt uterque tractatus, & præprimis ultimus, loco parvuli Epitomati ſolidæ Theologiæ Myſticæ Syſtematis haberi. Et p. 628. P. Rapinus eleganter ſcripſit de oratione in tr. cui titulus. *Oratio absque illuſione*, qui idem in Parte II. Theologiæ cordis,

ſub titulo, *Abregé de la Theologie Myſtique* legitur. Ibidem parvulus virginis tractatulus, *Vita interna* inſcriptus, eſt inſertus, in quo materiæ & ſpecies Orationis, ſimplicitate & facilitate haud vulgari expoſitæ ſunt. Multo autem conciſius in collatione divini libri, *Paſtor illuminatus* dicti, qui numero *primus* eſt in *Theologia cordis*.

VVecker der Lehrer oder Reinigung der Kinder Levi, Halle 1711. Libellus cenſorius, in vitiis miniſtrorum eccleſiæ notandis occupatus. Anglice primum ſcriptus ab Anonymo, tum à J. Kölmanno in linguam Hollandicam converſus, & 1674. cum præfat. invectiva ejusdem commatis editus, ac tandem à G. M. Laurentii in ſermonem Germanicum translatus, nec nullo plane loco habendus ac numero; ſed in eo tamen virgula cenſoria ipſe dignus, quod, quæ quibusdam adhæreſcit porrigo, ea tribuitur omnibus.

J. Bunians Heiliger Krieg. Hamburg 1694. Opuſculum iis commendandum, qui nucleum Theologiæ malunt in cortice, quam extra eum, & fabulis delectantur magis, quam nudis veritatibus. Siquidem Mythica Methodus jam pridem ex ſcholis noſtris exeſſe juſſa eſt, cum res divinas implicet magis, quam explicet.

P. Molinæi Jun. Seelen-Friede. Franckf. 1685. Cujus dictio dulcis, Methodus nova & inuſitata. Res ex purioribus Theologiæ & Philoſophiæ, Stoicæ imprimis, fontibus hauſtæ, adeoque & excellentioris commatis, & dignæ, quæ non legantur tantum, ſed ediſcantur, & in ſuccum & ſanguinem convertantur.

Beicht-

Beicht-Büchlein. Leipzig. J. C. Schaden, VVas fehlet mir noch. Leipzig 1702. Quorum prius opuſculum eundem Auctorem habet, quem poſterius. Laudandum à ſimplicitate, candore, & Zelo collapſum Chriſtianiſmum reſtituendi, ſed inamœnius lectu, ob affectatam dictionis brevitatem, & ſtili Mülleriani κακοζηλίαν.

M. J. H. VVigleb Hinderniſſe des Chriſtenthums und Verdeckung des Evangelii. Halle 1701. Duo opuſcula laude ferenda, dummodo μεθοδικώτερα. Sane ad diluenda communia Chriſtianorum de Chriſtaniſmo præjudicia præclare accommodata.

G. Nitſchii alterna Dei in exemplo. Wolfenb. 1695. Homilia hæc eſt in Pſ. 71. v. 20. ſed quam Auctor

Expoliit multa arte, ſuperque induxit amuſſim.

M. A. H. Francken Conciones ſeptem diverſo tempore habitæ & editæ. In quibus eſt naturalis quædam ſuavitas & gravitas, futura luculentior, ſi contigiſſet eas audire potius, quam legere.

Ejusdem Nicodemus von der Menſchen Furcht. Halle 1702. Cujus ſtilus eſt facilis, ordo naturalis, res præclaræ, ſed diuturniore lucerna dignæ.

M. J. Henningii Todes-Gedancken. Br. 1691. Auctor inter medios collocandus.

Betrachtung der Eitelkeit der VVelt. Caſſel 1641. Opuſculum à Wilhelmo V. Haſſiæ Landgravio, in deliciis habitum, & ab eo ex Gallico ſermone in Linguam Germ. translatum, lectu non in-

dignum, ſed acumine verborum abundans magis, quam pondere rerum.

M. B. Stöltzlin fidus Paſtoris Achates. Ulm 1668. Iis utilis, qui aliis ſubſidiis internis externisque deſtituuntur.

Erklärung der 7. Buſs-Pſalmen. Hildesheim 1715. Brevis, dilucida, nervoſa, caſta (ſi paucas quasdam in metaphraſi & paraphraſi exceperis maculas) & in quibusdam locis ad indolem Theologiæ Janſeniſticæ expreſſa potius, quam Jeſuiticæ, ex qua tamen ducit originem.

Drey erbauliche Büchlein (1) von der Sontags-Feyer. (2) Von Beichten. (3) Von Fluchen. Goslar 1704. Quorum (1) Auctorem habet C. Calvörium. (2) J. C. Schaden. (3) M. G. A. Et quorum ea etiam eſt ratio, ut primum opuſculum ſecundum, & ſecundum tertium dignitate ſuperet.

M. H. Varenii Defenſio J. Arndii contra G. Roſtium. Luneb. 1626. Brevis, nervoſa, plana, facilis; Sed nec accurate digeſta, nec moderata ſatis, nec ſufficiens ad objectiones Roſtii, aliorumque Arndiomaſtygum diluendas, niſi cum alia Auctoris Apologia, M. Oſiandro in eadem cauſa oppoſita, conjungatur, in qua orthodoxia Arndi operoſius excuſſa & propugnata eſt.

Matthæi Meade, der bey nahe Chriſt. Berlin 1718 Qui libellus vere eſt Pragmaticus. In quo Auctor (ſi quædam ſectæ Calvinianæ excipias placita, quæ alicubi irrepſerunt, ut p. 197.) omn fere punctum tuliſſe videri queat. Docet enim aperte; probat evidenter, colligit acute, impugnat fortiter, ac veri falſique Chriſtianismi it deſcribit indolem, ut intus & in cute eunder

per

perſpexiſſe appareat. Adde antitheta, ſimilia, exempla, quibus ceu floribus, hunc campum conſperſit, & ornatiorem reddidit.

L. Bailii praxis pietatis. Utrecht 1649. Ex Anglico ſermone in linguas pleraſque Europæas translata, ſexcenties excuſa, & à quibusdam pluris quam ipſa SS. reputata, referente Joh. d'Eſpagne in Schibboleth p. 542. & ineptos hos rerum arbitros alto rubore ſuffundente, demonſtrando ſimul l. c. quot, quantæque in hoc libello inſint maculæ, dictiones & res ludicræ, jejunæ, vanæ, παιπτιζυσαι &c. Quod licet negari non poſſit prorſus; Attamen nec iſtud poteſt revocari in dubium, auri plus eſſe in eo, quam ſtercoris.

G. Grabaws Weg zu der VVahrheit. 1689. Libellus perelegans & perutilis, tum ad errores vulgares hodiernorum Chriſtianorum declinandos, tum ad vera religionis noſtræ, in credendis & agendis, capita dignoſcenda, amplectenda, excolenda.

J. A. Comenii das eintzige Nohtwendige. Lüneb. 1690. Caute & non niſi ſumto prius Elleboro legendum, ob nimiam Auctoris, qua uti ſolet in rebus Theologicis dijudicandis, libertatem.

H. Drexelii Gymnaſium patientiæ. Cölln 1634. Scholam redolens magis, quam Eccleſiam, & dictionis ſuavitate excellens potius, quam rerum ubertate, & regularum ſelectu, & argumentorum pondere.

Joh. M. Dillheri Contemplationes hominis Chriſtiani. Jenæ 1634. In quibus ſtilus expeditus quidem; Sed non æque caſtus, ordo tolerabilis, & res à pietate commendandæ potius, & bona au-

ctoris voluntate, quam à ſingulari Theologiæ cognitione & mentis acumine.

Tractatus IV. aurei, duo J. Staupitii, unus V. Crotoaldi, & unus Anonymi; à nobis 1707 denuo in lucem emiſſi, & præfatione donati, in qua de ratione eorundem copioſius diſſeritur.

Regula S. Benedicti illuſtrata à R. P. Benedicto Meyenſchein. Hildeſii 1726. Quæ regula Sec. VI. in monte Caſſino à S. Benedicto eſt condita, qui *primus* in occidente vitam *Cœnobiticam* pro *Eremitica* introduxit. Nec imus inficias, eam pleriſque regulis aliis eſſe præferendam, ſpeciatim S. Baſilii, quæ eſt intricatior; S. Auguſtini, quæ Generalior; S.Franciſci, quæ brevior & adſtrictior. Damus etiam eam SS. dictis magis abundare, quam reliquas; Nec ita in verba interpretis vulgati juraſſe, ut non ſubinde ab iisdem recedat; An vero iis præconiis exornanda ſit, quibus (280.) à Scholiaſte eſt exornata, jure ſubdubitamus, primum quia ſtilus in ea admodum lutulentus fluit, tum quia dicta SS. multa parum oportune ſunt allata; Et tandem quia quædam neceſſaria ſcitu plane præterita. Et quædam iis temporibus convenientia tradita; Sed non noſtris, quædam etiam hodie plane abrogata. Adde varias lectiones, & Interpretationes, vocesque ſignificationis dubiæ, & ita obſcuræ, ut quid denotent, ſciamus cum ignariſſimis. Nec ab eo, qui ſcholia ſubjecit, exſpectanda ſunt in his difficultatibus ſubſidia. Qui ab iis opibus, quæ ad illuſtranda Antiquorum monumenta requiruntur, tam parum eſt inſtructus, uti nec vulgatiſſimorum vocabulorum, v. g.

Mo-

Monachi, Alleluja &c. perſpectam habuerit originem.

Regula S. P. Benedicti. Sine loco & tempore. De qua, quid ſentiamus, jam ante diximus. Nec diſcedimus à decreto. Dictio eſt inculta, Structura fortuita, & inexſpectata, & parum concinne diſpoſita. Et canones plerique è S. Baſilii diſciplina deſumti, ſub cujus regula initio fuit S. Benedictus, & ad mores externos magis, quam internos, componendos acommodati. Sane iis elogiis non digni, quæ B. Meyenſcheinius, in Comment. in hanc regulam p. m. 280. convaſavit. Et hæc Editio à Meyenſcheiniana ita abit, ut non voces tantummodo & phraſes inter ſe diſſentiant, ſed & integræ interdum lineæ vel ſuperſint, vel deficiant. Quod & in Concilii Tridentini Editionibus quibusdam obſervavimus; Ut, ſi A. C. variationes nobis exprobrare velint Pontificii, nos diverſitatem Librorum Symbolicorum iisdem, & Regularum Cœnobiticarum diſcrepantias, eodem jure objicere valeamus, & ſic malorum domeſticorum admonitione præſtare, ut deſinant arrogantius inſectari alios.

Regel des dritten Ordens unſer Lieben Frauen-Brüder von den Berg Carmel, Aus den Niederländiſchen P. Danielis *ins Hochdeutſche überſetzet durch* P. Carolum. Cölln 1721. Quæ in digerendis externis eſt occupata magis, quam internis. Et ad τὸ πρέπον formandum accommodata quidem, non autem ad excitandam veram μετάνοιαν, vel diviniorem mentis habitum. Cujus generis pleræque omnes ſunt religioſorum regulæ. Civiles

les iccirco appellandæ magis quam religioſæ. Ut quævis Monachorum ſocietas peculiaris eſt quaſi quædam reſpublica. Ex quibus Carmelitarum illa Sec. XII. à Bartholdo quodam collecta dicitur, ex Eremitis in monte Carmelo, & ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano, regula ſive vivendi lege inſtructa.

Franc. de Sales Introduction à la vie devote, Cölln. 1660. In qua dictio facilis & ſuavis, œconomia naturæ rerum reſpondens, manuductiones præclaræ, & ad omnis generis homines, etiam in media turba viventes, accommodatæ, acutis ſententiis excitatæ, & peregregiis ſimilitudinibus, ceu ſtellulis, diſtinctæ; Sed Eccleſiæ Pontificiæ idiotiſmis ſubinde deformatæ.

Regulæ Societatis Jeſu. Dillingæ, ſine die & conſule. Ab Ignatio Lojola, Societatis Jeſu Primo Statore, concinnatæ, & ex regulis Baſilii, Benedicti, Auguſtini, & Franciſci, quæ ſolæ triumphaverant adhuc in ſacris ordinibus, collectæ, & ita digeſtæ, ut nov-antiquæ ſuo jure dici mereantur. Interpolatæ tamen à quibusdam poſt Ignatii obitum, quod nec ipſe Julius Nigronius in Comment. Aſcetico in Regulas communes Societatis Jeſu P. I. p. 26. inficiatur. Et ab iis quibus datæ ſunt, ita obſervatæ, ut Joh. Mariana, qui & ipſe ſub Ignatio in hac Societate vixit jam ſuo tempore de morbis Societatis, ejusque cauſis & remediis, peculiare opus ediderit, in quo c. 19. ſcribit; Leges noſtræ, maxime autem regulæ, mutatæ ſæpius fuerunt. Corpus Societatis ex toto contrarium eſt ei, quod fundator

noſte

noſter Ignatius imaginatus ſibi fuerat atque formaverat.

Regel und Teſtament S. Franciſci &c. Cölln 1702. Cujus regulæ hiſtoria extat h. l. p. 101-105. Et ſi fabulam eam non hiſtoriam eſſe exiſtimes, hoc extra dubitationis aleam poſitum eſſe ſcias, S. Franciſcum, gente Italum, Sec. XIII. eandem ſuis Sectatoribus præſcripſiſſe, compreſſione verborum & rerum ita adſtrictam, ut in exigenda ſpontanea paupertate, duram præ reliquis & moroſam & rigidam. Quam Lib. VI. c. 9. p. 206. ſeq. De Origine Monachatus inſeruit Rudolffus Hoſpinianus, & animadverſionibus lectu dignis illuſtravit.

N. Elffen Panis cœli. Cölln 1668. Panem cœli promittit Auctor, & ecce! P. I. apponit vinum cum lacte, P. II. cibum parvulorum P. III. cibum ſolidum. Ex quo per ſemetipſum facile unusquisque æſtimare poteſt, qualis quantusve hic ſit Tricliniarches.

Regel der Societät Jeſu. Dillingen 1599. Quæ ex latino, quod Dillingæ etiam excuſum eſt, exemplo expreſſæ ſunt, ſed ita ut Dialecto Suevicæ nimium permiſerit Auctor, & ſenſum Ignatii non ſemper accurate aſſecutus ſit. Adde præteritiones nonnullas, & interpolationes, & metatheſes in verbis, & rebus, & œconomia factas, quæ tantæ ſunt, ut integræ interdum ſectiones vel omiſſæ prorſus, vel loco ſuo motæ, & alia ratione in hac verſione digeſtæ ſint, quam in exemplo latino deſcriptæ extant.

R. P. Friderici Lamberti Aſceſis Ignatiana. Hildeſii 1712. *Primus*, quem Ignatius Manreſæ luce divina colluſtratus (ſcilicet, ſi Ribadeneiram audias in vita Ignatii L. I. c. 7. p. 47.) ex ſe promſit, eſt *Exercitiorum Spiritualium* libellus. Qui Hiſpanice ab eo ſcriptus, poſtea ab Andrea Fruſio in LL. translatus eſt, (Vide Nic. Antonii Bibl. Hiſp. novam p. 473.) Laudatus à Ribadeneira l. c. c. 8. p. 49. Probatus à Paulo 3. Pontifice Romano 1548. (l. c. p. 53.) Et ab hæreticæ pravitatis inquiſitore deſcriptione dignus judicatus (l. c. L. II. c. 2. p. 93.) Notatus quidem à Salmanticenſibus ob phraſes quasdam l. c. c. 15. p. 80. Et ſcriptis publicis à nonnullis in Hiſpania impugnatus l. c. L. IV. c. 9. p. 596. A plerisque tamen, & Societatis Jeſu Theologis omnibus Studioſe lectitatus, & una cum *regulis & conſtitutionibus* Ignatii ſemper eodem loco ac numero habitus. Atque ex eo hæ meditationes excerptæ ſunt.

Flos Carmeli. Hildeſiæ 1660. Libellus Hiſtorico-Aſceticus, in quo Carmelitarum (1) Ortus, progreſſus, Status, (2) precandi ratio, ita deſcribitur, ut, ſi parti priori fabulas, poſteriori heterodoxias detraxeris, reliquiæ opuſculi futuræ ſint perexiguæ.

D. Defenſoris ſcintillæ ſ. loci communes ex SS. & Patribus decerptæ. Antwerpiæ 1554. Auctor perpaucis ſaltem de nomine notus.

Lutheriſch Geſang-Buch in Niederſächſiſcher Sprache. Editio antiquiſſima, licet pagina prima, Genealogiæ teſtis, cum aliis quibusdam, incuria poſſeſſorum interciderit. Nam (1) omnes Davidi-

vidici Pſalmi in ea comprehenſi, & rythmo non alligati, ſunt ex verſione Lutheri prima, quæ manifeſta eſt antiquitatis nota. (2) Ritus miſſæ in eo deſcripti, in incunabilis Eccleſiæ Lutheranæ fuerunt olim uſitati. (3) Auctores omnes cantionum ibidem legendarum ſunt vetuſtiſſimi. (4) Plerarumque phraſes, quæ in poſterioribus editionibus mutatæ ſunt, in hac adhuc ſunt inviolatæ, v. g. in cantione *Aus tieffer Noht.* v. 2. *des muſs Dich fürchten jederman* Pro qua in ſequ. edit. corrupte legitur, *des muſs Sich fürchten jedermann.* Conf. J. C. Wetzels *Lieder-Tichter* P. II. p. 111.

(1) *Evangelia und Epiſteln in Niederſächſiſcher Sprache.* Lemgo 1604. De qua Editione notandum in Epiſtola Dominica Quaſimodogeniti legenda, deeſſe dictum illud illuſtre 1. Joh. V. 7. Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in cœlo &c.

(2) *Geſang-Buch in Niederſächſiſcher Sprache.* Lemgo 1604. In qua Editione multæ lectiones egregiæ, quæ prioribus Editionibus fuerunt inſertæ, ſunt omiſſæ. Aliis ignobilioribus in earum locum ſubſtitutis v. g. p. 21. (b) Quædam ex iis mirum quantum ſunt immutatæ, quædam, quæ intemeratæ perennarunt, ita ſunt comparatæ, ut ex iis nonnullæ hodiernarum noſtrarum poſſint emendari v, g. p. 100. Cantio, *Nun lob meine Seele den Herren*, ubi Sect. III. pro eo, quod nos legimus, *Gleich wie das Graſs von Regen,* legitur, *Als Graſs des Menſchen Leben,*

Lutheriſch Geſang-Buch in Pohlniſcher Sprache Wegdansku 1644.

Ge-

Geſang und Gebet-Buch in Däniſcher Sprache. 1626

Noch ein Gebet-und Geſang-Buch in Däniſcher Sprache. ſine titulo.

Hamburgiſches Geſang-Buch. Hamb. 1714. In quo laudamus Cantionum œconomiam, quæ præclara eſt; Sed id deſideramus, Auctorum nomina quædam, quæ nota ſunt, omiſſa, quædam etiam dubia; & quædam falſo allata, quædam ſiglarum myſteriis involuta. Et in præfatione duo tantum ex primis Evangelicorum Cantionalibus indicata, cum tria ſint omnino, eaque omnia à Schamelio in lucem edita.

Joh. Lud. Praſchii Pſyche Cretica Germanice. Leipzig 1705. Quæ Collect. Act. Erudit. Anni 1685. p. 583. judicio, eſt fabula Romanenſis, nec prolixa nimis, nec ludicri quippiam, aut feſcennini continens, ſed quæ πρεπον ubique, cuilibet perſonæ conveniens, obſervat, & animam Chriſtianam in Eccleſia militante cum hoſtibus Spiritualibus colluctantem, & cæleſtia anhelantem, ſub profano ſchemate, & quidem ingenioſe admodum, deſcribit.

CA-

Caput X.

DE SCRIPTIS THEOLOGORUM RECENTIORUM CASISTICIS.

In Folio.

Conſilia *Theologica Wittebergenſia.* Frf. 1664. In quibus pleraque præclara, ſelecta, ſolida, ingularia, ad amuſſim exacta, lucernamque lentia, & ad Hiſt. Lit. & Eccleſ. non minus, uam univerſæ Theologiæ cognitionem, egregie acientia; Sed & Heteroclita nonnulla (Hiſtoica, dogmatica, polemica) Quædam etiam roletaria, impræmeditata, extemporalia, & onnulla præter rationem eodem loco bis appoita, ut P. II. p. 82. 83. vel, cum ſupprimenda uiſſent, publicata, ut P. IV. p. 71.

In Quarto.

P. *J. Speneri Theologiſche Bedencken* 1. 2. 3. 4. *und letzter Theil.* Halle 1708. & 1711. 3. Vol. x omnibus Speneri operibus hoc eſt optimum, piſſiſſimum, exactiſſimum, utiliſſimum. Dinum, quod nocturna diurnaque manu verſetur,

& eo loco ac numero habeatur, quo Homeru ab Alexandro. Nec obſtat ordinis non ſempe accurate obſervata ratio, aut nominum multo rum propriorum diſpunctio, aut ſtatuum con troverſiæ non ubique juſta declaratio, aut Epi ſtolarum quarundam incurioſior elaboratio aut reſponſi unius non una repetitio, au *μακρόκωλος* dictio, aut humanitatis in articuli quibusdam profeſſio: Hæc enim omnia reſarci inſignis rerum præſtantiſſimarum copia, varietas dignitas, decus, excellentia, quæſitorum omnium & reſponſorum utilitas, & Auctoris in uſitata plane in ſcribendo profunditas, prudentia circumſpectio, ſuavitas, doctrina, pietas, con juncta cum pari humilitate, lenitate, & mo deſtia.

J. Taylor Doctor dubitantium. Bremæ 1705 Omnibus aliis hujus commatis Doctoribus ante ferendus, ob principiorum, quibus in decidendi conſcientiæ caſibus utitur, ſoliditatem, judici ſubtilitatem, lectionis vaſtitatem, rerumque & quæſtionum, quas tractat, ubertatem, varieta tem, gravitatem, utilitatem, & ordinem Sed prolixior in quibusdam & intricatior, & ſuæ ſectæ, ac terminorum Philoſophicorum, & florum quorundam ex auctoribus profanis ex cerptorum amantior.

Fr. Balduini de caſibus conſcientiæ tr. Wittel 1628. In quo non ſolum nihil ſuperſtitionis, cre dulitatis, fallaciæ, periculi, & ſi qua ſunt ali Caſiſtarum Romanenſium contagia; Sed & ut litati

litatis, veritatis, eruditionis & diligentiæ plurimum. Adde etiam, præcellentiæ non parum. *Primus* enim eſt Auctor, qui Theologiam Caſiſticam ad Analogiam quandam Syſtematicam revocavit, & ita expolivit, A. Calovio judice in Pædia Theol. c. 7. p. 330. ut Theol. ſtudioſo ſolus queat ſufficere, eaque, quæ deeſſe videantur, judicio maturiori & experientiæ reſervari, vel ad ejusdem methodum commode revocari. Quod facile damus Calovio, dummodo hoc nobis conceſſerit, fœtum hunc eſſe poſthumum, adeoque multa eidem adhæreſcere peregrina, ſuperflua, ſpinoſa, & ejus generis, quæ ultima auctoris manus emaculaſſet procul dubio, ſi ſuperſtitiſſet.

M. C. Portæ Paſtorale Lutheri. Islebiæ 1582. Ex ſcriptis hujus Megalandri potiſſimum collectum, ordineque non inconcinno digeſtum, & Miniſtris Eccleſiæ junioribus inſtruendis quammaxime adaptatum. Opus eximium, grave, utile, jucundum etiam, & multis nominibus commendandum. Non multis notum, dignum tamen, quod innoteſcat pluribus, & denuo in lucem exeat, ſed additis quibusdam illuſtrationibus, emendationibus, obſervationibus & Paralipomenis.

M. L. Dunte Deciſiones mille & ſex caſuum conſcientiæ. Erfurt 1648. Collectæ ex Dedekenno, Bidenbachio, Balduino, Brochmanno, aliis, meliore voluntate, quam facultate, & majore niſu, quam judicio & ſelectu, quod patet ex

ſtromatica ſcribendi ratione, qua Latina Germanicis ita permiſta ſunt, ut difficile ſit dictu, qua lingua liber ſcriptus ſit? Item ex frigidis nonnullis rationibus decidendi, dubitandi, & ſententias adverſariorum impugnandi, conjuncta cum prurigine caſus multiplicandi, & quævis problemata, etiam Grammatica, Rhetorica, & Logica, ad conſcientiæ forum obtorto collo pertrahendi.

B. C. Danhaueri Theologiæ Conſcientiariæ T. I. & II. Argent. 1669. Caſiſtarum quaſi Perſius eſ Auctor Doctiſſ. Vir magna ingenii fœcunditat præditus, nec à judicandi facultate deſtitutus multarum etiam rerum, artium, linguarum librorumque notitia inſtructus, ſed in ſcribend ſubobſcurus, ob genus dicendi Poëticum, ſtro maticum, allegoricum, ænigmaticum, voca bulis & phraſibus plane novis, & inuſitatis re ſperſum,

Quo rebus claris tenebras inducit opacas.

A. Mengering Scrutinium conſcientiæ Catecheticun Altenb. 1651. *M. C. Eichsfeld Orthodoxia caſua lis.* Lipſiæ 1654. Imi ſubſellii Duumviri. *Pr mus* enim iis, quæ ad Theologiam Conſcien tiariam requiruntur, adminiculis deſtitutus, vu garia tantum, & levidenſia, & lateritia tradidi Et licentioſis ſuis quæſtiunculis de ratione peccai di interdum lectorem id docuit, quod ignor vit, vel ignorare debuit, adeoque id in hoc Scr tinio ſibi indulſit, quod in Jeſuitarum ſcrutiniis d mnamus. *Secundus* autem, aliorum vineta c

de

dens, omnia ex Balduino, Brochmanno, Hülſemanno, Calovio &c. κατὰ ῥητὸν exſcripſit.

M. H. Creidii Poſtilla Epiſtolica Feſtivalis. Francf. 1649. J. Quiſtorpii *Predigten von Gewiſſen.* Roſtoch 1646. M. N. Stengeri 34. *Predigten von Gewiſſen.* Erfurt 1647. Tres holerum appoſitores, iis utiles, qui malunt Poſtillarum

- - - equitare in arundine longa.
Quam propriis incedere pedibus.

F. Bechmanni Theologia Conſcientiaria. Jenæ 1692. Quæ nativa perſpicuitate verborum, & œconomia rerum, & gravitate argumentorum tantum excellit, quantum à pleno Theol. Conſc. ambitu adhuc diſtat, cujus tantummodo eſt quædam particula. *W. E. Tentzelii Exercitationes ſelectæ.* Lipſiæ 1692. Candidiſſimo lapillo notandæ, ob auctoris modeſtiam, induſtriam, fidem, & raram oppido ac reconditam in linguis & antiquitate Eccleſiaſtica juxta ac literaria Polyhiſtoriam.

In Octavo.

R. *Sanderſonii prælectiones de Conſcientia.* Londini 1661. Imperfectæ quidem, & Cronwellianis tempeſtatibus interruptæ; Sed præclaræ tamen, & à J. Taylore in doctore dubitantium poſtea continuatæ. *Anonymi tr. ad legem & teſtimonium.* 1645. Atheiſmi à Mareſio, & Pyrrhoniſmi ab Hoornbeckio accuſatum; Sed vin-

dicatum à nobis in Hiſt. Atheiſmi Univerſ. Sect. III. c. 9. §. 11. p. 477. *P. Le Nois Emmanuel ſ. Hiſtoria J. C. carmine* Epico Gallice expreſſa, in qua liber X. & XV. præ cæteris excellit.

J. Clerici tr. von Glück und Unglück derer Lotterien. Hamburg 1716. In quo laudamus rerum adparatum, ſelectum, & ordinem, cum dictione facili & ſuavi; Sed improbamus (1) ſtudium auctoris diruendi hypotheſes adverſariorum operoſius, & ſuaſmet ædificandi languidius (2) judicium de providentia divina & concurſu ejus ad ſortes ludicras indignius. (3) Epiſodium de liberalitate c. 12. inſertum, à materia ſubſtrata alienius. (4) Argumentorum ab Ant. Arnaldo in Arte Cogitandi P. IV. c. 16. p. 378. hiſce ludorum generibus oppoſitorum non inciſum eſſe nervum.

Confeſſionale M. Godeſchalci Roſemundi. Antwerpiæ 1519. In quo utrum major ſit verborum quam rerum impuritas, difficile eſt diſcernere. Locutio ſane plane eſt Scholaſtica, ſexcentis ſordibus inquinata. In rebus autem, ſi à Pontificiorum heterodoxiis diſceſſeris, quot quæſo ſunt obſcœnitates, & turpitudines? Inprimis c. V. ubi luxuriæ vitium deſcribitur. Sane ſolicitius ibidem excutitur hæc camarina, quam fas eſt ei, cui prima debet eſſe pars ſapientiæ vitiorum ignorantia. Primus interim extitiſſe putatur auctor, qui, qua ratione de caſibus conſcientiæ bella moveri poſſint, è Thoma commonſtravit.

IN DUODECIMO.

A*Ndr. Pruckneri manuale mille quæſtionum.* Norimb. 1689. Methodo Balduiniana conſcriptum, & utile omnino ad faciendum aliquem de Theologia conſcientiaria guſtum; Sed corticem exhibens interdum pro nucleo, in quæſtionibus, & rationibus ſeligendis, & duplici enormi indice lectori terrorem incutiens.

L. Ryſſenius de luſu aleæ. Ultraj. 1660. *G. Voëtius de luſu aleæ.* Ibid. 1660. Quorum uterque Th. Gatakero ſe oppoſuit, qui peculiari tr. ſortes ludicras ex ſe non malas eſſe contendit. Et Voëtius quidem præceptor Ryſſenii majore eruditionis adparatu, & rerum ad Hiſt. controverſiæ ſpectantium copia; Sed minore ordine; Ryſſenius autem, diſcipulus Voëtii, minore doctrinæ ubertate, ſed majore Methodi ſtudio.

CAPUT XI.

DE SCRIPTIS THEOLOGORUM RECENTIORUM HOMILETICIS.

IN QUARTO.

J. F. Königs Diſpoſitiones in univerſam Theol. Roſtoch. 1681. Opus poſthumum, immaturum, defunctorium. Quod qui edidit, ſordibus conſpurcavit Auctoris nomen potius, quam ſcintillulis colluſtravit.

J. Camerarii Homiliæ Græco-Latinæ. Lipſ. 1573. Poſtilla hæc eſt Camerarii domeſtica (*Haus-Poſtille*) in gratiam filiorum conſcripta, ut, una cum Lingua Græca, ſimul rudimenta pietatis imbiberent. In qua explicatio Græca Evangeliorum eſt locupletior, elegantior, caſtior, gravior; Latina autem contractior, ſomnolentior, languidior. Utraque præcellens ſimplicitate pia

J. J. Breithaupt Inſtitutio Hermeneutico-Homiletica, ex D. Auguſtini Libris IV. Kiloni 1685. Utilis ad dijudicandum, qualis Theologia Exegetica & Homiletica fuerit Auguſtini ævo, & quantopere mutata ſit ab illo tempore, quo Orationes Eccleſiaſticæ non textuales fuerunt, & Parænetica

ticæ & ſimplices; Et Theologia Exegetica adhuc inincunabulis, lucemque vix attigit in Eccleſia Occidentali. (2) *Pauli Antonii Monita Homiletica ex F. Lamberti Comment. de Prophetia.* Halæ 1697. Brevia illa quidem; Sed perſpicua & acuta, & ejus commatis, ut multum inde emergat utilitatis Oratoribus Eccleſiaſticis. Monita autem ſunt tantum, non axiomata, quibus univerſum Homiletices ſtudium conſtet, & abſolvatur. (3) *J. J. Breithauptii Oratio de Homileticis difficultatibus.* Kiloni 1684.

IN OCTAVO.

U*Rbani Regii formulæ caute loquendi.* Bonnæ 1544. & Helmſt. 1658. Scilicet uno hoc faſce duæ editiones hujus opuſculi ſunt comprehenſæ. Quarum altera Auctoris nomine caret, altera eodem ſuperbit, altera eſt antiquior & nitidior, altera recentior & incultior. Nec ratione materiæ ita inter ſe conveniunt, ut non alicubi diſcordent. Cæterum libellus ipſe *Urbanus* eſt & *Regius; Urbanus*, quia docet Urbane loqui de Theologicis rebus; *Regius*, quia regis more modove non tantum loqui docet; Sed & imperat, in multis adhuc augendus, & fortaſſe etiam emendandus in quibusdam, & ipſe legendus caute.

Æg. Hunnii Methodus concionandi. Witteb. 1596. *L. Bacmeiſteri Modus concionandi.* Witteb. 1598. Quorum *prior* frugalis præceptis, in exemplis eſt prodigus. *Poſterior* vero eidem in utroque

contrarius. Uterque Ariſtotelis arti dicendi nimium addictus. Et Hunnius quidem poſt Brentium, Methodum concionandi Analyticam maxime excoluit; Brentiana & Hunniana hinc dictam; *Primus* etiam ex noſtris thema explicitum in rem Homileticam intulit; Et in Bacmeiſtero inprimis lectu digna ſunt Eraſmi judicia, de Homiletis antiquioribus, quæ exſtant p. 85. ſeq.

F. Balduini Inſt. Miniſtrorum verbi. Witteb. 1621. Ej. *Idea Diſpoſit. Biblicarum.* Ibid. 1622. Miniſtris Eccleſiæ novitiis perutiles libelli. *Prior* ad formandam vitæ rationem. Poſterior ad Orationem. *Ille* ad ductumPauli in Ep. I. ad Tim. *Hic* ad M. Flacii in clavi SS.

N. Rebhan Concionator. Jenæ 1625. *Primus*, qui varietatem methodorum, qua uti ſolent in concionando Doctores Eccleſiæ, perſpexit, & quid de ea judicandum ſit, edixit, vir multæ lectionis, & præceptis, monitis, exemplisque Homileticis ita abundans, ut mole eorum laborare videatur.

J. Hülſemanni methodus concionandi. Cui acceſſit Ej. *Methodus ſtudii Theol. item J. Förſteri Methodi concionandi 26. L. Hutteri & J. Förſteri Conſilium de ſtudio Theol. B. Meiſneri inſtructio de lectione Biblica.* Witteb. 1638. *Joh. Molleri formulæ concionatoriæ.* Jenæ 1659. Ej. *Alvearium.* *Regiom.* 1659. *G. Olearii Iſagoge Anti-Papiſtica.* Lipſiæ 1658. In quibus Hülſemannus rejectis tribus cauſarum generibus, apud Rhetoras profanos olim uſu receptis, quinque alia ſubſtituit in

in SS. fundata, Didaſcalicum, Elenchticum, Pædeuticum, Epanorthoticum, Conſolatorium. Alvearium etiam Molleri (vel Alveare potius) eximiæ utilitatis eſſet opus, ſi à viro quodam docto, & SS. perito augeretur, & emendaretur. Neque nihil ex eo profecit Joh. d'Eſpagne, licet id ſtrenue diſſimulet in ſuis operibus.

J. B. Carpzovii Artis Concionatoriæ Tyrocinium. Lipſiæ 1692. In quo laudamus omnino Auctoris doctiſſ. judicium, qui in præf. *Nauſeo*, inquit, *concionum ſceleta, oſſibus & nervis deſtituta, qualia diſpoſitionum architecti conſtruunt. Res urgeo.* Sed dolemus, eundem illam ipſam culpam ſuſtinere, quam in aliis redarguit. Licet enim oſſibus non deſtituantur ejus Sceleta; Quibus etiam deſtitui non poſſunt, niſi velint Sceletorum nomen amittere; Carne tamen deſtituuntur ſæpius, & ſanguine, & nervis, & lacertis, & vita & ſpiritu, & iis rebus omnibus, quibus tantum nomen conſecutus eſt Auctor in ſacris noſtri Seculi oratoribus.

M. G. Steinbrecheri Concionator Theoretico-Philologico-Practicus. Leipzig 1696. *C. Viwegii Theol. Concionatoria.* Lipſ. 1696. *J. Olearii Oratoria Eccleſiaſtica.* Halæ 1665. Ex qua triade opus primum eſt imperfectum; Secundum perfectum; Tertium plusquam perfectum. Primum quia parte ultima in præfat. promiſſa eſt deſtitutum. Secundum quia ad amuſſim Carpzovii eſt exactum. Tertium quia rebus ſexcentis eſt refertum, quæ ad Orat. Eccleſ. non ſpectant.

G. Gœbelii Methodologia Homiletica. Lipſ. 1672. In qua Auctor apis induſtriæ more modove libros homileticos omnes perluſtravit, & ex iis optima quæque collecta, & in ſuccum converſa in hac Melitheca recondidit, SS. Th. Studioſis uſui futura. In eo ab aliis diverſus, quod genus Conſolatorium ex Didaſcalia, Elencho, & Paedia putat eſſe mixtum, adeoque iis non contradiſtinguendum.

Joh. B. Carpzovii Hodegeticum. Lipſiæ 1689. Vir in hoc ſtudio exercitatiſſimus, laudatus Chr. Viwegio in Th. Concion. præf. H. Töpfero in Aphoriſm. 3. Homil. p. 9. T. A. Rivino in Explan: Hodegetici Dedic. Aliis. Nec immerito. Quæ enim ſumma ſunt in Oratore, artis dicendi rotunda præcepta dare, & emendate ac dilucide dicere, ea in Carpzovio ita fulſerunt, ut pauci admodum eidem comparari poſſint.

M. Chriſt. Kleſch Elends-Klaue und Elends-Stimme. Jenæ 1679. In quo ingenii ſunt pondo centum, ſed judicii vix una drachmula.

J. F. Bauchii Jenaiſche Prediger-Methode. Jena 1704. Genuinus Auctor erat diſcipulus G. Götzii, Oratoris Eccleſiaſtici diſertiſſimi, ex cujus penu depromtum eſt, quicquid annonæ Homileticæ in hoc libello continetur.

H. Töpferi Aphoriſmi Homiletici. Witteb. 1695.
M. G. M. Pfefferkorn Teutſche Reden. Altenb. 1673.
J. A. Schmidii Theologia naturalis. Jenæ 1689. In quorum opuſculorum primo laudamus nonnulla, in ſecundo pauca, in tertio omnia.

Val.

Val. Erneſti Loſcheri Breviarium Theologiæ Exegeticæ. Francof. 1715.

Non facit ut multi, qui multa & ſtulta loquuntur,
Auctor, charta brevis; Sed tamen haud levis eſt.

Multa in eo prudentiæ plena conſilia. Multæ egregiæ faciendi, & non faciendi excogitatæ rationes. Non tamen ultimam Architecti ſui manum ſenſiſſe videtur opuſculum. Nec ex ejus autographo, aut ſub ejus auſpicio in lucem editum. Atque hinc tot in eo rerum & verborum σφαλματα. Quædam etiam inſtituta tantummodo, ſed non expolita. Nonnulla quoque paradoxa, & plane ſingularia.

V. E. Löſcheri Oratoria Sacra. Frf. 1715. Quod Auctore inſcio & inconſulto à Bibliopola Roſtochienſi eſt editum opuſculum, adeoque cœptum quidem præclare; ſed ad umbilicum nondum perductum, reviſum poſtea, & auctum, & Witteb. 1720. denuo ſub prelum ire juſſum, eo habitu, ut aliud opus videri queat.

Ej. Breviarium Homileticum. Witteb. 1720. Quod non ſolum nulli in hoc genere eſt ſecundum, ſed & plerisque aliis anteponendum, ob brevitatem, lucem, ordinem, obſervationes præclaras, Enchiriſes utiles, & conſilia iſtiusmodi, quibus ipſe auctor celeberr. uſus, eam ſibi comparavit in arte perorandi nominis claritatem, qua hodie plerisque ſui ordinis antecellit.

L' Art de Precher. Amſt. 1683. Cujus Auctor Mr. L. Abbe de Villieri Oratorum Eccleſiaſticorum

rum virtutes delineaturus & maculas, multo ſale Satyrico perſricat vulgatum in Gallia concionandi modum.

G. F. S. D. & P. P. Collegium Paſtorale oratorem ſacrum inſtruens. 1709. In quo nihil dictum, quod ab aliis non dictum ſit prius, & rectius. Regulæ enim ſunt vulgares, exempla levidenſia, & interdum ſatis jejuna. Auctores autem laudati cottidiani commatis, lippis ac tonſoribus noti.

IN DUODECIMO.

T. *A. Rivini Hodegetici Carpzoviani explanatio.* Lipſiæ 1691.

Sic ſi luci lux opus eſt, & Hodegus Hodego.
Scriptorum quis finis erit?

(2) *F. Meyeri Päbſtl. vernunfftloſe Schluſs-Kunſt.* Hamb. 1696. Quæ intus Hecuba, foris Helena.

CA-

Caput XII.

DE CRITICIS.

In Folio.

Lud. Capelli Notæ Criticæ in Vetus Teſtamentum, item Jac. Capelli Obſervationes in eosdem Libros, item Lud. Capelli Arcanum punctationis &c. Amſtelodami 1689. Magnus in republ. Literaria heros Jacobus Capellus, Ludovici filius; Major Jacobus Ludovici frater; Maximus Ludovicus ipſe, qui Arcano punctationis, & Critica ſacra, ſexcentas in ea turbas excitavit.

Danielis Heinſii Sacrarum Exercitationum ad N. T. Libri X. & Ariſtarchus Sacer. Lugd. Bat. 1639. Editio haec eſt nitida Operis praeclari; in quo Auctor ἑλληνικώτατος de ſenſu literali maxime ſolicitus, contextum Sacrum illuſtrat, SS. Patrum, aliorumque ſententias examinat, Interpretationes antiquas aliasque ad eum expendit, acerbior pauliſper in Nonnum Ariſtarchus; ſed in Scriptores N. T. moderatior. Helleniſtarum & Helleniſmi propugnator acerrimus.

Samuelis Bocharti Opera omnia. Lugd. Bat. 1692. 2. Volum. In quibus & antecedentium omnium in ſimilibus argumentis occupatorum gloriam plane obſcu-

obſcuravit Auctor, & ſuccedentibus ſpem ea reddendi illuſtriora penitus præcidit. Usque adeo in iis ornandis omne tulit punctum, & ſtupendam ſuam Polyhiſtoriam in linguis, libriſque, cum editis tum ineditis, rebus etiam iisque abſtruſis maxime illuſtrandis prodidit. In iis tantummodo à quibusdam notatus, quod tricis apiniſque Grammaticis delectetur nimium, & earum dulcedine illectus evagetur liberius interdum, & audacius, quam permittunt leges Criticæ, de materia ſubjecta vel judicet, vel conjectet.

Petri Kirſtenii Grammatica Arabica. Breslau 1608. (2) *Ej. Tria Specimina Arabica.* ibid. (3) *Vitæ Evangeliſtarum quatuor Arabice.* ibid. (4) *Ej. Liber ſecundus Avincennæ arabice & latine.* ibid. Omnia hæc ſunt

(1) *Rara*, quia typis & ſumtibus ipſius Auctoris edita.

(2) *Cara*, quia prima, quæ in Germania noſtra Arabice impreſſa ſunt.

(3) *Præclara*, quia ex MSCtis ineditis, & libris apud nos non notis ſunt eruta, quædam etiam in iis plane nova, & à nemine adhuc vel detecta vel tentata.

Utut inficiandum non ſit, Auctorem quaſi œſtro Arabiſmi percitum, & ſibi & aliis plura promiſiſſe de Arabibus, quam vel in facultate, vel opibus eorum ſunt poſita. Nec repugnamus magnopere G. C. Götzii judicio, qui in Schediaſmate de Bibliotheca Senatoria Lipſienſi p. 123. de hac Grammatica Kirſtenii ſermonem faciens, Extat, ait, in hac Bibliotheca Codex Arabicus MS.

Gia-

Giarumia, Grammatica ab Arabibus magni æſtimata, cujus exemplum charactere Africano ſcriptum eſt. Primum illa Romæ 1592. arabice, & deinde per Kirſtenium Uratislaviæ 1608. Arabice & latine; Sed propter Codicum inopiam admodum imperfecte, tandem vero longe melius per Erpenium. Lugd. Bat. 1617. edita eſt. Auctor illius habetur Abi Abdalla Mohammed, filius Izzanhadiæ, qui etiam librum de attributis divinis conſcripſit.

IN QUARTO.

JOh. Harduini de Baptiſmo pro mortuis, de Baptiſmo in vino, de Baptiſmo in nomine Chriſti, quæſtio triplex. Pariſiis 1687. Quarum primam ſolvit auctor. Secundam ſecat. Tertium explanat. Etenim baptizari pro mortuis 1. Cor. XV. 29. idem eſſe, ait, ac baptizari propter mortuos. Multis enim ex Corinthiis eo tempore gravi lue laceratis 1. Cor. XI. 30. reliquos hac clade ita eſſe perterritos, ut ad Baptiſmum velut ad ſacram Anchoram confugerint. Baptizari in vino poſſe aliquem, ſi quidem aqua haberi nequeat, nunquam edixiſſe Stephanum 2. Papam Sec. VIII. Et productum à Sirmondo de eo capitulum eſſe ſuppoſititium. Baptizari in nomine Chriſti, idem eſſe ac baptizari in nomine Trinitatis, ſcilicet baptizari poſt editam de Chriſto vel de trinitate confeſſionem in nomine Patris, Filii, & Spiritus S.

Joh. Sauberti Opera Poſthuma. Altorfi 1694. (2) *Davidis Klugii Harmonia Evangeliſtarum.* Jenæ 1670. (3) *Hermanni Schuckmanni Harmonia Hiſtoriæ Paſſionis & Reſurrectionis.* Sleſvig 1694. (4) *Seb. Schmidii Prælectiones in Epiſtolam ad Romanos.* ibid. 1693. (5) *Joh. Olearii de Stilo N. T.* Schwabach. 1690. (6) *E. D. Collbergii de origine & progreſſu Heræſium.* Schneberg 1694. In quibus excellunt præ cæteris opera Sauberti, Viri docti, induſtrii, acuti, & in lingua ; & Antiquitatibus Ebraicis excellenter verſati. Qui juſſu B. Auguſti, Ducis Brunſvicenſis, novam SS. aggreſſus verſionem Germanicam ſexcenta obſervavit ab Interpretibus indiligenter translata. Eaque hoc faſce comprehenſa eo gratiora ſunt intelligentibus, quo eſt acerbius verſionem autoris eſſe ſuppreſſam, & nunquam in lucem prodiiſſe. Cujus reliquiæ in illuſtri Bibliotheca Guelpherbytana ſuperſtitant.

(1) *Joh. Druſii Præteritorum Libri X.* Amſtelod. 1632. De quibus judicamus in Edit. Franequerana.

(2) Ejusd. *De Haſidæis & Sectis Judæorum. Quibus acceſſit J. Scaligeri Elenchus Trihæreſii Nic. Serarii.* Et ſane Druſius in Stilo Sectator Lipſii, inque religione Eclecticus (Scaligerana 132.) cedit Serario in verborum facilitate, & rerum Polyhiſtoria, & morum urbanitate ; Sed ſuperat eundem notitia linguarum, & lectione Rabbinorum & Antiquitatum Ebraicarum peritia. Nec nulla in eo ſunt ſingularia & recondita ; verum & multa protrita & dubia & levicula. Atque in

in his diſertior interdum eſt auctor & copioſior, quam in rebus gravibus & momentoſis.

(3) *Ej. Henoch.* Franeckeræ 1615. In quo auctor hoc παράδοξον tuetur, Henochum nec vivum in cœlum translatum, nec immutatum; ſed ante tempus eſſe mortuum, ne vitiis Seculi corrumperetur.

(4) *Ej. Epiſtola ad fratres Belgas.* Perrara, ex qua apparet, bilis quantum juris in hunc virum habuerit.

(5) *Menaſſeh Ben Iſrael Conciliator.* Amſtel. 1633. Infrequens libellus. Hiſpanice ſcriptus ab auctore, & à Dionyſio Voſſio in LL. translatus, ſed ita, ut ſenſus potius rationem habuerit, quam verborum, nonnulla etiam interdum contraxerit, alia dilatarit, imo quædam plane omiſerit. Videlicet XXX. integras quæſtiones, quas exemplum Hiſpanicum plures exhibet, & ea omnia, quæ vel virulentiora videri poſſent Chriſtianis Lectoribus, vel exigui momenti, & nullius ponderis. Quæ omnia ſe expleturum recepit Vir Doctiſſ. J. C. Wolffius, in Bibl. Ebraica p. 780. & huic Parti I. in Pentateuchum, Secundam, Tertiam & Quartam in prophetas priores, poſteriores, & hagiographa ſuperadditurum.

Joh. Laur. Moshemii Primitiæ Juliæ. Wolffenbüttel 1723. In hac triga Diſſertationum Theologicarum, Prima pietatis: Secunda Polyhiſtoriæ; Tertia Paradoxologiæ nitore præſtat, adeoque autoris ſui lineas non obſcure repræſentat.

Qui tamen in hac ultima nonnihil à ſemetipſo diffidere videtur; Dum §. 10. p. 75. argumento à *tuto* ducto voluntatem moveri poſſe concedit, quod ullam in intellectu expugnando vim habere negaverat. Siquidem tam arctum intellectum inter & voluntatem eſt conjugium, ut moto uno alterum quieſcere non poſſit, & judicium intellectus æque ſit voluntatis effectus, ac voluntatis inclinatio ab intellectu proficiſcitur. Adde, quod argumentum hoc à *tuto* petitum Rhetoricum eſt potius, quam Logicum, nec unquam adhibetur, niſi in comparatione duorum, de quibus eſt quæſtio, utrum alteri ſit præferendum. Nec ſeparatim uſurpatur, ſed conjunctim, cum argumentis aliis. Nec abſolute, ſed conditionate: Poſito ſcilicet, non vero conceſſo, parem utriusque objecti, de quo ſermo eſt, eſſe conditionem. Quæ interim nec eſt unquam, nec eſſe poteſt, nec alterutri putatur eſſe. Quippe nec Atheus exiſtimat ſuum Syſtema cum entheorum Syſtemate pari paſſu ambulare, &, ſi exiſtimat, non eſt Atheus, nec quod probare ſe dicit Syſtema, probat. Imo non, ſine cauſa Arnaldum defendit Leibnitius, contra quam putat Auctor l. c. §. XI. p. 82. Siquidem recte ratiocinatur Arnaldus in arte cogitandi, P. IV. c. 16. p. 38. Minimum probabilitatis gradum de felicitate æterna obtinenda millenis aliis de felicitate temporaria eſſe præferendum, & minimum æternæ damnationis periculum omnibus hujus vitæ infortuniis eſſe anteponendum.

Ci-

Chriſtoph. Wollii Commentatio Philologica de Parentheſi Sacra. Lipſiæ 1726. *Primus* eſt hic auctor, qui hoc argumentum de Parentheſi ſacra ad certas regulas revocavit &, quo decet ſtudio, excuſſit. Laudandus omnino à linguarum Exoticarum peritia, & judicii ἀκρίβεια, & lectionis vaſtæ copia, & ſingulari, qua in ſententia ſua proferenda, & aliorum dijudicanda utitur, modeſtia. Qua & nos non judicabit indignos, credimus, etiamſi dicamus videri (I) Parentheſes quibusdam in locis præter neceſſitatem introductas, & ex aliis ejectas, v. g. Rom. V. v. 12-19. ubi auctor Doctiſſ. Parentheſin locum habere non poſſe autumat. (1) Quod nimis prolixa foret. (2) Quod verſiculus 12. una cum Protaſi jam Apodoſin in ſe contineat. Sed ad (1) reſpondet auctor ipſe p. 5. & 10. Ad (2) nos reſpondemus concedendo. Sed illa ipſa protaſis & Apodoſis verſus 12. poſtea v. 19. iteratur, adeoque docetur, id, quod inter v. 12. & 19. interceſſit, eſſe parentheſin Exegeticam, ad Protaſin verſus 12. illuſtrandam allatam, ad quam poſtea Apoſtolus v. 19. velut è diverticulo redit, & intermiſſam telam pertexendam reſumit. (II) Definitiones Parentheſεως p. 2. & Αὐξήσεως p. 149. verboſiores quam leges logicæ permittunt, & perſpicuitatis ratio patitur. (III) Hypotheſin p. 46. receptam periculoſiorem, de ſenſu verborum Pauli Symbolico, ex Cabala Ebræorum ducto, & ex eadem illuſtrando.

Eduardi Leighii Critica Sacra. Francof. & Lipſ. 1696. In hoc auctore quædam ſunt præclara, pleraque autem vulgaria & inſufficientia. Nonnulla etiam partium colore & ſtudio infecta. Extatque peculiaris Pentadecas Z. Grapii locutionum ſuſpectarum, & Calviniſmum redolentium, quæ in Eduardi Leighii Critica occurrunt. Roſtochii 1703. Salomo van Till in Bibliotheca Selecta Theol. n. 21. p. 559. Leighium obſervationes Criticas magno numero è Harmonia Chemnitio-Lyſeriano-Gerhardina in ſuam Criticam ſacram tranſtuliſſe, ſcribit. Et l.c. n.25. p. 56. Vir diligens fuit Leighius, qui ex lectione optimorum Commentatorum vocum Emphaſes & proprias ſignificationes notavit.

Joh. Bened. Carpzovii Diſputationes Academicæ. Lipſ. 1699. (2) *Petri Muſæi de Baptiſmo.* Helmſt. 1664. (3) *Ger. Titii de ſufficientia SS.* Helmſtad. 1665. (4) *Friderici Ulrici Calixti. de Sacrificio N. T.* Helmſt. 1665. (5) *Gerh. Titii de Miraculis.* Helmſt. 1665. (6) *Gebh. Theod. Meyeri de Creatione hujus univerſi.* Helmſt. 1663. (4) *Joh. Frid. Königs* ΤΕΤΡΑΔΕΚΑΣ *Controverſiarum celeberrimarum.* Roſtochii 1664. (8) *D. Muſæi Bedencken, ob gute Wercke nöthig ſeyn zur Seeligkeit.* 1650. (9) *Joh. Sauberti Haalma.* Helmſtad. 1664. (10) *Ejusd. Philologematum Sacrorum Triga.* Helmſt. 1665. (11) *Joh. Michael Irſingeri de Lumine naturæ.* Helmſt. 1665. (12) *Henrici Alti de ſummo bono.* Helmſt. 1665. (13) *Henrici Crellii de potentia obedientiali.* Helmſt. 1666.

1666. (14) *Henrici Alti de forma.* Helmſtad. 1664. (15) *Henrici Uffelmanni de Principiis Actionum Humanarum.* Helmſt. 1666. (16) *Samuelis Rachelii de diverſis conſultandi Rationibus.* Helmſt. (17) *Sigiſmundi Hoſemanni Diſcurſus de via lactea.* Helmſt. 1665. (18) *Anonymi Hiſtoria Excidii Hieroſolymitani.* Helmſt. 1664. In quibus eminent Diſſertationes Carpzovianæ; ſed non omnes eodem ſtilo ac filo ſunt elaboratæ. Nec omnes eodem loco ac numero habendæ; omnes tamen ſunt eruditæ, graves, ſelectæ, & vel ſola varietate rerum, Auctorum, linguarum, ſententiarumque commendabiles. Acceſſerunt in hoc volumine & alia variorum varia. Sed excellunt in iis Joh. Sauberti Haalma, & S. Hoſemanni diſcurſus de via lactea, & Anonymi Hiſtoria Excidii Hieroſolymitani ex lingua Ebræa in LL. translata.

Joh. Reiskii Exercitationes Hiſtoricæ de Imaginibus J. C. Jenæ 1685. (2) *G. Wolffgangi Wedelii Exercitationes Medico-Philologicæ.* ibid. 1687. (3) *M. Beckii diſquiſitiones Philologicæ. contra H. A. Franckium.* Ulm 1696. Ex quibus tribus Criticis Tertius non indoctus, Secundus doctior, Primus doctiſſimus, qui argumentum ſuum ita exhauſit, ut meſſem omnem una cum ſpicilegio demeſſuiſſe videatur.

Pauli Slevogti Diſputationes Academicæ. Jenæ 1679. Qui an major fuerit Philologus an Philoſophus? injudicatum relinquimus. In utroque ſane excelluit. Et Philologiæ beneficio non tantummodo variis SS. locis, in hiſce diſp..

(p. 48. 885. ſeq. 1405.) obviis dedit lucem; Sed & eorum numero interfuit, qui Biblia Vinarienſia gloſſa interlineari illuſtranda ſumſerunt, & in Esdra, Nehemia & Eſtheræ τὰ δυσνόητα ſuſtulit. *Primus* etiam cum Philoſophia Philologiam Ebraicam conjunxit, & hujus Scintillulis illius obſcuritati ſplendorem attulit. Danielis Stahlii diſcipulus & ſucceſſor, & Sectæ Ariſtotelicæ addictiſſimus. A. Joh. Hülſemanno ſugillatus, quod in doctrina de cauſa morali quædam innovaſſet. Cui oppoſuit Schediaſma Anonymum, *Klage der Cauſæ Moralis und Conditionis ſine qua non, wieder einen, der aus beyden eins gemacht.* Quo ipſo, dici non poteſt, quanta ſibi incommoda arceſſiverit. Sane fortunarum ſuarum curſum ita cohibuit, ut ad profeſſionem Theologiæ adſpirare nullo modo potuerit. Quod non obſcure ſignificat in diſſert. de Calumnia p. 1350.

M. Waltheri Centuria Miſcellaneorum Theologicorum. Ulmæ 1646. Teſſelatum eſt hoc opus, ex variis lucubrationibus compoſitum, theticis, puta, Polemicis, Exegeticis, Criticis, Caſiſticis &c. Ex quibus aliæ aliis ſunt illuſtriores, prout ab Auctore vel plus, vel minus olei iisdem inſumtum eſt. Qui in exegeticis ſatis accuratus, in Polemicis paulo eſt intemperantior.

A. Reinbecks Doctrina de Accentibus Hebræorum Francf. & Lipſ. 1692. (2) *Danielis Weimar Uſus Accentuationis* Biblicæ, Jenæ. Poſt Bohlium

Lede

Ledebuhrium, & Waſmuthum, qui phœnomena Accentuum Ebraicorum *primi* perſpexerunt, & ad certas regulas revocarunt, vix fuit quisquam, qui ſcripſerit de hoc argumento vel operioſius Reinbeckio, vel planius Weimaro. Et quod in utroque laudandum maxime, praxin cum theoria conjunxerunt, & uſum hujus ſcientiæ, olim parum cognitæ demonſtrantes, ſexcentis SS. dictis affuderunt lucem. Et quidem Reinbeckius inprimis inquiſivit in rationes anomaliæ quorundam accentuum. Videbatur enim huic adhuc obſtare, quod variis in locis diſtinctivi occurrerent, ubi pro œconomia vocum conjunctivi fuiſſent uſurpandi, & contra. Quos nodos ex Pathologia reſolvit Auctor, & ex affectibus eorum diluendos eſſe docet, quorum eſt oratio.

J. H. Hottingeri Primitiæ Heidelbergenſes. Heidelberg 1659. Hæ primitiæ à Viro Juvene ſunt editæ, ſi ſcriptoris ætatem ſpectes. Vix enim annum 38. attigerat Hottingerus, cum hic fœtus prodiret; Sed à ſene, ſi ſcriptum ipſum, quod inuſitatam Auctoris Polyhiſtoriam, & H. E. cumprimis ac Linguarum Exoticarum notitiam abunde teſtificatur. Sunt tamen in eo nonnunquam quæ ex aliis κατὰ ῥητὸν de ſumta ſunt, diſſimulatis Auctorum ſuorum nominibus, ut p. 91. & 92. ubi loca integra ad verbum ex Grotio excerpta.

J. Fr. Buddei Primitiæ Jenenſes. Jenæ. In hac Triga Diſſertationum ultima, quæ Hiſtoriam

Miſſæ comprehendit, eſt prima. In ea enim res; In prioribus autem duabus tantum dominantur verba.

Joh. Abrahami Kromayeri Uſus Linguæ Arabicæ in explicanda SS. Francof. & Lipſ. 1707. Hi libelli Spicilegium exhibent poſt meſſem, tot ac tantorum Commentatorum in Jobum, dignum, quod diſtendat ſpicis horrea noſtra ſuis.

Georg. Sam. Dorſſelii Tirocinium Accentuationis ad Lectionem Bibl. Plaviæ Variſcorum 1670. In hoc tirocinio Auctor nova methodo tradidit Accentuationis doctrinam, eaque non aſpernanda; Sed Sectatoribus tamen caruit.

Caſp. Neumann de Urim & Tummim & Cibo Samariæ obſeſſæ. Lipſiæ 1709. Novæ hypotheſeωs Neumannianæ, de ſignificatione literarum Ebraicarum Hieroglyphica, novum hoc eſt ſpecimen, quo docet, Urim & Tummim fuiſſe illas ipſas XII. gemmas in monile aureum conjunctas, dictas *Urim*, quod fuerint lucidæ, *Thummim*, quod ſuperficiem habuerint planam & lævigatam. *Licht und glatt.* Cibum Samaritanorum 2 Reg. VI. 25. non fuiſſe excrementa columbarum; Sed purgamenta leguminum columbis deſtinata. Vocem קלי 2 Sam. XVII. 18. & alibi non ſignificare Caffé-*Bohnen*, ſed polenta, *Grieſs*, *Grütze*, *Gropen*. Quæ præclara omnia & aſteriſco digna, ſed iis etiam pervia, qui de hac nova Viri doctiſſ. Hypotheſi ne fando quidem quicquam acceperunt.

(1) *Pet. Adolphi Boyſenii Diſſertatio Critica & Theologica de Codice Græco N. T.* Lipſiæ 1723. De hoc ſchediaſmate quid ſentiamus, diximus alibi. (2) *Polycarpi Leyſeri Diſſertatio de N. T. Græci noviter adornanda editione.* Hemlſt. 1723. In hoc Schediaſmate monita ſunt quædam de Editionibus N. T. jam adornatis præclara. Nec ſpernenda de noviter adornanda conſilia; Sed & παράδοξα quædam attentius perpendenda v. g. Antiquas verſiones, ſi non præferendas aut æquandas ipſis codicibus Græci Textus, valde tamen vero facere ſimile, extitiſſe olim ſimilis lectionis Codices, quos expreſſerunt §. 5. p. 6. Interpretationes primorum Editorum ſæpe ex ingenio, præter rei veritatem, ſæpe ex incuria, contradicentis ſcopum verborumque nexum formatas §. 6. p. 6. Accidiſſe interdum, ut unum vocabulum in duo divelleretur, vel duæ voces in unam coaleſcerent. §. 11. p. 11. (3) *J. Jac. Rambach Diſſertatio Philologico-Theologica de Eccleſiaſte Salomonis.* Halæ 1726. Auctor hujus diſſert. inſtructus eſt omni copia, quæ ad hoc argumentum exhauriendum faciunt. Sed ſtudio & otio ea omnia examinandi non fuit inſtructus. Fallitur enim, quod §. 15. nota (*a*) p. 29. ſcribit Auctorem Obſervat. XIII. Tom. IIX obſervat: Select. id agere, ut doceat, Salomonem in ſuo Coheleth Scepticiſmi egiſſe profeſſorem, & perpetuam in rebus omnibus docuiſſe fluctuationem ac Pyrrhonicam ἀκαταληψίαν. Siquidem hoc tantummodo contendit, quod Dn. Rambachius ipſe §. 16. p. 30. ſcribit Salomonem per con-

continuam inductionem oſtendere, inania eſſe hominum ſibi relictorum ſtudia. Quo ipſo ſatis diſerte profitetur, Philoſophiam Scepticam dogmaticæ eſſe præferendam. Scepticosque magis idoneos eſſe ad profeſſionem doctrinæ Chriſtianæ, & rationem fidei ſubmittendam, qui ſciunt ſe nihil ſcire, quam dogmaticos, tumidum hominum genus, quod duplici tenetur ignorantia; Siquidem nihil ſcit, & ſe nihil ſcire neſcit. (4) *J. Chriſt. Beckmanni Diſſertatio de Antropopathia Stili Sacri.* Francof. ſ. t. Materies hujus Diſſert. eſt tritiſſima, ſexcenties jam ab aliis excuſſa. Nec ullo novo lumine ab auctore colluſtrata. (5) *Jacob. Henr. Balthaſaris Demonſtratio Veritatis N.T.* Grypswald ſ. t. Opus doctum & lectu dignum, in quo multum ſtudii induſtriæque plurimum conſumſit auctor, ſed in eum lapidem ſimul offendit, in quem plerique offendere conſueverunt, qui in hoc ſtadio vires ſuas explorarunt. Scilicet confundunt ἀπόδειξιν μαθηματικὴν cum πνευματικῇ 1 Cor. II. 4. divinam cum humana, rationalem cum ſpirituali, & ea, quæ ſupra rationem eſt; Sectantur ſcientiam, ubi fides quærenda eſt. Et utuntur methodo Mathematica in iis rebus, quæ eandem non admittunt. Siquidem veritatem & originem divinam SS. demonſtrare velle idem eſt, ac ſpiritum revocare ad ſenſus, & ejus Genealogiam oculo velle contueri. Πνευματικὰ πνευματικῶς ἀνακρίνεται. 1 Cor. II. 14.

(1) *J. Conr. Schrammii Diſſert. de Fundamentis pacis religioſæ.* Helmſt. (2) *J. L. Moshemii Diſſert. de Tribus in Terra teſtibus.* Ibid. (3) *Ejusdem de turbata per recentiores Platonicos Eccleſia.* Ibid. 1725. (4) *Ej. Demonſtratio Vitæ Jeſu ex morte Apoſtolorum.* Ibid. 1724. In hac diſſert. quas Auctor Doctiſſ. §. 10. p. 26. recitat aliorum interpretum ſententias, quasque à ſenſu Pauli abhorrere exiſtimat, facile cum Apoſtolo, & Auctore ipſo conciliari, & in concordiam redigi poſſe arbitramur. (5) *Ej. De paupertate Mentis Diſput.* Ibid. 1725. Pulchella eſt expoſitio, quam auctor affert §. 14. p. 13. pauperes ſpiritu eſſe eos, qui ſpernant divitias, iisque, quas ex aliis convaſavit, omnino anteferenda. Sed quod pace Vener. viri dictum velimus, nos eos à Servatore pauperes Spiritu vocatos arbitramur, qui, quæ habent animi & fortunæ bona, non habent pro bonis, vel non pro ſuis, adeoque bonis adhuc maxime indigere ſe exiſtimant. (6) *Ej. De vera Natura communitatis bonorum inter primos Chriſtianos cogitationes.* Helmſt. 1725. In hac Diſp. talem communionem bonorum inter primos Chriſtianos fuiſſe vult auctor, qualis inter amicos eſſe ſolet, quorum omnia ſunt communia. Nec nullam omnino habet hæc ſententia veritatis imaginem, habitura majorem, ſi Pauli dicto 1 Cor. VII. 30. munire eandem, & diſtinctione inter communionem bonorum qua χρῆσιν & κτῆσιν, obvallare voluiſſet. (7) *M. J. Juſti Loſii Commentatio Epiſtolica ad Raphelium.* Hildeſiæ. De quo Raphelio J. L. Mosheimius in

diſſert.

diſſert. de novo amoris præcepto §. 7. p. 7. Et Joh. Chriſt. Wolfius in præfat. Curis Philologicis & Criticis præmiſſa, neminem reverentius ſacras literas cum profanis conjungere, ſcribit. (8) *J. L. Mosheimii Diſſert. de Paulo ex ore Leonis liberato.*

J. L. Mosheimii Diſſert. de Turbata per recentiores Platonicos Eccleſia. Helmſt. 1725. In hac diſſ. oratio eſt emendata, dilucida, ornata. Nec res verbis deteriores, de inſtitutis variis & ceremoniis & ſuperſtitionibus, quæ Seculis V. prioribus per Platonicos in Civitatem Chriſtianam introductæ ſunt. Atque hæc omnia ea arte & diligentia ſunt tradita, ut hoc ſchediaſmate ſalivam moverit Lectori auctor, id, quod promittit ſæpius, copioſius de hoc argumento opus, propediem videndi. Etenim

Non eſt cujusvis rerum cognoſcere cauſas.

In reliquis Diſp. quæ ſequuntur, non eum oſtendit & profert auctor eruditionis apparatum, quem in hac prima protulit. Non tamen à ſe deflectit. Siquidem & in illis omnino eſt copioſus in dicendo, acutus in interpretando, ſubtilis in diſputando, moderatus in refellendo, tantus in ſcientia, quantus in Eloquentia. Neque tamen negligenda ſunt, quæ Auctores Act. Erud. Germ. P. 113. p. 317. & poſt eos Bibliothecæ Theol. Selectæ conditor P. XVI. n. 2. tum de operariis in vinea, tum de aliis Diſſ. Exegeticis, monenda duxerunt. (2) *Ej. In parabolam de operariis in vinea Cogitationes.* Ibid. 1725. Qui de vitæ æter-

næ

næ præmiis intelligunt parabolam Commentatores, eamque volunt eſſe Exegeſin verborum Chriſti c. XIX. 30. & c. XX. 16. quibus docet, multos ex iis, qui ſero Eccleſiam ingreſſi ſint, iisdem vel etiam majoribus gloriæ cœleſtis gradibus perfruituros, quam qui mature in eam introierunt, una premuntur difficultate, qua v. 11. operarii murmurare dicuntur, quod in hæredes vitæ æternæ non quadrat quidem, ſed eo, quod Auctor §. 2. p. 2. ſuppoſuit principio, facile tollitur. Qui vero de donis Spiritus S. extraordinariis hoc ſchema accipiendum volunt, Doctoribus Eccleſiæ Judaicis & Ethnicis ex æquo diſtributis, pluribus ſemet & gravioribus ſcrupulis involvunt; Scilicet (1) Doctores Eccleſiæ ſolos extraordinaria Spiritus S. virtute eſſe præditos, quod hiſtoriæ ſacræ repugnat Act. X. 45. (2) Doctores ex Ethnicis vocatos hæc dona prius accepiſſe, quam Apoſtolos v. 8. (3) Utrosque abſoluto demum in Eccleſia docendi labore his dotibus eſſe inſtructos. Adeoque noſtra de hac ambigua Parabola hæc eſt hæreſis, ejus ſenſum ex *occaſione* exſculpendum & *ſcopo*. Quæ duo omnium Parabolarum recludunt adyta. *Occaſionem* ſubminiſtrabat quæſtio Petri c. XIX. v. 27. En! nos reliquimus omnia, Teque ſecuti ſumus, quid ergo hinc adſequemur? Cui dum reſponſum parat Chriſtus, *ſcopus* ejus eſt, Petro demere præjudicum, quo putabat, Apoſtolis plura, & longe excellentiora debere præmia, quam reliquis, quod primi diſciplinam Chriſti ſint ſecuti, multaque jam tuliſſent in Eccleſia

&

& feciſſent. Hunc opinionis errorem diſpungit Doctor cæleſtis ἐν παραβολῇ, in qua illud involvit ſindovi, quod extra eandem ita procul dubio ediſſeruiſſet; Scilicet, ſe Patrisfamilias more modoye primo mane in vineam ſuam vocaſſe Apoſtolos, deinde hora tertia ſeptuaginta diſcipulos, ſeptima judæos alios Matth. X. 5. Nona Samaritanos. Undecima Ethnicos. Ultimos autem non minora in regno gratiæ & gloriæ habituros dona, quam primos. Nec primos majora, quam ultimos. *Die Letzten würden eben ſo tractiret werden als die Erſten; Und die Erſten nicht beſſer als die Letzten.* Meritum enim operariorum nullum in œconomia divina habere locum. Interim in multitudine vocatorum electos fore quosdam, eosque perpaucos, Apoſtolos ſcilicet, qui ſeſſuri ſint in XII. tribunalibus, & judicaturi XII. tribus Iſraëlitarum. Idque non ex merito, ſed ex abundantia divinæ gratiæ. Qua ii omnes, qui nominis ſui cauſa reliquerint aliquid, centuplum ſint adepturi, & conſecuturi vitam æternam. (3) *Ej. Diſp. de Iudæis miracula quærentibus.* ibid, 1725. (4) *Ej. De tribus in terra Teſtibus.* ibid. (5) *Ej. Diſſ. de ignoto Atticorum Deo.* ibid. 1725. Diſſert. hæc eſt brevis, ſed arguta. Quam facile potuiſſet uberiorem reddere auctor ſi Voſſium de Origine Idol. l. 1. c. 2. p. 7. ſeq. Cunæum de republ. Ebr. c. VI. p. 327. Seldenum de Diis Syris Synt. 2. c. I. p. 205. aliosque voluiſſet vocare in ſubſidium. (6) *Ej. De novo amoris præcepto.* ibid. In hac diſſert. luculenta omnino eſt verborum

Chriſt

Chriſti Joh. XIII. 34. explicatio, ſed non nova. Siquidem à Jer. Taylore in doctore Dubitantium L. II. c. 2. §. 4. p. 635. jam tradita. (2) *Ej. de Paupertate mentis.* Ibid. 1725. De hac diſſ. alibi.

Joh. Zechendorffii Oratio Dominica, Arabice & Latine, cum lectione Arabica & Analyſi Grammatica, rudioribus adhuc typis Arabicis, ut tum erant tempora, exſcripta. Sine loco & tempore.

Joachimi Camerarii notatio figurarum Orationis in Apoſtolicis ſcriptis. Lipſ. 1572. Libellus politiſſimus, in quo verborum delectus elegans, & apta & quaſi rotunda conſtructio. Obſervationes item, abjectæ illæ quidem primo intuitu, & Grammaticæ, & nullius commatis! Sed, ſi curatius inſpexeris, ejus generis, ut earum beneficio obſcuris SS. dictis egregius ſplendor afferri queat. Unde & digna eſt viſa hæc Commentatio, quæ poſt Editionem primam 1552. in lucem emiſſam, hoc anno 1572. cum acceſſionibus recuderetur, ac poſtea 1642. Cantabrigiæ N. T. Th. Bezæ adjiceretur, & 1712. Francofurti ſeorſim rurſus ſub prelum mitteretur. Et ſi, quod Camerario ſuppar ætate Bernardus Zeglerus molitus eſt opuſculum, de figuris Hebraicis SS. huic acceſſiſſet, Auctorque noſter eadem ratione mutationes ſimplicis orationis in ſcriptis Evangeliſtarum adnotaſſet, haberemus ſane Commentarium Grammaticum, ex quo cognitio certa ſententiæ & voluntatis

eorum peti poſſet, quorum ſcripta Eccleſiam Chriſtianam conſtituunt juxta & inſtituunt.

J. Buxtorffii tr. de punctorum vocalium origine & Antiquitate. Baſileæ 1648. In tenui labor; At non tenuis gloria. Expedita enim & plana & perfacile procurrens eſt oratio. Via & diſpoſitio ad ſuperſtitionem usque exquiſita. Res præclaræ. Hiſtoria Grammatices Ebrææ illuſtrata. Loca SS. quam plurima vindicata. Argumenta Capelli pro novitate punctorum ad aurificis ſtateram revocata. Sed Critica Capelli eo tempore nondum prodierat, quo ſcripſit hæc auctor (p. 281.) Adeoque argumenti hujus vaſtitatem nec perſpicere prorſus, nec exhaurire poterat. Conjecturis etiam non raro tuetur ſuam cauſam, ubi ſuſtinere debuiſſet probationibus. Et, quo præ cæteris premere oportuiſſet adverſarium, Teſtimonio antiquorum exemplarium Biblicorum, punctis & accentibus inſtructorum; Illud P. II. c. 7. p. 350. ſeq. tam frigide tractat, ut ludere cum eo, qui contra fert arma, non pugnare videatur. Superior omnino, ſi apparatum ſpectes literaturæ Rabbinicæ. Inferior, ſi acumen & judicium.

(1) *Joh. Sauberti Variæ Lectiones textus Græc. Evangelii S. Matthæi.* Helmſt 1672. Opus luculentum, non minore judicio, quam labore & doctrina congeſtum. Laudatum à Rich. Simonio in Hiſt. Critica N. T. P. I. c. 29. p. 342. Magno ſtudio quæſitum à Joh. Millio, ſed non reper

pertum, ut ipſe queritur in Prolegom. ad
T. §. 1405. p. 152. Nec parum ex eo pro-
ere quiviſſet Vir doctiſſ. ſi ejus fieri potuiſſet
mpos. Sane variantium Lectionum meſſi in-
ns ſuperaddere potuiſſet Spicilegium. Qui
ignarus fuit auctoris noſtri, ut *Salbertum* eun-
m appellaverit l.c. Unde & factum eſt procul
bio, ut hanc ejus Syllogen invenire in Biblio-
liis non potuerit. (2) *Ejusdem Palæſtra Theo-
ico-Philologica.* Altorfii 1678. In quo verba
n illa quidem elegantiſſimo ſermone conte-
a; Res tamen peregregiæ. Magna Linguarum
oticarum, nec minor antiquitatis Ebraicæ co-
itio. Multa lectio. Et judicandi facultas tan-
, ut optimis ætatis noſtræ Philologis annume-
ri mereatur Auctor. Hoc uno nomine notatus
opinione quorundam, quod novitatum ni-
is fuerit appetens, & Critices dulcedine ille-
us plura permiſerit interdum ſibi, quam ortho-
xorum cancelli concedunt. (3) *Ejusdem Lo-
quædam in 1. Epiſt Pauli ad Tim. obſervata.* Al-
rfii 1675. (4) *J. E. Busmannus de Antiquis
bræorum literis.* Helmſt. 1675. παράδοξος.

*Joh. Thilonis Medulla Theologiæ, ſive Epitome
ibliorum Regiorum Criticorum.* Lipſ. 1680.
qua genus orationis quietum & temperatum.
economia probabilis. Res ſelectæ, graves,
riæ, ad dicta SS. V. T. claſſica intelligenda,
uſtranda, & à Scepticorum aliorumque inſul-
vindicanda, peridoneæ. Compilatæ à mul-
s. Laudatæ à paucis. Debita tamen laude

Rr 2 non

non excludendæ, & eo loco ac numero haben dæ, quo Frantzii, Schmidii, Pfeifferi, aliorum que Meletemata Exegetica, eadem linea ador nata, habere ſolemus; Utut ambitioſior paul ſit hedera huic vino ſuſpenſa, & vinum ipſun nonnunquam ex aliorum Apotheois & repoſito riis ſit depromtum, v. g. p. 1234. ubi Teſti monia Rabbinica excerpta ſunt ex Franciſc. Ri beræ Comment. in Hoſeam p. 173.

Auguſti Pfeifferi dubia vexata SS. 1685. Opus quod magnam Auctori famam confecit. Ne vulgaris in eo eſt eruditio. Librorum variorum multijuga lectio. Verborum facilitas. Et re rum, ad quosdam SS. V. T. nodos diſſolvendo non ſpernenda Sylloge. Quosdam dico. Plu res enim præteriit Auctor. Et Cantici Cant corum δυσνόητα ne extremis quidem digitis co trectavit; Cum integros alioquin tractatus & d ſertationes hiſce ſuis Centuriis inſeruerit. Quo dam etiam ita ſolvit, ut Lectorem ſuſpicioſu reddiderit ſuſpicioſiorem. Et quod in Epiſto Dedicatoria ſcribit, neminem fuiſſe, qui e quam ipſe ſecutus eſt, ratione, Scepticis noſtri te poris, SS. auctoritatem convellere ſatagentibu os obturaverit, id quidem liberius ſcripſiſſe detur, cum ignorare non poſſet, Joh. Thilone in Medulla Theologiæ eandem incudem eade ratione tutudiſſe, ſeque & ejus, & Frantzii, Schmidii, & aliorum opere non parum in conc nando hoc Commentario adjutum.

L

Laurentii Vallæ Annotationes in N. T. Pariſiis
505. Qui *primus* inveteratam barbariem è
cholis Theologorum ejecit, & N. T. cumpri-
nis novum ex fontibus lumen intulit, fuit L.
Valla. Et qui *primus* illuſtrem hunc libellum è
enebris in dias auras prodire juſſit, eſt Deſide-
ius Eraſmus, cui in pervetuſta Bibliotheca ve-
anti, hæc *ſingularis præda* in caſſes incidit, ut
pſe tripudians ſcribit in Epiſtola ad Chriſtopho-
um Fiſcherum, quæ rariſſimæ huic Editioni
ræmiſſa eſt. Multus etiam eſt in laudibus hu-
is Opuſculi H. *von der Hard* Hiſt. Liter. Refor-
nationis T. I. p. 4. ſeq. Nec nihil encomii ei-
em impertit Richardus Simonius in Hiſt. Criti-
a Comment. N. T. c. 34. p. 484. ſeq. ubi di-
num iſtud honore judicat, quo ab Anglis ma-
tatum eſt, à quibus in Bibl. Criticorum Syſte-
na eſt adſcitum, additque, Rob. Bellarminum L.
Vallam *Lutheri præcurſorem* dicere conſueviſſe;
Grammaticum tamen magis eſſe, quam Theolo-
um, eundemque mordaculum, nimis liberum
n judicando, περίεργον etiam nonnunquam, &
n rebus tenuibus curioſam nimis & ſuperfluam
peram ponentem.

*J. F. Mayeri Wärnung vor H. A. Francken obſer-
ationibus Biblicis.* Hamburg 1695. In qua
ræmonitione id in Franckio reprehenditur, quod
n SS. Interpretibus, & Luthero ipſo laudatur.
Et id contra laudi ducitur, quod Papicolis datur
itio, magis amicum eſſe verſioni vulgatæ, quam
eritati & textui authentico.

J. C. Wolffii Curæ Philologicæ & Criticæ in IV Evangelia & actus Apoſtolicos Hamburgi 1725.

Qui meret æra liber Soſiis. Hic & mare tranſit
Et notum longo Scriptori prorogat ævum.

Etenim integritatem textus Græci, & rece ptam in eo lectionem, qua fieri potuit induſtria contra novaturientium Criticorum, & J. Milli cumprimis, inſultus, tuetur Auctor doctiſſimus Ejusque idiotiſmis ex Scriptoribus Hebraicis & Græcis affundit lucem. Diverſas interpretun ſententias, in locis vexatis maxime, inſigni ſe dulitate enarrat. Et quæ ex illis optima ſit, & reliquis præferenda, docet. Quo nomine & M Polo, & omnibus, qui *Catenam Criticam* in SS condere conati ſunt, longe eſt ſuperior; Se non ubique æqualem ducit explicationis linean Siquidem in locis pluribus, & colligit ſuffragi interpretum & expendit. In nonnullis colligit Sed quam diſtent æra lupinis, non decernit. I nonnullis ne colligit quidem, ſed Dorſchæan more modove Lectores ad Auctores ipſos remit tit. Quo ipſo ſitis eorum, qui Librorum appa ratu carent, non reſtinguitur, ſed excitatur.

IN OCTAVO.

THeod. *Haſæi Diſquiſitio de Leviathan Jobi.* Bremæ 1723. In hac diſquiſitione non vulgaris linguarum exoticarum cognitio, & mult

libro

brorum rariorum lectio, conjuncta cum exuiſito judicio & ſingulari modeſtia, Autorem obis amiciſſimum vulgo Eruditorum eximit.

Joh. Fechtii Noctes Chriſtianæ. Durlaci 1677. Hæ noctes luce dieque ſunt dignæ. Et eminet n his elucubrationibus Exercitatio X. de forma aciei Chriſti, Franciſco Vavaſſori oppoſita.

Annæ Mariæ A Schurmann Opuſcula Hebræa, Græca, Latina. Lugd. Bat. 1650. Magnam mnino admirationem excitant hæc opuſcula, in uibus tantus linguarum & variarum ſcientiarum hilologicarum, Philoſophicarum, Hiſtoricaum & Theologicarum apparatus, ut viris plubus exornandis ſufficere valeat, nedum uni Viigini. Sed in ſtuporem plane nos conjicit hus Palladis ἐυκληρία, in qua omnes hoſce theuros pro ſtercoribus habendos eſſe exiſtimat, t Chriſtum lucremur. Prioribus enim 50. ætas ſuæ annis *Martham* ſe fuiſſe ſcribit, rebus plubus, iisque non neceſſariis, implicatam, ſed ulmis 20. quibus Scholæ miſerit nuncium, Ecclesæ Labadiſticæ adhærens, veram demum *Maam* factam, quæ optimam partem elegerit.

Adami Rechenbergii Volumen Exercitationum in I. T. Lipſiæ 1707. Omnes hæ exercitationes unt egregiæ, ob argumentorum varietatem, raitatem, jucunditatem, utilitatem, ſtili etiam acilitatem & naturalem ſuavitatem, & œconoiæ venuſtatem ac pulchritudinem.

Ioh. S. Mitternachts de Curioſitate quorundam SS. interpretum diſſert. Philologicæ. Numburg. 1674. In quibus eminet præ reliquis ultima in Gen. XXXVI. v. 24. quid *Ana* invenerit? Hæc n. ſola ad unguem facta; Reliquæ à perfectione adhuc longe abſunt; Ex rivulis deductæ potius quam ex fontibus ipſis. In ludo ſcholaſtico elaboratæ, & ad luſum magis, quam ad uſum accommodatæ. (2) *Ejusdem diſſertationes Hiſtoricæ.* De quibus judicamus alibi. (3) *Franciſci Monçæji de vitulo aureo Libri II.* Qui JCtus & acumine diſſerendi excellit, & eloquendi facultate. Nec deſtituitur SS. interpretandi ſolertia. Sed linguam Ebraicam ne à limine quidem ſalutavit Pontificiis etiam, data quavis occaſione, ſuffundit frigidam. Et Paradoxologiis ita indulget, ut vix quicquam ab eo dicatur, quod in hoc argumento ab aliis jam dictum ſit prius; Cherubinos arcæ fœderis ſuperimpoſitos habuiſſe formam vitulorum c. IV. p. 36. Aaronem conflando vitulum aureum non peccaſſe, nec populum hoc ipſum flagitantem c. 3. p. 29. Jeroboami vitulos non fuiſſe idola peregrina, ſed Pſeudo-Cherubinos, ad imitationem Moſaicorum factos c. VII. p. 53. Achabum fuiſſe primum, qui cultum peregrinum in Iſraëlem invexerit c. XIII. p. 138. In regibus Iſraëliticis vitulorum aſſertoribus multos fuiſſe vere pios c. XIV. p. 194. Teraphim Judæis non fuiſſe interdicta, & quæ ſunt alia hujus farinæ, à J. Gaffarello, Joh. Spencero, aliisque magna animi aviditate excepta. Sed im-

pugna

pugnata ab aliis, & in iis maxime à Roberto Viſorio.

M. Walther Tractatus Plenus & Planus de Manna. Lugd. Bat. 1633. Plenum & planum hunc tr. nuncupavit auctor ipſe in indice. Neque ſordet hæc laus in ore proprio. Corrogavit enim in eo omnia, quæ ab aliis de hoc argumento jam dicta ſunt; ſed ſparſim & fruſtillatim. Nec perſpicuitate deſtituitur ipſius dictio. At puritate non æque excellit. Diſpoſitio etiam ſcholam olet nimium. Et in rerum ſelectu & argumentorum pondere, non ſemper omne tulit punctum. Vir alioquin laudatiſſimus.

Theophili Amelii Erörterung der dunckelſten Stellen in N. T. 1711. Cölln an Rhein. Auctor eſt M. Petrus Zornius, Vir Græcis literis & latinis eruditus, antiquitatis & ſcriptorum veterum ac recentiorum, illorum præ cæteris, qui non cottidiani ſunt commatis, literate peritus. Unde & locis quibusdam N. T. non contemnendum lumen intulit, effecitque, ut notior ſit ſenſus illuſtriorque, quam fuit antea. Quo nomine laudis præmium quaſi debitum poteſt exigere. Nec officeret hoc famæ, quod ordinem obſervavit nullum, aut vulgaria multa, & incerta, & longius petita, & aliena, Polemica, Homiletica, Paradoxa immiſcuit; Si non alia interceſſiſſent graviora; Vatinianum in Theologos omnes odium. Dictorum quorundam, eorum inprimis, quæ agunt de deſcenſu Chriſti ad in-

feros, manifeſtum tormentum. Et occultum in Socinianos ſtudium. Et quæ ſunt alia hujus generis, quæ tantum in auctorem culpæ conferunt, quantum reliqua, quæ bene dicta ſunt, gloriæ.

J. G. Walchii Obſervationes in N. T. Jenæ 1727. In quibus an, quam obſervat. VII. p. 48. aliis præſcripſit regulam, non ipſe tranſierit obſervat. VI. & alibi, lector, qui valet judicio, non difficulter perſpiciet. Sane explicatio verborum Joſephi Obſervat. III. p. 28. & coacta videtur admodum, & longius petita. Et quod Obſervat. VIII. p. 69. de Reimmanno ſcribit, eum communi multis Scriptoribus Hiſt. lit. vitio de Eruditione Ægyptiaca ex notione doctrinæ, prout noſtra ætate in uſu eſt, judicare: Id minime verum eſſe tum ex opere ipſo l. c. adducto, tum ex ejus Iliade manifeſto liquet. Et ſi ita eſſet, non major Reimmanni eſſet culpa, quam Walchii, qui communi multis ſcriptoribus obſervationum ejusmodi vitio, ex notione vocum & phraſium, prout illa philoſophis in uſu fuit, de vocibus ac phraſibus N. T. judicat. Et communi multis Eruditis hujus ſeculi morbo Obſervat. VIII. p. 63. Literas hodiernas Antiquorum Scientiis infinitis paraſangis eſſe præferendas cenſet. Qua ratione in eum lapidem offendit, in quem Obſerv. XII. p. 88. Romanos olim offendiſſe obſervat.

Danielis Heinſii Ariſtarchus Sacer, ſive, ad Nonni in Johannem Metaphraſin Exercitationes. Lugd. Bat.

Bat. 1627. Editio rara, nitida, ſplendida, omnibus aliis Editionibus hujus Auctoris anteferenda. Nec eſt, quod D. Heinſii Exercitationes ad N. T. nobis objicias, quibus idem hic Ariſtarchus eſt adjectus. Lugduni Batavorum 1639. f. Exulat enim in illa Editione (1) Nonni contextus Græcus. (2) Ejusdem verſio Latina. (3) Johannis Evangelium Græcum Metaphraſi junctum, & rectis quaſi lineis oppoſitum. Et in Ariſtarcho ipſo tot ſunt mutata, addita, reſecta, interpolata, ut in capitibus ſingulis non tantum, ſed etiam argumentis capitum, & in omnibus fere paginis magna appareat diſſimilitudo.

Matthæus Hillerus de arcano Kethib & Keri. Tubingæ 1692. De quo non unum eruditorum eſt judicium. Sunt enim, qui inventum hoc Auctoris prorſus ſingulare, & ſtupendum, & humanas vires excedens, velut ancile Διοπετὲς cæloque demiſſum, judicant. Atque in hac hæreſi ſunt Wagenſeilius, Leibnitius, Heideggerus, Schudtius, Starckius, Alii. Sunt autem contra, qui nec novum, nec tanto ſtupore dignum, imo ne quidem dubiis Criticis ſolvendis idoneum exiſtimant. Atque hoc Pfaffii, Wolfii, Carpzovii, aliorumque eſt judicium. Et qui in tr. de ſcriptis & Collegiis Orientalibus nuper Lucernam Criticam pollicitus eſt, D. F. Meyerlinus p. 11. demonſtraturum ſe recepit, Auctorem noſtrum in hoc Syſtemate niti fundamento dubio, incommodo, falſo, regulas fingere novas, nullam ſpeciem veritatis habentes

tes, integritatem textus SS. diſturbantes magis quam ſarta tecta conſervantes. Totumque hoc arcanum eſſe lubricum, imperfectum, minus cautum, & per juſtas ſequelas periculoſum.

M. M. H. Reinhardi Pentas conatuum Sacrorum è Sanctiore Hermeneutica, Lipſiæ 1709. Qui Auctor, & Hiſtoriam controverſiarum de ſenſibus SS. pollicetur p. 1 & 112. Nec deſtituitur facultate dependendi id, quod ſpopondit; Eſt enim in eo variarum linguarum peritia, librorum Philologicorum lectio, Theologiæ Exegeticæ uſus, cum aſſiduitate & diligentia, quæ & in rebus omnibus, & in hoc ſtudio valet plurimum. Sed nimia cupiditate oſtentandi eruditionem ſubinde digreditur à Scopo, & lectorem exſpectationis mora torquet, & orationem facit diverſicolorem & ſubobſcuram.

J. G. Lakenmacheri Obſervationes Philologicæ, Partes III. Helmſtadii 1729. In quibus loca quædam SS. ſolerter, acute, & peringenioſe ſunt explicata. Quædam tentata quidem non infeliciter; Sed eo ſucceſſu non expugnata, ut ſenſus extra omnem dubitationis aleam ſit poſitus. Unde & nata occaſio ὁμοτέχνοις quibusdam, ab Auctore faciendi divortium, & cauſas ſuæ diſceſſionis ſcriptis publicis declarandi. Nec nulla ſubiit nonnullos admiratio, quare Vir Doctiſſ. *von der Hard* vix ulla in his obſervationibus facta ſit mentio; qui tamen eandem incudem cum Auctore tutudit in quibusdam, & eidem prin-

princeps extitit, & ad ſuſcipiendam, & ad ingrediendam horum ſtudiorum rationem.

M. G. L. Oederi Obſervationes Sacræ. Onoldi 1729. In quibus dulcis literarum varietas, rerumque quarundum non floccipendenda utilitas, & novitas Lectori oblectamento eſt; Nec Auctoris παραδοξοφιλία, & judicandi celeritate, qua utitur in locis quibusdam parum expeditis, offenditur; Certus, ejusmodi labeculas abeſſe ab iis vix poſſe, qui Criticis obſervationibus colligendis vigilias ſuas dicatas eſſe volunt.

Fr. Wockenii Textus Ebræus ab Enallagis liberatus. Lipſiæ & Witteb. 1626.

Fr. Wockeni Enallagæ è N. T. Græci Textus exterminatæ. Witteb. 1730 Enallagas ſtrictè ſic dictas, quæ maculas infundant Sermoni, in SS. non reperiri, V. E. Löſcherus in Theologia Exegetica P. III. c. 1. p. 150. jam pridem monuit. At nullas omnino in ea eſſe obvias, qui defendendum ſuſcipiunt, ab uno extremo deflectere videntur ad aliud, non ſatis memores, Enallagas non omnes gracilitatem orationis tollere; Et verbis ludere tantum, qui Auctores N. T. Ebræorum more locutos, Futurum poſuiſſe pro Imperativo, Pluralem pro Singulari &c. affirmant; Enallagas adhibuiſſe negant. Quod Solenne eſt Auctori noſtro Doctiſſimo.

IN

IN DUODECIMO.

SEb. Pfochenii Diatribe de Linguæ Græcæ N. T. puritate. Amſtel. 1629. In hoc libello auctor demonſtrare nititur, nullos in N. T. eſſe Ebraiſmos; Sed nititur. Notatus ob Paralogiſmos à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, ab A. Pfeiffero in Critica Sacra p. 58. Improbatus ab H. A. Franckio in Manuductione ad lectionem SS. p. 37. Confutatus à Thoma Gatakero.

J. Cloppenburgii & L. Capelli Epiſtolæ Criticæ de Die, quo Chriſtus Paſcha comedit, & Sabbatho δευτεροπρώτῳ. Amſtel. 1643. & 1644. editæ. In quibus multæ ſunt literæ, ſumma variationis comitas, & argumentorum ab utraque parte non ſpernenda ſpecies. Graviora tamen videntur ea, quæ affert Capellus pro tuenda ſua ſententia, quam quæ Cloppenburgius; jucundiora etiam & ſuaviora lectu. Extatque eorum ἀνακεφαλαίωσις in ἐπικρίσει Capelli p. 126. (2) *Joh. Coccejus de principio Eccleſiæ Reformatæ contra Jac. Maſenium.* Lugd. Bat. 1657. (3) *M. Joh. Baringii de Patria Chriſti Commentatio.* Cellis 1662. *Ipſius* Auctoris manu notata, emendata, aucta.

REIMMANNIANÆ BIBLIOTHECÆ THEOLOGICÆ CATALOGUS SYSTEMATICO-CRITICUS CONTINUATUS,

SIVE EIUSDEM

PARS ALTERA

A

SECTIONIS II.

CAP. XIII.

USQUE AD

SECTIONEM VI.

HILDESIÆ, 1731.
Sumtibus LUDOLPHI SCHROEDER.

Caput XIII.

De SOCINIANIS.

In Folio.

Samuelis Przipcovii Cogitationes Sacræ ad initium Ev. Matthæi & omnes Epiſtolas Apoſtolicas, ec *non tractatus varii argumenti.* Eleutheropoli 692. f. Partem faciunt hæ cogitationes Biblioecæ fratrum Polonorum. Atque hoc unicum pienti ſat eſt. Nec opus eſſe arbitramur, plu- de iis diſſerere, &, vel de raritate earundem, el ἰδιοσυγκρασίᾳ, quidpiam ebuccinare.

In Quarto.

Chriſtoph. Sandii Nucleus H. E. Coloniæ 1676. In hac H. E. ſumma vi ſummoque ſtudio id git auctor, ut Lectori perſuadeat, nullum hæeticum ante Arium in articulo de Trinitate cum rio conſenſiſſe. Nullum hæreticum ante Socinum, eadem de Verbo cum Socino, docuiſſe. mnes hæreticos Patrem, Filium & Spiritum S. nam ſubſtantiam, & tres perſonas, cum Eccle-a Romana credidiſſe, cumque ea tandem in num corpus coaluiſſe. Quod eo minus miranum, quo conſtat certius, Sandium Patre Ariano reatum, anno ætatis 24. h. e. 1669. hoc puſculum primum in lucem aſpectumque pu-

blicum emiſiſſe, quo à judicii maturitate adhu procul aberat. Adjutus etiam eſt procul dubio parentis collectaneis, qui præfationem præmiſit Nec nihil omnino diligentiæ ad hoc ſyſtema adornandum contulit Sandius; cujus omnes pagina tot citationibus intumeſcunt, ſed judicio non æque valuit. Andreæ etiam Riveti libros criticos ſtrenue compilavit, & Dion. Petavium qui *primus* Theologiam, ex Patribus collectam in vulgus dare anniſus eſt, pene totum ex ſcripſit.

Joh. Crellii ad Librum Hugonis Grotii de Satisfactione Chriſti Reſponſio. Racoviæ 1623. Huju auctoris dictio non quidem ubique ſatis eſt caſta attamen perſpicua. Ratio autem diſputand quieta, & minime tumultuoſa, erudita etiam & ita comparata, ut verè dici queat; Neminem Socinianorum cauſam gravius vulneraſſe H. Grotio, neminemque huic vulneri validiorem medicinam paraſſe J. Crellio. Cujus hoc opus a unitariis Tomo IV. Bibliothecæ Polonorum in ſertum, & ab ipſo Grotio laudatum quidem, Epiſt. quadam ad Crellium exarata, (vid. Fràckii Diſſert. de Imputat. Jesu Chriſti. Kilo 1691. habita p. 8. 9.) non autem refutatu eſt, ob cauſſas in Epiſt. ad G. J. Voſſium (p.79 Ep. præſt. Vir.) indicatas. Nec implevit Jo Lütkemannus promiſſa, quæ dedit in præfat. I belli, de generali & abſtractiva rat. ſatisfact. p peccatis, quibus recepit, ſe huic Socinianoru Promacho nervos inciſurum. Quod fecit poſt Andreas Eſſenius in triumpho Crucis, Ultraje 1666. 4. poſteaquam Grotius jam fatis conc

ſer

rat. Quem nonnulli hoc opere Crelliano ita onfuſum eſſe referunt, ut, miſſa ſua de ſatiſ-ſactione Chriſti ſententia, Crellianam amplexus ſit; Licet ab Eccleſia orthodoxa fuerit rejecta, & opus ipſum hoc Crellii à carnifice combuſtum.

S. Lubbertus contra Fauſtum Socinum. Franequeræ 1611. Ubi plus eſt in vitulo quam in titu-). Siquidem præter Lubberti Elenchos, & J. 'oveti dubia continentur in hoc volumine, quæ auſti Socini Chriſtologiæ ſunt oppoſita, & ipſum Socini opus de Chriſto Servatore. Quorum trumque perrarum eſt in hiſce terris. Et utiam contra hunc Hectorem fortiores ſurrexiſſent chilles. Ut enim non dicamus, Conradum 'orſtium in prodromo plenioris reſponſi p. 43. 4. jam pridem conqueſtum, Sibrandum Lubberum nec accurate, nec ſufficienter ad argunenta Socini reſpondiſſe: Hic enim eo, quo iſtud ripſit, tempore fortaſſis jam fuit Crypto-Socinianus; Sane Joh. Druſius Lubberti collega, ſulti, ſcribit in Epiſtola ad fratres Belgas 1616. ranicæ impreſſa, ſuſpicantur occulte favere Soino, qui eum celebrem reddidit textum ejus dendo, & parum ſolide refutando. Nam hac atione innumeros mortales fecit Socinianos, um antea Socinianus huic orbi plane ignotus ſſet.

J. H. Biſterfeldius contra Joh. Crellium. Lugd. 'at. 1639. Auctor Joh. H. Alſtedii fuit gener ixitque 1638. Albæ Juliæ, & juvenis adhuc oc tirocinium Theol. Polemicæ poſuit, ſucceſ-ı non prorſus invalido. Siquidem Crellium

κατὰ πόδας ſecutus, cujus totum opus, ſummam Theologiæ Socinianæ complectens, huic operi intexuit, & divinitatem J. C. & Sp. S. perſtrenue aſſeruit. Et majorem apud orthodoxos iniiſſet gratiam, ſi in SS. explicanda novitatum minus fuiſſet ſtudioſus, & in argumentis adverſarii diluendis tantum operæ conſumſiſſet, quantum in probanda ſua theſi, limpidiſſimosque SS. fontes Cabbala Judæorum non inquinaſſet. *Guilielm. Riveti Vindiciæ Evangelicæ de juſtificatione.* 1648.

(1) *Caſpari Calvörii Gloria Moſis.* Goslaria 1696. (2) *Hermanni von der Hard Ephemerides Philologicæ illuſtratæ.* Helmſt. 1696. Ecce Calvöriu contra Hardium, & Hardius contra Calvörium Quorum prior, ſi poſteriore eſt inferior ingenio argutiis, & ſcientia Rabbinica ac Talmudica Sane par eſt eidem Polyhiſtoria, & ſuperior mo deſtia, & animi lenitate, nec non cauſæ bonitate perſpicuitate, ordine & argumentorum ponder ac judicio. (3) *Sebaſtiani Ezardi undecimum caput Eſaiæ Vindicatum à Grotii & Hardii ψευδερμηνείαις.* Hamb. 1696. (4) *M. Henningii Huthmanni Prodromus Novi Fœderis.* Sine l. & t. Opu hoc eſt mutilum (ſiquidem ex libris quatuor lib. 1. §. 21. delineatis, duo priores tantum prodierunt) implicatum, obſcurum, & ad Socini Analogiam, dicam, an Anomaliam fidei? adornatum Compilatum à Democrito Chriſtiano, vel Cnorio, & M. O. C. Damio. Confutatum à Joach. Langio *in der Mittel-Straſſe.* P.III. p. 232. (5) *Anonym Welches der beſte Glaube und Religion.* Item Ra ſonnemens *über die Veränderung derer Religionen*

1

. *Beantwortung der Auflagen wieder dieſen* tr.
uorum Schediaſmatum Auctor eſt C. Neubauer,
æſidii Bremenſis quondam præfectus. Vir li-
ris non imbutus, ſed variis ſcriptis clarus, &
hasce pagellas, indifferentiſmi religionum
ſpectas, ab officio ſuſpenſus.

*H. Ottonis Chriſt. Damii, Superintendentis Ellrichen-
in Hercynia, Catechiſmus.* MSCtus eſt hic Ca-
chiſmus, & adhuc ἀνέκδοτος. Ad mentem M.
enningii Huthmanni, & Democriti Chriſtiani
Danielis Cnorrii compoſitus. Qui Auctori an-
18. & quod excurrit annos, ſexcentas crea-
t moleſtias, & eundem de officio & munere Ec-
eſiaſtico deturbaſſet, niſi Mæcenates Berolinen-
interceſſiſſent; Et ille qualicunque explicatio-
hanc tempeſtatem declinaſſet.

Huthmannianæ Theſes & Hypotheſes MSCtæ. Au-
or eſt M. Henningus Huthmann, Scholæ Ilefel-
nſis per XV. annos Rector, & novi Syſtematis
eologici conditor. Quod ad Socini mentem
ornatum, à Democrito Chriſtiano, vel, ſi ma-
, Daniele Cnorrio, & M. O. C. Damio poſtea
gis excultum, & perpolitum eſt, quorum edi-
cum his Theſibus ſunt conferenda.

*Hugonis Grotii adverſus Fauſtum Socinum de Sa-
factione Chriſti.* Lugd. Bat. 1617. De quo alibi.

*Herm. von der Hard Diſputatio Philologica de
skia in Sigiſmundo Reſurgente.* Helmſtadii 1695.
æc diſſertatio confutata eſt à Seb. Edzardi. Pu-
ce etiam vendi prohibita, quod Socinianiſmo
gidam ſuffunderet. Et hinc ejus raritas,
ritas.

(1) *Val. Smalcii de Chriſto vero & naturali Dei filio liber unus, contra M. Smiglecium.* Cui acceſſit, Ejusd. refutatio libelli Smigleciani de ſatisfactione Chriſti. Racoviæ 1616. In quibus nihil fere dicitur, quod in refutatione Libellorum Smiglecii aliorum, ſpeciatim ejus, qui inſcribitur *Verbum caro factum eſt; Item de erroribus novorum Arianorum, & nova monſtra novi Arianiſmi* non dictum ſit prius; Ita, ut qui unum ex his libellis norit, omnes noverit. Ita ſimili ſunt argumento. Nec diſſimili ſunt oratione, & Methodo ac ſcribendi modo. Smiglecius vehementior in diſputando, Smalcius quietior. Ille Theologiæ Sectariæ, hic eclecticæ magis deditus. Ille ſuperior bonitate cauſæ, hic ingenii acumine. Uterque, qui diſputantium in conflictu ſecundo & tertio mos eſt, petit id, quod eſt in principio, & cramben bis coctam recoquit, & cantilenam eandem canit. (2) *Val. Smalcii refutatio duorum M. Smiglecii Librorum de erroribus novorum Arianorum.* Racoviæ 1616. Monſtra novi Arianiſmi ante triennium ſcripſerat Martinus Smiglecius, à Valentino Smalcio oppugnata, eodem anno 1613. quo prodierant. Quæ dum molliori appellavit vocabulo, & errores nuncupavit, in tr. poſtea edito, & à ſemetipſo deſcivit, & auctori hujus refutationis occaſionem dedit, hanc inſtabilitatem ſubſannandi. Qui in hac apologia eandem incudem tundit, quam in reſponſione ad Smiglecii nova monſtra tutuderat. Et ea denuo profert, quæ jam protulerat, quod ſolenne eſt in ſcriptis Polemicis, ſi à conflictu primo ad ſecundum & tertium

fi-

at tranſitus. (3) *Joh. Volckelii Reſponſio ad vanam iſſolutionem nodi Gordii à M. Smiglecio nexi.* Ra- coviæ 1618. Nodum Gordium, ſive de voca- ione Miniſtrorum diſputationem ſcripſerat Mar- inus Smiglecius Soc. Jeſu Theologus, non in- octus, ſed perpugnax in diſputando, & ver- oſus', & ſibimetipſi magnus & eximius, cum btrectatione eorum omnium, qui ab Eccleſia omana opinionum diſſenſione diſcreparent. tque huic oppoſuit *nodi Gordii Diſſolutionem oh. Volkelius.* Racoviæ 1613. excuſam, de qua ibi. Sed nec haſtam abjecit Smiglecius, nec eliquit parmulam. Edidit enim *vanam diſſolu- onem nodi ſui Gordii*, atque ad hanc denuo re- ondet Joh. Volkelius in hoc opuſculo, in quo ocet, Smiglecium argumenta ſibi oppoſita, quaſi ſe non animadverſa, perpetuo ſilentio præter- ſſe, cantilenasque in nodo ſuo cantatas iteraſ- , & novis maledictis incruſtaſſe. Atque hunc ſe conſpectum totius, quam denuo ſpectandam chibuerit, fabulæ. (4) *Valentini Smalcii Re- onſio ad librum M. Smiglecii, cui titulum fecit, va monſtra novi Arianiſmi.* Racoviæ 1613. ondum auditum, ſane non frequens erat So- nianorum nomen, cum librum hunc ſcriberet miglecius. Adeoque eundem nova monſtra ovi Arianiſmi inſcripſit, non Socinianiſmi. ui dum reſponſionem parat Smalcius, ita de- ertat cum adverſario, ut minorem oſtendat rthodoxiam in SS. interpretanda, & Theo- giæ decretis antiquis tollendis, novisque ſta- minandis; ſed majorem animi moderatio- em in diſputando, & candorem, imo &

perſpicuitatem majorem in eloquendo, & oranda cauſa.

Joh. Volkelii de vera religione Libri V. Quibus præfixus eſt Joh. Crellii Liber de Deo & attributis, ita ut unum cum illis corpus conſtituat. Racoviæ 1630. Qui & ipſi prodierunt Belgice. Roterod. 1649. 4. Et cum refutatione Samuelis Mareſii. Gröningæ 1624. 4. Atque hoc ipſo anno, die 20. Jan. Magiſtratus juſſu, publice combuſti Amſtelodami, ubi apud Blavium recuſi rurſus in lucem exierant. Relatumque ſibi à viris fide dignis ſcribit Chriſtoph. Sandius in Bibl. Antitr. p. 96. in Galliis pro uno exemplari perſolutos fuiſſe 25. nummos Hungaricos aureos. *Primum* autem hoc eſt ſyſtema Theologicum, quod ex Socini ſchola prodiit. Nec pauca, ſi cum judicio legatur, dabit auctor obſervatione digna. Qui, ſi cæteris virtutibus orthodoxiam adjeciſſet, & meliorem in rebus digerendis adhibuiſſet ordinem, ponendus inter eos foret, qui apud omnes in honore ſunt. Nam & ingenii plurimum eſt in illo, & acumen non exiguum, & diligentia ſumma. Sed plus ſtudio partium dedit, quam conſilio. Adeoque non tam ea ſcripſit, quæ debebant ex mente ſcriptorum ſacrorum, quam quæ poterant ex mente Præceptoris & ὁμοδόξων. Quæ ita convaſavit, ut, quæ ſparſim leguntur in ſcriptis Socini & Sectatorum, unc hoc faſciculo collecta, iis ſtatim pateant, qui ea uno oculorum obtutu ſtatim amplecti geſtiunt.

(1) *Val. Smalcii Refutatio theſium D. W. Frantzii* Racov. 1614. De quo Joh. Hoornbeckius in

ſumma

ſumma Controverſiarum Lib. VII. p. 570. ad cognoſcenda Socinianorum dogmata conducet vel Catechiſmus Racovienſis, aut Oſtorodus, *Smalcius contra Frantzium*, *Volckelius*. Nam *Socini ſcripta & rarius haberi poſſunt*, & diffuſiora ſunt, quam ut ſummam totius doctrinæ ſuæ Syſtematice exhibeant. Hactenus Hoornbeckius. Qui ſi Smalcium & Volckelium conſuluiſſet, Elenchum Controverſiarum inter nos & Socinianos aliter fortaſſis adornaſſet, & multa ab iisdem affirmari non dixiſſet, quæ diſerte à Smalcio & Volckelio negata ſunt, & contra. Cæterum audiendus omnino eſt, dum Catech. Racovienſem cum ſcriptis Oſtorodi, Smalcii & Volckelii conſulendum eſſe ſcribit, ſi placita Socinianorum omnino velimus habere cognita. Catechiſmus enim hic eſt hujus cœtus Liber Symbolicus. Et optimum doctrinæ Socinianæ compendium nobis dedit Oſtorodus. Syſtema theticum Volckelius. Polemicum Smalcius. Qui doctrina & ingenii acumine & diſputandi ratione, Socino par, ſola orationis dulcedine eidem impar exiſtimandus videtur; *Perſpicuitate fortaſſis ſuperior*. (2) *Ej. Refutatio Libelli Martini Smiglecii, cui titulum fecit, Verbum Caro factum eſt.* Racoviæ 1614. Scilicet nihil magis obſtat cauſæ Socinianæ, quam Evangelii Johannei exordium. Atque hinc tot eorum in primam capitis primi partem tentamina Exegetica. Lælius enim Socinus A. C. 1561. paraphraſin ſcripſit in eandem, atque eidem explicationem uberiorem ſuperaddidit. Sed *prior rariſſima* eſt, ipſique Chriſt. Sandio nunquam viſa, quod fatetur in Bibl. Antitr. p. 21. *Poſterior* autem vel

plane intercidit, vel ita eruditorum oculis ſe ſubduxit, ut à nemine adhuc conſpecta fuerit, eodem Sandio obſervante l. c. p. 24. Tum Fauſtus Socinus avunculi ſui veſtigiis inſiſtens, ſcriniaque ejus compilans, vulgavit explicationem primæ partis primi capitis Evang. Joh. quæ, ut patet ex Epiſtolis ad Dudithium p. 13. & fragmentis ejusdem de Chriſto p. 3. Latine prodiit 1562. & poſtea Polonice recuſa Racoviæ 1618. Deinde Val. Smalcius vulgavit, *kurtze Auslegung über den Anfang des Evangelii Johannis*. Racau 1611. 8. Atque hujus explicationis Apologiam continet hæc refutatio Martini Smiglecii, qui eandem velut heterodoxam, & impiam, & blasphemam opere peculiari oppugnaverat, cui fecerat titulum; Verbum Caro factum eſt. (3) *Anonymi Notæ in libellum Martini Smiglecii Jeſ. quem refutationem vanæ diſſolutionis nodi ſui Gordii appellat*. Racoviæ 1614. Hic Martinus Smiglecius edidit 1613. *Nodum Gordium*, ſive de vocatione Miniſtrorum diſputationem. Cui oppoſuit Joh. Volckelius diſſolutionem nodi Gordii, Racoviæ 1613. 8. editam. Quam Smiglecius in refutatione vanæ diſſolutionis nodi ſui Gordii iterum convellendam ſumſit. Atque hic eſt libellus, in quem notas, vel animadverſiones potius, haſce ſcripſit Valentinus Smalcius. Hunc enim verum auctorem eſſe docet Chriſt. Sandius in Bibl. Antitr. p. 103. Simulque obſervat, Siglas illas A. R. quæ Epiſtolæ Dedicatoriæ ſubjectæ ſunt, nomen fictum Andreæ Reuchlini denotare, ſub quo Smalcius latere voluerit, eosque perperam à Schertzero explicatas, ac ſi Andream

Ra-

Radecium quendam ſignificent, quale nomen non extet in republ. literaria. (4) *Valentini Smalcii Examinatio centum errorum, quos M. Smiglecius ex Libro Smalcii collegerat.* Racoviæ 1615. Scripſerat Socinianomaſtix Martinus Smiglecius, Monſtra nova novi Arianiſmi, ad quæ reſponſionem paravit V. Smalcius, Racoviæ 1613. in 4to editam. Cui reſponſioni cum denuo Libros duos oppoſuiſſet Jeſuita, de erroribus quorundam Arianorum, huic cuneo cuneum objecit Smalcius, & in hoc opuſculo errores ſibi impactos ſumſit diluendos, ſtatimque in ipſa janua & limine offendiſſe ſcribit Martinum, dum erroribus Socinianorum ea etiam annumeraverit, quæ Sociniani negant in Theologia, cum error alicujus is tantummodo dicendus ſit, quod quis temere affirmat. (5) *Hieronymi Moskorzowii refutatio Appendicis, quam M. Smiglecius novis Monſtris novi Arianismi oppoſuit.* Racoviæ 1613. Gravis illa magis, quam ſuavis. Siquidem dictio aſpera eſt aliquantulum, & ſalebroſa, & à dictione Socini mirum quantum diverſa, ſive delectum verborum ſpectes, ſive compoſitionem. Neque res ipſæ ad veritatis regulam ſatis ſunt exactæ. Quod vel ſola p. 19. teſtabitur, ubi Ignatius Patrum apud Latinos, quorum ſcripta ſuperſunt, dicitur antiquiſſimus. (6) *Val. Smalcii Examinatio 157. Errorum, quos M. Smiglecius ex libris Smalcii adverſus Monſtra ejusdem editis collegit.* Racoviæ 1616. In qua eſt ἀνακεφαλαίωσις eorum, quæ in libris aliis Anti-Smiglecianis jam dicta ſunt. (7) *Hieronymus Moſcorow Moſcorowii Refutatio Libri de Baptismo M. Smiglecii.* Racoviæ 1617. Qui auctor nulla re

re magis adverſarium præcurrit, quam judicio; Non quod excoluerit orationem, vel verbis delectum adhibuerit, aut compoſitioni artem, aut phraſi perſpicuitatem, ſed quod locos inuſitatiores attentaverit, & quasdam ſententias, & SS. explicationes vel primum inventas, vel ab aliis uſurpatas, ut Smiglecium confunderet. Architectum imitatus, qui velut in recenti ædificio parietem condit ſplendentem, ſed non firmum ſatis aut duraturum. (8) *Val. Smalcii Refutatio Diſput. de Spiritu S. ab Alberto Grawero habitæ.* Racoviæ 1613. Ex qua poteſt intelligi, quemadmodum dicendo fieri poſſit, ut cauſa inferior videri queat ſuperior. (9) *Ejusd. Refutatio diſputationis Alb. Graweri de Perſona Chriſti.* Racoviæ 1615. Ejusd. cum præcedente commatis. (10) *Ej. Refut. theſium Alb. Graweri de incarnatione æterni filii.* Racoviæ 1615. (11) *Ejusd. Refut. theſium Jacobi Schopperi de SS. unitate divinæ eſſentiæ &c.* Ibid. 1614. (12) *Ej. Reſponſio ad ſcriptum Hermanni Ravensbergici*, cui titulus: *Par unum ſophismatum Socinianorum, cum refutatione eorum, quæ ad hos locos ſpectantia ſcripſerunt Jacobus ad Portum & Georgius Roſtius.* Racoviæ 1614.

Sylloge XIV. variorum Schediasmatum à Contra-Remonſtrantibus adverſus Remonſtrantes lingua Belgica ſcriptorum editorumque ab A. C. 1610. *usque ad A. C.* 1618. Anonymorum maximam partem, & Satyricorum, & calamo mordaci exaratorum; Rariorum tamen omnium, & ad Hiſtoriam Arminianismi illuſtrandam perutilium. De quibus juvabit legiſſe Hugonis Grotii Apologeti-

geticum in præf. p. 7. & in opere ipſo p. 115. & 168.

IN OCTAVO.

(1) F*Auſti Socini Libellus de Auctoritate SS.* Racoviæ 1611. Qui ab auctore Italice conſcriptus 1570. poſtea ab eodem latine eſt translatus, editusque Hiſpali, ſub nomine R. P. Dominici Lopez Soc. Jeſu, qui eundem ſibi vendicare voluiſſe putatur. Tum Gallice vulgatus à Nicolao Bernaudo 1592. Ac tandem in linguam Belgicam bis traductus, ſemel à Th. Raph. Camphuſio, & à Conrado Vorſtio iterum. Ex quo non parum profecit Hugo Grotius, P. D. Huetius, aliique, qui de veritate religionis Chriſtianæ, & SS. aliquid literarum monumentis commendarunt, quam Auctor non negligenter aſſeruit. Ipſe tamen hoc ſuo labore non ſatis contentus, ut patet ex ejus Epiſtolis p. 517. ubi translationem ſuam κατὰ πόδα factam eſſe ſcribit, ob Typographi feſtinationem, Seque, ſi Deus vitam conceſſerit & valetudinem, totum hoc opuſculum recogniturum. Cujus jam ſua ætate ita diſparuiſſe teſtatur exemplaria, ut, quo petentem Philoppoviæ Capitaneum Chriſtophorum Morſtinum donaret, ne unum quidem expiſcari potuerit. Vide ejus Epiſtolas p. 498. (2) *Ej. Tr. de Deo Chriſto & Spiritu S.* Racoviæ 1611. In quo totius Theologiæ Socinianæ continetur quaſi centrum. Quemque jam antea prodiiſſe ſub titulo, Examinatio argumenti pro Trino & Uno Deo, una cum reſponſione perbrevi ad quaſ-

quasdam theſes, conſtat ex Ep. ejus p. 497. Ubi ipſemet Elenchum ſcriptorum ſuorum enumerat. (3) *Ej. Animadverſiones in Aſſert. Theol. Collegii Posnanienſis.* Racoviæ 1611. Quæ 1583. ſcriptæ ab eo, qui alteram hanc editionem adornavit, cum præcedente tr. ita conjunctæ ſunt, atque ſi unum cum eo corpus conſtituerent. Et revera hoc opuſculum eſt prioris Apologeticum. Ad quod Matthæum Radecium ablegat Auctor in Epiſtolis ad amicos p. 147. Et de quo l. c. p. 336. niſi omnia nos fallunt, differit. Et inprimis in Ep. ad Andream Dudithium p. 81. (4) *Ej. Tr. de Eccleſia.* Racoviæ 1611. In quo multa egregia, & ad errores Pontificiorum convellendos peridonea. Verum & παράδοξα nonnulla, Auctoris ἰδιοσυγκρασίαν Theologicam manifeſto redolentia. Acceſſit ſolutio ſcrupulorum, ab excellenti quodam viro propoſitorum. Et commentariolus in verba Matthæi c. XVI 19. quem Chriſtophori Oſtorodi rogatu ſcriptum, ex Epiſtolis Socini p. 418. didicimus. (5) *Ej. Diſcurſus de cauſa, ob quam creditur vel non creditur Evangelio &c. ex Italico in LL. translatus per Val. Smalcium.* Racoviæ 1614. De quo juvabit legiſſe, quæ Socinus ſcripſit in Epiſt. ad D. Matthæum Radecium p. 101. & ad Phil. Buccellam p. 71. Quæ loca cur in Bibl. Antitr. p. 70. non attulerit C. Sandius, non diſpicimus.

(1) *F. Socini Chriſtianæ Religionis Inſtitutio per interrogationes & reſp. quam Catechiſmum vulgo vocant.* Racoviæ 1618. Quæ editio non viſa Chriſt. Sandio. Siquidem alioquin impreſſionis locum

& tempus indicaſſet procul dubio, quod utrumque tacitus præteriit in Bibl. Antitrinit. p. 77. Patet autem ex Auctoris Epiſt. ad amicos p. 517. hanc Catecheſin A. C. 1593. inceptam, ſed ſtatim rurſus intermiſſam. Tum 1603. ab eodem reviſam, opem ferente P. Statorio, Scholæ Pinczovienſis Rectore. l. c. p. 679. Tandem vero imperfectam relictam ob Socini fatum, qui 1604. extremum ſpiritum effudit (vide h. l. p. 135.) Et pendet animus, annon potiori jure hic *Catechismus Racovienſis* dicendus, quam is, qui à Valentino Smalcio compoſitus, poſtea hoc nomen obtinuit? Sane hic ante Smalcii libellum ſcriptus eſt, à Sectæ etiam totius principe ſcriptus, Racoviæque editus, & ex hoc priore poſterior eſt compilatus. (2) *Ej. Brevis Diſcurſus de cauſa, ob quam creditur Evangelio.* Racoviæ 1614. De quo antea. (3) *Ej. Lectiones Sacræ, quibus Auctoritas SS. præſertim N. T. aſſeritur.* Racoviæ 1618. Quod imperfectum eſt opus, & tantum abeſt ut ad finem ſit perductum, ut in ipſis pene principiis conſtiterit, quod liquido patebit, ſi delineationem ejus p. 5. traditam cum tractatione ipſa contenderis. Sed ſua tamen laude non excludendum. Et in vindicandis locis V. T. à Scriptoribus N. T. citatis ita occupatum, ut, ſi extremam manum ipſi imponere potuiſſet Auctor, ita plane rationem ducamus; Hoc in omnibus Socini operibus æquale non fuiſſe habiturum. (4) *Ej. Diſputatio de Adoratione Chriſti.* Racoviæ 1618. Imo non diſputatio eſt, quæ hoc volumine continetur, ſed Diſputationum variarum faſciculus; quas ſcripſit Auctor

ad-

adverſus (1) Chriſtianum Francken Germanum, Jeſuitam olim in Italia, poſtea Unitarium, & Scholæ Chmielnicenſis Rectorem in Polonia. (2) Franciſcum Davidis Hungarum, Unitariorum Superintendentem in Tranſſylvania. (3) Martinum Seidelium Sileſium, Naturaliſtam. Qui, rejectis Sacris literis omnibus, ſolum admittebat Decalogum. Ut priores duo Chriſtum negabant eſſe adorandum, adeoque *primum* fecerunt Schiſma in Socini cætu. Semi-judaizantes iccirco ab eo appellati, & variis Meletematis compreſſi. Quorum ſi hiſtoriam noſſe diſcupias, juvabit conſuluiſſe Socini Epiſtolas ad Amicos p. 141. ſeq. item p. 191. ſeq. p. 181. 494. 515. 578. 633. 674. Sam. Przipcovii vitam Socini p. 423. Chr. Sandii Bibl. Antitr. p. 55. & 86. Stanislai Lubienecii Hiſt. reformat. Pol. l. c. c. XI. p. 228. (5) *Ej. de juſtificatione tractatus.* Racoviæ 1611. Qui in hoc indice tractatus inſcribitur, tractatuum variorum eſt faſciculus, Paradoxorum quidem omnium, & ab orthodoxiæ via, toto, quod ajunt, cœlo abeuntium. Sec in quibus Anonymi de juſtificatione tractatus omnium eſt monſtroſiſſimus. In eo enim tuetur Auctor, peccatum originis eſſe fabulam Judaicam p. 21. Legem divinam nec bonam eſſe nec utilem p. 44. Virtutem inter & vitium dar medium p. 39. ſq. Et quæ ſunt alia hujus farinæ, quæ nec ipſe Socinus, magnus alioquir Paradoxorum Patronus, concoquere potuit, ut ſcholia ejus in hoc colloquium teſtantur. (6) Ej *Diſputatio de Baptiſmo.* Racoviæ 1613. In qu omnes ingenii vires intendit, ut lectori perſua-

deat

eat, baptiſmum aquæ rem eſſe ἀδιάφορον, nulla
ge ſancitam. Et poſſe aliquem nominari, &
evera eſſe Chriſtianum, licet aqua vel nunquam,
el non rite ſit tinctus p. 130. Atque hoc ea
rationis dulcedine perſequitur, ut, quod in fi-
ibus fieri videmus, omni ſono mulceat lecto-
em, & eundem pelliciat, ut ſe capi hoc leno-
inio, & cum voluptate duci patiatur. Acce-
it ingenii acumen, quo mirum in modum in-
ertit SS. ſenſum, & rei cujusvis colorem mu-
at, ut tinctor lanam. Interim tantum abeſt,
t hiſce ſuis fucis & verbis byſſinis conſenſum
mnium obtinuerit, ut ex ipſis Unitariis fuerint
onnulli, qui à ſententia ejus hac in parte ab-
orruerunt, & hanc diſputationem ſcriptis etiam
onfutarunt. Quod patet ex ipſis Socini Epiſto-
s ad Amicos p. 128. & Ej. tr. de Cæna Domi-
i p. 19. Item è Chriſt. Sandii Bibl. Antitr. p. 47.

7) *Ej. De Cæna Domini tr.* Racoviæ 1618.
)uem ex Unitariis etiam nonnulli alienum à
hriſti ſententia judicarunt. Joh. Niemojovius
ques Polonus Unitarius in Ep. ad Georg. Scho-
nannum, quæ extat in hoc ipſo Socini tr. p. 20.
Continere hoc ſcriptum Socini paradoxa offen-
onis plena, ſcribit. Idemque p. 55. Socinum
aptiſmum ſpernere, & de S. cæna ſcribere con-
emtim. Et p. 20. Neminem ſe hactenus legiſ-
e, qui adeo contemtim de S. Cæna ſenſerit,
uam Socinus in brevi hoc de ea ſcripto.

*F. Socini Diſputatio de unigeniti filii Dei exiſtentia
ntra Eraſmum Johannis* 1695. Qui Eraſmus
rianorum placitá ſecutus, præexiſtentiam Chri-
i anteſecularem defendebat, quam negans So-

Tt cinus,

cinus SS. dicta, ab Eraſmo ſibi objecta, ita expo
nit, ut hic ſe per omnem vitam ſuam non ma
gis contortas audiviſſe interpretationes, (p.67
& coactas, (p.77.) & violenter tractas, (p.17
profiteatur, quam eas, quibus Socinus, & e
ejus diſciplina nonnulli, utantur. Iisque ade
offendi nonnullos, ut ea etiam ſuſpecta iis fian
quæ rectiſſime de uno vero Deo contra Trinit
tem doceant. (p. 17.) Quæ cum parum placu
rent Socino, & ejus fautoribus; Equidem Eraſm
Claudiopoli in Tranſſylvania Paſtoris provincia
impoſuerunt, ſed addita hac conditione, n
Chriſtum ante Mariam extitiſſe publice in co
cionibus ſacris defenderet. (2) *Ej. De J. C. fi
Dei natura ſ. Eſſentia & peccatorum per ipſum expi
tione.* 1588. ſ. loco. Quæ auctor in hac diſp
tatione adverſus Andream Volanum ſibi ſum
defendenda, ſunt Chriſti perſona & officiu
Atque hæc ea ratione defendit, ut nec ſuæ S
ctæ hominibus prorſus ſatisfecerit. Qui, qu
atro carbone in hac apologia judicaverint n
tanda, ex Epiſtolis Socini ad amicos intellig
ſi evolveris p. 186. 222. &c. Nec diſſimul
hunc ſuorum diſſenſum Socinus. Qui in præf
p. 3. ſcribit, ſe in hiſce ſchedis quædam de rati
ne expiationis noſtrorum peccatorum attigiſ
quæ, an aliis omnibus quorum nomine reſpo
derit, ſe ſint probatura nec ne, plurimum d
bitet. (3) *De invocatione J. C. Diſputatio adv
ſus Franciſcum Davidis.* 1595. ſ. loco. Cumqu
ut ipſe Socinus monet in Ep. ad Amicos p. 14
conjungenda Diſputatio contra Chriſtiani
Francken de eodem argumento, ut ſic res t

c

larius appareat. Imo & Epiſtolæ Socini ad fa-
niliares adeundæ, ex quibus patet, quid ii de
ac controverſia, & de hoc ſchediaſmate contra
'ranciſcum exiſtimarint, quidve in eo ſpeciatim
eſideraverit Joh. Niemojevius p. 198. Joh.
Volkelius p. 481. Andreas Voidovius p. 578.
Alii. Vix enim ulla eſt quæſtio, quæ magis
xercuerit Unitarios, & diſtraxerit, quam hæc,
uæ de adoratione Chriſti agit. Qua aſſerta
erfacile omnes judaici errores convelluntur,
reta vero vel abjecta, nulla ratione fieri poteſt,
e ubique judaiſmus vigeat, vel potius turpis Epi-
ureiſmus atque Atheiſmus, ſi Socinum audias in
piſt. ad amicos p. 674.

(1) *Fauſti Socini tr. de Deo Chriſto & Spiritu S.*
acoviæ 1611. (2) *Ej. Animadverſiones in aſ-
ertiones Theologicas Collegii Poſnanienſis.* ibid. (3) *Ej.*
*Defenſio animadverſionum adverſus Gabrielem Eutro-
ium.* Racoviæ 1618. Ex quibus *primum* opuſculum
ſt thetico-Polemicum. *Secundum* Apologeticum.
Tertium Antapologeticum A. C. 1584. ſcriptum
n agro Cracovienſi ſuburbano, referente Przipco-
io in vita Socini p. 422. Ac licet ab auctore
bſolutum prorſus non ſit, quod αὐτοψία docet,
t ipſe in Ep. ad Val. Smalcium p. 518. diſerte
gnificat; Attamen qui præfationem addidit
Hieronymus Moſcorovius, Socinum in hoc li-
ello ſeipſum quodammodo ſuperaſſe, ſcribit,
uperſtitemque adhuc judicaſſe; Nullum eſſe
n operibus ſuis, quod minus ſibi diſpliceat. Cu-
us rei penes eum, qui aſſeveravit, ſit fides.
Socinus ſane in Ep. l. c. monet Smalcium, de
criptis ſuis nondum editis, iisque non perfectis,

 quale

quale ſit iſtud adverſus Eutropium minime ſta-
tuendum eſſe, nec ſe omnia, quæ illic ſunt, penitu
probare. (4) *Ej. Fragmenta duorum librorum a*
Chriſto. Racoviæ 1619. Quorum alter eſt κα-
τασκευαςικὸς, alter ἀνασκευαςικὸς, ut patet e
p. 4. 5. Ubi & avunculi ſui Lælii Socini pro
mittit vitam & Apologiam Auctor. Sed ea for
taſſis non inchoatas. Et quæ hiſce ſchedis conti
netur rei literariæ moles, rudis ab eo relicta eſ
Unde & factum procul dubio, ut in Bibliothec
fratrum Polonorum omiſſa fuerint hæc fragmen
ta, & in Bibl. Antitrinitariorum Chriſt. Sand
ſilentio præterita. (5) *Brevis demonſtratio, Pon*
tificios ſua dogmata & ritus Eccleſiæ autoritate min
me tutari poſſe, & quæſtionem de Eccleſia, quæ il
ſit, aut apud quos, plane non eſſe neceſſariam. Evan
gelicis etiam controverſiam de Verbi Dei miniſtris m
veri non poſſe. Sine loco & tempore. Quo
ſchediaſma aliud nihil continet, quam tractatu
Fauſti Socini de Eccleſia, ſed ſcrupulorum ſolu
tione, & locorum quorundam SS. explication
quæ editioni Racovienſi 1611. editæ acceſſeran
deſtitutum, & alio indice vel Titulo exornatur
De qua Metamorphoſi literaria Chriſt. Sandius
Bibl. Antitr. ne γρῦ quidem habet. (6) *The*
phili Nicolaidis Defenſio Anonymi (h. e. Fauſti S
cini) *de Eccleſia adverſus reſponſionem Andreæ Mie*
ziboz. Racoviæ 1612. Qui ſub hoc nomi
ficto latet ſcriptor, eſt Valentinus Smalcius, r
ferente Chriſt. Sandio in Bibl. Antitr. p. 10
Scriptumque ipſum eſt antecedentis Apologe
cum A. C. 1606. concinnatum, ut patet ex
184. Non ineptum, & ad Pontificiorum aci
diſtu

liſturbandas peraccommodatum; Sed ſpinoſum, & mordax, & cum aculeo facetum. (7) *Diſputatio de capite VII. Epiſtolæ Pauli ad Rom.* Racoviæ 1612. Cujus Hiſtoria extat in præfat. ad Lectorem, & Sam. Przipcovii Vita Socini p. 421. & 422. Epiſtolis etiam Socini ad amicos p. 340. Et ad Andream Dudithium p. 78. In præfatione ad defenſionem hujus diſput. Racoviæ 1618. edita. Eaque multo locupletior, quam tradidit eandem n Bibl. Antitrinit. Chriſt. Sandius p. 70. Promittit etiam auctor in Epiſt. ad Matthæum Radecium p. 170. ſe uberius aliquando diſcuſſurum hoc argumentum; Eaque omnia publice correcturum, quæ in hoc commentariolo ſibi minus recte exciderint. Cujus tamen promiſſi ſolutio poſtea nulla fuit; Sicut nec illius, quod in præf. dedit, ibi recepit, ſe impoſterum opinionem iſtam perniciofam, *de Chriſtianorum neceſſaria in hac vita perfectione*, nominatim & copioſe refutaturum.

(1) *Adami Goslavii à Bebelno Diſputatio de perſona.* Racoviæ 1620. Auctor fuit eques Polonus, Nic. Taurelli diſcipulus. (89.) Qui in refutat. Barth. Keckermanni 1613. Racoviæ edita P. III. p. 115. hanc de Definitione perſonæ litem excitavit. A Joh. Martinio icirco oppugnatus in tr. de tribus Elohim. P. II. c. V. ſeq. p. 40. Cujus objectiones dum reprimere conatur in hoc opere, oſtendit, ſe non nudum prorſus & inermem in hanc arenam deſcendiſſe, ſed Socini tamen placitis non ita imbutum, ut prorſus ejusdem cum eo ſit ſententiæ. Ille enim in Ep. ad Andr. Dudithium p. 75. Adiaphoram eſſe putat illam de Deo notionem; Sitne trinus Ille magis

gis quam non Trinus. Hic autem in praef. & alibi ſententiam de Trinitate perſonarum errorem eſſe exiſtimat, eumque longe pernicioſiſſimum; Cognitionemque perſonæ eſſe principium controverſiæ de Trinitate, non aliunde quam ex SS. dirimendæ. Ex qua tamen ipſe ſuam de perſona definitionem nec petere, nec aliorum oppugnare, vel disjicere potuit. (2) *Fauſti Socini Defenſio diſputationis de loco C. VII. Ep. ad Rom.* Racoviæ 1618. Cum qua conferendum, quod de diſputatione ipſa diximus alibi. Et facit hæc defenſio tum ad capitis Paulini, tum ad Diſp. dictæ meliorem intelligentiam. Quis autem ille ſit ex Evangelicis, cui hæc Apologia eſt oppoſita, nec Chriſt. Sandio in Bibl. Antitr. p. 74. nec nobis ſatis eſt perſpicuum. (3) *Adami Goslavii Refutatio eorum, quæ B. Keckermannus diſputat in Syſtem. Theol. de Deo Patre & filio J. C.* Racoviæ 1613. Schediaſma Polemicum. Quod & acumine diſſerendi, & eloquendi facultate ita nitet, ut vel Auctorem non Equitem Polonum, vel Equitos Polonos non ejus eſſe commatis exiſtimare queas, quo in præfat. ad Lectorem deſcripti ſunt. (4) *Theoph. Nicolaidis Defenſio tr. F. Socini de Eccleſia, adverſus Andr. Miedziboz.* Racoviæ 1612. De qua jam diſſeruimus alibi. (5) *Joh. Volkelii Diſſertatio Nodi Gordii à Martino Smiglecio nexi.* 1613. Cujus auctoris dictio & diſputandi ratio ita congruit cum eloquendi & diſſerendi ratione Socini, ut hujus imaginem in iſto videamur intueri. Nec nihil negotii faceſſivit Smiglecio in hac diſſolutione. Verum ea tantummodo diſſolvit, quæ placitis ſuæ ſectæ

puta-

putavit, eſſe contraria. Atque hæc ita diſſolvit, ut ejectis per anticam quibusdam Jeſuitarum erroribus, eorum loco commenta Socinianorum per poſticam intromiſerit. (6) *Joach. Stegmanni Probe der Einfältigen Warnung J. Botſacci.* Racau 1633. de quo alibi.

(1) *Joh. Crellii de Uno Deo Patre Libri duo.* Racoviæ 1631. Qui inſerti ſunt poſtea Tomo IV. Bibl. Fratrum Polonorum, editique Germanice ex verſione J. C. Wolzogenii 1645. Et Belgice 1668. Et cum refutatione J. H. Bieſterfeldii. Lugd. Bat. 1693. (2) *Ej. Explicatio Capitis XV. Epiſtolæ prioris ad Corinthios.* Racoviæ 1635. Opus auctoris ultimum, idque poſthumum, de cujus ratione interpretandi SS. judicat Richard Simon in Hiſtoire Critique des Commentateurs du N.T. c. LVI. p. 846. ſeq. (3) *Roberti Janſonii Diſſertatio de viſionibus, quæ Capitibus XIII. & XVII. Apocalypticis deſcribuntur.* Claudiopoli 1625. Hic Rob. Janſonius quis fuerit, dubia cogitatione diſtrahor. Liquet tamen ex p. 33. eundem Socini diſciplinam eſſe ſecutum. Et eadem prorſus ratione explicuiſſe hæc duo Apocalypſeωs capita, qua Everhardus Spangenbergius ipſe Socinianus explicuit, à Fauſto Socino notatus iccirco in Epiſtolis p. 611. ſeq. Nec repugnarem magnopere, ſi quis contendat Rob. Janſonium ab Everhardo Spangenbergio non fuiſſe diverſum, niſi obſtaret ratio temporis, loci, nominis, & ſcripti ipſius, quorum iſtud in certas theſes digeſtum fuit, quæ in hoc ſchediasmate non apparent. (4) *F. Socini Epiſtolæ ad Andream Dudithium.* Racoviæ 1635. Quarum quidem

dem oppido ſunt paucæ, & in iis quædam mutilæ præterea & truncatæ; Sed de rebus graviſſimis, & in quibus non mediocre eſt pondus, contextæ. Et ex Italico ſermone non ineleganter in LL. translatæ per M. R. H. Quem ego Martinum Ruarum Holſatum fuiſſe hariolor.

(5) *Fauſti Socini Elenchi Sophiſtici.* Racoviæ 1625. Conſcripti in gratiam Chriſt. Oſtorodi, ut ipſe refert in Ep. ad Socinum p. 456. Ubi & quædam in iisdem ſibi parum probari non diſſimulat. Et patet, liberalius ſcripſiſſe Socinum in Epiſt. ad Andream Dudithium p. 44. Se in logicis ultra id, quod natura docuit, non profeciſſe. Et p. 70. ſe dialecticæ præſidiis non niſi à natura ipſa eſſe inſtructum. Fatetur enim in his Elenchis p. 18. ſe Ariſtotelem, primum Elenchorum inventorem eſſe ſecutum. Et libellus ipſe loquitur, eum una cum Logica naturali artificialem omnino conjunxiſſe, & in hac poſteriore non perfunctorie fuiſſe verſatum; Sed & docet inſimul auctorem hac diſciplina ita uſum, ut Sophiſta olim differendi & loquendi arte.

(1) *Fauſti Socini Explicatio concionis Chriſti, quæ habetur c. V. & VI. Matthæi.* Racoviæ 1618. Opus poſthumum. Quod Auctor A.C. 1602. cum oculorum fluxu & dolore laboraret, ex tempore & impræmeditatus dictavit, ne nihil ageret, & u precibus & deſideriis Statorii & Volckelii ſatis faceret, qui hoc ipſum ſingulari ſtudio ab e contenderant. Quod ipſe refert in Epiſt. ad amicos p. 471. & 473. Nec nullius plane pretii eſt hic Socini labor. Qui ſenſui literali inſiſtens, Auctorum θεοπνευςων cogitata, non infeliciter explica

plicat in quibusdam, & ſolius grammatices beneficio ſignificationem verborum interdum præclare eruit. Sed imperfectum hoc eſt opuſculum, & in medio quaſi curſu abruptum. Nimiopere etiam auctoris idiotismis Theologicis infectum, & Paradoxologiis plurimis reſperſum. Sic enim p. 210. omnes ingenii vires adhibet, ut lectori perſuadeat, *in oratione Dominica VI. tantummodo precationes contineri, non ſeptem.* Quod ex Joh. Calvini diſciplina videtur mutuo accepiſſe. (2) *Ej. Commentarius in Epiſt. Johannis primam.* Racoviæ 1614. Scriptus 1604. non diu ante auctoris obitum in gratiam nobilis cujusdam Germani, Pariſiis in Poloniam profecti, & aliorum quorundam cupiditate Theologiæ Socinianæ flagrantium. Scriptus autem ad modum Commentarii in Matthæum ex tempore, & ſine prævia meditatione, ſi credimus Val. Smalcio in præf. ad Lectorem, qui poſthumum hoc præceptoris ſui opus in lucem edidit. Et ejusdem etiam cum præcedente commentario eſt commatis. Explicationibus novis, ſed lubricis iisdem repletus. Paradoxologiis conſtipatus. Controverſiis etiam Theologicis nonnunquam, utut parum opportune, onuſtus. Et audacioribus quibusdam tentaminibus criticis ita contaminatus, ut temeritatis cujusdam non immerito poſtulari queat. (3) *Ejusd. Explicatio primæ partis primi capitis Ev. Johannis. Cui acceſſit Explicatio c. IX. Ep. ad Rom. & aliorum locorum SS. explicationes.* Racoviæ 1618. Et quidem quod eſt ad (α) Explicationem C. I. Evang. Joh. ea magna ex parte, Fauſto ipſo fatente, in fragmentis de

Chriſto p. 3. deſumta eſt ex avunculi Lælii Socini ſermonibus, & ſcriptis ad eundem delatis, prodiitque latine primum, ſcilicet 1562. ut patet ex literis Socini ad Dudithium p. 13. ac poſtea etiam Polonice, ſed ανονύμως, ut auctor ipſe refert in Ep. ad amicos p. 497. & in fragmentis de Chriſto p. 1. ubi & cauſam ſimul addit, quare nomen in editionibus primis ſuppreſſerit, ſcilicet, ut aliorum judicium de hac ſua verborum Joh. explicatione reſciſceret, quam, non ſua tantum ætate, ſed multis ante ſeculis, inauditam eſſe noverat. Quod & in ipſo hoc Commentariolo p. 4. repetit, & interpretationes ſuas à ſuſpicione falſitatis purgare laborat. (β) Comment. in c. IX. Ep. ad Rom. Non diſpicimus, quare, qui editionem adornavit, Hieronymus Moſcorovius eidem ea non adjecerit, quæ de eodem capite extant in Socini Ep. ad Amicos p. 475. ſeq. (γ) Explicationes variorum SS. Locorum. Rectius feciſſet, qui eas ex variis Socini operibus collegit, Moſcorovius, ſi, quo quævis loco contineretur, ſimul indicaſſet v. g. Explicationem Luc. XVI. 19. quæ p. 79. extat, legi in Ep. ad Amicos p. 182.

(1) *Fauſti Socini Epiſtolæ ad Amicos.* Racoviæ 1618. De quibus, quid exiſtimemus, dicemus alio loco. (2) *Ej. Miſcellanea.* Racoviæ 1611. In quibus VII. tractatus, vel ſi mavis, VII. Schediasmata Theologico-Polemica Socini, ſparſim in aliis ejusdem operibus obvia, in unum faſciculum collecta ſunt, nullo obſervato ordine vel temporis, quo ſcripta ſunt, vel rerum, quæ in iis continentur, ut ex his μικροβιβλοις contra

quos,

quos, & de quibus rebus, & quibus armis bella geſſerit, conſtaret. (3) *Ej. Breves quidam de diverſis materiis ad Chriſtianam Religionem pertinentibus tractatus.* Racoviæ 1618. Quorum novem ſunt numero, iique ab antecedentibus omnes diverſi, & ad dignoſcendam Theologiam Socini Theticam, ac Polemicam oppido utiles & neceſſarii. Collectio ignota Chriſt. Sandio, & in Bibl. Antitr. ab eo prǽterita. Quam enim ille l. c. p. 70. ſub hoc titulo recenſet, nec ea continet opuſcula, quæ in hoc noſtro volumine comprehenduntur, nec eo ordine, numero, modo.

(1) *Fauſti Socini Epiſtolæ ad Amicos.* Racoviæ 1618. In quibus deſunt tres Epiſtolæ ad Andream Dudithium, nec non tres ad Martinum Seidelium, ineditæ etiam non paucæ, latinæ & Italicæ, à Chriſt. Sandio in Bibl. Antitr. p. 78. memoratæ. Omnesque ante annum 1581. exaratæ, quo annum ætatis 42. jam expleverat Socinus, & quo dubio procul jam literas complures ſcripſerat. Et quot ab anno 1581. quo incipit hic faſciculus, usque ad annum 1604. quo lucis uſuram amiſit Socinus, interciderunt epiſtolæ? Cum integra ejus opera intercidiſſe conſtet, quale eſt illud *contra Atheos*, apud C. Sandium l. c. p. 74. Et anni bene multi extent, in quibus ne γϱὺ quidem ab eo ſcriptum reperitur. Ipſeque in Epiſt. ad Joh. Volckelium p. 475. lamentetur, ſe Amanuenſem alere non potuiſſe. Præclare tamen de re literaria eſt meritus, qui collegit hunc literarum faſciculum, & eundem in lucem aſpectumque publicum prodire juſſit, quisquis fuit ille virorum. Nam licet in dictione non omne

tule-

tulerit punctum Socinus, cum ipſe in Epiſtola ad Teucheum p. 399. fateatur, ſe perſpicuitatem quidem non indiligenter ſectatum, ſed puritatem & grandiloquentiam neglexiſſe quodammodo, certe non affectaſſe; Et in Epiſt. ad Val. Smalcium p. 520. non diſſimulet, ſe interdum contra leges Grammatices quædam admiſiſſe. Attamen copioſa & expedita & perurbana eſt ejus oratio, verborum delectus eſt elegans, & apta & quaſi rotunda conſtructio. Nec ita etiam ſunt ſteriles ejus Epiſtolæ, ut jucunditate tantum, nullo fructu & emolumento, teneantur. Sane delectatione abundant ſermonis, & ſaturitate, & copia rerum, quæ ad H. E. & literariam pertinent. Multa in iis de Controverſiis Theologicis, de viris eruditis, Polonicis imprimis, de quibus in Hiſt. Lit. ſæpe altum eſt ſilentium, de Socini amicis, fatis, placitis, ſcriptis, editis, ineditis, affectis etiam & deperditis. Quæ ſi collegiſſet Chriſt. Sandius, & pleniorem & locupletiorem in Bibl. Antitr. de ſcriptis Socini nobis potuiſſet impertiri Catalogum. (2) *Ej. Elenchi Sophiſtici.* Racoviæ 1625. De quibus alibi.

(1) *Joh. Crellii Commentarius in Ep. Pauli ad Galatas* Racoviæ 1628. Cujus Crellius eſt Pater, Schligtingius nutricula, vel ſi mavis, curator. Qui ea, quæ Crellius ex ſe & ſuo ingenio promſit, publice domi retractavit, & commendata literis in lucem publicam prodire juſſit. Unde natus hic Commentariolus. Qui Socini periculis exegeticis cedit acumine, & varietate doctrinæ, ſed pari paſſu cum iisdem ambulat, ſi ſpectes Sectæ ſtudium, & eam non illaudatam Methodum

thodum eruendi ſenſum literalem, eumque ore rotundo explanandi, miſſis ambitioſis ſubtilitatibus Criticis quidem; At obſervationibus Grammaticis non plane deſertis, inque exilium migrare juſſis. (2) *Jonæ Schlichtingii Comment. in Ep. ad Ebræos.* Racoviæ 1634. Qui cum priore ejusdem fere eſt metalli, Verba non abjecta. Res quædam diligenter traditæ. Nec nullus flos, aut nullum lumen animi. Sed quod labes domeſtica obfuſcavit. Manifeſtum novaturiendi & Socini Theologiam exornandi ſtudium, cum perpetuo propoſito SS. ad ſuam mentem, non Suam mentem ad SS. accommodandi. Quod eo eſt ſuſpectius, quo major eſt Auctoris verſutia & eruditio, qua vinci ſe non patitur à Crellio. Cujus ope ita adjutus eſt in hoc Comment. ut eidem primas deferendas eſſe partes in præfat. ſcribat. (3) *Ej. Quæſtio, num ad regnum Dei poſſidendum neceſſe ſit in nullo peccato Evangelicæ doctrinæ adverſo manere?* Contra Balthaſarem Meiſnerum. Racoviæ 1635. Editio Chriſt. Sandio non viſa.

Hugo Grotius de ſatisfactione J. C. Lugd. Bat. 1617. Hic libellus eſt rarus, præclarus, & ita adornatus, ut Joh. Stoinski Socinianus, in præfat. tr. Joh. Crellii de cauſis mortis Chriſti, & Ruarus Cent. I. p. 59. diſerte fateatur, Photinianos nunquam acutius & doctius eſſe confutatos, Extat tamen Joh. Crellii reſponſum ad hoc Grotii opuſculum, Racoviæ 1623. 4. excuſum, quod auctoritate publica combuſtum eſt. Et Auctor eſt J. H. ab Elswich in notis ad Martini Simonii tr. de literis pereuntibus p. 66. Hugonem Grotium vulgato iſthoc Crellii reſponſo deſeruiſſe

ſuam

ſuam ſententiam, & in caſtra Photinianorum tranſiiſſe.

Joach. Stegmanni Probè der Einfältigen Warnung für der neu Photinianiſchen Lehre von Joh. Botſacco. Racoviæ 1633. Specimen hoc eſt Theologiæ Polemicæ Socinianæ. In quo Auctor bigis atque quadrigis id agit; ut lectori perſuadeat J. Botſacci ſcriptum Anti-Socinianum Centonem eſſe male conſutum, conſtantem phraſibus inſulſis, allegatis falſis, translationibus & explicationibus febriculoſis, probationibus plumbeis, reſponſionibus frivolis &c. Et totum hoc bellum ita ab eo eſſe geſtum, ut idoneus ad id gerendum videri potuiſſet, ſi geſſiſſet nunquam.

(1) *Chriſtoph. Oſtorodi Unterrichtung von denen vornehmſten Haupt-Puncten der Chriſtlichen Religion* Racoviæ 1612. Compendium hoc eſt Theologiæ Socinianæ cum grano ſalis legendum, ob facilitatis, pietatis & probitatis, qua totum inunctum eſt, ceruſſam. Quod A. C. 1649 Belgice etiam prodiit, & à Balthaſare Mentzero cum aliis hujus Auctoris monumentis, fruſtr quæſitum eſt, ut ipſe in præfat. Exegeſeως A. C conqueritur. Fatetur etiam D. Paulus Antoniu in præfat. operis Speneriani de æterna Chriſt divinitate, *von der ewigen Gottheit Chriſti*, ſe Oſtorodum inveſtigare non potuiſſe. (2) *Val. Smalcii kurtze Auslegung über den Anfang des Evangel. Johannis*. Racoviæ 1611.

Steph. Curcellæi Diſſert. Theologicæ. Amſt. 1659 A Reformatis ad Arminianos delapſus, & ab hi ad Reformatos reverſus, ſecundaque vice a Arminianos digreſſus, anno ætatis 73. ſcripſi

han

hanc tetractyn Curcellæus (vid. præfat. p. 22. 32. 40. &c.) & in ea judice vel ipſo ejus adverſario, Moſe Amyraldo in diſſert. de P. O. p. 430. vim omnem acuminis ingenii & eruditionis ſuæ depromſit. Cujus diſſert. 2. à Moſe Amyraldo, Tertia à Joh. Muſæo impugnata, totusque quaternio à Sam. Mareſio in Defenſione fidei Catholicæ concuſſus, & à Statibus Hollandiæ 1661. d. 1. Jul. publice, ceu ſcandaloſus, blaſphemus, & fundamento religionis Chriſt. contrarius condemnatus eſt.

Le Platoniſme Devöilè. A Cologne 1700. Auctor hujus opuſculi eſt *Souverainius*, Miniſter Eccleſiaſticus Gallus, notante P. Poireto in opp. Poſthumis p. 13. qui ſecutus veſtigia Danielis Zwickeri Boruſſi Scriptoris Sociniani, & *primi* inventoris hujus Paradoxi; *Patres ſuas de λόγῳ ſententias ex Platone primum hauſiſſe, & in Theologiam Chriſtianam transportaſſe*; Chriſtologiam noſtram ex lacunis Platonicorum deductam eſſe probare anniſus eſt. Confutatus hoc nomine à P. Balto Societatis Jeſu Theologo, dans la defenſe des St. Peres accuſez de Platoniſme, Impreſſ. Pariſiis 1711. 4. J. F. Meyero in diſſert. de λόγῳ. P. Poireto l. c. & p. 16. Aliis.

Democriti Chriſtiani Apoſtoliſcher Wegweiſer zur wahren Gerechtigkeit Gottes. Francf. 1700. Verus Auctor hujus opuſculi eſt Daniel Cnorrius (Unde & nomen fictum Democriti Chriſtiani) Superintendens Oſterodenſis M. H. Huthmanni in hac doctrina diſcipulus, cujus Prodromum Novi Fæderis maxime ſecutus eſt, notatus iccirco à J. Lan-

Langio *in der Mittel-Straſſe* P. III. p. 231. ſeq. G. Serpilio *in der Prüfung des Hohenſteinſchen Geſang-Buches* c. V. p. 129. ſeq. Edzardi l. c. cap. 7. p. 157. J. H. Woldershauſenio aliis. Et ne quis fucum ſibi fieri patiatur, monemus, idem hoc opus 1705. recuſum; ſub titulo, *Evangeliſche Vorſtellung der wahren Rechtfertigung eines armen Sünders vor Gott.*

Liberii de Sancto amore Epiſtolæ Theol. Irenopoli 1679. Harum Epiſtolarum verus auctor eſt *Joh. Clericus*, juvenis eo tempore, vix vigeſimum ſecundum ætatis annum ingreſſus. Et ſunt quædam in iis, quibus laudem deberi facile concedimus, ſtili facilitas, obſervationum quarundam Criticarum ſuavitas, ſcholaſticarum ineptiarum deſpicientia; Sed ſunt multo plura, quæ ex hoc cenſu prorſus ſunt excludenda, ſcilicet Paradoxologiæ pica, patrum Eccleſ. contemtus, & manifeſtus Auctoris à Scylla Theologiæ Scholaſticæ in Charybdin Socinianam tranſitus, quo quicquid à noſtris in Socinianorum operibus atro carbone notatum eſt, novis coloribus obducit,

Ne ceruſſa omnis, nec nitri ſpuma rubentis
Deſit.

Cogitationes Novæ de Primo & Secundo Adamo Amſtel. 1700. In hoc libello, cujus Auctor eſt Samuel Crellius inter Socinianos in Boruſſia viventes, miniſterio ſacro clam functus, & in prædio quodam non procul à Berolino ante aliquot annos commoratus. (1) Notamus Hypotheſium novarum fragilitatem, argumentorum ex libris Apocryphis interdum, & dictis SS. cor-

rectis

:ctis dicam , an corruptis ? petitorum vanita-
em , Paradoxorum cumulum , & manifeſtum
ocinianismi ſtudium. Adeoque ita rationem
ucimus, hoc Neo-Syſtema ad novum diſſidium
ı Eccleſia excitandum , quam ad harmoniam
niverſalem in ea parandam, eſſe accommodatius,
uam tamen Auctor præf. ſcribit ſe pro ſcopo
abuiſſe.

D. Raph. Camphuyſens Unbetriegliches Urtheil in Religions-Sachen. ſine loco 1710. Auctor hic non
ottidianus , liberioris vitæ , & fidei Carbona-
iæ, quæ eſt in omnibus Sectis, (ut ſcribit c.XI.
x XII. p. 122. ſeq.) pertæſus , ad Theologiam
cclecticam animum appulit , hoc unico articu-
o conſtantem , ſcilicet, *Cognitionem veritatis debe-
e eſſe ſecundum pietatem*, Tit. I. 2. h. e. ſanctitatem
vitæ veritatis eſſe regulam idque in Theologia
oro vero habendum , quod ad ſanctitatem vitæ
conducat, & contra. Adeoque eum tantummo-
lo de veritate & falſitate Religionis poſſe judi-
:are , qui firmum habeat propoſitum ſancte vi-
vendi , juxta dictum Chriſti Joh. VII. 17. Cu-
us unius verſiculı hoc totum opus eſt Commen-
tarius. Non indigeſtus plane, nec infæcundus
rerum perutilium; Sed Paradoxicus nimis , &
ibertatem judicandi de rebus Theologicis latius,
quam fas eſt, extendens; quid quod Auctor à
Chriſt. Sandio in Bibl. Antitrinit. P. I. p. 112. An-
titrinitariorum Syllabo eſt inſertus, & eorum, qui
ex Socino habent vocabulum, glebæ adſcriptus.

*Georgii Serpilii Schrifftmäſſige Prüfung des Hohen-
ſteiniſchen Geſang-Buchs.* Regensb. 1710. In hoc
examine multa ſunt aliena, peregrina, ἀπροσδιό-

νυνα; Sed, quæ eſt indoles ſcriptorum locorum communium,

In vepribus atque rubetis
Tranſparent ſparſim violæque roſæque fragrantes.

Geſang-Buch vieler Geiſtreicher Lieder. Ellrich und Bleicherode 1707. Ecce! Cantionum libellum Crypto-Socinianismi ſuſpectum, & hoc nomine ex Eccleſia Hohenſteinienſi exire juſſum, & venundari prohibitum, & à Georgio Serpilio peculiari opere confutatum. Qui, dici non poteſt, quantas in Comitatu Hohenſteinenſi excitaverit turbas, quantasque Auctori M. O. C. Damio creaverit moleſtias, utut cum permiſſu Superiorum vulgatus ſit initio, & duarum Facultatum Theol calculo probatus.

Caſparis Brantii Hiſtoria vitæ Jacobi Arminii Brunſvigæ 1625. Quæ quas laudes habeat a maculas, accurate exponit, qui hanc Editionen curavit, Præfationemque & notas adjecit J. L Moshemius in Prolegomenis. Nec relictum eſ nobis in hac meſſe Spicilegium. Niſi hoc eiden velis ſuperaddere, Biographiam hanc nec paucorum nec mediocrium eſſe commodorum, a H. E. ſuperioris Seculi, ſpeciatim Sectæ Arminianæ, & quæ eidem oppoſita eſt poſtea, Synodi Dordracenæ, Catechiſmi etiam Heidelbergenſis, & variarum in Eccleſia Reformatorum diſſenſionum illuſtrandam. Vir enim acutus fu Brantius. Qui & facile potuit perſpicere, qui verum vel falſum ſit, & eorum, quæ geſta ſun non inepte ſubodorari rationem. Quique in e maxime humani quippiam paſſus videtur, quo Adverſariorum Arminii vitia accuratius ſpectavi

quai

quam Arminii ipſius. Cujus p. 3. levidenſes tantummodo quasdam notavit labeculas.

Du Pouvoir des Souverains & de la Liberté de Conſcience. Amſterd. 1707. Continentur in hoc volumine (1) Noodtii duæ Orationes (*a*) de juribus ſummæ Poteſtatis (*b*) Libertate conſcientiæ, a J. Barbeyraco ex LL. in Gallicam translatæ. Quæ inſtar legis orandi eſſe poſſunt. Tanta in iis vis ineſt, tam denſa omnia, tantum nervorum & argumentorum robur, tam nihil otioſum, is dicendi modus, ut, nec quod in iis deſit, nec quod redundet, invenias. Et ſi quædam jam ante dicta ſunt ab aliis, ut ſunt omnino poſt reſtauratam ab H. Grotio naturæ juris diſciplinam; Attamen ab Auctore ita proponuntur, ut Archetypa videri queant, non Ectypa. (2) *Anonymi Les raiſons des Scripturaires.* Hamburg 1706. Opuſculum oppido Socinianum, Trinitariis, tam Realiſtis quam Modaliſtis, oppoſitum; Sed illis magis, quam his, qui cum Socinianis ejusdem fere ſunt ſententiæ. Et licet rationibus h. l. allatis, jam millies ſatis factum ſit à noſtratibus; Hoc tamen in ſe habent peſſimum; Dulcedinem quandam ſui faciunt, & animum lectoris ſpecie veritatis, pietatis, antiquitatis, facilitatis etiam & perſpicuitatis, inductum tenent ac remorantur. Id quod, paucis mutatis, de Sophismatis Philoſophorum judicat Seneca Ep. XCI. p. m. 632.

Philippi à Limborch Hiſtoria Vitæ Simonis Epiſcopii. Amſtelodami 1701. In qua dictio non admodum eſt caſtigata. Methodus autem opportuna, & ad temporis rationem accommodata.

Et res pleræque ejus indolis, ut ad ſuperioris Seculi H. E. & literariam, ſpeciatim ad Acta Synodi Dordracenæ, & fata Arminianorum, & ſcripta Epiſcopii, maximi Statoris eorundem, cognoſcenda, nihil ſit uberius & conducibilius. Plus tamen adhuc ex opuſculo emerſiſſet commodi, ſi Auctor ſtudio partium indulſiſſet minus; Et Hiſtorici ſe ſuſtinere provinciam meminiſſet, non cauſidici; Ac in locis quibusdam non ſuſpectum ſe reddidiſſet, atque ſi acta quædam in hac Biographia à ſe eſſent ſuppreſſa v.g. 112. Interim perrarum eſſe hoc opuſculum, tum Joh. Laur. Moshemius Auctor eſt, in præfatione Biographiæ Jacobi Arminii, quæ à Caſpare Brantio elucubrata, ab ipſo prelum rurſus ſubire juſſa eſt: Tum & Caſparis filius Gerhardus Brantius, in prima Biographiæ Arminiana Editione, quæ Amſt. 1724. in 8. prodiit, ub in Prologo ad Lectorem ſcribit, Vita Simoni Epiſcopii à Phil. Limborgio ſcripta, olim cor cionibus ejus præfixa, in exterorum gratiam literarum humaniorum amantiſſimo, in Latinur ſermonem haud infeliciter verſa, & in hac urb (Amſtelodami) apud Galletum 1701. vulgat eſt, ſed, neſcio quo fato, hujus Editionis exen plaria tam rara ſunt, ut vix unum inſpicien nobis copia facta fuerit.

Catecheſis Eccleſiarum Polonicarum. Stauropc 1684. Ultima hæc eſt hujus opuſculi Editi eaque omnium locupletiſſima. In quo toti Theologiæ Socinianæ imago deſcribitur, & i exprimitur, ut, qualis illa ſit, &, in quibus A ticulis ab aliis diſtet, facile dignoſci queat. J-

val

vabit autem cum eo contuliſſe J. A. Schmidi[1] Progr. de Catechismo Racovienſi 1707. Helmſtadii editum, in quo Hiſtoria hujus libelli pereleganter deſcribitur, &, qua fieri poteſt brevitate, enarratur, quem habuerit ortum & progreſſum, quos Auctores, locupletatores, emendatores, impugnatores, defenſores, translatores &c. Quæ pleraque ex eo repetit J. F. Buddeus in Iſagoge Theol. L. II. c. 2. §. 10. p. 508. ſeq.

IN DUODECIMO.

T. *Piſecii Reſponſio ad Decem Rationes Edm. Campiani Jeſ.* Racoviæ 1610. Nobilis Sileſius fuit Auctor, Sectæ Socinianæ addictus quidem (ut patet ex C. Sandii Bibl. Antitr. p. m. 107. Et hoc ipſo opere p. 14. 70. 93. ſeq.) Sed varia doctrina excultus tamen, & in dicendi arte ac differendi facultate, & ſyſtema ſuum defendendi ſtudio ita exercitatus, ut Campianum juxta ac Vilkovium, qui Campianum in Linguam Polonicam traduxerat, exarmarit fere, & haſta ſcutoque exutos arena cedere coegerit.

Joach. Stegmanni de Judice & norma Controverſiarum. Eleutheropoli 1644. Auctor eſt Socinianus, Rector Gymnaſii Racovienſis primum, tum Unitariæ Eccleſiæ Claudiopolitanæ Paſtor, ubi A. C. 1632. deceſſit. Et una cum aliis editis, ineditisve, & hoc opuſculum reliquit, imperfectum quidem, & dimidia parte mutilum; Siquidem duos libros inſtituerat Auctor, alterum de judice Controverſiarum, & de norma alte-

rum ; Sed quo minus poſteriorem priori ſuperadderet, fata interceſſerunt (p. 250.) Interim ex hoc ungue æſtimare poſſumus Leonem ; Adſtrictum oratione, & compreſſione rerum brevem, Philoſophum argutum, interpretem SS. callidum, Theologum Paradoxum, virum remis velisque in id incumbentem, ut cauſa inferior acumine ingenii fiat ſuperior, ſcilicet, Rationem nequaquam eſſe corruptam (p 206.) Eam eſſe SS. interpretem (169.) Judicem Controverſiarum Theologicarum, cujus judicio ſi ſtare recuſes, recta tendas ad Atheismum (p. 100.)

Hug. Grotii Apologeticus. Pariſiis 1640. Opus infrequens, verbis non ſplendidum, ſed rebus copioſum, doctum, acutum, grave & prudentiæ pleniſſimum. Ad Hiſtoriam Arminianismi, & Synodi Dordracenæ, & turbarum omnium, quæ hoc tempore in Belgio exortæ ſunt, cognoſcendam, tam utile, ut incertus ſim, an ullum aliud præterea. In quo multa ἀνέκδοτα de Batavorum juribus, moribus, & conſuetudinibus; De doctorum etiam virorum virtutibus & vitiis. Et inprimis de fatis, quæ Auctor 1619. à Contra-Remonſtrantibus ſuſtinuit, tot commemorationes ſingulares, ut explicare vix queam, an ex ullo monumento Hiſtoria Carceris Grotiani accuratius poſſit intelligi.

CA-

CAPUT XIV.

DE PARADOXICIS.

IN FOLIO.

DAs *Geheimniſs der Widerbringung aller Dinge.* Pamphiliæ 1701. Sylloge hæc eſt XIX. opuſculorum pro ἀποκαταςάσει πάντων pugnantium, quorum auctor eſt *Joh. Wilh. Peterſen* (ſi primum exceperis, æternum Evangelium, quod ab ejus conjuge Joh. Eleonora eſt elucubratum, vide Biograph. Peterſenii p. 297.) qui Janæ Leadæ veſtigiis inſiſtens, huic dogmati Nov-Antiquo manum inſeruit, & eo, quo jam ſpectatur, apparatu, contra Wolffium, Fechtium, Grapium, Lichtſcheidium, aliosque aſſeruit. Dignus, qui manu ſolicita & circumſpecta verſetur, ob variorum ſcriptorum hac illac adductorum raritatem, & argumentorum quorundam ſpeciem, & paradoxorum theticorum & exegeticorum multitudinem. (2) *Joh. Eleonoræ Peterſen Anleitung zu gründlichen Verſtändniſs der Offenbahrung Johannis.* Franckf. & Lipſiæ 1696. De hac Iſagoge an recte judicet J.G. Reinbeck in præf. *in der Erörterung der Offenbahrung,* Eam *abductionem* eſſe magis quam *introductionem* in Apocalypſin, cum Introductrix omnia exponat κατὰ ῥητὸν, & pleraque adhuc nondum impleta eſſe judicet, ii videant, quibus eſt acumen ſolertius, & vis judi-

 candi

candi exercitatior. Neque noſtrum facimus Anonymi judicium, qui in Schediasmate, cui titulus; *Mundus vult decipi!* omni certaminis genere contendit, non Peterſeniæ eſſe hoc opus, ſed Peterſenii, idque totum, quantum quantum eſt, ex aliis, Coccejo, Forbeſio, Moro, Brigtham, Medo, Burrham, Seidenbechero, Brecklingo &c. congeſtum, hypotheſibus tantummodo quibusdam de Chiliasmo hac illac interſperſis, & nova ceruſſa incruſtatis.

Schutz-Schrifft Herr Joh. Heinr. Blosfelds Predigers zu Hohl-Städ in Chur-Fürſtenthum Sachſen &c. Cento hic eſt Epiſtolarum Apologeticarum, a[d] ſupremum Conſiſtorium Dresdenſe ſcriptarum in quibus auricularis Confeſſionis ritum recte ſe in ſua Eccleſia abrogatum, & S. cœnam no[n] ab alio, ſed à ſemetipſo ſumtam, & loco ve[r]borum in diſtributione uſitatorum, hæc ſurr[o]gata; *Eſſet und trincket zum Gedächtniſs* [...] defendit Auctor, iccirco ab officio dejectu[s]. Accedit Anonymi cujusdam de eodem argume[n]to Poëmation cum Scholiis; Et literæ Regis B[o]ruſſiæ ad Imperatorem, de Hermanſtadenſi Pr[o]feſſore Voigtio, præter rationem Pietismi acc[u]ſato; Ejusdemque ad Regem Poloniæ de V. [...] L. in Theologos Halenſes ſtricturis. MSC[ta] omnia adhuc, idque contra Auctoris volunt[a]tem. Quem mira cupiditate arſiſſe, hæc typ[is] exſcripta tueri, ex præfatione ſatis conſtat.

IN QUARTO.

JAcobi Böhmii Opera omnia Germ. 2. *Vol.* 1715. Secunda hæc eſt editio omnium operum J. Böhmii, cum prima, quæ 1682. Amſtel. prodiit in 8vo VI. Vol. non comparanda, ſi ſpectes typorum elegantiam, & figurarum æri inciſarum numerum; Sed eidem præferenda, ſi reſpicias juſtam characterum magnitudinem, & paragraphi cujusvis ſummam margini adſcriptam, & monumenta Biographico-Critica in fine adjecta. Nec ullus facile poſt renatum Evangelium fuit Auctor, qui tantum ſtuporis excitaverit in re publ. literaria, quam hic ſutor, qui ultra crepidam evectus, novum prorſus Theologiæ & Philoſophiæ Syſtema profeſſus, cum novo & inaudito antea dicendi genere, quo linguam naturæ exprimere conatus eſt. Atque hinc tot ſententiarum de eo divortia. Tot, inquam, operum ejus deſcriptiones, Editiones, verſiones, Belgicæ, Anglicæ, Gallicæ, Latinæ, Introductiones, Extractiones, oppugnationes, Vindicationes, Claves &c. Nec unius etiam ſunt commatis opuſcula, ab hoc philoſopho Teutonico confecta. Sunt enim alia aliis clariora, obſcuriora, meliora, deteriora, magis minusque neceſſaria. Atque ſic omnium putatur

(1) *Clariſſimum, der Weg zu Chriſto*, judice J. Langio *in der Prüffung der Theoſophiſchen Schrifften.* P. I. p. 21. Et *in der Mittel-Straſſe* P. IV. p. 385. Maximas tamen excitavit

 turbas

turbas, ut patet ex Monument. Biogr. T. 2. p. 72.

(2) *Profundiſſimum*, (1) De ſignatura rerum. De quo J. T. Tſceſch *in der Einleitung in den Lilgen-Zweig.* c. ult. p. 90. (2) Puncta tria Theoſophica, de quibus vide Monument. Biograph. T. 2. op. p. 71.

(3) *Optimum*, *Aurora*, continens nucleum reliquorum Scriptorum omnium. Vid. Mon. Biogr. l. c. p. 67. Item M. Joh. Matthæi orthodoxia Boehmiana p. 323. Item *von der Gnaden-Wahl* l. c. p. 69. *Und von der Wieder-Gebuhrt.* Vide J. C. *Holtzhauſen* contra J. Matthæi p. 96.

(4) *Maxime neceſſarium*, De tribus principiis, quod eſt inſtar clavis & introductionis in Scripta reliqua l. c. p. 69.

J. Böhmii Myſterium Magnum. Amſtel. 1640. Prima hæc eſt editio hujus operis, cui tanquam vino vendibili, ab eo, qui Monumentis J. Böhmii Biographicis T. 2. op. reperiundis, adjecit Paralipomena p. 76. hæc ſuſpenditur hedera. *Von dieſen theuren Buche kan man ſagen, daſs es eine Hand-Bibel ſey, und beydes die Geheimniſs Moſis und Chriſti uns eröffne, und mit Fingern zeige, nicht Hiſtoriſch, ſondern Theoſophiſch, wie es jede Seele in der neuen Gebuhrt erfähret.*

Jacobi Böhmii Theoſophiſche Schrifften. Amſtel 1675. Non ſcripta hæc ſunt J. Böhmii, ſed ſcriptorum quorundam hujus Auctoris Collectio Nec ea Amſtelodami excuſa eſt, quod in indice dicitur, ſed Halberſtadii, ope H. Ammersbachi ibidem V. D. M. qui Apocalypſin Majeſtatis Di-

vina

næ ea tempeſtate recudi faciens, hanc Syllo-
:n ſcriptorum Böhmianorum eidem juſſit eſſe
mitem, ut in Syſtemate Guthmanniano, quod
abus Partibus abſolvitur, conſtitueret Partem
rtiam, ut ex Prologo & Epilogo operis
uthmanniani Ed. 2da conſtat. Quod vix è
elo emerſerat, cum configeretur auctoritate
iblica, & venumdari prohiberetur, una cum
.c Appendice. Atque hinc utriusque raritas.
.) *J. Wolteri Güldene* Arch. ſ. Comment. in
pocal. Roſtoch. 1623. Vel hoc nomine haben-
ıs in pretio, quia totum, quem refutandum
ıi ſumſit, Joh. Napeiri comprehendit Com-
ent. rariorem ſane, & non ſine ſpecie veri ſcri-
um, ſi quædam temeraria & heterodoxa dem-
ris. *M. Joh. Schindleri Sacra Vaticinia.* Brunſw.
507. Ej. Tr. de regno Chiliaſtico ibid.
*R. Barclaji Apologie der recht Chriſtl. GOttes-Ge-
ɔrtheit.* 1684. Scripta primum Anglice, ſed
ſtea translata in Linguam Latinam, Belgicam,
erm. Gallicam, & confutata ab Arnaldo, Bro-
io, Beiero, Reiſero, Holtzhuſio, aliis. Adeo-
ıe non hanc ob cauſam tantum habenda in pre-
, ſed & ob eam maxime, quod auctor omnium
æ Sectæ fuit doctiſſimus, & clariſſimus, &
imus, qui diſperſa Theologiæ Quackerorum
embra collegit, & in corpus redegit ac or-
nem.
Collectio XVII. Scriptorum Quackeranorum,
eciatim Guil. Ameſii, Guil. Catonis,
h. Roloffs, Marmaduke Stephenſon, Guil.
ɔbniſon, G. Foxii, A. M. de Banganey, Iſaa-
Furnerii, F. Howgils, P. Grubeneri, Corn.
Ro-

Roloffs &c. quorum quædam ſunt impreſſa, quædam MSCta, rariora omnia & ejus generis, ut Hiſt. Quakerianæ conditori G. Croeſo, ne nomina quidem nonnullorum, nedum ſcripta ipſa nota fuerint.

Offenbahrung Göttlicher Majeſtät. Hanau 1619. Liber perrarus. Et editio longe rariſſima. Recuſa quidem, ope H. Ammersbachii, ſed & confixa ſtatim, & venumdari prohibita, nec infra 30. thaleros durante, hoc interdicto, vendita. Cum contra hæc noſtra Hanovienſis plane diſparuerit in officinis Germaniæ librariis, in Belgio ſæpius 100. thalerorum pretio redemta, & Duci cuidam Würtenb. ad deſcribendum conceſſa ſed numeratis prius Poſſeſſori aliquot florenorum millibus. Exhibet autem Commentarium in capitis I. Geneſeos priores quinque verſiculos vel, ſi mavis, in priora 24. vocabula Ebraica. Unde & 24. Librorum numerus, quibus integrum opus abſolvitur. In quo dictio veteratoria, cum Suevianiſmo quodam conjuncta. Orthographia etiam obſoleta, & hodie non amplius uſu recepta. Res Paracelſiſticæ, Roſencrucianæ, Paradoxicæ. Et in iis quædam dignæ altiori indagine, qualis eſt, quæ L. IV. c. 32. p. 79. extat, ubi non obſcura *circulationis ſanguinis* extant veſtigia, cum tamen auctor Ægidius Guthmann circa annum C. 1575. adeoque prius vixerit quam Guill. Harvæus in lucem fuit editus. ut de poſteriore etiam editione quendam habeas guſtum, prodiit illa, ut diximus, H. Ammersbachii Paſtoris Halberſtadienſis ſtudio, eadem forma, qua hæc prior, eodemque habitu, ut pagi-

pa-

aginæ, & numerus numero reſpondeat, ſed ſine
ie & confule, mutato titulo, turbato Prolego-
nenon ordine, truncata præfatione, & vocibus
uibusdam ac phraſibus plane mutatis, quibus-
am etiam omiſſis, inſcriptionibus item libro-
um omnium reſectis, in quarum locum ſucceſ-
erunt ſcholia Editoris, non magni ponderis.
Qui & præfatiunculas quasdam ſuper addidit.
Et ex Jacobi Böhmii libellis collegit quendam
xcudique, fecit faſciculum, ut ad manus eſſent
egentibus has Guthmanni Meditationes, & Sy-
tematis hujus, duabus Partibus conſtantis, Par-
em conſtituerent quaſi Tertiam.

*Hiſtoria Revelationum C. Kotteri C. Poniatoviæ.
N. Drabitii.* 1659. *Vindicatio famæ & conſcientiæ
J. A. Comenii, contra Nic. Arnoldum.* Lugd. Bat.
1659. *Nic. Arnoldi diſcurſus Theol. contra J. A.
Comenii Lucem in tenebris.* Franecker 1660. *Ej.
Anti-Bidellius ſ. Examen Theologiæ Sociniano-Athei-
ticæ.* Autor Hiſt. Revel. eſt J. A. Comenius, qui
n Senectute fratrum Bohemorum per Poloniam
Epiſcopus, edidit *primum* 1657. lucem in tene-
bris i.e. revelationes horum trium, quorum in
hoc titulo fit mentio, à Nic. Arnoldo impugna-
tam, & à Comenio defenſam. *Tum* hanc Hi-
ſtoriam revelationum ſ. lucem in tenebris bre-
viore faſce comprehenſam, & hoc volumine
contentam. Et *tandem* lucem eandem novis
radiis adauctam 1665. Atque hæ omnes edi-
tiones unius operis prophetici ſunt perraræ, &
magno veneunt pretio, tum ob argumenti ſin-
gularitatem, tum ob Auctorum fata memorabi-
lia, quorum ultimus Nic. Drabicius 1671. Pres-
bur-

burgi capite multatus, una cum opere hoc ipſo publice à carnifice combuſtus eſt, ob maleſana quædam vaticinia, quæ contra Domum Auſtriacam bis ſuis viſionibus inſeruit.

Die Weiſſagung Joh. Lichtenbergers Teutſch zugerichtet, mit einer Vorrede D. Martini Lutheri, Wittenberg 1527. Opuſculum infrequens. Idiomate latino ab Auctore concinnatum. Et poſtea in Linguam Germanicam translatum, editumque cum præfatione Lutheri, qui vatem hunc in quibusdam lapſum eſſe, inficiari ſe non poſſe ſcribit; Sed addit inſimul, quædam non temere ab eo eſſe prænunciata; Adeoque ſe ejus auguria non prorſus poſſe aſpernari. A quo toto, quod ajunt, cælo abit P. J. Spenerus, qui in conſiliis Theol. P. I. Sect. 66. p. 311. Hæc vaticinia ab impoſtore quodam congeſta ſcribit, ad credulos lectores circumveniendos. Ad cujus ſententiam & nos fere accedimus. Qui opuſculum hoc verſantes obſervavimus (1) Ipſum auctorem ſuæ Artis incertitudinem agnoſcere, (2) tot fere ex aliis congerere vaticinia, quot ex aſtrorum œconomia ipſe prædixit. (3) SS. oraculis ut plurimum inepte uſum, (4) eventus, ſi non omnes, plerosque tamen à prædictionibus eſſe alieniſſimos.

Summariſcher Erweiſs, daſs Hr. Joach. Langen Schrifft von Offenbahrungen unzulängl. Partheyiſch gefährlig ſey. 1615. *Anonymi unterſchiedliche Zeugniſ von der Inſpirations-Sache* 1715. *Anonymi Hiſtoriſche Umſtände zu Prüffung des Geiſtes der inſpirirten.* 1715. Tria hæc ſunt ſcripta Apologetica à tribus Anonymis (quorum primus fuit M. Groſſe Hamburgenſis

pr

ro defendenda cauſſa inſpiratorum ſive Neo-prohetarum, qui A. C. 1685. in Gallia exorti, potea in Brittanniam, Belgium, & Germaniam ſe ffuderunt. Atque in hac triade Theologi Haenſes, maximeque J. Langius acerbe exagitatur, ui 1715. libellum iisdem oppoſuerat Halæ excuum, cujus ἐπιγραφή, *Nöhtiger Unterricht von unnittelbahren Offenbahrungen*, qui imperfectionis, & tudii partium, & ſummæ perniciei arguitur. Vinicatus poſtea à Langio in præf. J. Reinbeckii conioni præmiſſa *von Prüfung der Geiſter* 1615. Halæ exuſa. *Aletophili Send-Schreiben von neuen Propheten.* Cöln 1715. in qua multa protrita, cottidiana, ulgaria; ſed & præclara multa, & ſingularia, c ad Hiſtoriam neo-prophetarum cognoſcendam gregie facientia.

Thomæ Braum Pſeudo-doxia Epidemica. Libris VII. Interprete Chriſtiano Peganio (h. e. Chriiano Knorrio à Roſenroth) qui & Libro I. addidit Joh. Eſpagnet Phyſicam Reformatam (p. o.) Et G. G. Leibnitii tr. de motu rerum naturalium (p. 201.) & H. Mori demonſtratioem Exiſtentiæ immaterialium (p. 254.) & libris eliquis inſeruit adnotationes. Francf. 1680. Opus aureum. Omnium ſinu fovendum, & mau indefeſſa tractandum. In quo veritates novæ uam plurimæ è tenebris eruuntur, errores antiui explodunrur, & origines eorum, cauſæque mul indicantur. Idque eo ſcribendi genere, t tabulas bene pictas collocare videatur Auctor bono lumine. Vir inſtructus omni rerum coia, eoque judicio, ut, quid in quaque re veriſmum ſit, non tantum facile potuerit perſpicere,

ſed

ſed & acutiſſime & celerrime videre & exponere Phœnomeni cujusvis rationem. Compilatus à multis, laudatus à paucis, ſane iis teſtimoniis non ornatus, quibus ornari meruit.

Gabriel Rollenhagen wunderbahre Reiſen, mit etlichen warhafften Lügen. Magdeb. 1603. Opuſculum infrequens, doctum, jucundum, utile, in duas partes diſtributum, Hiſtoricam, vel, ſi mavis, Mythicam & Elenchticam. Quarum prior Gabrielem Rollenhagium filium; Poſterior Georgium Patrem habet auctorem. Virum Urbanum, facetum, Paradoxicum, ſed eruditum & pium, & ab Ægidio Strauchio in diſſert. de tempore diluvii §. 10. ſine ulla ratione in ſuſpicionem Scepticiſmi adductum; Cum alio crimine ſe non contaminarit, quam quod dogmaticorum erroribus popularibus ſubſcribere noluerit.

P. Poiret Oeconomiæ Divinæ Libri VI. Volum. I. Franf. 1705. Opus 20. annorum. Ex opere Cogit. Rat. de Deo, anima & malo, primum natum, in quo Auctor, quæ unquam vel legendo vel meditando, vel alio quacunque ratione aſſecutus eſt παράδοξα miſit in Syſtema, novoque dicendi genere expoſuit, & ea arte, ſubtilitate, vivacitate, venuſtate, concinnitate, & harmonia tradidit, ut circumſpectiſſimo cuique queat oblinere, & impingere palpum. Vir in doctrina acutiſſimus, & in vita etiam inculpatus (ſi Separatiſmum exceperis) Sed placitis J. Böhmii, V. Weigelii, A. Bourignon, J. Leade & Myſticorum nimium deditus, & ab arte ſculptrice quam didicerat, ad meliores ſcientias, Philoſophia

iam ſcilicet primum Scholaſticam, tum Carſianam, & tandem ad Theologiam Myſticam latus.

Chriſtiani Democriti Schrifften. Amſterdam 1709. iginti hoc faſce continentur opuſcula, ſparſim tehac edita, in quibus ultimum, *fatum faum*, eſt optimum, & lectu digniſſimum. Auctor rum eſt J. C. Dippelius, Darmſtatienſis, SS. Th. ud. juvenis vix 24. annorum, cum id, quod prium eſt, quodque *Orcodoxia Orthodoxorum* inſcribir, 1697. in lucem emitteret, ex Anti-Pietiſta tum ctus Pietiſta primum, deinde Eclecticus & Separatiſta, poſt ex Theologo Chymicus & Philoſophus adeptus, tum Medicinæ Doctor & Praicus, & tandem, niſi omnia me fallunt, Policus & infelix aulicus. Homo portentoſi ingenii, c nullius plane judicii, & lectionis non cottianæ, ſed ſtili intemperantioris, & mordacis, præſulſi. Et doctrinæ ita inſolentis, ut in heologia, Medicina & Philoſophia nova ſibi ſtemata conſtituerit, ab aliis omnibus diverſa; l cum P. Poireti principiis Theologicis, & J. Helmontii Medicis & philoſophicis maxime nſpirantia.

L. Grammendorff Apologia mit einer Vorrede Chriſt. mocriti. Amſterd. 1719. Ubi duo rurſus ſymata nova Theologica.

(1) *Dippelianum*, quod ad mentem P. Poireti accedit propius, & eſt παραδοξώτερον.

(2) *Grammendorffianum*, quod ad placita V. Weigelii accommodatum, minus eſt παρα-

 δοξον.

δοξον. Sed Separatiſmo tamen viam ſternit.

Nic. Cigninii Quæſt. Theol. utrum Adamus in ſtatu innocentiæ fuerit immortalis? Viterbii 1620. Auctor rarus, doctus, acutus, curioſus etiam & paradoxus, quo nemo vel plenius hoc argumentum excuſſit vel ſolidius.

F. Lamberti Comment. de Prophetia, Erudit. & Linguis &c. Quedlinb. 1656. Quo auctor, ætate Megalandro Luthero ſuppar, eruditus etiam & non adeo in vulgus notus, Philoſophorum argutias non inſulſe ſubſannat, ſed tamen non ita tenet medium, ut ab uno extremo non deflectat ad aliud, & Charybdim devitans non incidat in Scyllam, pari providentia & cautione devitandam. *L. G. Lundenii* de Authentia verbi Libri III. Helmſt. 1669. Opus illuſtre auctoris ſubobſcuri.

Mittlere Zuſtand der Seelen nach dem Tode Helimantes. Heilbrum 1725. Cujus Auctor inſurgit admodum in dictione, & plenus eſt majeſtatis & gratiæ, & variis figuris & verbis feliciter audax. Sed quam Poëſeως facultate ſibi parare potuiſſet gloriam, eam Paradoxis Theologicis Böhmiſticis maxime & Peterſenianis, per carmen univerſum ſparſis, obſcuravit atque diluit.

J. S. Stryckii Diſſert. de jure Sabbathi. Halæ 1702 In qua ſtilus planus, ordo compoſitus, ſed re à receptis opinionibus ita deflectentes, ut in cultu noſtro publico & externo vix ulla ſuperſit particula, quæ ab Auctore non macula quadam ſ conſperſa.

V. Weigelii Güldener Griff. Halæ 1613. *Anonymi* (h. e. Welmeri) *befriedigtes Gewiſſen, wegen Feyrung des Sabbaths. Anonymi Unterſuchung, ob die Reformirten die Socinianer in ihre Gemeinſchafft auffnehmen ſollen.* 1700. *Anonymi Epiſtola de legibus Moſaicis.* 1702. Quorum quivis ſuos ſibi nectit corymbos, &, qua fieri poteſt, arte ſua depectit παράδοξα; Excepto ultimo, qui ſuis ſe nebulis nvolvens, ipſemet quid dicat vel non dicat, videtur perſpexiſſe parum. Etenim

Primus, contendit, doctrinam non inferendam eſſe in hominem; Cum jam in eo ſit, ut planta in ſemine, ſed efferendam ex eo & eliciendam.

Secundus, Sabbathum à nobis non more Judaico, ſed Chriſtiano eſſe celebrandum, & peractis ſacris id omne agendum, quod aliis diebus agere eſt licitum.

Tertius, Socinianos eſſe orthodoxos, & à Reformatis pro fratribus habendos.

P. Theophraſti Paracelſi Comment. in Ep. Judæ. Item Ej. *Sermones in Anti-Chriſtum.* Item Ej. *Uber die Worte, Surſum Corda.* Frf. 1619. Rariora omnia, & in Opp. Paracelſi omiſſa. *J. Taulerus von der Nachfolge des armen Lebens Chriſti.* Frf. 1621. De quo P. Poiretus in Ep. de Script. Myſticis, Tauleri tr. de paupere vita Chriſti raro invenitur, cum & in latina elaboratione Surii deſideretur, & non niſi in Editione Teutonica & Belgica reperiatur. *G. A. de Stellis Diſcurs, was erfodert wird, wenn man will in die Fraternität der Roſen-Creuzer mit aufgenommen werden.* Oppenheim 1618. *P. Felgenhauer Speculum temporis.* 1620. In quo

 de-

defendit, Chriſtum tempus extremi judicii non neſciviſſe, & ejus non diem quidem, annum tamen, quo futurum ſit, in SS. V. & N. T. diſerte indicari. *Chriſt. Theophili Roſæ-cruciani Dyas Myſtica.* 1620. In qua auctor mirum quantum παραδοξολογεῖ, de tribus partibus hominis, & diſcrimine naturæ & gratiæ, fideique naturalis & ſalvificæ; Omnesque eos, qui in N. T. fide ſanati dicuntur, fide naturali, ex homine animali, & viribus imaginationis oriunda, ſanatos eſſe contendit, non autem fide ſalvifica. Ej. *Liber vitæ aureus ſ. explicatio c. XXI. & XXII. Apocal. Joh.* 1621. *J. Plauſtrarii Prognoſticon in Fridericum I. Regem Bohemiæ.* 1621. *Nic. Harprechti tuba temporis.* Erfurt 1620. In qua tuetur una cum anno 1620. diem Mundi ſecundum eſ ſe finitum. *T. Schweighart Speculum Sophicum Rhodo-Stauroticum ſ. Revelatio Collegii & Axiomatu Roſæ-Crucianornm.* 1618.

Joh. de Hyperiis Reformations-Spiegel. 1620. loco, cum figuris æneis. Opus infrequens. Cu jus Auctor non quidem eſt extra conjecturam, e autem extra indubitatam notitiam. Etenim J cobus Thomaſius apud Vinc. Placcium in The tro Anonymorum p. 371. n. 1405. Henricu Oræum Aſſenheimenſem Wederacum huj Speculi Architectum extitiſſe auguratur. C. Heumannus autem in literis ad me datis Matt Höe ab Höeneg. Quam poſteriorem ſuſpici nem ipſe Vir Cl. credo retractaſſet, ſi op ipſum inſpiciendi data eidem eſſet copia. quo luce meridiana liquidius apparet, Auct rem Theophraſti Paracelſi, & Seb. Franckii fi

ſe Sectatorem, Aſtrologiæ judiciariæ & Magiæ naturali, & Fanaticiſmo deditum, qui Parte I. Hiſtorias de Pontificiis tradiderit protritas & pervulgatas, & Parte II. Prophetias obſcuras, ancipites, lubricas, & nihil prorſus divini ſpirantes.

G. Roſtii Prognoſticon Theologicum. Roſtoch. 1621. In quo de rebus noviſſimis varia, ſed pleraque vulgaria. *Pauli Nagelii Aſtronomia Apocalyptica.* Dantzig 1620. Quæ tota ex inexſpectatis hypotheſibus eſt contexta v. g. Tria regna Angelica initio à Deo eſſe creata; Cœlum ceu MSCtum quoddam divinum eſſe ſpectandum. Quarum alteram J. Böhmius, alteram J. Gaffarellus poſtea fecit ſuam.

G. Roſtii Prognoſticon Theol. Roſtoch. 1621. *Pauli Nagelii Prognoſticon Aſtrologo-Cabaliſticum.* Goslar 1620. Quod Phœnomenon Chiliaſticum Roſtius in præcedente opuſculo confutandum ſibi ſumſit. Ej. *Nagelii Philoſophia nova* 1621. Ad quam ſi tantum judicii attuliſſet auctor, quantum præjudicii, tantumque ſoliditatis, quantum ambiguitatis, tum forte novum quoddam Syſtema potuiſſet condere.

Th. Burnet Theoria telluris Sacra, ex verſione M. J. J. Zimmermanni, Hamb. 1698. Ingenioſa magis quam ſolida. In qua multa incerta, curioſa, falſo ſuppoſita, & ab Auctore poſtulata quidem, ſed à Lectore non conceſſa. Quædam etiam Paralogiſtica, & ad ſubſtratas hypotheſes vel obtorto collo accommodata, vel ex iis præpoſtere elicita. Quædam licentioſa nimis, eaque vel ἄγραφα prorſus, vel oppido ἀντίγραφα, & in ludibrium SS. allata. Imo totus liber *primas*

& *ſecundus* eſt Chimæricus, cerebroſus, & fictitius. *Quartus* Chiliaſticus. Et ſolus *tertius* veritati divinæ conſentaneus. Omnes autem paradoxis opinionibus reſperſi v. g. Terram noſtram mundo eſſe juniorem L. II. c. 8. p. 228. Antediluviani Mundi formam aliam plane fuiſſe, ac noſtri L. I. c. 4. p. 31. & L. II. c. 9. p. 237. Formam telluris antediluvianæ fuiſſe æquabilem, uniformem, continuam, ſine montibus, & ſine hiatu maris. L. I. c. 5. p. 41. & L. II. c. 10. p. 255. Diluvium Noachicum non contigiſſe ſimplici inundatione, aut ſola redundantia aquarum, ſed acceſſiſſe inſuper diſſolutionem exterioris telluris, & ſubſidentiam in abyſſum L. I. c. 10. p. 85. Nos hodie in fracti orbis habitare ruinis l. c. p. 89 Orbis antediluviani ad ſolem alium fuiſſe ſitum ac hodierni, nempe rectum & æqualem. Adeoque nullas in eo pluvias, tempeſtates, imo ne IV. anni viciſſitudines. L. II. c. 10. p. 255. Terram noſtram eſſe planetam, eamque ortam e chao, ante diluvium formam habuiſſe plane Paradiſiacam, in diluvio autem, fracta ejus cruſt exteriore, factam eſſe deformem, & monſtroſam & ἀνώμαλον; Sed in poſterum igne purgatum iri, & ſedem fore Chriſti & fidelium per mille annos, iisque exactis, puriſſimo lumine veſtitum & quaſi in ſolem quendam mutatum iri, & qu ſunt alia hujusmodi, quorum prima ſemina ha ſit Auctor ex J. B. Helmontio. Don Joſephi Antonii Gonzalez de Salas Diſſertatione Paradoxica de duplici viventium terra, Lugduni 165 impreſſa. Notatus à J. Saurin in diſcurſu VI in Pentateuchum p. m. 79. Et confutatus

I

M. Keilio in Theory of the Earth conf. des Ouvrages des Scavans. Aout 1698. p. 362. Bircherodio etiam & Wagnero.

Curieuſe Erwegung der Worte Moſis Gen VI. 2. Amſterdam 1727. De quo alibi.

W. VVhiſtonii nova telluris theoria, Germanice. Frf. 1713. In qua Th. Burneti Theoriam emendaturus Auctor, eam reddidit deteriorem. Neque enim id ipſum peccavit tantummodo, quod in Burneto p. 92. redarguit; Sed & his maculis alias ſexcentas ſuperaddidit. Paradoxorum numero, qualitate & monſtroſitate Burneto anteferendus; Sed eidem poſtponendus, ſi ſpectes dicendi facultatem, alacritatem, ſuavitatem, rerumque eruditarum ordinem, & copioſam ſupellectilem; Imo & auctoris ipſius frontem, majori pudore, & minore temeritate tinctam. Nec parum mellis decerpſit huic theoriæ Whiſtonianæ Methodi Mathematicæ indoles, utpote qua neceſſitate quaſi adactus, Auctor Lectori loco dapium appoſuit, neſcio quas, obſcuras, ſubtilitates, & emendicatas propoſitiones, & petitiones principii, & crambes bis, ter, quaterve ad nauſeam usque recoctas. *Anonymi Philoſophiſcher VVelt-Mercurius, Pars I. & II.* Hamb. 1702. Cujus auctorem eſſe Dethlev. Cluverum patet ex P. I. n. 15. p. 120. *Dethlev Cluveri diſquiſitiones Philoſophicæ A.* 1706. & 1707. Hamburgi.

Dethlev Cluveri Geologia. Hamburgi 1700. Quæ tota, quanta quanta eſt, eſt ipſa Whiſtonii Theoria, Methodo Mathematica denudata, & in alium ordinem redacta. Sic enim caput I. extat in W. Whiſtonii L. II. p. 201-208. c. II.

lib. 4. p. 359-387. c. III. p. 377-386. & 397. c. IV. p. 1.-36. & p. 78.-80. &c. Quod an obſervarit Zach. Grapius in diſſert. huic Geologiæ oppoſita, definire non poſſumus, quoniam diſſert. ipſa non eſt ad manus. Hoc autem novimus, D. Cluverum cum W. Wiſthono reliquisque Mathematicis Anglicis in ea *Atheismi* eſſe accuſatos. Siquidem hoc ipſe Cluverus refert in *Curiöſen VVelt*-Mercurio A. 1701. N. 15. p. 120. Adde ej. *Hiſtoriſche Anmerckungen* 1706. p. 407. & 1707. p. 159.

Chriſt. Hugenii κοσμοθεωρος. Hagæ-Comitum 1698. Oſtentandi ingenii cauſa ſcripſit Auctor hanc Diatriben, fabulæ Romanenſi non diſſimilem. In qua veſtigia Copernici ſecutus, ſexcenta nobis non injucunda narrat ſomnia, de globorum cæleſtium herbis, animantibus, metallis, incolis, eorumque ingenio, ſtudiis, artibus, ſcientiis &c. hoc uno axiomate nixus, vero admodum eſſe ſimile, Planetas reliquos huic noſtro, quem inhabitamus, non cedere dignitate & ornatu.

Iſidori Chariſii Logothetæ Theologia Chriſtiana in numeris. Quæ ab Auctore Cl. Joh. Chriſt. Langio, PP. Giſſenſi, Theologia dicitur in numeris Arithmologia eſt potius in rebus Theologicis Neque enim Theologia magis eſt in numeris quam in punctis, & lineis, & reliquis figuris Mathematicis. Quæ ſunt in rebus, res non in ipſis Et quod h. l. allatum eſt ſpecimen, non Theologia eſt in numeris, ſed ſunt numeri, ex Schol Cabaliſtica Judæorum, & Pythagorica Græcorum deducti, & in Theologiam illati, & ad eandem applicati. Et ſi quid in iis eſt Theologici ſpe

ſpecioſum id magis eſt, quam ſolidum, & ſpeculationibus inſervit potius, quam fidei & vitæ. (2) *Mich. Foertſchii Manuductio ad Theologiam Comparativam.* Jenæ 1713. In hac manuductione doctrina de primis veritatibus Theologicis, ex ipſa fidei Chriſtianæ indole, beneficio Analytices, eruitur, & Jacobi Gardenii Theologia comparativa, quæ in fine eſt addita, falſitatis, imperfectionis, & Enthuſiasmi accuſatur, quæ jam à J. W. Jägero impugnata, P. Poiretum habuit defenſorem in Opp. Poſthumis p. 648 - 668. (3) *Corn. Dieterici Kochii Programma de Theologia Naturali, Barbarica &c.* Helmſt. 1709. In hoc programmate non ſpernendam Auctor ſcriptorum, ad condendam Hiſtoriam Theologiæ Barbaricæ, & Philoſophiæ primæ neceſſariorum, congeſſit ſuppellectilem. (4) *M. Joh. Ephraim Gnospius de Teletis ſ. Græcorum Theologia Phyſica.* 1706. Wittenbergæ. Digna eſt hæc diſſert. quæ evolvatur ob argumenti raritatem, & Auctoris navitatem, modeſtiam, doctrinam, acumen.

Chriſt. Democriti Kranckheit und Artzney des Thiriſch-Sinnlichen Lebens. Frf. & Leipzig 1713, Novum hoc eſt Syſtema Medicum, Principiis Pneumaticis, h. e. Böhmianis, Comenianis, Helmontianis, Fluddianis, Thomaſianis, &c. ſuperſtructum, & Mechanicis hodiernis oppoſitum, quo, objectum Medicinæ non hominis corpus, ſed ſpiritus eſſe, ſupponitur, & de morborum ortu, & Medicamentorum uſu, ita diſputatur, ut appareat, Auctorem J. C. Dippelium (hoc enim verum ejus eſt nomen) Medicinæ non minus vi-

deri voluiſſe Medicum, & Reformatorem, quam Theologiæ voluit.

Daphnæi Arcuarii Betrachtung des H. Ehe-Standes. 1679. Cujus auctor eſt Laurentius Böger(δαφνη enim ſignificat laurum, & arcus *ein Bogen*) Bibliothecarius Electoris Palatini Caroli Ludovici, qui, cum in matrimonio haberet Charlottam Landgravii Wilhelmi V. Haſſiaci filiam, adhuc adſcivit alteram, Baroniam de Degenfeld. Et hinc nata eſt hæc Polygamiæ defenſio. Acuta ſane & ſpecioſa, & vario eruditionis apparatu inſtructa, & hoc nomine Ochini, & Lyſeri, & aliorum lucubrationibus longe anteferanda; Sec ita excepta publice, ut Auctor ſub Electoris Caroli Imperio palinodiam canere juſſus fuerit, & eam literarum monumentis commendare, qua tamen typis non eſt exſcripta.

Theophili Alethæi Polygamia triumphatrix. Lundini Scanorum 1682. Verus auctor eſt Joh. Lyſerus, Rector olim Scholæ Portenſis, qui à Comite de Königsmarck, conjugis ſuæ Dominæ de Wrangel pertæſo, ad Polygamiam defendendam invitatus, lingua vernacula edidit primum Dialogum de Polygamia. Quem poſtea incruſtatum & auctum, hoc habitu in lucem exir juſſit, nulli magis quam ſibimetipſi noxium Siquidem de officio deturbatus, velut novu Apoſtolus hoc novum Evangelium profeſſus, Muſæo, Dieckmanno &c. aliisque refutatus, fœminis omnibus ubique male habitus, tander Pariſiis in ſumma rerum omnium inopia e mortuus.

J.i

J. A. E. Unpartheiiſche Gedancken über den VVort-Streit D. VVeikmanns und D. VVillenbergs von der Polygamie. Frf. 1716. *J. F. VVillenbergii iterata præſidia juris divini pro Polygamia ſimultanea.* Frf. 1714. Ej. *de Polygamia adverſus Meletium.* Frf. 1714. *J. H. Henningii Böhmeri Diſſert. de jure principis Evangelici circa divortia.* Halæ 1715. *J. M. Lange Beweiſs, daſs die divortia jure naturæ verbothen ſeyn.* Berlin 1715. Ej. *Triumphirende VVahrheit daſs die Divortia jure naturæ verbothen ſeyn.* Ibid. 1717. *F. E. Kettneri von verbothener Heyraht 2. Sehweſtern.* 1706. *J. B. Niemeyer de conjugiis conſanguineorum jure divino prohibitis.* Helmſt. 1699. *Joh. Cothmanni Diſſert. contra Sam. Bohlium de nuptiis comprivignorum.* Roſtoch. 1638. *P. Mülleri de calore juvenili.* Jenæ 1680. Ej. *de literis amatoriis.* Ibid. 1687. Ej. *de friguſculo.* Ibid. 1688. *V. Veltheimii de votis.* Jenæ 1686. *J. M. Götze Ehre der Ehe mit der Frauen Schweſter.* 1707. Qui auctores fere omnes vel defendunt quædam paradoxa, vel ab aliis defenſa referunt, & inceſſunt. Etenim J. F. Willenbergius contendit, Polygamiam ſimultaneam nulla lege divina eſſe interdictam, adeoque Magiſtratum, ſi prægnantes rationes adſint, eam poſſe concedere. J. H. Böhmerus, adulterium non ſolum eſſe cauſam divortii, ſed præter illud dari alias X. J. Cothmannus recenſet Sam. Bohlii παραδοξα v. g. Legis peritum, qui ſedet in Moſis Cathedra, apiculos vocalium & conſonantium apponere, & falſo appoſitos poſſe corrigere p. 4. & 10. Deum proprie habere aures & oculos p. 5. verba Pſalm. II. 7. Germ. ita eſſe redden-

da,

da, *Jch beruffe mich darauff daſs ich GOttes Sohn bin.* Diem adventus Chriſti eſſe formaliter diem iræ p. 6. Deum pœnitere, quando dicitur conceptum mutare p. 8. Alloioſin non dari in SS. Nuptias comprivignorum(*zuſammen gebrachter Kinder*) repugnare legi divinæ &c. In quibus Willenbergii dura maxime & inauſpicata fortuna fuit, cujus ſcripta in Polonia à carnifice combuſta & ipſi una cum reſpondentibus capitis ſententia dicta eſt.

C. J. Bucholtz vindiciæ pro diſpenſatione Matrimonii cum defunctæ uxoris ſorore contra M. Havemannum. Helmſt. 1669. In quibus ſtilus eſt lutulentior,& ratio diſputandi inficetior, quam decet. Res tamen ſunt altioris indaginis.Et probantia argumenta cum ſolutione obſtantium accuratiore diſquiſitione digna. *J. A. K. Theologiſches Bedencken, ob jemand ſeiner verſtorbenen Fr. Schweſter oder deren Tochter heyrathen könne?* Gotha 1624 Quæ non indocta, ſed tamen incertis adhuc, & nondum expeditis vocum quarundam ſignificationibus, diſtinctionibus, & uſibus eſt ſuperſtructa; Et contra exceptionem, p. 18. allatam frigidius, quam fas eſt, defenſa. *J. Cothmanni refutatio defenſionis, quod nuptiæ comprivignorum non ſint licitæ.* Roſtoch. 1638. Oppoſita Sam. Bohlio juveni eo tempore 26. annorum, poſtea P. P. Roſtochienſi, quem ſuperaſſe Cothmannum linguæ Ebraicæ peritia concedimus; Sed ſuperatum à Cothmanno cauſæ bonitate, & argumentorum pondere, exiſtimamus. *C. Dolle Diſſert. de matrimonio.* Rintelii 1679. *M. C. Richters Bedencken, &c.* 1702. Scriptum jejunis rati-

tionibus, reſponſionibus, deciſionibus, erubeſcendiſque phraſibus & rebus commaculatum, indignum quovis Chriſtiano homine, nedum Chriſtianorum doctore. *Conſilium Theologicum von Capucinern.* 1702. *J. Quiſtorp, utrum in ſanitatem aliorum bibere liceat?* Roſtochii 1666.

C. Thomaſii Diſſert. Inauguralis de Concubinatu. 1713. *J. W. Jägeri Examen hujus diſſert.* Tubingæ 1713. *S. P. Encratitæ Epiſtola de Concubinatu* 1713. *J. G. Reinbeck Natur des Eheſtandes und verwerfflichkeit des Concubinats.* Berlin 1714. *Anonymi Th. Doct. Epiſtolica diſquiſitio de concubinatu.* Freyſtad 1714. *M. Pauli Antonii confutatio dubiorum contra Schediaſma Halenſe de Concubinatu.* Argentor. 1714. Scriptorum Amoebæorum hæc eſt collectio, occaſione Diſſert. Thomaſianæ natorum, qua concubinatum ante nativitatem Chriſti ab Ebræis, Græcis & Romanis, & poſt eandem ſub Chriſtianis Impp. usque ad Sec. X. in Eccleſia Orientali, ſed in Occidentali usque ad Sec. XVI. pro ſtatu honeſto & licito habitum eſſe, contendit. Huic enim cornua obverterunt J. J. Breithauptius, Ziroldus. J. A. Gramlichius. J. W. Jägerus, &, qui in hac arena præ omnibus aliis maximam laudem conſecutus eſt, J. G. Reinbeckius. Nec defuerunt, qui à Thomaſii ſtarent partibus, ſed ii perſonati omnes, & nominibus fictis involuti. S. Petrus Encratita, & M. Paulus Antoninus, à Reinbeckio l. c. p. 90. & 98. ſimul cum duce ſuo repreſſi.

H. von der Hardt Ephemerides Philologicæ cum notis & Epiſtolis. Helmſt. 1703. In quibus auctor diſcedens ab uſitata SS. Interpretatione, locis quibus-

quibusdam ſenſum plane novum, & inauditum, & Paradoxum impertit, & ſimul miracula divina in iis deſcripta, convertit in naturalia. Et longius produxiſſet procul dubio has Ephemerides Philologicas, niſi C. Calvörius & alii eidem injeciſſent remoram. Ej. *Sex Profeſſores lingu. orientalium.* Ej. *Diſſertationes XII. in Hoſeam.* Ej. *Iſrael in Jobo.* Ej. *Jeſu Jojadæ coheleth.* Ej. *De uſu & abuſu Pſalmi* 119. Ej. *Jaddi Oratio pro republica.* Ej. *Recenſiones Libellorum aliquot Eſaiæ.* Ej. *Geographia in Hiſtoria Sennacheribi.* Eſ. 36. 37. 38. 39. In quibus omnibus auctor ſibi ſimilis, hoc eſt, in dictione conciſus, atque hinc etiam ſubobſcurus. In digeſtione incurioſus. Atque icc irco aliquantulum confuſus. In rebus ipſis doctus, copioſus, argutus, ſed ſimul etiam φιλόκαινος, audaculus itidem in quibusdam. Et in plerisque ſpecioſus magis, quam ſolidus.

H. von der Hard Philologiæ facula ſ. Ephemerides Philol. uberius illuſtratæ. Helmſt. 1686. Ej *Ænigmata Judæorum.* Helmſtad. 1705. Ubi non diffitemur, Auctorem Cl. laureolam obtinuiſſe in his muſtaceis. Utpote qui *primus* & ſolus ex Chriſtianis Amuletorum Judaicorum ſcrutatus eſt Myſteria; Sed hoc ſimul contendimus, eum melius potuiſſe collocare horas, & operas, & inſignem, qua pollet, Ebraicarum literarum ſcientiam; Cum in his ænigmatibus multa ſint incerta, ambigua, inutilia, ſuperſtitioſa etiam nonnulla, & impia, ac noxia, quæ ſatius fuiſſe æternis tenebris manſiſſe ſepulta.

E

Ej. (1) *Proteus, in quo contra communem omnium* *ruditorum calculum defendit*, Proteum non nomen ſſe perſonæ, ſed gentis, & regiminis, & Magiſtratus. Hoc lubrico fundamento nixus; quod Iomeri mos ſit, Hiſtoriam patriam in peregrinum heatrum deducere, & eam quaſi extra patriam eſtam deſcribere. Scilicet ut τῇ ὑποθέσει ἐλεῖν, Jonam aliosque ſcriptores ſacros eanlem luſiſſe fabulam lectori perſuaderet. (2) Ej. *Arion.* In quo, pro rebus Jonæ illuſtrandis dicam an obfuſcandis? Arionem ſcribit non cythaædum fuiſſe; Sed coloniam Corinthiacam nde in Bæotiæ urbem Delphinum tranſmiſſam, tque hinc natam primum fabulam, Arionem Delphino per mare vectum. (3) Ej. *Aurora Reuchlini*, conſtans tribus partibus, vel illuſtrationibus. (*a*) *Numi Judaici* Sec. IX. cuſi, & gemmæ cujusdam Ebraicæ, quæ præclara eſt, tut J. C. Wolffius & J. G. Eccardus quædam n ea emendanda exiſtimaverint. (*b*) *Hiſtoria Reuchlini*, quæ itidem peregregia. (*c*) *Fabula Arionis*, quæ, ut omnes aliæ hujus generis lucurationes Mythicæ auctoris, perpetuis laborat principii petitionibus. (4) Ej. *Comment. Examen & nativa Philologi officia in adornandis SS. verſionibus, Paraphraſibus, commentationibus, & recenſione omnium bonorum Auctorum.* (5) Ej. *Geographia lumen fontium.* In qua deflectens auctor ab eo, quod caput rei, & quod maxime in quæſtione erat, de vero Jonæ ſenſu? (*a*) C. Bartholini conſilium Theologicum lectori obtrudit. (*b*) Diſſerit de neceſſitate Geographiæ in explicandis fontibus, & comment.

ment. inſufficientia &c. & rebus aliis, quas nemo unquam vocavit in dubium. (6) Ej. *Hiſtoria lumen fontium.* In qua id agit, ut demonſtret Jonæ libellum non à Jona ſeniore, tempore Jeroboami 2. claro 2. Reg. XIV. 25. Sed à recentiore quodam, vel forte à Nachumo propheta, Joſiæ tempore claro, eſſe compoſitum. (7) Ej. *Clementis decretum.* In quo de vera ratione hujus decreti diſſeritur, & quot quantosque S. Beermannus in eo allegando commiſerit errores hiſtoricos & exegeticos, verboſe quidem admodum, ſed tamen tam clare & dilucide oſtenditur, ut nec Dn. Beermannus ipſe in Epiſt. I. Hardtio oppoſita hos ſuos lapſus diſſimulare potuerit.

Ej. (1) *Hiſtoria lumen fontium.* (2) Ej. *Intybum ſylveſtre ad illuſtrandum* 2. Reg. IV. 34. quo intybum ſylveſtre, *Wilde Endivien* fuiſſe in olla contendit, eoque ejecto, & vaſe repurgato, farinam inditam, & filiis prophetarum ſ. orthodoxis appoſitam. (3) Ej. *Galilæi*, ubi docet Eliam, Eliſam, Jonam, Amoſum, Hoſeam, Nachumum fuiſſe Galilæos. (4) Ej. *Evang. rei integritas & Geographia lumen fontium.* (5) Ej. *Proteus.* (6) Ej. *Arion.*

Ej. (1) *Hercules ex Carcharia.* In quo, ut Scenam ſuam ſervaret ſartam tectam, qua, Jonam non ſua, nec Ninivitarum, ſed Judæorum fata deſcripſiſſe, eaque involviſſe Symbolis, pronunciaverat, univerſam Græcorum Mythologicorum cohortem vocat in ſubſidium, & eosdem per nomina virorum & fæminarum non privatos homines, ſed integras, ſcribit, intellexiſſe gentes

adeoque

deoque per Herculem ex Carcharia ſalvum greſſum, hoc ſignificaſſe, Heracleenſes à Taagrenſibus bello non eſſe ſuperatos. (2) Ej. *Ænigmata Jonæ*, in quibus ea uberius explananur, quæ ab eodem ſtrictius erant deſcripta in r. cui titulus, *Jonas in Carcharia*, ſcilicet Jonam uiſſe typum populi Iſraelitici, eique omnia non ere contigiſſe, ſed tantummodo in viſione. Per Niniven intelligi Samariam &c. (3) Ej. *Proramma de rebus Jonæ*, quod auctoritate publica ppreſſum eſt, ob inaudita, quæ in eo ſparſa ſunt, ortenta Theologica v.g. Jonæ hæc omnia, quæ in jus prophetia extant, non vere obtigiſſe, ſed in viione tantum. Multa in V.T. & N.T. eſſe allegata, uæ in eo vel non extant plane, vel alio extant ſenſu uctis argumentis ad hominem, vel ex verſione ῶν ό, vel ex traditione Judaica. Chriſtum pſum ex V. T. citare plurima ſenſu eo tempore pud Judæos recepto, licet nec vero, nec ſuo. (4) Ej. *Ænigma Tobiæ*, quo contendit, libellum Tobiæ empore Græcorum Judæis Imperantium, à Judæo quodam incerto, & Alexandrino forte, criptum, non Hiſtoricum eſſe, ſed Symbolicum, n quo per proſopopæiam acerba ejus temporis ata Judæorum, antiquis Aſſyriacis non diſſimilia, ommemorentur, & Græcis interitus Judæisque ibertas præſagiatur, (5) Ej. *Spes Perſei*, ubi Perſeum non viri unius eſſe characterem ſcribit, ed ducis in populo cum milite.

H. B. Witteri Comment. in Geneſin. Hildeſiæ 1711. Qui Auctor vir ingenioſus, navus & eruditus, ſed juvenis adhuc Præceptoris ſui H. v.d. Hard paradoxa non ſolum ambabus, quod

ajunt, amplexus eſt, ut patet ex p. 105. & 272. ubi manifeſto ἀρδιανίζει, ſed & alienis hiſce multa addidit propria v. g. Moſen non eſſe Auctorem Hiſtoriæ creationis Gen. c. I. deſcriptæ, ſed alium quendam poëtam antiquum incognitum p. 12. & 72. Et quæ ſunt alia hujus commatis, cùm in ipſis his pagellis editis, tum in MSCtis adhuc obvia, in quibus abſolutum vidimus hunc in Geneſin commentarium, qui in editis tantum ad c. XVII. procedit.

Adolphi Held Buch des ewigen Evangelii. ſine loco, 1645. In quo auctor Theologiam Eclecticam profeſſus, & ſe immediate à Deo miſſum gloriatus, Lutheranos, Pontificios, Reformatos, & Photinianos in articulo de S. cæna heterodoxiæ facit reos, & hoc fidei Chriſtianæ Myſterium nova prorſus, & inaudita ratione exponit, dejectus propterea à Sacro munere, cui præerat in urbe Studenſi, & miſſus in exilium. In quo & poſtea eſt mortuus Scilicet ſupponit, Fædus Dei (1) eſſe *Æternum* ictum cum omnibus hominibus. Atque ad hoc acceſſiſſe poſtea fædus (2) *temporarium*, idque (*a*) *Antiquum* ante C. N. cum Abrahamo & poſteris. (*b*) *Novum* cum Chriſtianis. Et hac ratione S. cænam ſecundum fædus (*a*) *Æternum* eſſe fruitionem corporis & ſanguinis Chriſti in fide (*b*) *Temporarium* idque (*a*) antiquum eſſe fruitionem corporis & ſanguinis Chriſti in figura ſacrificii puta, & agno Paſchali. (*b*) Novum eſſe fruitionem panis & vini benedicti. Univerſam autem cænam eſſe oblatoriam, *Ein Opffermahl*

Ej. Prüfung der Sache Eliæ Prætorii und der Evangeliſch-Lutheriſchen Prediger. Roterdam. 1646. I

qu

quo & Eliæ Prætorii, & Miniſterii Tripolitani, Prætorio contradicentis, Theologiam faſtidiens, novum condit ſyſtema Auctor, ab utraque diſputantium parte diverſum, h. e. Eclecticum. Scribitque Elias Prætorius in apologia p. 327. eidem a Theoſopho quodam ita eſſe ſatisfactum, ut ipſe reſponſione ſuperſedere queat.

J. W. Peterſen Haus Chlöes zu Corintho cum præf. Chriſt. Anonymi. Chriſt. Anonymi Anmerckungen über D. V. E. Löſcheri abgewieſenen Demas. Ej. *Anmerckungen über M. J. C. Kochii abgewieſene Indifferentien und Löſchers unſchuldige Nachrichten. Zephirini de Pace Sendſchreiben an Chriſt. Anonymum. Chriſt. Anonymi Beantwortung. D. J. G. Stoltzens verworffene Religions-neutralität. J. P. Odelem reſponſio ad D. C. F. Plathnerum. Ej. Epiſtola ad Chriſt. Rittmeyerum, M. Treugens Vertheidigung eines Bedenckens &c. J. P. Odelem Epiſtolæ duæ ad J. Fabricium. Ej. Animadverſiones Academicæ. Ej. Literæ ad amicum. &c.* Quæ continentur in hoc faſciculo, fere omnia J. P. Odelemii, Theologiam primum, tum Juris prudentiam, & tandem utrumque profeſſi, & ſub fictitio vocabulo Chriſtiani Anonymi hac illac occultati; Viri docti, acuti, & in controverſiis Theologicis non perfunctorie verſati, ſed cum circumſpectione legendi, ob μακροκωλίαν, & bilis ſalisque ſatyrici intemperiem; Nec non ob παραδοξοφιλίαν, παντοτεμνίαν, ἰδιοσυγκρασίαν, πολυπραγμοσύνην, & plus quam Vatinianum, quo omnes Antiſtites Eccleſiæ Lutheranæ proſequitur, odium, utut ipſe

ex hoc ordine prognatus, & religioni Evangelicæ ſit deditus.

V. C. Tuchtfeld Bekehrung der Väter zu denen Kindern. 1723. Diſcipulus contra Magiſtros. Halæ enim imbutus olim Auctor doctoribus ſuis objicit, quod pace cum miniſterio Eccleſ. ibidem inita, jam inde ab anno 1700. à ſemetipſis, & priſtina doctrinæ vitæque puritate defecerint. Caſtigatus icc irco à J.A.Freylingshauſen in Epiſtola Apologetica, qua infirmitatis judicii, Philautiæ & ſtudii partium, naturalis etiam intemperiei. Antilogiæ, Anomaliæ, Separatiſmi &c. coarguitur.

I. G. Pertſchens Recht der Beicht-Stühle und des Kirchen-Bannes. Halle 1721. Hoc opus laudatum eſt à Chriſt. Thomaſio *von Juriſtiſchen Händeln.* P.IV. p. 208. Nec ſua laude defraudandum eſt prorſus, ob auctoris navitatem, & rerum in eo collectarum ordinem, varietatem & copiam; Sed atro lapillo notandum, ob ſcriptoris ἀβλεψίαν, ἀσυλλογιστίαν, παραδοξοφιλίαν vernilitatem etiam, mordacitatem, petulantiam temeritatem, & manifeſtum contradicendi, novaturiendi, & inclareſcendi ſtudium. Qui in ſtil N.H. Gundlingii, in rebus ipſis Thomaſii, Böhmeri, Titii &c. veſtigiis inhærens

Hos ſequitur duces, verum non paſſibu
æquis.

M. Ludovici Gerhardi Syſtema ἀποκαταστάσεω ſine loco. 1727. Acceſſerunt in hoc volumin Supplementa Auctoris; Et adverſariorum quo rundam antidota. *Primus* eſt Auctor, q ἀποκαταστάσεως doctrinam, jam pridem ab A tiqu

tiquis ſparſam, & à Jane Leade ſuperiori Seculo quaſi de mortuis reſuſcitatam, in formam Syſtematis redegit, J. W. Peterſenio, & Siegvolckio, præ cæteris velut λαμπαδοφόροις uſus. Nec nullum omnino in eo eſt lumen ingenii, aut acumen judicii, aut flumen orationis & doctrinæ. Valet Auctor natura, arte, uſu. Sed, quo utitur dicendi genere, eſt lutulentum, ſordidum, infiectum, garrulum etiam, & muliebriter nugatorium, & ſcurrile interdum, ac Doctore Theologo ac doctrina hujuſmodi prorſus indignum. In diruendo etiam Syſtemate adverſariorum magis occupatus eſt Auctor, quam in ſuo ædificando. Nec nova ſunt, quæ affert, ſed antiqua, & à Wolfio, Fechtio, Lichtſcheidio aliiſque Peterſenii adverſariis, jam pridem confutata. Specioſa nonnulla quidem, ſed non ſolida. Et ad excitandos novos motus in Eccleſia, non vero ad vitæ Sanctimoniam augendam idonea. Cujus rei vel ipſe Auctor exemplo eſſe poteſt, qui hac doctrina imbutus, ſcenica ſua dicacitate ſatis prodit, quam procul adhuc à ſanctitate abſit. Adde quod ad fundamentum fidei non ſpectat hoc problema. Et problematis ipſius fundamentum ab Auctore ne extremo quidem digito eſt contrectatum. Quod in eo conſiſtit præcipue, pœnas infernales deſinere non poſſe, quia damnatorum peccata non deſinent. Optimumque in hoc perdifficili & nodoſo argumento hoc eſſe cenſemus, ut ita vivamus, quaſi ἀποκατάστασις nulla futura ſit; Ita moriamur, quaſi certo ſit futura.

David Georgii ſive Ioriſii Epiſtolarum ſermone Belgico exaratarum Partes IV. Sine loco & tempore.

Ejusdem Iorifii Epiſtolarum Liber III. conſtans tribus Partibus. Cujus Auctoris monumenta omnia ſunt rariſſima. Quia prohibita omnia, & heterodoxiæ infamia notata, & una cum corpore Jorifii, è ſepulchro eruto, Baſileæ publice à carnifice combuſta. Adde ſingularia, quæ in his literis continentur, de M. Serveto &c. aliis. Nec nullo prorſus loco ac numero habenda eſt Epiſtola ejus ad Lutherum, MSCta & inedita, quæ huic noſtro exemplo in fine eſt ſuperaddita.

Huldrichi Neobuli Dialogus. Ob es Göttlichen, Natürlichen, Keyſerlichen und Geiſtlichen Rechte gemäſs, mehr denn ein Weib zugleich haben? Sine loco 1541. Opus rariſſimum. Cujus Auctor non ſtupidus omnino, ſed incertus tamen, & παραδοξώτερος, *primus* ex recentioribus Polygamiam ſimultaneam, lege divina, naturali, Ecclesiaſtica, & civili, permiſſam eſſe publice profeſſus eſt, quem Ochinus poſtea, & Lyſerus & Daphnæus Arcuarius, & alii ſecuti ſunt. De quo V. L. de Seckendorf in Hiſt. Lutheraniſmi L. 3. §. 113. p. 1879. *Um dieſe Zeit* (1540. *gab einer unter den erdichteten Nahmen Huldrici Neobuli eine Schrifft heraus, und vertheidigte die Viel Weiberey, vvorüber ſich Lutherus hart entrüſtet vvie deſſen folgende Worte geben; VVer nun begehrt mein Urtheil über dieſes Buch Neobuli, der höre zu. Alſo ſpricht D. M. Luther über dieſes Buch Neobuli VVer dieſen Buben und Buch folget, und darauf meh*

den

denn eine Fraue nimmet, und vvill, daſs es ein Recht ſeyn ſoll, dem geſegne der Teuffel das Baad in Abgrund der Höllen. Amen. Daſs vveiſs ich Gott Lob vvohl zu erhalten, und vvenn es eitel Neobulos, Huldreiche, ſammt eitel Teuffeln ſchneiete ein gantz Jahr lang, man ſoll mir kein Recht daraus machen, das vvill ich vvohl vvehren; vielvveniger ſoll man mir daraus ein Recht machen, daſs ein Mann ſich von ſeinen VVeibe ſcheiden möge mit Recht, vvo ſie ſich nicht ſelbſt vorher durch öffentlichen Ehebruch geſchieden hat, vvelches dieſer Bube auch gerne vvolte lehren. Er lieſſe ſich auch kaum von öffentlicher VViederlegung dieſes Buchs abhalten, vvie denn bereits ein Bogen von ſolcher VViederlegung ſoll verfertiget und gedrucket vvorden ſeyn. Melanchthon aber ſoll ihn von ferner Fortſetzung dieſer Arbeit abgehalten haben. Und ob zvvar 2. Jahr hernach vviederum der Ruff gieng, Lutherus vvolle dieſe Schrifft vviederlegen, ſo verſicherte doch der Churfürſt den 2. Martii 1543. die Hertzogin zu Rochlitz, vvelche darüber geklaget, daſs ſich nach fleisſiger Nachforſchung dieſer Ruff falſch befunden. Hactenus Seckendorfius; qui paulo poſt, *Neobuli Buch vvurde zvvar zu Leipzig öffentlich verkaufft (Warum ſolches geſchehen, iſt unbekant) auch in Meiſſen mehr als an andern Orten gemein gemacht, aber auch von vielen vviederleget.*

IN OCTAVO.

JOh. Georg. Gichtelii Theoſophia Practica, ſ. Epiſtolæ III. Vol. VI. Partes. Leyden 1722. Tertia hæc eſt editio J. G. Gichtelii, eaque antefe-

 renda

renda omnino prioribus, ſi ſpectes Epiſtolarum cumulum, & partium nonnullarum antea nondum editarum additamentum. Sed æquiparanda iisdem, ſi autoris indolem & genium. Siquidem dictio tota ſapit Jacobi Böhmii dialectum. Res autem pleræque ſunt ſingulares, reconditæ, Myſticæ, paradoxicæ. His maxime principiis ſuperſtructæ, *Chriſtiano inprimis curæ cordique debere eſſe, Melchiſedeci Sacerdotium.* Adeoque abſtinendum (1) *à conjugio.* (2) *labore.* (3) *peccato.* Mortem autem ipſam & Anathema pro aliis nequaquam eſſe refugiendum. Quæ ſi ſpecioſa tibi videntur, & neſcio quid Heroici ſpirantia confer quæſo, quæ in Illuſtr. Comitis Henckeli Horis ultimis P. III. §. 36. ſeq. p. 143. ſeq. de Gichtelio commemorantur ab iis, qui ejus conſuetudine familiariter uſi ſunt, ſcilicet eum ſpiritu Phariſaico fuiſſe inflatum, ſingularem, diſſimulatorem, φιλαυτον. Qui ſua doctrina ſexcenta excitarit mala, lites inter conjuges, pauperiem, artes veteratorias, & horrenda quædam facinora.

Ej. Erbauliche Theoſophiſche Send-Schreiben eines in Gott getreuen Mittgliedes. II. Vol. V. Part. Bethulia 1710. Secunda hæc eſt editio Epiſtolarum J. G. Gichtelii (hic enim earum auctor eſt, JCtus primum, tum SS. Theologiæ deditus, natus Ratisbonæ 1638. d. 14. Martii, denatus Amſtelodami 1710. Ætat. 72.) Priore, quæ 1701. accuarnte G. Arnoldo prodiit, tribus partibus auctior & locupletior. Adeoque eidem hoc nomine tantopere anteferenda, quanto poſtponenda, Tertiæ quæ 1720. vulgata præter has V.

Epi

Epiſtolarum partes, continet adhuc duas alias ineditas, cum vita Gichtelii ambitioſe deſcripta, & tribus indicibus.

Idem Liber ejusdem editionis adhuc ſemel.

Petri Poiret Libri III. de Eruditione ſolida, ſuperficiaria & falſa. Cum Methodo inveniendi verum. Francf. & Lipſiæ 1694. Hi libri P. Poireti prodierunt vice prima 1692. in 8vo. Secunda 1694. in 8vo, cum præfatione Chriſt. Thomaſii, ob παραδοξολογιαν ſuppreſſa, & venundari prohibita. Tertia 1707. cum defenſione P. Poireti contra G. Titium & alios, in 4. Tom. 2. Quarta 1708. cum nova præfatione C. Thomaſii priori plane contraria, à P. Poireto in operibus Poſthumis p. 85-178. oppugnata, & à Thomaſio in notis ad programma XX. latinum p. 619. defenſa. In quo laudat, quod Auctor in libris de eruditione ſolida &c. multos errores populares detexerit, & ſcientiarum Sectarumque, Scholaſticorum maxime, & Carteſianorum, Eclipſes demonſtrarit, ſed reprehendit inſimul, quod (1) In libris de Eruditione rationem nimium ſuppreſſerit. (2) In Methodo inveniendi verum regulas optimas explicationibus obſcurarit, enervarit, & reddiderit ineptas. (2) *Chriſtiani Thomaſii Neue Erfindung, das verborgene des Hertzens anderer Menſchen zu erkennen.* Halle. (3) Ej. *Weitere Erläuterung dieſer Wiſſenſchafft* contra M. W. E. Tentzeln, &. J. F. Meyerum.

Joh. Pordädſche Metaphyſica. III. Vol. Frf. und Leipzig 1715. Hæc Metaphyſica ab Anonymo

ex Anglico ſermone in Germanicum eſt translata, & notis illuſtrata, & luculenta Iſagoge inſtructa, in qua, quicquid in hoc opere hac illac diſperſum eſt, in ordinem redigitur, & univerſum Philoſophiæ Pordädſchianæ corpus, reducto quaſi velo, conſpiciendum exhibetur Atque ex ea æque ac opere ipſo, patet illuc principiis Pneumaticis ſuperſtructum, ex J. Bohmio, R. Fluddio, Th. Paracelſo deſumtum, recentioribus Philoſophis, & in iis Mechanici eumprimis, ſive Carteſianis, eſſe oppoſitum Nec pauca in ſinu geſtare ambigua, incerta, dubia, vana, ſubventanea, prodigioſa etiam quædam, & paradoxa, & à vulgatis hypotheſibu mirum quantum declinantia. Verum & ſingularia nonnulla, & arguta, & ulteriore diſquiſitione omnino digna.

Jac. Böhmens Seraphiniſch Blumen-Gärtlein. Amſterd. 1700. Flores collegit Auctor ex hortuli Jac. Böhmii, lectoribus futurus gratior, ſi ve accuratius eosdem ſelegiſſet, vel negligend nullos, ex omnibus mel ſuaviter exſuctum, & liquido digeſtum, meliore ordine appoſuiſſet.

Theologiæ Chriſtianæ juxta Principia Jac. Böhm Idea. Amſtel. 1687. Auctor hujus ideæ nobi eſt ignotus. Editor autem & præfationis architectus eſt Petrus Poiretus, magnus Theologi Böhmianæ admirator, & Hyperaſpiſtes. Qu vero interjectæ chartæ mundæ illevit Scholia, e J. W. Peterſenius, non ignotus noſtri æv παραδοξολογος, ex cujus liberali donatione ho opuſculum ad nos delatum eſt.

Vie

Viertzig Fragen von der Seelen. Amſterd. 1682. articula hæc eſt operum Jac. Böhmii A. 1682. mſtel. accurante J. G. Gichtelio, & ſumtus ppeditante Conſule quodam Amſtelodamenſi, onjunctim editorum. Et tria ſunt, quæ hoc vo- mine continentur opuſcula, (1) Pſychologia, 2) de incarnatione verbi, (3) de prædeſtinatio- e, quorum primum profundiſſimum, ſecundum aviſſimum, tertium optimum judicatum ab iis, ui ſcriptorum Böhmianorum quendam credun- ur habere guſtum.

M. Joh. Matthæi Orthodoxia Theoſophiæ Teutoni- o-Böhmianæ. Frf. und Leipzig 1691. Verus uctor hujus libelli eſt M. Joh. Jac. Zimmer- nann, teſte Biographo Op. Jac. Böhmii adnexo I. 5. ℐ. 10. p. 58. Vir argutus, ſolers, do- tus, & in ſyſtemate Theoſophiæ Böhmianæ ita erſatus, ut hæc Apologia iis, qui ad ſcripta ujus Philoſophi Teutonici legenda & intelligen- a ſe accingunt, inſtar Commentarii & fili Ariad- æi eſſe queat. Et parum abeſt, quin dicamus, . G. Gichtelium ſuas ad hoc opuſculum abſol- endum contuliſſe Symbolas. Siquidem in Ba- avia excuſum eſt, & quidem eo tempore, quo Gichtelius ibidem commoratus, Böhmianum omen eximere ſcriptoribus cottidianis, & in ſtra usque educere conatus eſt. Neque tamen orum, quibus hoc opuſculum eſt oppoſitum, vel lingua obmutuit, vel manus obtorpuit. Etenim J. C. Holtzhuſius ſequenti anno capiſtra- um Böhmicolarum rabulam in lucem publicam miſit, quo ita inſectatus eſt hunc noſtrum cum uo Bohmio, ut conſcientiæ angore oppreſſus, poſtea

poſtea retractationem ſcribere coactus fuerit. Et Eraſmus Franciſci p. 315. impugnatus, hoc ipſo anno Apologiam effervescentem & ſtomachoſam edidit, par pari relaturus.

Julii Sperberi Myſterium magnum. Amſterd. 1660. In hoc opuſculo nil niſi indictum ſe dicturum, de Eſſentia Dei, Chriſti, & animæ humanæ, ſcribit Auctor in præfat. Sed de his omnibus nihil dicit, quod in SS. non dictum ſit prius. Et quæ hinc inde de ſuo addit *παράδοξα*, v. g. ignem eſſe ſpiritum inviſibilem, c. V. p. 48. Imaginem Dei, ad quam factus eſt primus homo, fuiſſe Chriſtum c. XIX. p. 74. Animam humanam eſſe lumen de lumine divino decerptum, & mediante ſpiritu aſtrali copori unitum, ut per traducem propagetur c. XXI. p. 83. & XXIII. p. 90. ſeq. Regenerationem fieri in hac vita inchoative, & ſeminaliter, in futura autem perfecte & univerſaliter c. XLIV. p. 179. Semen generationis corporale eſſe balſamum vitæ oſſibus corporis inhærens c. XLV. p. 182. *Spirituale* eſſe ſpiritum Chriſti vivificantem L. c. p. 188. Corpora beatorum fore pellucida c. XLVI. p. 192. & lucida c. XLVII. p. 199. Eaque omnia corpus unicum c. L. p. 205. Ea, inquam, non carent argumentorum numero, dummodo argumenta pondere non carerent. Nec id naturæ rei, & prudentiæ didacticæ conveniens eſſe auguramur, quod c. XXVII. p. 112. differentiam animæ humanæ & brutorum traditurus, abrumpit ilico orationis filum, dicitque, ſe de hoc problemate acturum alibi, in Philoſophia ſua Myſtica, & Myſterio magno de luce, & tr. de triplici homine.

Ej.

Ej. Tractat von dreyen Seculis. Amſterd. 1660. Auctor non hic ubique eſt obvius, ingenioſus, pius, navus, placidus, in SS. non perfunctorie verſatus, & ad concordantias Theologicas reales condendas natus. Sed παραδοξόφιλος, & credulus nimium, & τριχοτομίαις æque ac Ramus διχοτομίαις deditus. Adeoque mirum non eſt, hoc Novum Syſtema Theologicum ſcriptis Apocryphis (v. g. Eſdræ libro IV. ſæpiuſcule citato MSCto fictitio p. 30.) dictisque SS. non rite intellectis, & hypotheſibus adhuc ambiguis ſuperſtructum, eſſe plenum rimarum, hac illa perfluens, ſcatensqne contradictionibus, & petitionibus principii, & fallaciis conſequentis, & chimæricis narrationibus; Sperberumque ita diſſerere, de mundi tertii ratione, ut Conſt. Hugenius de Terris cœleſtibus.

Joach. Langii Gevviſſens-Rüge mit Anmerckungen. Franckf. und Leipzig. 1703. (2) *Anonymi Licht und Recht, erſte entdeckung.* Sine loco 1704. (3) *M. Valent. Weigelii Anleitung der anfahenden einfältigen Chriſten.* Neuenſtadt 1702. Quorum Volumen *Primum* à Cleſſelio, Thomaſii diſcipulo, confectum, & J. Langio oppoſitum, multas moleſtias creavit & auctori ſuo, & Bibliopolæ, & Typothetæ, ob acerbitatem, vernilitatem & licentioſum nimis de rebus & perſonis judicandi modum, ob quem & venundari eſt prohibitum. *Secundum* à J. Samuele Stryckio, ut putatur, compoſitum à Chriſt. Thom. in pleniore Hiſt. Juris naturæ c. VI. §. 53. p. 128. tanquam inſulſum, & inſipidum, & ſexcentis contradi-

tradictonibus refertum exſibilatum; Attamen ita jejunum non eſt, ut omni prorſus venuſtate careat. *Tertium* Val. Weigelii J. Arndio tanti viſum, ut priora ejus ſeptem capita de precibus L. II. p. m. 508. ſeq. Chriſtianismi, eodem ordine inſeruerit, quo hoc loco ſe excipiunt.

Joachimi Betkii Anti-Chriſtenthum ſ. l. 1669. (2) *M. Henrici Ammersbach Chriſtianismus Stegmannianus.* Quedlinburg 1665. (3) *Matth. Lauterwaldt Bedencken, was von D. Joh. Tauleri Schrifften zu halten.* Wittenberg 1553. (4) *Joch. Betkii Myſterium Crucis, Menſio Chriſtianismi, ſpeculum fidei.* Amſterd. 1676. Quo magis accedit ad J. Arndium J. Betkius, eo magis recedit à C. Hoburgio, & F. Brecklingio. Quo utroque eſt in docendo accuratior, in redarguendo ſuavior, in explicando planior, in demonſtrando ſolidior, in diſponendo μεθοδικώτερος. Adeoque ſcribit D. J. P Spenerus in conſiliis Theol. P. III. p. 194. ſe non parum hujus viri ſcriptis eſſe delectatum.

Abgenöhtigte Lehr-und Schutz-Schrifft wider den Gutmanniſchen Offenbahrungs-Patron. Hamb. 1677. Oppoſitum eſt hoc ſcriptum H. Ammersbachio Paſtori Halberſt. ad D. Petri & Pauli, & præfationi ejus, quam Ægidii Guttmanni *Offenbahrung der Göttlichen Majeſtät* A. C. 1675. rurſus in lucem emiſſæ, præmiſerat. Atque hinc illa Paradoxorum Gutmannianorum ſeries c. III. p. 400. una cum Idea Syſtematis Theol. Gutmanniani p. 552 ſeq. Quæ ſi eo ſucceſſu confutata eſſent, quo tentata, omne tuliſſet punctum Auctor, Sam. Pomarius Superintendens Lubecenſis, qui Miniſterii Tripolitani nomine elucubravit hanc Apologiam

ogiam; Sed indicat magis, quid refellendum ſit n adverſario, quam refellit, &, ſi quid refellit, verborum mordacitate id facit potius, quam erum & argumentorum pondere.

Eliæ Prætorii Spiegel der Miſsbräuche beym Prelig-Amt im heutigen Chriſtenthum. ſ. l. 1644. Auctor hujus opuſculi perrari eſt Chriſtianus Hoburgius Luneburgenſis, Vir integer vitæ ſcelerisque purus. Sed principiis Weigelii, Schwenckfeldii, Böhmii &c. nimium deditus. Adeoque in religione etiam varius, & debita animi lenitate non inſtructus. Qui corruptam Miniſtrorum quorundam Eccleſiæ vitam, & doctrinam caſtigaturus, è Scylla fere translatus eſt in Charybdin, & uſum ipſum una cum abuſu ſuſtulit. Caſtigatus iccirco à Miniſterio Tripolitano, Adolpho Heldio, aliis, quibus poſtea Apologiam Prætorianam oppoſuit.

Ej. Apologia Prætoriana. S. l. 1653. Omnia Eliæ Prætorii, vel potius Chriſtiani Hoburgii, monumenta perrara ſunt, teſte Joh. Deckhero de Adeſpotis p. 414. utpote ære privato, in uſum privatum amicorum quorundam, ſolummodo impreſſa. Et ſi non eſſent, hoc tamen Apologiæ exemplar habendum eſſet in pretio, quia manu Dieterici Oldenburgii eſt notatum, cujus p. 111. & 441. & alibi cum laude facta eſt mentio. Et ſunt omnino quædam in hoc opuſculo obeliſco ſignanda v. g. Bella omnia, & actiones forenſes eſſe abominandas &c. Sed ſunt etiam nonnulla Aſteriſco digna v. g. 437. Et quæ alicubi vel duriora videntur, vel inficetiora, & ab Analogia fidei aliena, ea mollius interpretanda

ſunt,

ſunt, & Auctoris infirmitati, & fortunæ, &
temperamento condonanda.

Hilarii Theomili Stäte Freude des Geiſtes. Frf
1719. Pſeudonymus eſt hic auctor Theologia
Myſticæ, & ſpeciatim Guionnianæ, (Vid. præf
primam) & Poiretianæ deditus, qui (1) Ex variis
teſſerulis conſtruxit hoc ſyſtema. Siquidem Par-
te I. c. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 11. eſt ipſius, c. 6. & 8.
P. Poireti, cap. 9. 10. 12. Anonymi, cap. 13.
14. Merlo-Horſtii. Pars II. tota eſt aliunde de-
ſumta. (2) Multis Paradoxologiis id ipſum ami-
civit v. g. (1) Hominem unum conſtare homi-
nibus duobus eſſentialiter inter ſe diverſis, ex
teriore & interiore p. 1. Quod A. Rudiger de
ſenſu veri & falſi diſſert. Proem. §. 13. p. 5
ab eo mutuo aſſumſit. (2) Articulos fidei ple
rosque à ratione humana eſſe compoſitos p. 17
quæ partem conſtituat humanæ carnis p, 25
(3) Triſtitiam omnem ſpiritus peccato infectar
p. 118. Totumque Chriſtianismum ad gaudiur
contendere, velut ad ſuum centrum. (4) Pre
ces fieri vel paſſione vel actione, & has cogita
tiones vel extollendo, vel deprimendo, vel i
ſe revocando, *durch Erheben, niederſincken, einkel
ren* p. 266. (5) Chriſtum cum ſuismetipſis cu
piditatibus eſſe luctatum. p. 437. Cæterum H
ſtoria & laus libelli extat in vita P. Poireti eju
operibus poſthumis præmiſſa §. 57. p. 36.

*Eraſmi Franciſci Verzeichniſs ſeiner Schrifften nel
einer VViederlegung M. Joh. Matthæi ſeiner Orthod
xia Böhmiana.* 1691. Norimb. Prodromus h
eſt Apologiæ ſpiſſioris, ut patet ex Indice,
libello ipſo p. 114. & 151. Cujus Epidromu

no

ion vulgavit Auctor 1694. fatis interceptus. Vir non hebes, nec inexercitatus, nec politioris humanitatis, & communium literarum expers, facundus etiam, & qui cogitata ſua molli & pellucente oratione veſtire didicerat; Sed acer nimis & bilioſus in diſputando, & novorum verborum amans in eloquendo, & huic ſaxo volvendo non ſatis ſufficiens, qui ad Hiſtoriam potius & Philoſophiam, quam ad Theologiam comprehendendam animum adjunxerat. (2) *M. Joh. Chriſtoph. Holtzhauſen Capiſtratus Böhmicolarum Rabula M. Joh. Matthæi.* Frf. 1692. Quo, quas in Böhmii ſcripta animadverſiones vulgaverat, & loco appendicis Anti-Barclajo ſuo addiderat, contra M. Joh. Matthæi defendit, & ſuo ſibi jumento arceſſivit malum. Vix enim in publicum prodierat hæc viri optimi Antapologia, qua J. Böhmium, ejusque hyperaſpiſten M. J Matthæi impietatis, Heterodoxiæ, blaſphemiæ ipſiusque *Atheismi* (p. 100. 119.) accuſaverat, cum in Spiritum S. ſe peccatum commiſiſſe ratus, ſummo animi mœrore opprimeretur Auctor, eoque ita conficeretur, ac tabeſceret, ut Magni nominis Theologus J. P. Spenerus ægre eundem ſanare potuerit. Quod refert ipſe in Conſiliis Theol. P. III. c. 6. p. 944. alibi.

Friderici Brecklingii Regina Pecunia Mundi, Politica & Anti-Chriſti Theologia. Freyſtadt 1663. Auctor præfervidus. Nec ſtili, nec ordinis, nec decori ſtudioſus. Inconſtans etiam, & à ſemetipſo ſæpius digreſſus. Qui in præfat. tr. *Soli Deo gloria*, intemperanter lacerat Norimbergenſes, quod hoc ſuum opuſculum venumdari prohibuiſſent.

Oligeri Pauli 2. Volumina. Amſtelodami 1699. Quorum *Primo* continetur (1) 2. *Send-Brieffe* (*a*) *An Friederich Breckling* (*b*) *An Moſen Germanum.* (2) *Abnehmung der Decke Moſis oder Bevvährung der VVorte:* Das Heyl iſt von denen Juden. Item, *daſs die VVorte Chriſti am Creutze eigentl. nach den Grunde heiſſen:* Mein Gott, mein Gott, wie haſtu mich verherrlichet. Secundo (1) Ejusd. *Stimme aus den Tempel von tauſend-jährigen Reich.* (2) Ejusd. *Stimme des Bräutigams von Mitternacht, das VVilhelmus III. König in Engelland, die arme Juden und Chriſten in das Land Immanuels bringen ſoll.* Ubi hederæ ſuſpenſæ vinum, & præſcriptiones librorum non obſcure indicant eorum argumentum, & heteroclitum Auctoris genium. Qui glorioſi parentis filius inglorius, ex Mercatore factus Neo-propheta, ſexcenta portenta in vulgus ſparſit, de futura inſigni Metamorphoſi in republica civili & eccleſiaſtica, ſpeciatim Judaica, nec non de inſtante Epiphania Meſſiæ, & Chiliaſmo, & inprimis de nova religione, à Judæorum, Chriſt. & Muhamedanorum diſtincta. Quæ omnia eventus, Magiſter rerum, & definitus annus Criticus 1720. quo Meſſiam Hieroſolymis appariturum prædixerat, uno halitu disjecit & diſturbavit.

Chriſtiani Democriti Weg-Weiſer zum verlohrnen Licht und Recht. ſ. l. 1705. Et præferenda eſt hæc Editio illi, quæ extat in Collectione operum Auctoris hujus, in qua p. 607. (quod perridiculum) Exegeſis figuræ Æreæ huic præmiſſa exhibetur, at ipſa figura abeſt. Et ita plane rationem ducimus, quemvis, qui acutioris eſt naſi

facil

acile ſubodoraturum, Auctorem in *prima* hujus
pulculi parte P. Poireti vineta maxime; In ſe-
unda autem J. B. Helmontii, & C. Thomaſii
æcidiſſe, & J. Merckeri molimina turbaſſe ma-
is & infeciſſe, quam luſtraſſe & redegiſſe in
rdinem. (2) *Anonymi Brüderl. und gemeine
iebe.*

*Duo Volumina Scriptorum Polemicorum de ſignifi-
ätione vocis τȣτο, in verbis Inſtitutionis S. cœnæ,
n idem ſignificet quod τοιȣτο?* Quod poſt Caſpa-
um Schwenckfeldium, & Paulum Felgenhaue-
um, noſtra ætate publico ſcripto defendendum
ſcepit L. C. Sturmius, à Lutheranis ad Re-
ormatos digreſſus. Impugnatus iccirco à J. A.
abricio, E. Mushardo, C. Neumanno, J. J.
Veidnero, F. A. Æpino, J. Senſtio, G. Kohl-
eiſſio, J. G. Reinbeckio, H. Bockemeiero, J.
. Buddeo, aliis. Unde novum Tutismi, Toiu-
smi, Toiutiſtarum &c. vocabulum, & natum
de civile bellum, quod ab A. C. 1714. usque
l 1719. in Eccleſia noſtra agitatum eſt, quo
urmius Blanckenburgi apoplexia extinctus ad
ures abiit.

Gottfr. Arnoldt Geheimniſs der Göttl. Sophia.
eipzig 1700. Scripſit hunc librum Arnoldus,
ım hæreſi Gichtelianæ adhuc eſſet addictus, ut
ıtet ex Epiſtolis Gichtelii Theoſophicis P. V.
482. Adeoque Gichtelianizans in eo, Sophiam
cit perſonam à SS. Trinitate diſtinctam, Ada-
i ante lapſum ſociam, Mundum lucido-ange-
um, Chriſti corporeitatem, & quæ ſunt alia
ijusmodi à J. Langio notata *in der Prüfung der*

Theoſophiſchen Sendſchreiben p. 221. Excuſata in Böhmio à J. F. Tſchelchio *in der Einleitung in den Lilien-Zweig* c. XVIII. p. 48. Et explicata à D. Ulmanno *in den Auszug der Lehren aus J. B. Büchern MSCt.* c. III. p. m. 8.

Ej. Ehliche und Unverehlichte Leben der erſten Chriſten. Frf. 1702. Gichtelianis compedibus aliquantulum expeditus, & conjugio, quod antea damnaverat, innexus, hoc opuſculum conſcripſit Arnoldus, iis rationem redditurus, qui ſe à ſemetipſo defeciſſe pronunciaverant. Conf. ſis *Theoſophiſche Sendſchreiben* P. V. p. 485. & hujus opuſculi c. XII. §. 13. p. 299. ſeq.

M. Joh. Heinr. Kindervaters neue Engels-Brüderſchafft, als eine veritable Quäckerey. Nordhauſen 1719. Duo in hoc volumine continentur Scripta ex quibus prius eſt magis Hiſtoricum, poſterius magis Theologicum. Utrumque Polemicum Sectæ Gichteliano-Uberfeldianæ oppoſitum.

Jacobi Boulducci de Eccleſia ante legem Libri II. Lugduni 1626. Scriptor omnino peringenioſus, ſedulus, doctus, dilucidus etiam & urbanus, & lectu non injucundus. Sed in ſermone latino non ita confirmatus, ut non aliquando barbariſmis & Solæciſmis infuſcet orationis imaginem (p. 232. 318.) Et in rebus ipſis ita ſingularis, ut prodigio ſit ſimile, eum huic ſuo libello tot impetrare potuiſſe privilegia, quo tot ac tanta continentur Paradoxa Theologica, Philologica, Hiſtorica, Gæographica, Hermeneutica, tot opinionum novarum monſtra, tot ſententiarum portenta, cum decretis Eccleſiæ

Chr

Chriſtianæ diſerte pugnantia ; Nomina Nephiim, Raphaim, Zazim, Enakim, Emim, Zomzonim, quæ paſſim gigantes vertuntur, eſſe nomina honorifica, quibus primi fideles ante & poſt diluvium fuerint cognominati (p. 18.) Enochi Librum eſſe genuinum. (68. 126.) Textum SS. authenticum non ſic, ſed aliter legendum (101. 179.) Abrahamum eſſe corrucam, Iſaacum ſpurium Abimelechi, non Abrahami filium. Quod ſubdole indicat Auctor p. 342. De quo recte judicat I. A. Schmidius in diſſert. de pulvillis & peplis prophetiſſarum §. 15. p. 29. Eum ex SS. mentem non efferre, ſed in eam inferre.

Joh. Wilhelmi Peterſenii Unterſuchung der Gründe, die ein Prediger zu Eſſen gegen den mittlern Zuſtand der Seelen nach dem Tode herbey gebracht. ſ. l. 1705. Anonymus ille, cui hæc diſquiſitio eſt oppoſita, eſt Ioh. Merckerus Paſtor Eſſenſis, Vir alioquin à novitatibus Theologicis non admodum alienus, ſed in hoc argumento tamen ſatis orthodoxus, & Peterſenio anteferendus, ſive cauſæ bonitatem ſpectes, quam defendit, ſive vim argumentorum.

J. A. Turretini Opuſcula varii generis II. Tom. Brunsvigæ 1725. Hic auctor vir eſt pius, doctus, prudens, pacificus, & in omni ſcientiarum genere ita verſatus, ut pauci. Cujus dictio ſi non plane nitens & ſplendida, non tamen plane eſt horrida, ſed facilis & aperta, & profluens, & indoli doctrinæ ac docentis reſpondens. Nec parum eſt ſanguinis & nervorum in rebus ipſis. Sane multa in iis peregregia.

Errores vulgares notati. Veritates plurimæ, ve nondum ſatis, vel plane non notæ, indicatæ Conſilia præclara de reſtituendis ſcientiis col lapſis ſuppeditata. In quibus non ultimum eſ id, quod T.I. p. 164. & Tom. II. p. 71. legi tur, *Philoſophiam & Theologiam ad priſtinam ſimpli citatem eſſe reducendam.* Sed toto cælo, quoc ajunt, erras, ſi omnia candido lapillo notanda nobis perſuaſum eſſe exiſtimes. Optimus eſ Auctor, & millenis aliis anteferendus. Sed it tamen comparatus, ut Carteſianorum, (T. I. p 91. 153. 190.) Calvinianorum, (T. I. p. 13 188. T. II. p. 24. 58.) Arminianorum, (T. I p. 24. 36. 56. 207. 318.) Scepticorum, (T. p. 193. & 498.) aliorumque, (T. II. p. 52. Paradoxologiis interdum nimium faviſſe vide queat, utut (T. I. p. 292. & T. II. p. 34.) Theo logiæ ſtudioſum in nullius verba Magiſtri jurar ſolumque Chriſtum audire debere (T. II. p. 71. diſerte profiteatur.

Anonymi Reinigung der Seelen nach dem Tode. ſ. 1711. Continentur hoc volumine tr. duo c Purificatione animæ poſt mortem, ex quibu *Poſterior* eſt Catharinæ Genuenſis. *Prior* eſt Poireti, qui, quod h. l. germanice exhibetu tradidit Gallice primum, & poſtea latine l. Oeconomiæ Divinæ c. 5. 6. 7. Impugnatur que à J. G. Neumanno in Diſſert. de *ἀποκα θάρσει* animæ ante & poſt mortem, Witte 1707. & J. Wolfgango Jægero in Exami Theol. novæ Contr. 31. p. 377. id ipſum d fendit in Opp. Poſthumis ſ. vindiciis Anti-Jæg

riar

rianis lib. IV. c. 8. 612-637. dogma jam olim à Judæis & Ethnicis jactatum. Sed SS. calculo deſtitutum, niſi ex ea obtorto quaſi collo quædam huc velis traducere.

J. Merckeri Chriſtliche Unterweiſung von der Freyheit zu lehren. ſ. l. 1703. Hoc opuſculum in republ. Eccleſiaſtica juxta ac literaria multas excitavit turbas, & animos legentium mirum quantum inter ſe diſtraxit. Nec defuerunt, qui hujus cornicis oculos configerent, ut G. Wernsdorfius in peculiari diſſert. de Libertiniſmo docendi Witteb. 1703. & in Vindiciis Orat. Dominicæ §. 7. p. 10.

Ej. Chriſtl. Unterweiſung von der Gemeinſchafft der Heiligen. ſ. l. 1703. Hoc opuſculum ex meris Paradoxologiis eſt contextum, adeoque probatum à paucis, ſi à J. C. Dippelio diſceſſeris, qui in ſuo Urim & Thumim laudavit pleraque, & pauca tantummodo, quæ emendare conatus eſt, reddidit deteriora.

Thomæ Bromley tr. von den Reiſen der Kinder Iſrael. ſ. l. 1710. Thom. Bromley Johanni Porſätſche fuit convictor, & Jac. Böhmii ſectator. Atque hinc ejus Ἀλληγοροφιλία & Ἀλληγορούμενα. Quorum nonnulla ſunt præclara, ſpontanea, & adſpirante divina aura nata. Nonnulla autem coacta & invita, & reclamante cœlo è verbis rebusque elicita.

Ej. Geſetz der Beſchneidung. ſ. l. 1712. Quæ eſt explicatio Myſtica doctrinæ de abnegatione ſui, & loci Matthæi c. XIX. v. 29. (2) *Anonymi Unterricht von letzten Zeiten.* (3) *Anonymi*

Aaron, *item Babyloniſcher Huren-Chriſt. Item Der Chriſten 3fache Art und 3faches Hertz.* Quæ omnia unius auctoris, animo fortaſſis non malo, ſed ſtilo tam agreſti & inficeto ſcripta ſunt, ut, ſi qua in rebus quibusdam eſſet veritas, dictionis ruſticitas obſtaret, quo minus lector in aſſenſum pertrahatur.

Chriſt. Anton. Römelings Zerſtöhrung Babels von Mitternacht und Morgen, nebſt der darauf erfolgenden groſſen Bekehrung der Juden, Türcken und Heyden. ſ. l. 1710. *Primum* Manticum hoc eſt ſcriptum, vel divinatorium. In quo, ut perſuadeat lectori Auctor Deſtructionem Babelis, & converſionem Judæorum, Turcarum & Ethnicorum jamjam inſtare, non ſatis ei eſt, Oracula V. & N. T. congeſſiſſe; Scrinia etiam recentiorum prophetarum, C. Kotteri, 34. J. Böhmii 71. J. Kregelii, 86. C. Poniatoviæ, 101. A. *von* Meden, 135. N. Drabicii, 144. J. Rothe, 158 excuſſit, & ex iisdem, qua fieri potuit diligentia, hæc ſua prata irrigavit. *Secundum* etiam eſt Neopropheticum, magna animi παῤῥησία exaratum, ſed ipſo rerum ſucceſſu confutatum. Adeoque in fine viſum eſt, cujus toni hæc fuerit cantilena.

Joh. Reiskii kurtze Unterſuchung des Heidniſchen Nothfeuers, ingleichen des Johannes-Feuers. Franc. und Leipzig 1696. (2) *Prüfung des Verſuchs Chriſtiani Thomaſii* ſ. l. 1707. (3) *Unvorgreifl. Gedancken von Alchymiſchen Schrifften.* 1708. (4) *Unvorgreiffl. Concept von der wahren Gelehrſamkeit* ſ. l. 1693. Quorum *primum* eſt utile, jucundum

ſol

ſolidum, Polyhiſtoricum, & in hac materia omnibus aliis præferendum. *Secundum*, cujus autor eſt Gabriel Wagener Quedlinburgenſis, homo non indoctus, ſed ſe ſolum ſuſpiciens, & omnes doctos alto ſupercilio præ ſe contemnens, eſt ruſticum, Thraſonicum, Moroſophicum, Spinoziſticum, (p. 21.24.25.31.37.43.45.69. 70.71.73.76.) in quo ea etiam, quæ bona ſunt, inficeto Auctoris ſcribendi genere facta ſunt mala. *Tertium* eſt Anti-chymicum, demonſtrans ſcriptorum Chymicorum inutilitatem, vanitatem, perniciem. *Quartum* noſtrum eſt, eo tempore in chartam conjectum, quo vix prima malas lanugine ſparſerat ætas.

Chriſtiani Thomaſii Bedencken über die Frage: Wie weit ein Prediger ſich des Binde-Schlüſſels bedienen könne. Wolffenbüttel 1706. Hoc reſponſum ἀνονύμως prodiit ſemel, ſed poſtea præfixo autoris nomine ſæpius, ſemper autem lacunoſe & prætruncatum; Omiſſa ſcilicet facti ſpecie, & inſtrumentis neceſſariis, citatis etiam quibusdam, & notis marginalibus. Et quod inprimis monendum erat, omiſſa tota quæſtione ſecunda, de ratione procedendi cum paſtore ejusmodi, qui principem ſuum à S. cæna ſuſpendere auſit? Quæ omnia integra & ſarta tecta exhibet Chriſt. Thomaſius *in Juriſtiſchen Händeln.* P. IV. p. 102-209. Ubi ſimul additur Hiſtoria hujus ſcripti, & duplex ejus Apologia, contra J. Niekampium & Seb. Edzardum, qui illud ipſum impugnaverant. Atque ex eo fonte nos etiam ea hauſimus, & huic exemplari inſeruimus, quæ & capiti, & caudæ, & corpori ejus MSCta acceſſerunt.

Anonymi Antwort über die Frage: wie weit ſich ein Prediger des Binde-Schlüſſels bedienen könne. ſ. l. 1706. Auctor hujus opuſculi eſt Joh. Niekamp, à Concionatoris aulici officio dimiſſus, quod rem altioris indaginis eſſe putaſſet, An Duci Brunſvicenſi Antonio Ulrico gratia divina denunciari queat, cum in neptis Eliſabethæ Chriſtianæ diſceſſum à religione noſtra ad Pontificiam, ob conjugium cum Carolo VI. Imp. (eo tempore rege Hiſpaniæ) ineundum tam facile conſenſiſſet? Quod velut crimen eidem imputaverat Chr. Thomaſius in reſponſo Juridico ad quæſtionem, *VVie weit ein Prediger gegen ſeinen Landes-Herrn ſich des Binde-Schlüſſels bedienen könne?* ſine capite & calce aliquoties excuſo, in quo uſum clavis ligantis eſſe ſpeciem excommunicationis minoris; Excommunicationem autem eſſe pœnam civilem, ad Paſtorem Eccleſiæ non pertinentem, edixerat. Cujus Paradoxi infirmitatem cum docuiſſet in hoc ſchediaſmate Niekampius, dici non poteſt, quam flocci fecerit hunc ſuum adverſarium Thomaſius, & quam contemtim eidem reſponderit *in Juriſtiſchen Händeln.* P. IV. p. 188-205. Ubi dictum ejus reſponſum una cum hiſtoria & Apologia integrum & ſartum tectum lectori propinatur perluſtrandum.

Seb. Ezardi Vertheidigung der Chriſtl. Lehre vom Binde-Schlüſſel. ſ. l. 1707. Auctor hic eſſet melior, ſi moderatior. Atro carbone notatus à Chriſt. Thomaſio *in Juriſtiſchen Händeln.* P. IV. p. 203. ſeq. Et J. G. Pertſchio *im Recht des Kirchen-Bannes.* c. VIII. §. 6. p. 233. ſed notatus

tus tantummodo, non autem confutatus. Eodem tamen aceto ab utroque perſuſus, quo alterutrum perfuderat.

Maximil. Miſſons heiliger Schau-Platz der Landſchafft Sevennes. Francf. 1712. Excerpta hæc ſunt Hiſtorica de Inſpiratis Sevennenſibus, ex ſcriptis publicis, & Epiſtolis privatis, & Actis judicialibus enotata, & à Maxim. Miſſonio, Equite Anglicano, Gallice primum, tum Anglice à Joh. Lacy, & tandem Germanice ab Anonymo publicata. De quibus præſtat illud Senatorium uſurpare N. L. quam præcipitanter decernere, utut hic inde occurrant, quæ videri poſſint ἀσύςατα v. g. 45. & 119. vel ἀντίγραφα v. g. p. 157.

Fr. Salignac Fenelon Erklärung der allgemeinen Lehr-Sätze der Heiligen. Weſel 1699. Verſio hæc eſt inepta, ſtupida, jejuna, ſcatens vocibus novis & auribus Germanorum inſuetis; Phraſibus exoticis & redolentibus Gallicismum; Et Periodis ſenſum vel nullum exhibentibus interdum, vel involutum, dubium, ac perobſcurum.

Joh. Theod. à Tſcheſch Vitæ cum Chriſto Centuriæ XII. ſ. l. 1644. Auctor pietate non minus & eruditione, quam generis nobilitate illuſtris. Sed variis calamitatibus, preſſus & in religionis profeſſione electicus, nulli Sectæ addictus p. 6. Cujus hic codex vel hanc ob cauſam habendus eſt in pretio, quod manu Auctoris notatus Dominoque Martino GUSCKIO M. D. oblatus eſt, addito ſimul carmine duplici, quo ſibi rebusque ſuis afflictis petit opem.

Joh.

Joh. Jacobi Zimmermanni Scriptura S. Copernizans. Sine loco & tempore. In hoc opuſculo orationis color eſt diſcolor. Methodus καταϲκευαϛικοαναϲκευαϛική. Explicationes locorum SS. novæ inuſitatæ, Paradoxicæ, & hoc Auctore dignæ, qui in Theologia juxta ac Philoſophia à trita via digreſſus, ſub M. Joh. Matthæi nomine Orthodoxiam Theoſophiæ Böhmianæ contra J. C. Holtzhuſium defendit. Et in hoc ſtadio, quo contendit SS. Copernicanæ hypotheſi, de mobilitate terræ & ſtabilitate ſolis, non eſſe contrariam, & Johannem Keplerum, & Sebaſtianum Fantomum, præcurſores hábuit, quorum meletemata Galilæi Galilæi Syſtemati Coſmico ex Hetruſco ſermone in LL. à ſe converſo ſuperaddidit Matthias Berneggerus.

Chriſt. Anton. Römelings Nachricht ſeiner von GOtt geſchehenen völligen Herausführung aus Babel. It. *Entdeckung zweyer Brieffe zur Offenbahrung Babels.* It. *Erweckungs-Stimme zum Ausgang aus Babel.* Amſterd. 1711. Hujus Auctoris fata & doctrina docent, eum neſcio quo fermento infectum in ſingulares incidiſſe hypotheſes, de SS. p. 35. Miniſterio Eccleſiaſtico 39. confeſſione & remiſſione peccatorum 47. Eccleſia 64. Baptismo 68. Cœna Domini 78. &c. non novas quidem aut ab ipſo primum repertas, ſed dudum ab aliis, Dippelio cumprimis, vulgatas, novo tamen condimenti genere adornatas; Atque iccirco de ſtatione & patria abire juſſum.

Das verdeckte und entdeckte Carneval, erſter, ander und dritter Aufzug. ſ. l. & tempore. Auctor

huju

hujus Satyræ eſt J. Georg. Zeidlerus, Ex-Paſtor paganus, Lucianus noſtri ſeculi, homo non obeſæ prorſus naris, nec nullius eruditionis, & errorum vulgarium exactus cenſor & ſubſannator. Sed in dictione futilis, ſcurrilis, profanus, ut ſolent, qui de plauſtro verba faciunt perſonati, ordinis etiam incurioſus; in rebus autem παρά-δοξος, intemperans, licentioſus, & Theologiæ juxta ac Theologorum allatrator perpetuus. Omnis enim Apoſtata eſt oſor ſui ordinis. Et in tribus hiſce Scenis hæc eſt differentia, quod *Prima* eſt mordax, *Secunda* mordacior, Tertia mordaciſſima. Omnes Libertinismi, ipſiusque *Atheismi* accuſatæ à S. Wernsdorffio in diſſert. 2da de indifferentiſmo §. 17. p. 140. Qui & l.c. §. 5. p. 130. ſermones diſſipatos eſſe ſcribit Chriſt. Thomaſium horum Schediaſmatum eſſe Architectum.

Das Leben Chriſti und der Apoſtel, nebſt der Lebens-Beſchreibung des falſchen Apoſtels Homiletici. ſ. l. & tempore. Quæ ultima Biographia eſt Satyra mordax in Theologaſtros, qui Curios ſimulant & Bacchanalia vivunt, cujus Auctor eſt Godf. Zeidlerus, ex-Paſtor paganus. In Satyris Vir ſcribendis nimis acer & audax.

Joh. VV. Peterſen Geheimniſs des in der letzten Zeit gebährenden Apocalyptiſchen VVeibes. Franckf. 1708. In hoc opuſculo Auctor mulierem parturientem Apoc. XII. 1. ſeq. non de Maria p. 35. nec de Helena Conſtantini M. matre p. 39. Non item de Eccleſia vel triumphante vel militante Chriſtiana p. 34. ſeq. Sed de Judaica intelligendam eſſe contendit, quæ tempore futu-

ro

ro Chriſtum adhuc ſit enixura, juxta Pauli oraculum Rom. XI. 25. 26. idque refragante quidem Dracone infernali; Sed Michaële Judæorum tutelari Daniël. X. 13. fortiter eundem ſubigente, & concultante. Atque hoc, dici non poteſt, quanto argumentorum numero ſuſtineat, & quo flumine eloquentiæ, & rerum ubertate abundet? Dummodo argumentis majus ineſſet robur, & hæc explicatio non iisdem premeretur difficultatibus, quibus reliquæ.

Verſchiedene Anmerckungen über gegenwärtiger Zeiten falſche Prophezeyungen. Stade 1708. Auctor eſt M. G. *Blockius* SUECUS, Vir ſua laude non defraudandus, dummodo ad hoc opus tantum attuliſſet judicii, quantum ſtudii & navitatis. Sed in colligendis rebus exercitatior fuiſſe videtur, quam in ſeligendis. Atque hinc factum, ut hoc Schediasma ex ſinu ejus exierit tam indigeſtum, & tot rapſodiis, rebusque ineptis, alienis, & oppido falſis, conſpurcatum.

Thomæ Bromley Anmerckungen von denen Offenbahrungen. ſine loco 1714. Hoc opuſculum Apologiam potius dixeris Inſpiratorum & Neo-Prophetarum, in quibus Auctor ipſe extitit, (ut patet ex p. 145. Coll. cum 81. 93. 97.) Qui remis velisque id agit, ut demonſtret, Eccleſiam Judaicam, & Chriſtianam initio abundaſſe revelationibus, poſtea juſto Dei judicio iis orbatas, & ſibimetipſis permiſſas, hodie rurſus divina hac luce aliquantulum reſperſas. Atque hoc ita docet, ut facile pateat, eum Joh. Pordädſchii convictorem fuiſſe, ac diſcipulum, iisdemque cum eo ideis, hypotheſibus, Paradoxologiis,

logiis, phraſibus etiam; & loquendi generibus innutritum.

H. J. von Bashuyſen Nachricht, wie die Maria ohne Mann habe können concipiren und gebähren, Zerbſt 1725. In hac Apologia Auctor rationem per P. O. corruptam eſſe negat. (p. 15.) Et ex ea patere, ait, Virginem ſine Viro poſſe parere, & quomodo. (p. 20.) Quo ipſe Rationaliſtarum placitis tantum addit, quantum miraculoſæ conceptioni Chriſti detrahit, ipſorumque Socinianorum audaciam ſuperat, qui modum conceptionis Chriſti rationis beneficio explicari poſſe negant, ut patet ex Joachimi Stegmanni tr. de judice controverſiarum c. IV. p. 105. Sibi ipſi adverſus, qui miraculum ſupra naturam eſſe pronunciat, & ex ratione tamen poſſe explicari contendit. Nec impuritate caret ejus explicatio Phyſica hujus negotii. Et dictorum quorundam SS. enodatio ita comparata eſt, ut novitatis multum præ ſe ferat, veroſimilitudinis parum.

Declaration de Jean De Labadie P. I. II. Vol. II. Geneve 1666. Opus hoc eſt Hiſtorico-Polemicum, in quo Auctor (1) Hiſtoriam converſionis ſuæ recenſet. (2) Pontificiorum dogmata refellit. (3) Reformatorum hypotheſes Theologicas propugnat.

Traitè Eccleſiaſtique ſelon les Sentimens de Jean de Labadie. Amſterdam 1668. Commentariolus hic eſt in 1. Cor. XIV. in quo id agit Auctor præcipue, ut lectori perſuadeat, vehementer id profecturum Eccleſiæ, ſi loco concionum hodie uſitatarum Homiliæ Theologicæ Primorum Chri-

Chriſtianorum à Paulo l. c. laudatæ in ean reducerentur.

Fr. Ernſt Meis Kirchen-Ordnung der Quäcker in Engellandt. Leipzig 1715. In hoc libello quaſi curru excuſſus ita per incerta vagatur Auctor, ut, ſi ea demſeris, quæ ſunt aliena, peregrina, & nihil ad hederam ſuſpenſam pertinentia, vix urceus ſuperfuturus ſit de amphora, quæ inſtituta primum, & Lectori promiſſa eſt. Et ſi etiam omnes numeros impleviſſet, tamen Iliada condidiſſet poſt Homerum, quia G. Cræſus L. II Hiſt. Quack. p. 293. ſeq. Oeconomiam Quäckerorum Eccleſiaſticam deſcribens, jam pridem hæc omnia copioſiſſime & accuratiſſime explicuit, exceptis paucis quibusdam, quæ Quäckerus quidam ſub Philalethæ nomine in Dilucidat. in G. Crœſi Hiſtoriam p. 130. & alibi in ea emendavit.

Lettre au Chevalier Jacob Bancks contre le Pouvoi absolu & L'Obeiſſance Paſſive. Cologne 1711. In hac Epiſtola Obedientiæ Paſſivæ Patronis 1708 in Anglia exortis dicam ſcribit Auctor; & omn telorum genere contendit, falſum eſſe, quod pro pugnant, ſcilicet, Monarchas etiam, ſi deglupſe rint ſubditos, hujus rei nullam rationem redder debere, præterquam ſoli Deo.

VVilliam Fletvvoods Urterſuchung der VVunder VVercke. Leipzig 1705. In hoc opuſculo Aucto novum Syſtema condit de miraculis, eaque omnia, etiam Jannis & Jambris in Ægypto, & quæ facta ſunt inter gentiles plurima, à Deo pro fecta eſſe contendit. Et licet hac occaſione no pauca proferat nova, & inexſpectata, & ante

vi:

x audita in Chriſtiano orbe, ita tamen profert, nec regulas modeſtiæ, aut veroſimilitudinis, ut vulgo receptæ Analogiæ fidei tranſiliat.

Chriſt. Thomaſii Erörterung einer Ehe- und Gewiſſens-Frage, vvieder eine Schrifft, Fang des edlen Lebens. Halæ 1689. Oppoſita eſt hæc Diſquiſitio tractatui ἀνωνύμως edito, *Fang des edlen Lebens &c.* Cujus Auctor Phil. Müllerus SS. Th. D. & P. P. Jen. ac præpoſitus cœnobii Mariani Magdeburgenſis, Spandaviana cuſtodia mulctatus eſt ab Electore Brandenb. cum Thomaſius contra ab iis, quorum intererat, Mülleri ſententiam publico ſcripto jugulari, 300 thalerorum honorario fuerit donatus, ut ipſe refert *in Thomaſiſchen Gedancken über allerhand Phil. und Juriſt. Händel,* P.II. p. 472. ſeq. ubi exhibet Hiſtoriam hujus Schediaſmatis, magna παῤῥησία ſcripti, & quibusdam de Syncretismo, Hobbeſianismo, & Libertinismo ſuſpecti, à Theologis etiam Lipſienſibus & Wittenberg. multorum Paralogismorum accuſati, ſed ab Auctore in Apologia contra eosdem adornata p. 266. ſeq. vindicati.

Leonh. Chriſt. Sturms Schreiben nebſt Anmerckungen eines Anonymi. Flensburg 1718. Hæc Epiſtola ex meris Scommatis, Mycterismis, & Diaſyrmis eſt contexta, in pueris vix ferendis, nedum in viris, iisque gravibus & doctis.

(1) *Wenceslai Schillingii Schule.* (2) *Jac. Martinii kurtze Beantwortunge.* (3) *W. Schillingii Grund-Büchlein.* (4) *Sigwarti Garguthenii Martinianæ Philoſophiæ ad Theol. accommodatio, vel Warnung an die Lutheriſche Jugend.* (5) *Schillingii Ehren-Rettung.* *Quæ Schediaſmata* omnia & rariora ſunt, &

neceſſaria ad Hiſtoriam belli Metaphyſici cogno-ſcendam, quod Magdeburgenſes inter & Wittenbergenſes A. C. 1616. 17. & 18. ita geſtum eſt, ut illi Philoſophiæ laudibus detraxiſſe, hi tribuiſſe nimium, utrique ſtudio partium & vitilitigiis, & ſcommatis, & aculeatis dictis liberius, quam par eſt, indulſiſſe videantur. (6) *M. H. Schotthuſii* (cujus verum nomen eſt *D. VVeber*) *Calenderbutzer*. Ej. *Rettung des Calenderbutzers. M. D. Starckloffi fernere Rettung des Calenderbutzers. M. Theodori Maji Aſtrologia vindicata.* Ubi in tribus prioribus opuſculis Aſtrologia Divinatoria arguitur incertitudinis, falſitatis, temeritatis, ἀλογίας, & ἀντιγραφίας; In quarto autem, ab his flagitiis abſolvitur & vindicatur. Atque iliacos intra muros peccatur & extra. Siquidem utrinque videas multa πάθη, paucos λόγους, nulla ἤθη *Andr. Libavii Bedencken über die Famam der Roſen Creutzer.* In quo velis remiſque contendit, ſocietatem hanc eſſe fabulam, ex Paracelſo, Trithemio, Lullio, Crollio, Agrippa, Hermete Severino &c. contextam, ſomnia quædam lectu non injucunda, ſed pleraque obſcura admodum, & ambigua, quædam oppido falſa & portentoſa, & hyperbolica comprehendentem. Nec ineptus eſt hujus Dramatis Cenſor Libavius, ſed Ariſtoteli, & Galeno nimium deditus, & Paracelſi juratus hoſtis, & ordinis ſuavitatisque in ſcribendo plane incurioſus. *J. Siverti Nebelkappe der Krugs-Brüder.* Ej. *Pantzerfeger. Anonymi Examinatio Siverti.*

Opuſcula quædam Chemica, Georgii Riplei Angli Me-ulla Philoſophiæ Chemicæ. Incerti Auctoris Canones ecem. Myſterium artis &c. Heliæ Monachi Franciſca-i Speculum Alchymiæ. Joh. Aurelii Augurelli Chry-pæiæ compendium. Artefii Clavis Majoris ſapien-æ. Joannis Pontani Epiſtola de lapide Philoſopho-um. Galli Etſchenreuteri Medici Epiſtola ad Gui-elmum Gratarolum. Francf. 1614. (2) *Fama raternitatis Roſeæ Crucis.* (3) *Antworts-Schrei-en an die Hocherleuchtete Frat. des Löbl. Ordens von oſen-Creutz.* (4) *Silentium poſt clamores,* ſ. l. 617. Auctor hujus opuſculi, *Silentium poſt clamo-es*, eſt Michael Majerus, Comes Palatinus, Eques Medic. Doctor. Vir ingenioſus, ſedulus, Do-tus; Sed in rerum ſimilibus, exemplis, teſtimo-iis &c. congerendis magis occupatus, quam in ebus ipſis explicandis, & in fabula Roſæ-cru-iana defendenda ad ſuperſtitionem usque redulus.

Anonymi Sendſchreiben an die Hocherleuchtete Brü-erſchafft des Hochlobl. Ordens des Roſen-Creutzes. ranct. 1615. Collectio hæc eſt VIII. opuſcu-orum rariorum, ad fraternitatis Roſæ-crucianæ ationem ſpectantium, in quibus eminet præ cæ-eris, *Fama fraternitatis*, cujus Auctor à quibus-am, Joh. Val. Andreæ, ab aliis Joachimus ungius Mathematicus Hamburgenſis, extitiſſe reditur, qui edito hoc ſchediasmate primam ex-ibuerit hujus fabulæ Scenam, poſtea tamdiu orbe literato actæ, & tanta cum animi ſuſpen-one ab Eruditis omnibus ſpectatæ.

Mich. Maieri Tractat von den Geſetzen und Ord-ungen der Löbl. Fraternität. Francf. 1618. Com-

mentariolus hic eſt in Regulas Fratrum R. C. à raritate commendandus magis, quam ab eruditione, vel navitate, vel acumine, cujus generis hujus Auctoris monumenta fere ſunt omnia Qui fraudis manifeſtæ fuit reus, ſi ſcivit hujus Societatis fallacias, ſtuporis, ſi neſcivit.

Anonymi Judicium Theologicum de Joh. Tennhardi Scriptis, cujus Auctor, teſte Apologia Tennhardiana Tobiæ Eisleri p. 73. eſt Theologu Würtenbergenſis, Vir non indoctus, ſed Tennhardo ita addictus, ut omnia ejus pro divini habenda eſſe cenſeat. (2) *Tobiæ Eisleri* Apologetica pro Joh. Tennhardo. Illiteratus pro illiterato. Etenim Joh. Tennhardus 1661. in pago quodam Pegavienſi parentibus ruſticis natu 1691. Norimbergæ tonſor, & capillamentoru fabricator factus, miſſo hoc ſuo duplici opifici voce & ſcriptis Theologiam profeſſus, ob ſt acrimoniam primum in carcerem detruſu poſtea aqua & igne interdictus, tandem pere rans orbem, mirum quantum à Theologis qu busdam exagitatus eſt, donec 1720. d. 12. Sep Caſſelis à fatis eſt interceptus. *Eislerus* aute Pædotriba eſt Helmſtadienſis, ubi prima el menta pueris impertit (Humaniores enim liter vix primis labris deguſtavit) homo nec ma famæ nec vitæ, ſed ſeparatiſta, & Tennhar ita addictus, ut eum Θεόπνευστον, & Propheta & à Secretis Dei fuiſſe, perſuaſum ſibi habeat.

Traité de la Nature & de la Grace. Sine lo 1682. Auctor hujus opuſculi eſt P. Malebranche, ſtator *Sectæ Meditabundorum*, & Syſtema caufarum occaſionalium *primus* Architecti

Ci

Qui τῇ ὑποθέσει ἐγλεύων, quam in tr. de inquirenda veritate ſtatuminaverat; Solum Deum veram eſſe rerum cauſam, eumque ſuam vim & potentiam communicare nulli creaturæ, ſed uti eadem tantummodo velut cauſa occaſionali, ad voluntatem ſuam exequendam; Id tuetur in hoc tr. Deum in convertendo homine agere tantummodo voluntate generali, non autem ſpeciali; Et in regno gratiæ ſolum Chriſtum cauſam occaſionalem eſſe gratiæ divinæ. Notatus iccirco (1) *Suavius* à G. G. Leibnitio in Theodicèe ſ. 204. p. 377. (2) *Gravius* à Mr. Jurieu dans traite de la Nature & de la grace c. X. p. 149. 180. (3) *Graviſſime* à Mr. Arnauld dans ſes reflexions Philoſophiques & Theologiques ſur le Nouveau Syſteme de la Nature & de la grace. Et alibi. Item ab auctore de l'Eſprit de Mr. Arnauld Parte I. p. 80. ſeq. 98. & Bernierio tr. du libre & voluntaire p. 117. ſeq.

Traité de la Nature & de la Grace. Rotterdam 1688. Opuſculum hoc confutatum eſt prius, quam eſt editum. Etenim P. P. Papin, Auctor de la critique de la doctrine de Mr. Jurieu ſur les habitudes infuſes, in MSCto id ipſum obtinuit, & confutandum ſumſit; Sed ita, ut in hoſte etiam virtutem laudaverit. (vid. l. c. c. V. p. 305. ſeq.) Et ſi quis Claudii Pajonni, & Pajonniſtarum hypotheſes πελαγιονίζουσας rite perſpexit, & rite conquaſſavit, ſane eſt hic Juriæus, qui in controverſia ſubtiliſſima, & jam inde à Sec. IV. in Eccleſia agitata, de Concurſu & gratia Dei in converſione hominis, ita verſatus eſt, ut & iis ex aſſe ſatisfecerit, qui hæreſin hanc nov-antiquam

ex Eccleſia Reformatorum volebant proſcriptam, & nec iis diſplicuerit plane, qui eam in eandem volebant introductam. Id laudis in Pajonno impugnando conſecutus, quod Arnaldus in Malebranchio, à Pajonno in hoc argumento non multum diſſidente.

Eſſais de Theologie ſur la Providence & la Grace. Francf. 1687. Auctor. tr. eſt P. P. Papinus SS. Th. Stud. & Claudii Pajonni nepos juxta ac diſcipulus. Adeoque ætate, dignitate, doctrina, judicio, D. Juriæo omnino poſtponendus. Sed ita contemtim tamen non habendus, quam ab eodem in præfatione, du jugement ſur les Methodes rigides & relachées, eſt habitus. In qua nimis magnifice de ſe, & abjecte de hoc ſuo adverſario differens, eum totum vernilitate, inſcitia, ſuperbia, Sycophantia, Syncretiſmo etiam, & Crypto-Anabaptiſmo, & quod primo loco dicendum erat, Socinianiſmo infectum eſſe ſcribit.

P. Malebranche Reponſe à une Diſſertation de Mr Arnaud du Traite de la Nature & de la Grace Rotterdam 1685. In hac diſſert. nihil dicitur quod in tr. de Natura & Gratia non dictum ſit prius. Niſi id prius nondum dictum eſſe obtenderis, quod in hac reſponſione purgare ſe nititur Auctor, ab imputatis ignorantiæ, novitatis obſcuritatis, imo & impietatis (h. e. abuſus SS contemtus Eccleſiæ, traditionum Patrum &c c. I. p. 10. & c. X. p. 107.) maculis. In reliquis enim meræ ſunt petitiones principii, remiſſiones ad ſcripta antecedentia, eorumque illuſtrationes, vindicationes, ea ratione ſcriptæ, u

ex

ex timore magis & formidine pœnæ, quam virtutis amore, ſe intra limites modeſtiæ continuiſſe appareat. Siquidem c. VI. p. 57. adverſarium ſuum vocat, omnium bellatorum ſui ævi vehementiſſimum & terribiliſſimum.

Traité du Libre & du voluntaire par Mr. Bernier. Amſterdam 1685. In hoc tr. dum omnibus nervis ac facultatibus id agit Auctor, ut defendat; Non dari prædeterminationem Phyſicam, nec conſervationem eſſe perpetuam creationem, nec Deum concurrere ad actiones creaturarum immediate, ſed mediate, mediante ſc. potentia activa, & propenſione, quibus eas inſtruxerit; Per ſe patet, quantopere diſcedat à Malebranchio, & Malebranchiſtis (quos ſub piorum Carteſianorum nomine pungit p. 117. ſeq.) juxta ac Anti-Malebranchiſtis. Et quam prope accedat ad Pajonniſtas, vel, ſi mavis, ad Ludovici Dole hypotheſin Pelagianam, quod opportune monuit G. G. Leibnitius in Theodicée §. 27. p. 139. & ipſe Auctor p. 117. libere profitetur.

Anonymi Beantwortung einer Schrifft unter den Titul Bekehrung der Väter zu den Kindern. Halle 1722. Auctor hujus Epiſtolæ eſt J. A. Freylingshauſen, Vir ſtudioſus perſpicuitatis, ordinis & pacis. Adeoque ad Polemica exaranda, ſi quis alius, idoneus, ſive adverſarium habeat à cauſæ bonitate deſertum, ſive ab eadem adjutum.

Juſti Heinrich Woldershauſen Beantwortung der Frage, Ob Chriſti Gerechtigkeit dem glaubigen Menſchen zugerechnet werde. Müllhauſen 1712. Oppoſitum eſt hoc Schediaſma Trium-Viris Socinianizantibus Huthmanno, Knorrio, & Damio. Et

ſi ex guſtu ferendum judicium, Auctor bonam cauſam non tam graviter videtur peroraſſe, quam illi malam. Primus tamen & ſolus fuit ex ſuæ Diœceſeωs Paſtoribus, qui, mandato ſuperiorum non obſtante, Cantionum Libellum à Damio emiſſum, atro carbone notandum, & in Eccleſiam non admittendum cenſuit.

Franc. de Salignac Inſtruction Paſtorale. Francf. 1698. Vide, quæ diximus de auctoris Explication des Maximes des Saints.

Valent. Weigelii Theologia. Francf. 1699. Hæc Theologia tota, quanta quanta eſt, eſt *Eclectica*, excerpta ex Taulero, Kempiſio (p. 101.) Pſeudo-Mercurio Triſmegiſto, (p. 37.) & inprimis, è Paulo Lautenſackio, & Theophraſto Paracelſo (p. 54. 57. 58. 64. 132. 133. 140.) Atque hinc tot ac tanta in ea Μονοδοξα, & παραδοξα, & ὑπερπάραδοξα (140.) & in iis quædam oppido Myſtica, Spinoziſtica (38. 40. 54. 115. 121. 123.) ænigmatica, thraſonica, h. e. Theologiæ Paracelſiſticæ imaginem mira ſimilitudine exſcribentia. (2) Ejusd. *Studium univerſale.* Francf. und Leipzig 1700. Hoc opus cum Theologia Weigelii ejusdem eſt commatis, in qua etiam c. XIX. p. 168 præmiſſum eſt, (conf. præfat. h. l.) Siquidem in eo Φράσις eſt eadem, ſcilicet trivialis, & quæ ſolam negligentiam habet pro cultu. Ordo idem, nempe nullus. Res eædem, myſticæ ænigmaticæ, Paradoxicæ. In quibus interdum quædam emicant, ſed fulminis in morem. Fontes iidem, Theologia Germanica, Taulerus, Kempiſius (p. 90.) Paulus Lautenſackius (p. 47. 77.) Theophraſtus Paracelſus (p. 68.)

Ej

Ej. Tractat vom Ort der Welt. ſ. l. 1705. In hoc tr. occurrunt (1) Phraſes ſexcentæ duriores, non ſine præfatione veniæ, & circumſpecta explicatione admittendæ v. g. 106. (2) Ordo non exactus quidem, ferendus tamen in homine, qui non audit habenas. (3) Res quædam (*a*) Philoſophicæ, vulgares, dubiæ etiam, & oppido falſæ, ex P. Appiano. Seb. Franckio, & Boëtio, decerptæ. (*b*) Theologicæ, boni & diverſi commatis, ex ψευδο - Mercurio p. 55. & Th. Paracelſo 43. 72. 111. &c. congeſtæ.

Seb. Franckens von VVörd Paradoxa CCLXXX. ſine loco & tempore. Auctor horum Paradoxorum eſt Sebaſtianus Francke, Vir, ſi quis alius, ἰδιογνώμων. Cujus Methodus ἀμέθοδος. Dictio lutulenta. Res variæ, Orthodoxæ heterodoxæ, Analogæ Anomalæ, Vulgares ſingulares, Molliores duriores, non periculoſæ periculoſæ: Et hæ poſteriores Auctoris propriæ, non aliunde arceſſitæ, utpote cui (ut patet ex p. 167. (*b*) Theologorum nullus, præter Taulerum placuit, & Auctorem Theologiæ Germanicæ. Nec hi quidem eidem ex aſſe ſatisfecerunt. Sicut & ipſe non ſatisfecit omnibus, à V. E. Löſchero in Prænot. contra Deiſtas, in omnibus fere paginis notatus, & Deiſtis annumeratus.

Idem Liber adhuc ſemel, ſed à priore ratione Editionis diverſus. Siquidem ad hunc poſteriorem acceſſit index geminus, (*a*) Latinus, Parodoxorum, (*b*) Germanicus, rerum.

Gottl. VVernsdorffs Gedancken vom Stande de abgeſchiedenen Seelen. Wittenberg 1726. Auctor rebus non minus quam verbis expeditus, navu etiam, & judicandi facultate eximia præditus Sed acer, acerbus, criminoſus. Et qui majore bile pugnat contra eos, quos novitatis ſuſpectos habet in Eccleſia Evangelica, quam contra Socinianos, Pontificios, aliosque, qui ſunt extra eam.

Anonymi Neun Prieſter-Teuffel. ſine loco & tempore. Auctor eſt J. G. Zeidler per 21. anno Paſtor Paganus, & poſtea ſua ſponte ab officio digreſſus, & ad vitam privatam devolutus Homo non plane plumbeus, & in notandis erroribus communibus præclare verſatus; Sed profanus nimium, & ſcurrilitati, & Scenicæ dicacitati plus, quam fas eſt, deditus.

Anonymi Sieben böſe Geiſter. ſine loco & tempore Auctor eſt J.G.Zeidlerus, de quo, quid ſentiendum jam alibi diximus.

Joh. Amos Comenii Offenbahrungen der Chriſtin. Poniatoviæ, 1711. ſine loco. Hæ revelatione laudantur ab his, culpantur ab illis; Laudantur à Comenio, Drabicio, Römelingio aliis; Culpantur à Voëtio, Mareſio, Nic. Arnoldo. (in diſcurſu Theol. contra Comenium c. V. VI. p. 21. 22. 28.) Et ſuſpectum videri queat, huic Virgini intra biennium 200. Viſiones obtigiſſe, eo modo, quo nulli unquam V. T. aut N. T. prophetæ ac prophetiſſæ leguntu eveniſſe; Et præcipuas ex iis eventu fuiſſe deſtitutas v.g. Papæ & Auſtriacorum ruinam, & Friderici exultationem circa annum 1630. futuram.

H. v. d. Hard officia JudæorumAntelucana, ſiv

d

de Judæorum Vigilantia, verecundia, ſanitate, munditie & diligentia, tempore matutino obſervanda. Acceſſit *J. Jac. Scharandæi de ſanitate conſervanda Libellus.* In | quo voces rebus ipſis ſunt meliores. Hæ enim ſunt protritæ, illæ exquiſitæ. (2) *Ejusd. Parænefis ad Doctores Judæos.* In qua quædam ſunt bona, multa mediocria, & paradoxa non pauca. v. g. (*a*) Hodiernos Judæos habere multa idola, puta Amuleta, & Chartas Magicas, membranasque p. 72. (*b*) Eos ignorare SS. ob Geographiæ Veteris & Hiſtoriæ inſcitiam p. 74. (*c*) Item Orthographia deſtitui, ob accentuum Ebr. in ſcriptis recentioribus neglectum p. 77. & Characterum priſcorum Metamorphoſin, qui apud Samaritanos ſuperſint. p. 81. Et punctorum vocalium, aliorumque lectionis & pronunciationis adminiculorum novum inventum. p. 82. (*d*) Carere & Orthoëpia, utpote quæ alia prorſus fuerit ante, quam poſt captivitatem Babylonicam. p. 82. (*e*) Nomen יהוה aliter ſub Moſe & prophetis, aliter poſtea ſub Græcis fuiſſe pronunciatum, ſono & ſenſu mutato. 82. (*f*) Linguam Ebraicam antiquam fuiſſe Græcam, & ex ea ſexcenta in lingua Ebr. Chald. Syr. & Arabica δυσνόητα poſſe explicari. p. 89. (3) Ej. *Nehemias ſ. Pſalmus* 112. ab Eſra compoſitus in laudem Nehemiæ, & ex Nehemiæ c. V. & VI. illuſtrandus. (4) Ej. *de optimo Palæſtinæ fructu.* 1712. (5) Ej. *Quatuor animalia Danielis* c. IV. Quatuor Reges Babylonicos adumbrantia. Nebucadnezarem, Evilmerodachum, Belzazerem & Cyrum, cum ſolutione captivitatis Babylonicæ. (6) Ej. *Palmæ*

Palma Jeremiæ ſ. illuſtratio c. XVI. v. 19-21. & c. XVII. v. 1-18. (7) *Semechonitæ ſ. Expoſitio* Pſalmi 120. Hiſtorica. In qua tamen loco Hiſtoriæ Lectori apponuntur tantum conjecturæ Hiſtoricæ.

Ejusdem Jaddus pro Republica ſive Pſalmus CXIX. 1716. Guelpherbyti. Qui à Jaddo Summo Sacerdote Nehem. XII. v. 11. & 22. juxta auctorem, eum in finem ſcriptus, ut ſe in Religione Judaica conſtanter perſeveraturum declararet, utut non pauci ex Judæis ad Cuthæos defecerint, & Samaritani ab Alexandro M. poteſtatem excitandi templum in monte Garizim impetrarint. In cujus & translatione, & illuſtratione multa ſunt præclara. Verum & παραδόξα non pauca. v. g. Linguam Ebraicam & Græcam eſſe unam. p. 55. Genuinam & antiquam pronunciationem vocis יהוה eſſe ιευω, pro qua poſt tempora Antiochi Epiphanis irrepſerit *Adonai* p. 66. Deum apud Latinos nomen habere à τιθημι, apud Germanos vocabulum Gott à κτίζω p. 68.

Ejusd. Jubilæum Reuchlini Symbolicum. Helmſtadii 1715. Hoc eſt lufus ingenii, in varia facta Reuchlini ac fata. (2) Ejusd. *Feſtum Seculare Reuchlini.* Ejusdem commatis. (3) Ejusd. *Phaſiana*, vel, ſi mavis, Lyræ lyræ. (4) Ejusd. *Aureum vellus Argonautarum.* In quo contendit, Argo non navem fuiſſe, ſed cives urbis Achivæ. Et vellus aureum in Colchide fuiſſe proventum fluminis Phaſis, in cujus orificio in maris fundo aurum, conchæ, uniones, & in teſtarum dorſo lana fulgida aurei coloris &c. p. 24. (5)

Ej

Ej. *Oda contra Rittmeierum*, qui Pſalmos Davidis ab Hardio Odas vocari, rinxerat. (6) Ej. *Privati præceptores unde?* Ubi agitur de hodierna Doctorum copia, Præceptorum bonorum inopia, & ſolenni Academiarum juxta atque Scholarum in tradendis diſciplinis veſania. (7) *H. de Haſſia* Epiſt. de oblato Epiſcopatu. Non injucunda lectu. (8) *H. von der Hard de Origine vocis Peſtis*, quæ à Græco πέρδω, πόρδησις ita dicitur, atque hinc apud Ebræos & Arabes fluxiſſe vocem דבר *Debr*. Arabes n. coloniam eſſe Græcorum, & linguam Arabicam magna ex parte Græcam. (9) *H. de Haſſia Carmen* pro pace. Ad confundendos Pontificios perutile. (10) *H. v. d. Hard de Officio Prorectoris Academici, & memorabilibus*. Sec. XV. (11) Ej. *Novum Convictorium.*

[1] *H. von d. Hard Ep. ad P. M. Noltenium de vocatis ab Adamo animalibus.* Gen. II. v. 19. 20. In qua defendit auctor, non id memorare Moſen l. c. ac ſi Deus eum in finem animalia deduxerit ad Adamum, ut quodvis ſuo, & eſſentiæ ſuæ reſpondente, appellaret nomine; ſed ut ex iis ſibi evocaret Sociam, ſi quam ibidem reperire poſſet. [2] Ej. *Exegeſis Pſalmi I.* Quem auctor à propheta Zacharia, poſt captivitatem Babyl. putat eſſe compoſitum, in laudem Serubabelis, qui pro puritate Eccleſiæ Judaicæ pugnabat ſtrenue, & vituperium filiorum Summi Sacerdotis, qui uxoribus alienigenis faſcinati, Cuthæis aliisque heterodoxis erant faventiores. (3) Ej. *Prologus Galeatus contra C. H. Rittmeierum*, qui Auctori in

in profeſſione Theologica erat prælatus. [4] Ej. *Geographiæ lumen Pſalmi I.* ubi] ex Strabone, Plinio, Plutarcho &c. docet per arborem, Pſ. I. v. 3. intelligendam Palmam caryoticam] Hierichunte cumprimis obviam, cujus ſuccus lacti ſimilis, fructus dulciſſimus. [5] Ejusd. *Oda.* [6] *Præceptores unde?* de quibus antea. [6] *Pharao.* Ubi vult, Pharaonis vocabulum ortum ex vocabulo Piromis, quo Ægyptii antiqui ſuos Reges appellarint, quodque idem ſignificarit ac *Primus, præſtantiſſimus.* [7] Ejusd. *Nehemias ſ. Pſalmus CXII.* De quo alibi. [8] Ejusd. *Groſs Hallel, ſ. Pſalmus CXXXIV.* In quo duo Paradoxa. [*a*] Angelum internecionis, qui Ægyptiorum idola & primogenitos deleverit Exod. XII, 12. fuiſſe milites Judaicos v. 10. [*b*] Iſraelitas in Exodo ex Ægypto non tranſiiſſe per mare rubrum, ſed per lacum Sirbonis, & Deum iisdem non unum aperuiſſe tantummodo tranſitum, ſed plures v. 11. [9] *M. J. Oldermanni Trachonitis.* De qua alibi. [10] *H. v. d. Hardt Liber Talmudicus de Jejunio.*

H. v. d. Hardt Limen in Philologiæ & Exegeſeos lucem. Helmſt. 1711. In hoc opuſculo eſt Dictio Hardtiana, h. e. fracta ob nimiam πολυκωλίαν & inciſa, & inſuavis iccirco Lectori, & ſubobſcura. Diſpoſitio incurioſa, neglecta, nulla. Res quædam perutiles de neceſſitate Philologiæ in explicanda SS. quædam vero alienæ prorſus, & longius petitæ & ἀπροσδιόνυσοι.

Ej. Arabia Græca. Helmſt. 1714. In qua origines Linguæ Arabicæ arceſſuntur ex lingua Græca, vel Scythica. [2] *Ej. Arcanum Accentuum*

uum Græcorum, quo docetur [1] Accentus
ræcos non eſſe ſigna Grammatica, ſed oratoria,
k ſignificare, quo tono voces ſint efferendæ, in
rationis contextu, non autem ſeorſim. p. 15.
2] Voces ſeorſim poſitas nec acutos proprie
abere, nec graves, nec circumflexos. p. 16.
3] Ineptire Grammaticos, qui acutum, gra-
em, & circumflexum ſono efferunt pari. p. 18.
: Syllabam gravi & circumflexo notatam ex-
ollunt, cum debeant deprimere. p. 22. [4]
bræos ſuis accentibus non ſonorum tantummo-
o notare differentiam; Sed & gradus ſingulo-
um. p. 44. [3] *Ej. Targum Græcum*, hoc eſt,
*ſalmus I. Chaldaice redditus à R. Joſeph Sag-
nahor*, & Græce ab H. Hardio cum notis Phi-
ologicis.

*Herm. von der Hardt Tres primæ Joëlis Elegiæ
acræ.* Helmſt. 1706. Eſt hæc commentatio
rammatico-Philologico-Pathetica, in Joëlis
. I. & II. à v. 1. usque ad v. 14. In qua ſuppo-
it Auctor [1] Prophetarum omnium Oracula
onſtare verſibus. [2] Joelis Vaticinium ab-
olvi VI. Elegiis, Jambico tetramento ſcriptis, 20.
ere annis Joſia, Joahajo, Jojakimo, Jojachimo &
Zedekia in Judæa regnantibus. [3] Voces ac Syl-
abas plerasque ad affectus indolem inflexas, &
d tremulum ſingultus ſonum eſſe ingemi-
atas.

H. von der Hardt Moguntina Reuchlini Hiſtoria.
Helmſt. 1715. Quæ duorum tantummodo Men-
ium Acta comprehendit; Sed multa tamen ex-
ibet memorabilia. Et majorem procul dubio
ratiam à Lectore retuliſſet Auctor, ſi huic nu-
cleo

cleo non tot circumjeciſſet cortices, & narrationem ſimplicem tot Symbolis non involviſſet. (2) Ej. *Syria Græca.* In qua (*a*) Hiſtoria renati per Europam Studii Philologici, inde à Sec. XIII. usque ad Sec. XVI. eſt peregregia. (*b*) Duo Matthæi Capita II. & III. Syriace Græc. & Lat. cum Annot. Phil. ſunt lectu digna. (*c*) Paradoxa hinc inde inſerta ulteriore diſquiſitione ſunt digna, v. g. *Linguam Syriacam* & Perſicam majori ex parte eſſe Græcam, p. 17. & 76. Magos Matth II. 1. non gentiles fuiſſe; Sed Legatos Judæorum exulum in Perſide, vel Babylonia, vel etiam Syria p. 74. ſeq. Elymam Act. XIII. 6 Magum doctum fuiſſe Judæum binominem Barjehu vocatum ante coecitatem, Elymam poſt eam p. 109. Simonem Magum Act. VIII. 9 Et ſeptem Scevæ filios Act. XIX. 33. fuiſſe circulatores. *Ejusd. Pſalmus XC.* quem ab Eſra putat eſſe confectum, qui per Proſopopæiam Moſen in eo introducat loquentem, & brevitatem ſplendoris priſtini, cum præſente, & futura calamitate reipubl. Judaicæ comparantem, cui ab Hamano Amalekita tum parabatur exitium. (4 Ej. *Pſalmus XCI.* qui eſt declaratio publica gentis Judaicæ de ſua fiducia in Deum, & exſpectatione ſalutis ab imminente interitu &c. p. 12 (5) Ej. *Pſalmus XCII. XCIII. XCIV.* Qui omnes ab Esdra confecti ſunt in publicam à cæde quietem, & ceſſationem à ſtrage memorabili. p. 5 (6) Ejusd. *Kayſer Otten des IV. Viſite anf den Kloſter Marienberg.* (7) Ejusd. *Hertzog Rudolff Auguſtus Freude.*

H. von der Hardt de Homeri Βατραχομυομαχία. Helmſt. In hoc opuſculo Auctor ſtilo magis declamatorio, quam Hiſtorico, defendit, (1) Mythologiam Græcorum non res Ethicas, vel Phyſicas; Sed Hiſtoricas abſcondere, & ob hoc principium Hemeneuticum neglectum, Poëtas ab Eruditis quidem lectos; Sed non intellectos. p. 7. ſeq. (2) Batrachomyomachiam Homeri eſſe bellum Trachiniorum & Myonenſium ab Homero Symbolice deſcriptum. p. 20.

Ej. Moguntina Reuchlini Hiſtoria. Helmſt. 1715. de qua ante.

Ej. Circe Homeri Cirrha Phocidis. Helmſt. 1716. In præſtigioſa magnarum rerum ſpe fumos vendit Auctor, & Hiſtoriarum reconditarum loco, Lectori exhibet luſus ingenii, & Analogias grammaticas, & conjecturas, & fabulas. Siquidem non probat, ſed divinat tantum, Circem fuiſſe urbem Phocidis Cirrham. p. 10. ſeq. Et Ulyſſis Socios non phyſice mutatos, ſed ethice, & politice, & blandis illectamentis eo deductos, ut Cirrhæ imperio ſe ſubjicerent. p. 26. ſeq.

Ej. Schechanjah und Meſchüllam. ibid. 1253. In quo putat. (*a*) Pſalmos graduum ſic eſſe dictos, quod eo tempore publice ſint decantati, quo Lex ab Esdra in Cathedra fuerit prælecta, Nehem. VIII. 4. Atque hinc rectius vocari *Cathedrales.* Cathedram enim Esdr. IX. 9. dici מעלון. p. 22. ſeq. (*b*) Pſalmum CXX. Cathedralium Pſalmorum primum, eo tempore a Nehemia confectum. (2) *Ej. Geographia luten Pſalmi I.* de quo alibi. (3) *Ej. Nehemias ſ.*

Pſalmus CXII. de quo alio loco. (4) *Ej. Diſſert* *de Accentuatione.*

Ej. Tr. Talmudicus de plagis. ibid. Ab eoden Græce & Latine redditus. (2) *Ej. Chebron* ibid. 1720. Ex quo patet non deeſſe eidem fa cultatem lacunas Lundii in Antiqq. Ebraic ſupplendi, & παροράματα Bocharti, Relan di, Cellarii, &c. in Geographia Sacra cor rigendi.

H. von der Hardt Tr. de IV. Monarchiis. Helmſ 1708. In quo nova quidem, ſed vero eſt pe ſimilis Auctoris conjectura. (*a*) In præfat. p 12. Locum Gen. XLIV. 5. non ita exponen dum; *Iſt nicht das, da mein Herr aus trincket, un damit er weiſſaget.* Sed ita, *Iſt das nicht da mei Herr aus trincket, und hat er nicht recht geweiſſaget* Scilicet, *Daſs ihr Landverräther und unredl. Leu wäret?* (*b*) In tractatu, locum Dan. II. 27-4 non agere de IV. Monarchiis, ſed de una Mo narchia Babylonica, qualis futura ſit ſub Nebu cadnezare, ſc. aurea v. 31. 32. Elvimerodach argentea v. 32. Belzazero ferrea v. 32. Cyr mixta, v. 33. Atque tum Eccleſiam & rempub Judaicam reſtitutum iri. v. 34. 35. (2) E *Sipphara Babyl.* ibid. 1708. In quo contend Obadiæ. v. 20. per *Sepharad* intelligi Sippharan illuſtrem Babyloniæ urbem, in qua Judæi, tempor Obadiæ, captivi hæſerint.

H. von der Hardt Mythologia Græcorum. Lipſi & Gosl. 1716. in hac Mythologia haſtaque ſcuto, ſaxisque ingentibus inſtat Auctor, ut d fendat; Bellum decantatum Pygmæorum Gruum, duarum urbium Græcarum; Geranæ

& Pagarum in Megaride fuiſſe certamen. Et Pygmæos ex ignorantia linguæ Ebraicæ, & Geographiæ Antiquæ in editionem vulgatam Ezech. XXVII. 11. irrepſiſſe. Quorum prius, ſi veritati am reddidiſſet ſimile, ut poſterius, omne tuiſſet punctum, & calculos cunctorum procul dubio promeruiſſet.

Renards de Samſon. Machoire d' ane &c. Quæ in hoc faſciculo continentur Schediaſmata Paradoxologica omnia, Auctorem agnoſcunt Hermannum *von der* Hardt. Et ſunt (1) Renards de Samſon. (2) Machoire d'Ane. Helmſt. 1707. In quibus id agit, ut lectori perſuadeat; Vulpeculas Samſonis fuiſſe ſtraminis manipulos. Et maxillam aſini cohortem militum. Quam utramque Metamorphoſin Vir doctiſſ. non habet à ſe, ſed ab alio, Auctore ſcilicet obſervat. Tom.VIII. obſervat XIV. p. 368. Et Germ. Tom. II. obſervat VII. p. 134. ſeq. Qui jam 1704. has ſuas meditationes cum orbe erudito communicaverat. (3) *Corbeaus de Elie* de quibus judicamus alibi. (4) *Les quatre Monarchies.* Quarum conſule ſis edit. Latinam. (5) *L' Antichriſt*, de quo in ea Editione, quæ ſeparatim prodiit.

Corbeaus d' Elie. Sine loco & tempore. Auctor hujus Diatribæ eſt H. *von der* Hard, qui in ea contendit, Eliam tempore perſecutionis Achabi non à corvis; Sed à civitatis *Orbo* incolis eſſe nutritum. Nec *primus* eſt vir doctiſſ. qui hoc nomen commune in proprium mutandum exiſtimavit, ut patet ex Matthiæ Poli Synopſi Critica in h. l. Sed abit hæc hypotheſis. (1) à συναφεια textus,

 qui

qui delituiſſe Eliam dicit. 1. Reg. XVII. 3. h. e. fuiſſe in loco occulto, & ignorato ab omnibus. (2) ab interpretatione communi τῶν ό, & interpretis vulgati, & Patrum Græcorum, ac latinorum omnium, nec ullum habet perfugium, niſi in urbe cerebrina, & utopica, & conſenſu duorum vel trium Rabbinorum.

L' Antichriſt. Sine loco & tempore. In hoc ſchediaſmate contendit auctor Doctiſſ. Hermannus *von der* Hard, ſcriptores N. T. & ſpeciatim Paulum, 2. Theſſ. II. 1-12. & Johannem 1. Ep. II. 17-23. & c. IV. 1. 2. 3. 4. Per Antichriſtum ſolum intelligere populum Judaicum, acerbiſſimum Chriſti, vel Meſſiæ inimicum. Quo animo in locis SS. citatis explicandis toto cœlo quod ajunt, à ſententia communi Interpretum diſcedens, occaſionem dedit Viro doctiſſ. V. E. Löſchero, ſe huic ſententiæ Paradoxicæ objiciendi, in Exercitat. Theologica, qua oracula Biblica 2. Theſſ. II. &c. à perverſionibus Auctoris Schedæ Helmſtadienſis vindicantur. *Renards de Samſon.* De hac Diatribe quid ſentiamus, diximus alio loco.

Hiſtoire de Bileam. Sine loco & tempore. Auctor eſt Herm. *von der* Hardt, qui hac Sched Hiſtoriæ Bileamiticæ non parum lucis affudit. Sed hoc ipſo ſimul laudem promeritam decoxit, quod & tacente & contradicente Moſe, illud Bileami cum aſina colloquium eidem non obtigiſſe revera contendit, ſed tantum per ſomnium.

H. von der Hardt, Licht Jonæ. Helmſt. 1720. De quo alibi! (2) *Ejusd. hohe und helle Sinnbilder*

Jona

Jonæ. ibid. 1720. In quibus ea quidem dicuntur uberius, quæ in appendice *des Lichtſ Jonæ.* p. 198. dicta ſunt; Sed nihil tamen dicitur, quod ibidem non dictum ſit prius.

H. von der Hardt Chriſten Freyheit. Helmſt. 1720. In quo opuſculo non ſine ratione tuetur Chriſtianiſmum Germanorum à Sec. VIII. usque ad Sec. XVI. ab Ethniciſmo externa tantum forma fuiſſe diverſum. An vero eadem dexteritate defenderit (1) πίςις vocabulum in tota Ep. Pauli ad Rom. non aliter transferendum, quam per *Vertrauen.* (2) *Prædeſtinationis* negotium in Ep. ad Epheſ. c. I. ſignificare ſolummodo, reſpectum ordinis in vocatione ad regnum Chriſti inter Judæos & Ethnicos, (3) Cap. XI. Ep. ad Rom. ita intelligendum, prout ipſe explicuit, Definiri ab aliis, quam ipſimet definire malumus. (2) *Ej. Licht Jonæ.* In quo opuſculo occurrit. (*a*) *Lux è tenebris.* Siquidem SS. illuſtratur è Geographia, & Hiſtoria antiqua Judaica, Aſſyriaca, Medidica, Scythica. (*b*) *Tenebræ in luce.* Quippe hic libellus eſt quaſi Synopſis variorum Paradoxorum. (α) *Grammaticorum*, v. g. Hebræos ita dictos ab urbe Hebron p. 35. (β) *Geographicorum.* v. g. Adamum habitaſſe in Aramæa. p. 59. Hebrones fuiſſe duas. p. 78. Ophiram non fuiſſe in India, ſed in Aſia Minore. p. 147. (γ) *Hiſtoricorum*, de Nino. p. 170. Belo. 129. Semiramide. 131. (δ) *Theologicorum*, Iſraelitas non transiiſſe per mare rubrum, ſed per lacum Sirbonis. 93. Miracula Chriſti non fuiſſe Phyſica, ſed Ethica. 27. Jonæ Hiſtoriam totam eſſe Symbolicam. 198. ſeq. (3) *Ej. Chebron.* De quo ſupra.

Joh. Oldermanni Trachonitis. Helmſt. 1712. In hac diſſert. M. J. Oldermannus. Herm. *von der* Hard diſcipulus, conſanguineus, & Collega, non ſine ſpecie veri, & Polyhiſtorias laude diſputat, Zach. IX. 1. per Terram Chadurach intelligi Trachonitidem.

Sigiſm. Beermanni IV. Epiſt. de Evangelicæ Rei Integritate Hardtiana. Wolffenb. 1721. Auctor in Epiſtola (1) Fatetur, ſe, in allegando Clementis I. decreto, eſſe lapſum. (2) Conqueritur de adverſarii dicteriis, vitilitigiis, cavillationibus, Sophiſmatis, tergiverſationibus, & deſertione ſtatus controverſiæ. (3. & 4.) Negat, antiquos Auctores promiſcue uſos ratione ſcribendi Symbolica. Quæ omnia ita exponit, ut adverſarium non raro premat graviter, ſed & nonnunquam in illum ipſum lapidem, quo eundem premit, offendat.

Ej. Diſſertatio Epiſtolica. ibidem 1719. In hac Epiſtola Hardtii (1) Programma de rebus Jonæ p. 1-59. (2) *Ænigmata Jonæ* 59-74. (3) *Hercules in Carcharia.* 74-78. ſub incudem diſquiſitionis revocatur. Et ejus principia Hermeneutica eſſe partim ruinoſa, & ficulnea, partim periculoſa & noxia aſſeritur. p. 72. ſeq.

Herm. von der Hard Tr. de Circumciſione. Helmſt. 1700. Qui prodromus eſt Juris Judæorum Canonici, in rationes & Origines ejus inquirens: cujus Epidromum promittit Auctor in præfat. Et in præmiſſo program p. 2. Syntagma diſcrimen rei Judaicæ hodiernæ & Moſaicæ exponens. Et ſane leonem ex ungue, & ex hoc unico ſpecimine ſatis agnoſcimus, quam idoneus ſit, ad ea

quæ

quæ ſpopondit, dependenda. (2) *Ej. Amos græce & latine redditus*, ubi verſio Græca ab Auctore ad Dialectum Ebraicum eſt accommodata, Latina paraphraſis ad ſenſum prophetæ eruendum adornata. (3) *Ej. Jonas in Carcharia & Jonas ſub Sillicyprio.* In quo Ninive mutatur in Samariam, Carcharias in Aſſyriacum imperium, Miraculum in Symbolum, Hiſtoria in fabulam, Jonas in typum Imp. Iſraelitici, typus Matth. XII. 40. in alienum ſenſum; ſcilicet, ne ſolis pictoribus atque Poëtis

Quælibet audendi ſemper ſiet æqua ſpoteſtas.

(4) *Ejusd. Hordeum Hoſeæ.* In quo id auctor denuo repetit, quod in diſſert. VIII. in Hoſeam jam ante plures annos tradiderat ſc. Hordeum Hoſeæ III. 2. fuiſſe *Ein gehäuffter Wiſpel Gerſten.* (5) *Ej. Mundi ordo. Ej. Ephemerum. Ej. Brulefer.* (6) *Sigiſm. Beermanni Ep. ad amicum de Jona Hardii.* In qua notatur in Hardio abuſus ingenii, defectus judicii, pruritus mutandi miracula in Symbola, & naturalia, hiſtorias in fabulas, quadrata in rotunda, cygnos in corvos vel cercopithecos.

(1) *Ludovici Winslovii Anima Locata.* Hafniæ 1704. Scilicet incidit in Scyllam, dum vult vitare Charybdin, Auctor. Et proſtrato Scholaſticorum dogmate, quo, animam eſſe totam in toto corpore, & totam in qualibet ejus parte, propugnant, eam in ſuperiore corporis regione, ſive ſupra umbilicum, & in corde ſedem habere contendit. Cum æque alienum ſit à natura Spiritus, eſſe totum in loco uno, ac in pluribus.

Imo iſtud magis quam hoc videtur abhorrere à Spirituali animæ eſſentia; Quam qui in corpore locatam eſſe dicit, dicit eſſe corpoream. (2) *Jenckini Thomaſii* vel (quod verum Auctoris nomen eſt) *Jenckini Philipps tr. de anima brutorum*, Altorfiii 1713. In cujus dictione fucatus eſt, non naturalis nitor. Nec ſatis accurate in conflictu digeſta eſt acies, aut ſtatus controverſiæ conſtitutus. Argumenta autem ita adornata, ut veroſimilitudine perfundant magis animos legentium, quam vi, & gravitate, & acumine perfringant & ad id amplectendum compellant, quod auctor ſibi ſumſit defendendum; *Animam brutorum eſſe immortalem & immaterialem.* Id tamen p. 72 non invalido concuſſum eſt ariete, quod & J. F. Buddeum olim ſparſiſſe novimus παράδοξον: *Materiam cogitationis fieri poſſe participem.*

(1) *A. F. Cämmerer Unterſuchung von der Seelen* Leipzig 1713. Opus à veritate non tantum: Sed ab omni veritatis ſpecie ſejunctum, & ex meris petitionibus principii contextum. In quo de ortu animæ & propagatione ejus per traducem p. 72. ita diſſerit Auctor, ut obſcurum per æque obſcurum, & incertum exponat per incertius, & animæ ſubſtantiam fere transformet in accidens. (2) *Ephraim Gerhard von Ausbeſſerung des Verſtandes und Willens.* Halle 1708. In quo Schediasmate Auctor de intelligendi & volendi facultate ita diſſerit, tanquam de rebus toto cœlo inter ſe diverſis, quæ non magis diſtant in anima rationali, quam in lingua facultas attingendi cibos, eosque guſtandi, & diſcernendi gratosque abſorbendi, & ingratos exſpuendi

Una

Jna eſt facultas intelligendi & volendi in anima, quæ pro diverſitate actionum, & paſſionum, quibus diſtinetur, diverſa habet nomina. Adeoque emendata facultate intelligendi, emendatur etiam facultas volendi. Facultas, inquam. Quæ cum actu non eſt confundenda. (3) *Anonymi Meditatio de quiete animæ.* ſ. l. 1713. Qui ſermonis Romani Syntheſin, rectius videtur intelexiſſe, quam Analyſin SS. (4) *Chriſt. Thomaſii Erinnerungen wegen ſeiner Winter-lectionen.* Halle 1702. In quibus multa peregregia, ea maxime, quæ p. 23. ſeq. de Wahrmundi cujusdam forma reipubl. feliciſſima ſunt allata. Verum & multa liberius dicta, Paradoxa, profana, offendiculi plena, & ad Clerum tantummodo proſtituendum comparata. Unde & prælectiones publicæ in SS. in quibus Hiſtoriam de differentiis juſti & decori explicare ingreſſus erat, auctoritate publica eidem interdictæ ſunt.

M. G. Horſtii tr. de anima. Witteb. 1705. (2) *Eilhardi Lubini Phosphorus, de prima cauſa & natura mali.* Roſtochii 1600. De qua alibi copioſius.

G. Craſi Homerus Hebræus. Dordraci 1704. Homerum in Odyſſea tradere Hiſtoriam gentis Iſraeliticæ ab O. C. usque ad Moſis obitum, & in Iliade ea, quæ in expugnatione Hierichuntis acciderunt, contendit Auctor; Sed iis armis, quibus J. Harduinus, & H. Hardius παράδοξα ſua tueri ſolent, conjecturis, ſuſpicionibus, divinationibus Grammaticis, vocum quarundam analogiis, & originibus longe arceſſitis, ineptis etiam interdum, & frigidis, & perridiculis, ut luſiſſe Virum, non ſerio hæc agitaſſe animo, videri

 poſſit,

poſſit, quæ in hac Diatribe prodidit. Sane eadem veritatis ſpecie quis Homerum Germanorum res geſtas deſcripſiſſe demonſtrare queat, ſi literis, & otio ita abuti liceat. Et rectius fortaſſis famæ conſuluiſſet Auctor, ſi Tomum hunc primum Operis iisdem carceribus continuiſſet, quibus ſecundum, quem plane in lucem prodire non paſſus eſt.

Zach. Bogan Homerus Ἑβραΐζων, & *Heſiodus* ὁμηρίζων. Oxoniæ 1658. Opus non facile obvium. In quo G. Cræſus in introduct. in Homerum Ebræum c. XI. p. 171. ſeq. laudat induſtriam & ſedulitatem; Sed duas inſimul ab Auctore admiſſas notat maculas; (1) Quod varia dicend genera ſpargat, ex Homero & Sacro codice petita, in quibus nulla prorſus eſt convenientia (2) quod plura omittat, in quibus convenientia eſt maxima. Quod utrumque exemplis etiam corroborat. Nec injuriam facit Bogano Crœſus Cui hæc de muſtaceo ſuo perdenti, illa tamen remanet laureola, quod majore veritatis ſpecie docuerit, Homerum interdum proxime acceſſiſſe ad Ebræorum dialectum, quam Crœſus docuit, Homerum in Iliade & Odyſſea deſcripſiſſe res Ebræorum.

Pauli Scalichii Satyræ Philoſophicæ. Regiomont 1563. A ſola raritate commendandæ. Siquidem à pauciſſimis viſæ ſunt. Cæterum non ita comparatæ, ut apud eos, qui recte judicant, magnum pondus habere queant. Dictio enim eſt impura, aſpera, lutulenta, obſcura, maculoſa. vocabulis peregrinis, & phraſibus inuſitatis, & à linguæ Romanæ indole alienis, fœdata. Structura

tura turbulenta, & interdum temeraria. Et
es pleræque Scholaſticæ, Lulliſticæ, Cabaliſti-
icæ, ſine ratione Paradoxicæ, ſine utilitate ſpi-
oſæ, ſine neceſſitate variæ, Theologicæ, Phi-
oſophicæ, Philologicæ, Medicæ, Hiſtoricæ, Ma-
icæ &c. Ut non ſine ratione *Miſcellanea* dicta
ſſe ab Auctore appareat.

*Chriſtiani Democriti Vera Demonſtratio Evangeli-
i.* Francof. 1729. Ecce! Syſtema Theologi-
um, ipſius Auctoris judicio (p. 204.) novum, Pa-
adoxicum, & in Scholis Theologorum inaudi-
um. Nec eſt facile, qui Articulos fidei & mo-
um eo ordine collocarit; At, qui Articulos eos-
em tradiderint, facile nominari poſſunt. F. So-
inus, P. Poiretus, Democritus Chriſtianus,
G. Arnoldus, J. W. Peterſenius, & alii. A
uorum nominibus ſtudioſe ſe abſtinuit Auctor,
tut vitulo eorum ararit ſæpius, & eorum ope
djutus totum hoc Syſtema excitarit. In quo

Diruit, ædificat, miſcet quadrata rotundis.

Diruit antiqua p. 33. ſeq. falſitate eorum, quod
icit, & contrarietate, ἀλογια etiam & ἀγραφία
no & ἀντιγραφία, & aliis ejusmodi maculis,
Theologiæ corpus contaminantibus, commotus;
p. 34.) Sed non meliora ſunt, quæ ædificat.
Dictio quidem eſt vegeta, ſed impura, bilioſa,
nordax, Satyrica, canina, ſceptica, & ad
currilitatem usque intemperans. Oeconomia
Socratico-Erotematica; Sed quæ novæ Theolo-
giæ capita ita proponit, quaſi de tripode. Cum
ion iisdem tantum, ſed & pluribus morbis la-
borent; quibus receptos adhuc Theologiæ Arti-
iculos laborare Auctor conqueſtus eſt. Diſplicet
ei

ei Proteſtantium Theologia, quod vocabulis iræ, vindictæ, odii, improprie & κατ' ἀνθρωποπάθειαν intelligendis inædificata ſit (p. 33.) Et ipſe *Amori*, ejusdem commatis vocabulo, ſuum Syſtema ſuperſtruxit. Omnia, quæ de Deo concipiuntur, in amorem ejus poſſe reſolvi ſcribit p. 26. Sed omnipotentia, omniſcientia, omnipræſentia, æternitas & alia ſexcenta, quomodo in amorem reſolvi queant, non diſpicimus. Supponit etiam multa in explicatione SS. quæ aut dubia ſunt admodum, aut oppido falſa, ut p. 171. & 243. Miſcet legem & Evangelium, Vires naturæ & gratiæ. Et id Theologiæ Proteſtantium tribuit, quod eſt Theologorum, & quidem quorundam tantum, quod ipſe fatetur, non autem omnium. Et hæc de Theologia ejus thetica. De Ethica hoc unum eſſe neceſſarium dictitat, Amare Deum & proximum. At ipſe totus ardet odio erga noſtram Eccleſiam. Et id agit ſolicite, ut omnes Theologos omnium odio exponat. Imo eum etiam, quem ipſe agnoſcit doctiſſime & modeſtiſſime contra ſe ſcripſiſſe, Dominum Schröderum tam intemperanter lacerat, ut vel & eo ſatis pateat, ne quidem ſcintillulam amoris Chriſtiani in hoc Chriſtiano ſupereſſe.

Hieronymi Rorarii Libri II. quod animalia bruta ſæpe ratione melius utantur homine, cum annot. G. H. Ribovii. & diſſert. de anima brutorum. Helmſtadii 1728. Ubi non repetimus, quæ diſſeruimus alio loco de Rorario. De Ribovio autem exiſtimamus (1) Ejus Scholia Lectori eſſe perutilia, quia in iis, quæ vere à Rorario dicta ſunt, corroboravit, quæ falſo, confutavit, fonteſque, è quibus pleraque

que hauſta ſunt, indicavit & exempla exemplis auxit. (2) Ejus Diſſertationem eruditam omnino, & rerum jucunditate & varietate commendabilem; Sed ita comparatam, ut, quid non ſit anima brutorum, ex ea appareat magis, quam quid ſit, &, quid poſſibile, conſtet luculentius, quam quid probabile.

Chriſtiani Melodii Einfluſs der Göttlichen Warheiten in den Willen. Helmſt. & Lipſiæ 1728. Qui in præfatione p. 14. perpauca, & fere nulla aliorum monumenta manu verſaſſe, Lectori perſuadere connititur Auctor hujus novi pegmatis *M. Adamus Bernd*, Catecheta olim & Paſtor Lipſienſis, ad D. Petri; In opere ipſo oblitus ſui, ad Patres omnes (p. 295.) Sholaſticos (p. 146.) & recentiores provocat, noſtros videlicet (232.) Pontificios (p. 65. 66.) Carteſianos (p. 57.) & eos cumprimis diligenter à ſe volutatos eſſe teſtatur, qui in Philoſophia juxta & Theologia ſunt παραδοξώτατοι, Jac. Böhmium, B. Spinozam, Hobbeſium, Beverlandum, Malebranchium, Lockium, Thomaſium &c. Et qui præter τὸ τὶ, etiam τὸ πῶς influxus veritatum in voluntatem ſe demonſtraturum recepit in præfat. p. 3. poſtea p. 39. diſerte profitetur, ſe iſtud ignorare, imo &, an influxus ille Phyſicus an occaſionalis ſit, ambigit l. c. Et tamen neceſſarium eundem eſſe pronunciat p. 49. in veritatibus practicis cumprimis, ut, quam ſibi delegerat cauſam, eo facilius ſuſtinere poſſet. Scilicet, nullum vel Pontificios, vel Reformatos, vel Lutheranos, fovere errorem execratione dignum (591. 623.) Et ſi qui in iis magis vel minus

minus à veritatis divinæ tramite defluant, Lutheranos maxime à linea diſcedere. Hæc enim quaſi Metropolis eſt hujus opuſculi, quod à Magiſtratu ſevera lege venumdari prohibitum, & à Friderico Wagnero in appendice *des Verſuchs einer gründlichen Unterſuchung, welches der wahre Begriff von der Freyheit des Willens ſey* p. 531. - 696. confutatum, Auctor, peculiari Epiſtola ad V. E. Löſcherum data, & p. 1020. ſeq. *Der fortgeſetzten Sammlungen* inſerta, ipſemet retractavit quidem & condemnavit; Sed, quod ex ſcribendi ratione, & aliis ejusdem poſtea editis monumentis apparet ſatis, formidine pœnæ potius quam veritatis amore. Nec tam levidenſe eſt hoc vulnus Eccleſiæ noſtræ inflictum, ut Scheda privata perſanari queat. Peccata publica confeſſione publica diluenda ſunt. Ambigue dicta explicanda. Pontificiis, Reformatis, Syncretiſtis, Puccianis, Dippelianis, Indifferentiſtis, Latitudinariis, Amyraldiſtis, Spinoziſtis, Scepticis &c. ſua reſtituenda. Et quæ magna animi παῤῥησίᾳ in vulgus ſparſa ſunt, vitilitigia, & ſophismata, & paradoxa Theologica & Philoſophica, ex his ſchedis ſunt proſcribenda. Quo facto non multum ſupererit, quod morari Lectorem queat. Nec comminiſci poſſumus, quare auctor germanico idiomate conſcripſerit hoc ſuum Syſtema, qui p. 23. ipſe fatetur, res in eo traditas abſtractas eſſe, & ſubtiles admodum, & (ut p. 95. pergit) vulgo non proponendas.

I

IN DUODECIMO.

MR. *de Salignac Fenelon Explication des Maximes des Saints.* Francf. 1698. Auctor hujus explicationis è Scriptore fabulæ Romanenſis, (Telemaque) neſcio qua metamorphoſi, factus Theologus Myſticus, docuit, amorem purum, & omni ſpe boni & metu mali vacuum, eſſe radicem omnium virtutum, & apicem totius Chriſtianismi. Quo ipſo ſe inimicis omnibus, & in iis Dominæ de Maintenon, regis pellici, exhibuit criminandum, quæ diu occaſionem exſpectaverat omnem ſuam bilem in eum evomendi, quod in ambitu coronæ regiæ ſibi reſtitiſſet. Vix enim in lucem prodierat hic libellus, cum in Moliniſmi vel Quietiſmi ſuſpicionem adductus, & à Noaillo, Bouſſueto, & Godeto examinatus, hæreſeωsque accuſatus, à Papa Innocentio XII. proſcriberetur, & Auctor ipſe ad eum publica Palinodia recantandum adigeretur.

Moyſis Amyraldi Betrachtungen über den Zuſtand der Gläubigen nach dem Tode. Leipzig 1696. In hoc libello quædam obelo, ſed plura ſunt Aſteriſco digna. Etenim nonnulla in eo ſunt obſcura, ambigua, incerta; Sed & multa præclara, ſingularia, egregia, & in aliis hujus commatis libellis non facile obvia. Et, quod mireris, nulla prorſus Auctoris Sectam redolentia, qui Eccleſiæ reformatorum fuit addictus.

Ejusd. Diſſertationes Theologicæ Sex. Salmurii 1660. Auctor harum diſſert. JCtus primum, poſtea Theologus, reformatæ religioni addictus,

Paſtor

Paſtor fuit & PP. in Academia Salmurienſi, & in eo à linea reformatorum defecit, quod Gratiam Dei docuit eſſe univerſalem (vid. p. 119.) & ſalutem æternam ſine cognitione Chriſti poſſibilem (vid. p. 151.) Quod utrumque in Synodis Galliæ nationalibus rejectum eſt, Alenconienſi puta, Carentonenſi, & Julio-Dunenſi. Nec defuerunt ex Reformatorum ordine, qui eum ſcriptis publicis impetiverunt. Petrus Molinæus, Frid. Spanheimus, Georgius Reveau &c.

Anonymi cujusdam ſeria Diſquiſitio de Statu, loco & vita animarum. Sine loco & anno. Prima hæc eſt editio hujus diſquiſitionis, eaque rarioris commatis, cujus Auctor Joh. Chriſtoph. Artopæus, (alias Becker) PP. Argentoratenſis, Vir fuit in Linguis & ſcientiis, Hiſtoria cumprimis, Sacra & Profana, verſatiſſimus. Atque ex eo omnes profecerunt, qui ab eo tempore h. e. ab A. C. 1670. novas fornaces animarum purgatorias poſt mortem defenderunt, Poiretus, inquam, Peterſenius, Arnoldus &c. Nec ita contuſa eſt hæc hæreſis in ſubjecto Examine à Bebelio, ut vel Sectatores nullos habuerit Artopæus, vel adverſarii ejus omnes hoc Bebelii Catone potuerint eſſe contenti. (2) *Balthaſ. Bebelii Examen ſeriæ diſquiſitionis.* Argentorati 1671. (3) *Theodori Reinkings das Leben der Seelen im Tode.* Lübeck 1672.

Anonymi Unſterblichkeit der Menſchen an Leib und Seele. Leipzig 1702. Auctor hujus Opuſculi eſt *Asgillus* Anglus, qui ex eo, quod Chriſtus Joh. XI. 25. & 26. dixerat, Credens in me non morietur εἰς τὸν αἰῶνα, collegit, ergo non morietur;

ur, quæ manifeſta eſt fallacia compoſitionis & livifionis. Item non morietur totaliter, & pœnaliter. Ergo non morietur. Quæ eſt fallacia à licto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Item non morietur vere, ſed tantummodo apparenter; quia mors credentium non eſt mors, ſed ſomnus & vitæ veræ initium) Ergo non morietur; Quæ eſt fallacia ignorationis Elenchi. Et ſequeretur ex eo, quod contendit Auctor, neminem poſt C. N. in Chriſtum crediſſe.

Haranei Geierbrands Pictura Mundi. Sine loco 1711. Philoſophi ſi vel maxime vera ſciant, & omnia qualitatum hujus terræ principia, inde amen minime concludunt ſecure, quod eadem n reliquis etiam ſint planetis. Id quod facit hu-us Schediaſmatis Auctor.

Ejusd. Gedancken von mehr als einer bewohnten Welt. Jena 1718. In hoc opuſculo Auctor, it ipſe ſcribit in Apologia p. 23. tria ſibi ſumit pertractanda, (1) Solis quietem & centralitaem in orbe noſtro. (2) Pluralitatem Mundorum. 3) Rationes utriusque hujus hypotheſeos. Atque hoc caput tertium inprimis vult eſſe ſuum . c. quod plane non aliunde acceperit. Sed intar araneæ de ſemetipſo eduxerit; Verum, ſi quis hæc meletemata compoſuerit cum Fontanellio, Hugenio, Zimmermanno, Hevelio &c. facile deprehendet, nihil in iis dici, quod non dictum ſit prius. Animadvertet præterea d canonem vulgatum; A poſſe ad eſſe N.V.C.). 37. frigide reſponderi, poſſibilitatem ſubinde confundi cum veritate, petitiones principii frequenter committi, & argumenta illuſtrantia

efferri loco probantium, nec nullas omnino occurrere vacillationes, contradictiones, ἀσυλλογισίας, & præjudicia quædam pervulgata, ſexcenties ab aliis confutata, & ad purgamenta Parnaſſi rejecta, ut p. 55.

Geſpräch von mehr als einer VVelt. Leipzig 1698 Auctor eſt Mr. Fontanelle, Secretarius Academiæ Regiæ Scientiarum Pariſienſis. Vir ingenioſus teſte C. Hugenio in Cosmotheoro, L. I. p. 5 Qui hos dialogos, Romæ 1688. juſſu inquiſitionis officii combuſtos, Gallico idiomate vulgavit primum, ex quo à Tſchirnhauſio in linguam germanicam translati ſunt. Et negari non poteſt eos mira feſtivitate eſſe ſcriptos, adeoque lectu perjucundos, ut ſunt omnia hujus Auctoris; Verum ſi fundamenta inſpexeris, quibus tota hæc ſcena de terrarum cœleſtium incolis ſuperſtructa eſt quæque Dialogo VI. p. 163. uno quaſi faſciculo comprehenſa ſunt, facile videbis, quam ruinoſa illa ſint, & quam vere dici queat, Mundos hos omnes vel ex nihilo, vel ex rudi indigeſtaque mole, ab auctore eſſe conditos.

Stantes in intermundiis novos mentis
In Officina cudimus Deo Mundos,
Quos format orbes Ille, nos reformamus.
Poſt Protoplaſten huncce, Deuteroplaſtæ.

Satyriſche Geſichte und Traum-Geſchicht. Sine loco 1667. In hoc volumine continentur. (1) *Dominici Gonſales fliegender VVandersmann.* Quæ ingenioſa eſt fabula, conficta à non nemine Eclecticæ Philoſophiæ addicto, ut Syſtemati Copernicano fidem conciliaret, & vulgares quosdam Philoſophorum errores dilueret. (2) *Satyriſche Geſic*

ſichte von mir und dir. h. e. Satyra mordax
idem, ſed confuſa, & agreſtis, & ruſtica. (3)
iſe-Beſchreibung nach der Obern neuen Monds-Welt.
usd. Auctoris & commatis.
Michaëlis de Molinos Geiſtlicher VVeg-VVeiſer.
ancf. 1699. Fatalis hic libellus tantum for-
næ ludibrium eſt expertus, ut vix alius ean-
m ita parentem habuerit & novercam. Ab
no enim 1675. quo primum Hiſpanice eſt edi-
s, usque ad annum 1685. à Summis, Medioxi-
is, & imis miris encomiis eſt exornatus, in lin-
iam item Italicam, Gallicam & Hollandicam,
iasque exoticas traductus, & intra quinquen-
um plusquam 20. vicibus excuſus. Et hoc,
ci non poteſt, quantum Jeſuitis & Dominica-
s terrorem incuſſerit. Qui facile prævidebant,
ntum Theologiam ſuam exteriorem habituram
etrimenti, quantum interior hæc Moliniſtica
crementi ſit impetratura. Atque hinc illæ la-
ymæ! Hinc, inquam, factum, ut hoc opuſ-
ılum non tantum ab A. C. 1685. ab Anti-Quie-
ſtis fuerit confutatum, & nota hæreſeωs infa-
atum, & tandem 1687. publice damnatum,
legi prohibitum; Sed & Auctor ejus eodem
ıno ad perpetuos carceres eſt detruſus, in quibus
696. d. 27. Dec. non ſine ſuſpicione veneni,
teriit. Poſt cujus obitum hæc germanica ver-
demum prodiit à G. Arnoldo confecta, ut
tet ex ejus H. E. P. III. c. 17. §. 30. p. 183.
Siglis ejus præf. ſubjectis. Cum jam ante 1687.
rſio ejus latina ab A.H. Franckio adornata (vid.
. §. 4. p. 173.) in lucem prodiiſſet.

Jane Leade Henochianiſche Glaub - und Lebens Wandel mit GOtt. Amſterdam 1696. Ejusd. *Geſetze des Paradieſes.* Ibid. Ejusdem *Wunder der Schöpfung GOttes.* Ibid. *Eine Offenbahrung der vier Himmliſchen VVelten.* Ejusd. *Bottſchafft an die Philadelphiſche Gemeine.* Ibid. Ejusd. *Baum des Glaubens.* Ibid. Ejusd. *Arche des Glaubens.* Heptas hæc eſt tractatuum à Jane Leade, virgine Anglicana, conſcriptorum. (p. 1. 113. 168. 219. 240 312. 384.) Quæ inde ab anno 1670. usque ad annum 1704. plurima edidit, ex revelationibus divinis depromta, ut ſcribit p. 316. & alibi, vel potius ex Jacobi Böhmii fontibus hauſta quem & laudat diſerte p. 94. ſub lit. J. B. & cujus idiotismum in dicendo non raro exprimit, u p. 184. *mit qualiren.* Atque hinc illa Paradoxorum Theologicorum ſeries de ortu mali p. 92. d ἀποκαταςάσει πάντων p. 89. 52. 103. 182. 23 purgatione animarum poſt mortem p. 50. 6 Chiliasmo p. 84. Adamo Androgyno p. 19 Octo diverſis Mundis p. 169. Spiritibus variis v riorum Elementorum incolis p. 183. Symp thia beatorum in cælo & terra p. 68. Damn tione æterna peccati; ſed non peccatoris p. 8 Libris quibusdam SS. nondum revelatis; S inpoſterum revelandis demum p. 180. Ser Decalogi Myſtico p. 113. &c.

Chriſt. Hohburg Teutſcher Krieg. Franckf. *und* Le 1710. In hoc opuſculo, judice non nemine, & pr fatio G. Arnoldi gemina eſt peregregia, & tracta ipſa lectu digna, ob Auctoris candorem, porem, & veræ pietatis Zelum; Stili etiam h militatem, & methodi inaffectatam ratione

1 C

nec non multarum rerum παραδοξίαν v. g. Lutheranos omnes ab Analogia ſuæ fidei dilapſos, Judæis ipſis & Turcis & Ethnicis eſſe deteriores, & cum vitæ ratione univerſa ſimul corrupiſſe doctrinam.

(1) *Chriſt. Democriti Papismus Proteſtantium vapulans.* Sine loco 1698. (2) Ej. *Wein und Oel in die Wunden des geſtäupten Pabſtthums.* Sine loco 1700.

C. *Democriti Orcodoxia Orthodoxorum.* Sine loco 1697. Auctor eſt J. C. Dippelius Darmſtadienſis SS. Theol. Stud. ancipiti fortuna uſus. Homo non indoctus, ſed juvenis (vix enim annum 24. exceſſerat, cum hæc ſcriberet,) & mordax, & impotens, & medium tenere neſcius, & majori odio erga adverſarios, quam amore ergo veritatem flagrans.

Anonymi Tract. von der wahren Kirche. Sine loco 1709. (2) *Anonymi Spiegel der Vollkommenheit.* Sine loco, 1700. Auctor hujus opuſculi *von der wahren Kirche* putatur Liber Baro de M. - - - Vir doctus, & in lectione SS. non perfunctorie verſatus; Sed liberioris ſenſus & audacioris criſtæ. Paradoxus etiam & Eclecticus, & nullius addictus verbis, Poireti tamen veſtigia in Irenico Univerſali ſecutus.

Alethophili VVahre Vollkommenheit und Glückſeligkeit in dieſer VVelt. Amſterdam 1708. Idem *von der Rechfertigung.* Sine loco 1707. Ejusd. *Kurtzer und leichter VVeg zu einen GOtt und Menſchen wohlgefälligen Leben.* 1708. Auctor verus eſt L. B. de Metternicht, ſi Bibliothecæ Maſtrichianæ conditorem audias p. 239. A quo non abit Auctor Biogr. Poiretianæ, ejus operibus

poſthumis præmiſſæ §. 57. p. 36. qui virum pietate & eruditione illuſtrem, Architectum hujus opuſculi eſſe ſcribit. Sane dictio ſimillima eſt dictioni opuſculi, *von der wahren Kirche*, cujus & ipſe L. B. de M. parens eſſe creditur. Nec quicquam cedit eidem in defendendis Sententiis, à Theologorum noſtrorum decretis alienis, v. g. Juſtificationem à Sanctificatione non differre P. I p. 61. & P. II. p. 1. ſeq. Hominem juſtificari per juſtitiam Chriſti inhærentem, non vero extrinſecus imputatam, p. 56. ſeq. Nec juſtificari in inſtanti, ſed ſucceſſive l. c. Remiſſionem peccatorum non eſſe partem juſtificationis, ſed ejus præludium p. 57. Sanctificationem in hac vita non conſummatam, poſt mortem eſſe conſummandam p. 72. Fidem vulgo male deſcrib p. 103. Ad eam non requiri neceſſario notitiam Hiſtoricam de Chriſto p. 123. &c.

P. K. Bekäntniſſe des Glaubens unter allen Religionen und Völckern auf Erden. Sine loco 1646. (2 *Bekäntniſs von der Chriſten Glauben.* 1646. (3 *Georg Hardtlibii Diarium Chriſtianum.* Amſterdam 1648. (4) *Anonymi Geheimniſs der Boſsheit von dem Greuel der Verwüſtung.* Amſterdam 1648. (5 *Anonymi Fürſchrifft zu einem Chriſtlichen Wandel* Amſterdam 1648. (6) *Franc. Montani Betrachtung von dem Orte der Seelen, wenn ſie von dem Leib geſchieden.* Königſtein 1646. (7) *Concluſiones de Fundamento Sapientiæ Theorico-Practicæ.* Königſtein 1646. (8) *Jac. Böhmens Weg zu Chriſto.* Amſt 1677. (9) Ejusd. *Einleitung in dem Edlen Lielien Zweig.* Amſt. 1679. In hoc volumine continentur opuſcula quædam Pauli Kaimii, Georgii Hartlibi

libii, Abrahami *von Franckenberg*, Jac. Böhmii, J. T. *von* Tſcheſch, aliorumque anonymorum, rara omnia, & ſingularia, & Paradoxa, eaque vel ex principiis Jac. Böhmii excitata primum, vel cum iis tamen amice conſpirantia.

(1) *Frid. Breckling Noſce te ipſum.* Sine loco & tempore. (2) Ejusd. *Myſterium Magnum.* Sine loco & Anno. *Chriſt. Hoburgi der unbekante Chriſtus*, Amſt. 1696.

Friderici Breckling ii Soli Deo Gloria. Amſterdam 1664. De quo Auctor Biographiæ Gichtelianæ ejus Theoſophiæ practicæ præmiſſæ c. VII. p. 13. p. 66. *Breckling vvar von Ludevvig Friderich Gichtels verderblichen Feuer angezündet, vvelcher* 1661. *geſtorben, und vvolte GOttes Gerichte über die Welt verkündigen, vvie er auch in Schrifften ſich unterſtanden zu thun. Und ſo einen groſſen Helden, als er ſich mit ſeinen* Rotomontades *durch die Feder darſtellete, ſo ein ſchüchterner Haaſe vvar er, als es auf den Mann ankam, daſs er ſich in Löcher und Winkel verkroch, vvenn er in den damahligen Händeln mit der Gemeine, nur an die Thür hörete klopffen, ſich einbildend, ſie vvürden ihn hohlen und einziehen.* Et c. 16. p. 67. *Breckling vvar ein Mann, der GOtt verlieſs, ſein VVort ſelbſt brach, und auf eine ſcandaleuſe VVeiſe, die man nicht ſchreiben darf, ein VVeib nahm (vvomit ihn GOtt caſteyet und ſein vvildes Feuer gelöſchet) und in allen Dingen fladderte, daſs ſein Gemüht gantz wüſte vvorden, Glauben und Muth verlohren &c.* Sed occulte infenſi fuerunt Gichteliani Brecklingianis. Sic enim Illuſtr. Comes Henckelius in horis ultimis P. III. §. 36. p. 146. *In Haag ist der Herr Nic. Lange auch mit dem alten Breckling*

 bekant

behant vvorden. Welcher ihm denn von vielen zur Kirchen-Hiſtorie des vorigen Seculi gehörigen Merckvvürdigkeiten, Nachricht gegeben. Inſonderheit hat er ihnen Gichtels Unlauterkeit, und mehr als Phariſaiſchen Stoltz mit vielen bekanten Exempeln erläutert.

G. Roſenbachs vvunder-volle Bekehrung. Scilicet unius anni hæc eſt Hiſtoria p. 175. hominis ἀγραμμάτου, qui ab aſotia conſcientiæ ſtimulis ad ſobrietatem vitæ deductus, verum Chriſtianismum amplexus eſt primum, ſed poſtea ſe ipſum admiratus, & ſibi nimium confiſus Fanaticiſmum. & Labadiniſmum, (p. 105.) ac tandem Hala Be rolinum, & inde in Hollandiam translatus Separa tiſmum, & neſcio quid, ultra profeſſus eſt. (2 *A. H. Francke Gnade und Warheit.* Halle 1705

(1) *Chriſtliche Elias.* 1703. Scriptum incom poſitum, indoctum, & indigeſtum, totum in abu ſibus quibusdam exagitandis occupatum. Qu nihil eſt facilius. (2) *Joh. Arnd Informatoriun Biblicum.*

D. F. B. Bericht von Sabbath. Plöen 1700 Scilicet jam inde ab A. C. 1658. hæc contro verſia agitata eſt in Batavia, apud Theologos Eccleſiæ Reformatæ addictos: An diei Septim Sanctificatio ſit abſolute neceſſaria in N. T. Ne gante illud Coccejo cum iis, qui eum ſecut ſunt; Ajentibus contra Voëtianis, & qui Coc cejo ſe oppoſuerunt. Atque hujus belli inteſt ni particulam tangit Auctor §. 43. ſeq. ex H. I Benthemio *in Holländiſchen Kirchen- und Schu Staat* P. II. c. 3. §. 15. p. 126. ſeq. ſupplendam Et in hoc opuſculo Coccejanorum cauſam it tuetur, ut & debellaſſe ſuos adverſarios maſcu

le

le, & modeſtiæ limites non tranſiiſſe, videri queat.

Monarchen-Spiegel von dreyerley Reich. ſine loco 1633. Auctor hujus Opuſculi eſt Paulus Felgenhauer Putſwicenſis Bohemus, homo Polygraphus (ut patet ex p. 87. 114. 273. 275. 277. 283. 393. 342.) ſed Paradoxophilus, & inſignis in Theologia novator, qui Valentini Weigelii Syſtema ſecutus, mira & mera fere profert anomala, v. g. de triplici humanitate, p. 271. triplici mundo, 352. triplici cæna, 377. humanitate Chriſti æterna, 345. 386. inutilitate baptiſmi, 371. Chiliaſmo, 390. imagine Chriſti in homine, 346. Divinitate Libri IV. Esdræ 356. 381. &c. Et quæ ſunt alia hujus commatis, interdum ſatis profana, ut p. 390. & ingenium Auctoris non obſcure teſtantia. (2) *Franc. Montani Betrachtung von dem Ort der Seelen, wann ſie vom Leibe geſchieden*; de quo alibi. (3) *Concluſiones de fundamento Sapientiæ Theorico-practicæ.* Königſt. 1646. (4) *Krämer-Korb mit 7. beſchloſſenen Laden.* Amſterd. 1647.

Erdehmut Julianen, gebohrnen Gräfin von Hohenſtein &c. Verantvvortungen gegen D. Ioh. Webern. ſine loco 1624. (2) *Gründlicher Verlauff in heiligen Religions-Sachen mit Eſaias Stieffels.* ſ. l. 1624. (3) *Antvvort auf D. Ioh. Webers ausgeſprengte Lat. Diſputation.* ſine loco 1624. (4) *Eſ. Stieffels Apologia contra I. Webern.* ſ. l. 1624. Opuſcula hæc omnia ſunt perrara (ſiquidem exemplaria perpauca impreſſa, plura ſuppreſſa, & nulla fere bibliopolis venum data, vid. p. 2.) & oppido παράδοξα. Neceſſaria tamen ad

H. E. illuſtrandam, & verum de Syſtemate Theol. judicium ferendum, quod ab A. C. 1604. usque ad 1624. tot fluctus in Simpulo excitaſſe legitur.

Frid. Bercklingii Liber Librorum confeſſio Chriſtianorum. Amſtelod. (2) Ej. *Phariſæiſmus, der Phariſæer Grabſchrifft.* (3) Ej. *Majeſtas Chriſtianorum.* ibid. (4) *Myſterium Babylonis.* (5) *Chriſtus Triumphans.* (6) *Tribunal Conſcientiæ.* (7) *Myſterium Iniquitatis.* (8) *Anatomia mundi.* (9) *Chriſtus redivivus.* Omnia hæc ſcripta ad imitationem Chriſtiani Hoburgii, vel Eliæ Prætorii compoſita, ſunt acerbiora, duriora, & lenitate Chriſtiana indigna, nonnulla etiam παραδοξώτερα. Nec quicquam juvabit, etiamſi dixeris, Auctorem ſcripſiſſe bono animo. Tum enim ratio reddenda erit, cur non ſcripſerit bene? Cur non melius, mollius, lenius, ſuavius? Et cur neglecto oleo, vinum ſolummodo infuderit vulneribus Eccleſiæ. Cujus ulcera ſanare, artis eſt, indicare non eſt.

Friderici Brecklingii Noſce te ipſum. Amſterdam 1660. (2) Ej. *Anatomia Mundi.* ibid. 1661.

Anonymi Seria Diſquiſitio de Statu, loco & vita animarum. Sine loco & anno. De qua ſupra.

Recit veritable de l'affaire du Sr. De Labadie. Avril. 1688. In quo Schediaſmate ὡς ἐν συνόψει recitantur Acta Synodi Fleſſingenſis 1668. d. 8. Aprilis congregatæ, & in iis id pæcipue, quod attinet ad Dn. Labadie, qui totus mutatus in illa, ea receperit, quæ antea nunquam ſe recepturum jurejurando affirmaverat, ſcilicet, ſe de regno Chriſti in his terris taciturum, Henricum

Moli-

Molinum habiturum pro collega, ſcripta ſua cenſuræ ſuperiorum ſubmiſſurum, eorumque voluntati geſturum morem, qui in Synedrio Sacro locum habent. Atque hæc omnia ea ratione recitantur, ut facile pateat, Auctorem Sectæ Labadiſticæ non fuiſſe addictum.

Anonymi Tr. von Gewiſsheit unſerer Seeligkeit. Sine loco 1671.

Matth. Kregelii VViederlegung der falſchen Lehre und Gotteslaſterung Pauli Felgenhaueri. Bremen 1663. In hoc libello Paradoxa Felgenhaueriana de fide, Deo, Chriſto, homine &c. indicantur quidem, ſed non deſtruuntur; Sane non ſatis fortiter.

Hieronymi Rorarii, quod animalia bruta ratione utantur melius homine, Libri duo. Amſtelodami 1654. Raritate magis, quam bonitate commendabiles. In quibus dictio illa quidem non infans & indiſerta; Sed ita tamen non caſtigata, ut, quas Gabriel Naudæus in Ep. Dedicat. eidem tribuit laudes, quaſi debitas poſſit exigere. Diſtributio etiam non talis, ut ſuo unumquodque loco ſit poſitum. Et res Hiſtoricæ magis quam Philoſophicæ, eæque non omnes exploratæ & indubitatæ fidei. Quædam etiam ſtudiis partium, & fabulis, & lacunis, & mendis mirum quantum deformatæ. Neque tamen iccirco nullo prorſus loco habendæ ſunt hæ Schedæ. In quibus Plutarchi, de eodem hoc argumento libellus, ſubinde illuſtratur & corrigitur. Et ſexcenta de Brutorum ſolertia, non ubivis obvia, illuſtrantur, & in medium proferuntur. Ac de Auctore ipſo nonnulla traduntur, non facile in vul-

vulgus nota. v. g. Fuiſſe Franciſci Amalthei, & M. A. Sabellici diſcipulum p. 55. 56. à fratre invito Patavium ad jus diſcendum miſſum p. 63. Pauli III. & Clementis VII. Oratorem p. 9. & 97. Onuphrii Rorarii Homonymi conſanguineum 47. Adde, Auctorem illuſtrem inſuper veritatis eſſe teſtem, & p. 15. de duobus Pontificibus ea cum pudore enarrare, quæ ipſos facere non puduit.

Eilhardi Lubini Phoſphorus, ſive, de prima cauſa & natura mali tractatus Hypermetaphyſicus. Roſtochii 1596. Prima hæc eſt Editio hujus Libelli. Cui 1601. ſucceſſit ſecunda. Eaque auctior multo & uberior. Sed utraque poſtea 1607. ab Auctore palinodia publica & ſolenni recantata eſt, raro inter Eruditos exemplo. Quod alibi docemus. Ubi, quid de hoc opuſculo exiſtimemus, copioſius pronunciamus.

CAPUT XV.

DE MAGICIS.

IN FOLIO.

MArt. *Delrionis Diſquiſitionum Magicarum Libri VI.* Moguntiæ 1603. Hoc opus Delrionis eſt vaſtum, varium, doctum, curioſum, paradoxicum in quibusdam, & rebus infinitis, ad

hoc

hoc argumentum ſpectantibus, conſpicuum. Adeoque omnium eorum, qui de Magia moliuntur quippiam, commune promptuarium; Sed caute tamen legendum, quia non alienum à ſtudio partium, lubricum etiam in multis, & ad ſuperſtitionem pronum, nec tanta mentis acie conſcriptum, qua ſedulitate & vigilantia.

IN QUARTO.

JOh. Tritthemii Polygraphiæ Libri VI. Francof. 1550. Hæc Polygraphia Trithemii, Steganographia eſt inculpatior, & minus ſuſpecta; Sed rarior tamen & magis lectu digna, ob Alphabetorum antiquorum, aliorumque excerptorum Libro VI. extantium, & ad Hiſt. Lit. pertinentium, præclaram Syllogen.

Ejusd. Steganographia. Darmſtadii 1621. Hæc Steganographia Tritthemii infamata eſt à Martino Delrione in diſquiſ. Magicis L. II. Qu. 3. p. 88. Joh. Bodino in Dæmonomania ſ. Confutatione Wieri p. 483. Carolo Bovillo apud Wierum L. II. de præſtigiis Dæmonum L. II. c. VI. p. 156. Goropio Becano in Hermathena L. I. p. 15. &, quod mireris, ab ipſo Joh. Wiero l. c. Et à Friderico II. Electore Palatino ita improbata, ut αὐτόγραφον flammis abſumi curaverit, quod in ejus Bibliotheca adſervabatur; Sed vindicata, & à Magiæ ſuſpicione liberata, primum ab ipſo Trithemio in præfat. Polygraphiæ ad Maximilianum Imp. tum à G. J. Voſſio L. I. de Arte Grammatica c. XLI, p. 141. Guſtavo Seleno, ſive

ſive Auguſto, Duce Brunſvicenſi & Luneburgenſi in Crypto-menitices & Cryptographiæ Libris IX. Luneb. 1624. impreſſis, & tandem à Wolffgango Erneſto Heidelio Wormatienſi in Steganographia Trithemii reſerata & illuſtrata. Norimb. 1721. 4to. Ut alios taceamus, quorum Catalogum condit P. F. Arpius in Apologia Vanini. p. 11. Et J. C. Wagenſeilius in Diſſert. varii argum. p. 38. Ubi & hoc notat, Trithemium opus hoc Steganographicum ad finem non perduxiſſe. Et ſcripſit ad nos Vir doctiſſ. C. Z. ab Uffenbach, eſſe in ſua Bibliotheca Tritthemii Steganographiam, opus Magicum MSCtum, ἀνέκδοτον, ab edita Steganographia plane diverſum.

Joh. Chriſt. Frommanns Tractatus de Faſcinatione. Norimbergæ 1675. In hoc opere dictio quidem non eſt elegantiſſima, ſed tamen non admodum inquinata. Ordo probabilis, cauſalis, Philoſophicus. Argumentum autem ita adornatum, ut, qui agit de faſcinatione vulgari ſ. Poëtica Liber I. omnium ſit optimus & abſolutiſſimus. Qui autem Phyſicam exhibet faſcinationem & philoſophicam Liber II. breviſſimus. Et qui faſcinationis Magicæ deſcribit indolem Liber III. ſpiſſiſſimus is quidem, ſed incultiſſimus, fabuloſiſſimus, & erroribus præjudiciisque vulgaribus maxime coinquinatus.

Joh. Reichens unterſchiedliche Schrifften von Unfug des Hexen-Proceſſes. Halæ 1703. Bibliotheca hæc eſt quaſi Juridico-Anti-Magica, conſtans collectione VII. Scriptorum rariorum, in quibus varia de Magis & Magia præjudicia diluuntur.

Mul-

Multorum etiam nomina ſuſpecta hujus criminis, ab hac macula liberantur, & in hujus delicti inquiſitione, accuſatione, & condemnatione, magna circumſpectione opus eſſe oſtenditur. Et fulget in ejus Parte I. præ cæteris *Cautio Criminalis*, cujus auctor eſt Soc. Jeſu Theol. P. Fridericus Spee. In Part II. autem G. Naudæi Apologia falſo Magiæ ſuſpectorum, cujus verſio ipſi textui authentico hoc nomine eſt præferenda, quod capita ejus ab interprete in certos Paragraphos ſunt digeſta, & ſummariis illuſtrata. Poſtponenda autem, quod in ea non pauca nec levidenſia παρερμηνείας peccata ſunt commiſſa, quorum & quædam detecta ſunt à G. Wahrlibio, vel, ſi verum nomen mavis, J. C. Franckio *in der Nichtigkeit der Hexerey*, P. I. c. V. §. 14. p. 158.

Sim. Heinr. Reuters Reich des Teuffels. Lemgo 1715. Ecce! opus vaſtum, varium, fœcundum, multo labore & ſtudio congeſtum. Inter Scyllam & Charybdim, credulitatem & incredulitatem, Beckeri dubitationem & aliorum ſuperſtitionem, medium; In quo multa lectu jucunda; Verum & multa peregrina, vulgaria, fabuloſa, ex rivulis tantum, non ex fontibus ipſis hauſta. Quædam etiam Paradoxa, ex C. Thomaſio, J. Wagſtaffio, aliisque mutuo accepta. Nonnulla Sectam Reformatorum, cui Auctor addictus fuit, redolentia. Omnia fere ob prolixitatem nimiam faſtidioſa. Unde & factum procul dubio, ut à paucis fuerit lectum, à paucioribus allegatum, à pauciſſimis obelo vel Aſteriſco notatum.

Balth.

Balth. Beckers bezauberte VVelt. Amſterd. 1693. Hoc opus eſt παραδοξώτατον. Quod univerſum fere literatum orbem rumoribus implevit. Editum 1690. primum Belgice, ſed translatum poſtea in linguam Gallicam & Germanicam. Et in illam quidem optime, in hanc vero peſſime. Nec ſpernendum plane, ob Hiſtoriæ & Philoſophiæ ſparſos hinc inde non cottidianos floſculos; Sed inſtar monſtri habendum, ob portentoſas hypotheſes, & prodigioſas parænefes, ſexcentis fluctuationibus, ambiguitatibus, contradictionibus, & fallaciis ſpinoziſticis obnoxias, ortasque, ut videtur, ex abuſu Philoſophiæ Carteſianæ, & SS. & cœco Joh. Wierum, Antonium *von* Dale &c. ſequendi ſtudio, cum inepto inclareſcendi pruritu, quo velut morbo auctor à teneris fuit affectus. Atque hinc tot adverſarii, quot ilicis folia. Leideckeri, Buddei, Zobelii, Poireti, Marckii, Falckii, Glanvilli, Pfeifferi, Winckleri, Goldſchmidii, Dippelii, &c.

Verſcheyde Gedichten, ſo vor als gegen het Boeck betoverde VVereld. ſine loco 1691. Collectio hæc eſt LXXIX. Schediaſmatum pro & contra Becker Mundum faſcinatum, in oratione prorſa & vorſa rariorum omnium, & ad Hiſtoriam portentoſ hujus operis utilium & neceſſariorum.

Gottfried Wahrliebs Nichtigkeit derer vermeinten Hexereyen. Amſterd. ſine anno. Auctor huju opuſculi eſt Joh. Chriſtoph. Francken J. U. D in Academia Hallenſi. Vir doctus, & in hac controverſia, ſi quis alius, verſatus. Sed al Ebrææ linguæ notitia, & partium ἀδιαφορία & juſtitia cauſæ, in quibusdam deſertus, und

&

ꝛ tot colores, purgationes, tergiverſationes, eclinationes, ἐυτραπελίαι, omiſſiones, præter- ſiones v. g. c. V. §. 15. p. 159. Ubi *primus*, ui Chriſt. Thomaſii diſſert. de crimine Magiæ e oppoſuit, omiſſus eſt, J. Langius *in der Gewiſſens-Rüge.* p. 28. ſeq.

J. Erneſti Flœrckii Commentatio de Crimine Con-urationis Spirituum. Jenæ 1721. Quem auctor Cl. inſtituerat urceum initio, currente rota exiit poſtea in amphoram, & quam animo concepe-at Diſputationis Academicæ ideam, tranſiit in uſtam commentationem, utilem omnino & ne-eſſariam, & eruditam, nec vaſtæ lectionis tan-ummodo, ſed & exquiſiti judicii, & modeſtiæ ingularis indicem.

Franc. Hutchinſons Hiſtoriſcher Verſuch von der Hexerey. Leipzig 1726. In hoc opuſculo Auctor oh. Webſterum, J. Wagſtaffum aliosque ſecu-us, ea, qua poteſt animi impete, contendit, per Magos vel præſtigiatores in V. T. intelligi falſos rophetas, in N. T. falſos Apoſtolos. (200. 203.) agas, quæ pactum iniverint cum Diabolo ex-licitum vel implicitum, non dari. (288.) Cri-eria earundem vulgo adhiberi ſolita eſſe falla-ia. (287.) Magno ſane collectaneorum appa-atu inſtructus, ſed ea, qua Webſterus, Wag-affusque, polluit judicandi facultate, non præ-itus. Sibimetipſi etiam non ubique conſtans, t in decernenda controverſia de Sagarum exi-entia, eſſentia, potentia, ita ambiguus, ut uc illuc jactetur animus ac fluctuet (c. 204. 88.) In abdito enim latet univerſa Pneuma-logia, Auctore ipſo fatente, (83.) Exempla

allata illuſtrant quidem, ſed non probant. Et opus eſt periculoſæ plenum aleæ, propoſitionem probare negativam. (288)

Joh. Trithemii Büchlein von den ſieben Ertz-Engeln. Nürnberg 1705. Si quid laudandum eſt in his annalibus Seraphicis, hoc eſt cumprimis, quod Auctor eam, quam exhibet rerum ſeriem, narrare, non affirmare ſcribit. Neque enim tuto & citra formidinem oppoſiti id affirmari poteſt, quod fictum eſt, & quod alio documento probari non poteſt, quam quo fabulas Romanenſes probare ſolemus. Extat tamen hoc Schediaſma in operibus Trithemii Hiſtoricis, Francofurti 1601. in f. excuſis, cum hac ἐπιγραφῇ. Multa ſcitu digna, mira brevitate in ſe complecti arcana.

(1) *Chriſt. Thomaſii Libri duo Nævorum Jurisprudentiæ.* Romanæ ante-juſtinianeæ. Halæ 1695 (2) *Enno Rud. Brenneyſens Antvvort auf Her. Stoltzens Anmerckungen über einige Lehrſätze in den Tr. von Recht Evangeliſcher Fürſten in Theologiſchen Streitigkeiten.* (3) *J. G. Stoltzens Anmerckungen über einige Lehr-Sätze in dem Tr. Thomaſii und Brenneyſens von Recht Evangeliſcher Fürſten in Theologiſchen Streitigkeiten.* Leipzig 1697. (4) *Diſquiſitio de fide, occaſione epiſtolæ cujusdam amici ad Thomaſium ſcriptæ.* 1698. (5) *De Jure principi circa Hæreticos.* Præſide Thomaſio. (6) *Problema juridicum, an hæreſis ſit crimen.* Præſ. Thom (7) *De Crimine Magiæ.* Præſ. Thomaſio. Hal (8) *Apologia Regiminis eccleſiæ Ieſu Chriſti,* oppoſita vindiciis juris Majeſtatici circa Sacra. Præ Thomaſ. (9) *De Plagio Literario.* Præſ. Schwartzi

(10

10) *De judicio ſeu cenſura morum.* Præſ. Thomaſ. 11) *Hiſtoria Rationalis Philoſophiæ apud Arabes ſ Turcas.* Præſ. Ludovico. (12) *De uſu & buſu terminorum technicorum in Philoſophia.* Præſ. üdigero. (13) *Beſtand der VVürde und Kron es Königreichs Preuſſen.*

M. Elucidarius von allerhand Geſchöpffen Gottes. rancf. 1572. (2) *Anonymi Tr. von der Hauſs-altung der Regiment Land und Leut.* Augſpurg 566. *Herr Ioh. Abtes zu Spanheim, Antvvort uf* 8. *Fragſtücke Herr Maximilian Röm. Kayſer. &c.* ngolſt. 1555. Horum Tr. *Primus* eſt ſtolidiſſi-nus, ſi appendicem exceperis, *de Solariis ruſti-orum*, quæ à Joh. Köbelio, Secretario Oppenhe-nenſi, confecta, Secundæ huic Editioni acceſſit, ua prima 1554. eodem loco excuſa, caruit. *ecundus* eſt vaniſſimus, qui aureos montes pro-nittens fumum exhibet. *Tertius* eſt rariſſimus, quo & problemata duo de Magis & magia nodantur.

IN OCTAVO.

JOh. VVieri de Præſtigiis Dæmonum Libri VI. Ba-ſileæ 1568. Hi libri ab A. C. 1563. usque d A. C. 1583. decies ſunt impreſſi, & in lin-uam vernaculam etiam translati, ob παράδο-ον, quam tuentur, ſententiam; Sagas mortis pplicio non eſſe afficiendas, quod artem Ma-icam nec calleant, nec exerceant, ſed illuſæ à iabolo id feciſſe ſe exiſtiment, quod ab iis fue-it alieniſſimum. Nec ſunt illepidi prorſus, aut

inepti, aut nulla eruditione referti. Imo ſciti potius, & arguti, & varia doctrina reſperſi, ſed ſcandaloſi inſimul in quibusdam, & lubrici, & fallaces, & rationibus ſolidis firmisque deſtituti. Nec prorſus immunes ab iis maculis, quas J. Bodinus, M. Delrio, Jacobus Rex Angliæ, Auctor *der geheimbden Unterredung von der* Magia p. 25 & 29. aliique iisdem impegerunt. Cum quibus omnino conferendus J. C. Frommannus de Faſcinatione L. III. P. III. Sect. II. c. V. §. 5 p. 524.

Ioh. Bodini de Magorum Dæmonomania Libri IV Francf. 1603. In his libris Bodini primas tenet quæ ultimum locum occupat, & in Editionibus quibusdam libri V. vicem ſuſtinet, J. Wieri confutatio. In ea enim, quid valeret in hoc argumento Auctor, experiri voluiſſe videtur. Et licet in antecedentibus ingenii vaſtitatem, & lectionis varietatem, & linguarum juxta ac legum peritiam, non obſcure oſtenderit; Subinde tamen neſcio ad quæ diverticula excurrit emblemataque Rabbinica, Mythica, Philologica &c. huic ſuæ telæ intexit, nec eo animi vigore theſin ſuam corroborat, qua Antitheſin Joh. Wieri convellit, homo ad diruendum aptior quam ad ædificandum, & ipſis ſuæ Sectæ adſtipulatoribus non ſatis probatus.

(1) *Chriſt. Thomaſii Verſuch von Weſen des Geiſtes.* Halæ 1699. Scilicet tentamen hoc eſt Syſtematis Phyſico-Pneumatici Nov-antiqui, ex Pordädſchio, J. B. Helmontio, J. A. Comenio Böhmio, Fluddio, Cardano, Paracelſo, Campanella, Daniele &c. congeſtum, & Gaſſendiſti

c Carteſianis, & in iis præcipue F. Hoffmanno
ppoſitum. In quo multa præclara, ingenioſa,
ingularia, paradoxa; Sed multa etiam ſpecioſa
nagis quam ſolida, quædam dubia adhuc & lu-
rica, & vel manifeſto falſa, vel invicem pugnan-
ia, vel heterogenea. Id quod tum ex ipſa
υτοψια, tum etiam ex iis patet, quæ anony-
nus Tubingenſis, & perſonatus Realis de Vien-
a, aliique auctori oppoſuerunt. (2) *Ejusdem
Grundlehren.* Halle 1699. In quibus præ cæteris
egi meretur Pars I. & in ea caput I. II. III. IV.
& XVI. XVII. XVIII. Sed ita tamen, ut Program-
nata Auctoris 1700. 1701. 1702. edita, &
autelæ ejus circa præcognita Jurisprudentiæ
um iis conferantur, in quibus ea, quæ h. l. bre-
iter dicta ſunt, prolixius ſunt explicata, obſcu-
a illuſtrata, peccata emendata, dubia diſcuſſa,
t vel argumentis confirmata vel auctoritatibus
oborata. (3) *Die Wohlehrvvürdige Metaphyſica.*
ine loco & tempore. Quod eſt ſcriptum Saty-
cum, cujus auctor eſt J. G. Zeidlerus, homo
on prorſus capite cucurbitino præditus, & Me-
aphyſicorum nugas, fallacias, præſtigias, ſomnia,
t deliria non ſine ratione deteſtatus, ſed me-
ium tenere, & lolium à tritico diſcernere, ne-
cius, & ſcurrilitati dictionis ita adſuetus, ut
oc fermento maſſam univerſam infecerit, & con-
aminarit.

Henrici Cornelii Agrippæ Opera. II. Vol. Lugduni
ne anno. Hic auctor Roberti Perſcrutatoris Pla-
iarius, teſte M. Delrione l. I. Diſq. Magic. c. 3.
. 8. omnium ſcriptorum Magicorum doctiſſi-
ius, rariſſimus, Sacerrimus, peſtilentiſſimus

 ſub

ſub ſpecie Magiæ naturalis tradit Diabolicam, idque inprimis Libro IV. quem ipſe J. Wierus Agrippæ diſcipulus l. II. de præſtigiis Dœmonum c. V. p. 147. vocat *abominabilem*, ſed præceptori ſuo falſo adſcriptum. Quod etiamſi detur Wiero, hoc tamen negari non poteſt, & tres priores libros eſſe pernicioſos, & ab ipſo auctore c. XLVIII. de vanitate Scientiarum p. 82. pro talibus habitos; & publica palinodia ibidem ab eodem recantatos.

Ioh. Bodini Dæmonomania Germanice. Straſsburg 1586. Hæc Bodini Dæmonomania ex idiomate Gallico translata eſt à Joh. Ficharto, & ab eodem intercalata etiam in locis quibusdam, & ſummis marginalibus illuſtrata, ſed tamen non usquequaque probata.

Hieronymi Mengi Flagellum Dæmonum. Francf. 1708. Lege, ſtupeſces! Stupeſces, inquam enormem nominis divini & SS. & Sacramentorum abuſum, ſimulque deprehendes artis Exorciſticæ vanitatem, ſtoliditatem, impietatem, & auctoris hujus impudentiam, qui linguæ Ebraicæ & Græcæ imperitus nomina divina mire depravavit, & integras benedictiones, & conjurationes ex Elementis Magicis Petri de Abano aliisque libris ſpurciſſimis exſcripſit. Atque hinc factum procul dubio, ut poſt primam Editionem Bononienſem, quæ A. C. 1589. exiit, & rario facta eſt, Romanenſes Sacerrimum hunc librum prelo rurſus ſubmittere noluerint, veriti, ne lectores una cum arte Exorciſtica, & artem magicam inde condiſcerent.

Ioh. VVieri de præſtigiis Dæmonum Libri V. translati à Joh. Fuchlino Baſileenſi, inſtinctu D. Simonis Sulceri Epiſcopi Baſileenſis, ſed ex prima, ut videtur, editione latina, quæ Baſileæ 1563. ex officina Oporiniana prodiit. Et poſtea ab auctore auctior in lucem emiſſa eſt. Unde nec is librorum & capitum in hac verſione eſt numerus, nec tantus rerum apparatus, quantus in Editionibus poſterioribus v. g. Baſileenſi latina de A. C. 1568. In qua libri ſunt VI. & in libro I. capita XXIV.

Nic. Remigii Dæmonolatria. Hamburg 1693. Hi libri tres N. Remigii jam A. C. 1594. LL. ſcripti. A. C. 1598. in linguam Germanicam ſunt translati, & magno applauſu excepti, lectique, ob rerum, quæ in iis continentur, varietatem, ſingularitatem & multitudinem. Sed tamen cum grano ſalis legendi ſunt, ob auctoris credulitatem, Interpretis incuriam, & rerum confuſum & indigeſtum ordinem.

C. Thomaſii Erinnerung wegen einiger Collegiorum über den erſten und andern Theil ſeiner Grund-Lehren. Halle 1702. (2) *Anonymi* (Joach. Langii) *Gevviſſens Rüge an C. Thomaſium.* Berlin 1702. (3) *Anonymi Anmerckungen über C. Thomaſii Verſuch von VVeſen des Geiſtes.* Tübing. 1701. *C. Thomaſii Lehr-Sätze von Laſter der Zauberey.* 1703. Ejusd. *Vertheidigung dieſer Lehr-Sätze. Anonymi unpartheiiſche Gedancken uber C. Thomaſii Lehr-Sätze vom Laſter der Zauberey.* 1703. *Anonymi Ehren-Kleid, dem Anonymo des Gutachten vom Thomaſio und Stryckiò præſentiret.* 1703. *Send-Schreiben von den Reiſe-Gedancken des Pietismi.* 1700. *Be-*

riht von Einrichtung des Pædagogii zu Halle cum notis Thomaſii. Neue Unterredungen. Januarius und Februarius. 1702. Quorum Auctor eſt *N. H. Gundlingius. Geheime Unterredungen Januarius.* 1702. *N. H. Gundlings Entvvurff eines Collegii über die Hiſtoriam literariam.* In hoc faſciculo continentur Scripta (1) Thomaſiana V. (2) Anti-Thomaſiana III. (3) Anti-Franckiana II. (4) Hiſtorico-Literaria III. Atque ex iis ſunt (α) παραδοξωτατα Thomaſiana, & Anonymi Colloquia illa occulta de magia naturali. (β) *Optima* ea, quæ Thomaſii tr. *von VVeſen des Geiſtes* ſunt oppoſita, quorum Auctor eſt Elias Camerarius, Medicinæ Doctor & PP. Tubingenſis (γ) Modeſtiſſima Anti-Franckiana. (δ) Rariſſima Colloqui duo menſtrua Gundlingii, quæ publico interdicto ſunt prohibita.

Joh. Fileſaci Diſſert. de Idololatria Magica. Franc 1670. Hæc diſſertatio eſt Philoſophico-Theologico-Hiſtorico-Critica. Non indocta, & poſt plus quam XX. ſcripta hujus generis, quæ omnia eodem hoc tempore, h. e. ineunte Seculo XVII hoc argumentum excuſſerunt (p. 2.) non ineptum exhibens ſpicilegium, de conventu ſagarum ad ſua Sabbatha, & ſacrificio Plutoni ſuo offerri ſolito (p. 1.)

Joh. Fileſaci de Idololatria Magica diſſertatio. Pariſiis 1609. Editio prima, nitida, præcedenti Francofurtenſi longe anteferenda.

Lamb. Danæi Dialogus de Veneficis. Coloniæ 1575 Hic Dialogus J. Wiero videtur oppoſitus (vid p. 35.) licet hoc neget Chriſt. Thomaſius in Diſſertatione de ortu & progreſſu Proceſſus Inquiſito

ſitorii contra Sagas §. 72. p. 54. Ubi & Danæum in hoc Dialogo diſtincta confudiſſe, & demonſtranda, ut demonſtrata, ſuppoſuiſſe, contendit.

Promot. Orthopetræ Theoſophiſcher VVunder-Saal. 1709. Orthopetræ hoc opuſculum, quod cento eſt Paradoxorum Theologicorum, ex Paracelſo, Guthmanno, Weigelio, Böhmio, &c. conſutorum, à non nemine eſt compoſitum, cujus nomen, ſi recte memini, erat *Richtenfels.* (2) *J. VVagstaff von der Hexerey.* Hallæ 1711. Qui eo, quo hodie dicuntur, ſenſu, nullas plane vel eſſe, vel fuiſſe ſagas, magna animoſitate contendit. Dignus iccirco, cui obviam eatur; quod quare adhuc nondum factum ſit, non diſpicimus.

Monſ. Oufle Hiſtorie ſeiner ſeltſamen Einbildungen. Dantzig 1712. Scriptum hoc eſt Satyricum, in quo Magorum & Magiæ hyperaſpiſtæ poſtica ſubſannatione exagitantur. Auctor dicitur fuiſſe Abbas Bourdelotius, Vir

Præditus argutis oculis, ac mente ſagaci.

Qui in hac fabula non pauca detexit vera falſaque non trivialia, ſed detexit aliorum ope, quorum nec omnium nec ubique bona fide appellavit nomina, & quorum etiam dulcedine illectus medium tenere in hoc tribunali fere oblitus eſt, è Scylla Oufleana in Charybdin Beckerianam delatus.

Joh. VVagstaff von der Hexerey. Halle 1711. De quo ſupra.

Kurtze Unterſuchung von Kobold. Roterdam 1719. Schediasma hoc eſt Anti-Thomaſianum à Wahr-

libio vel potius J. C. Francken J. U. D. in Acad. Hallenſi ſub Cenſuram vocatum. Cujus Auctor dicitur quidam Hoffmannus, in Acad. Jenenſi eo tempore Magiſter, à Domino - - - ut fama ferebat, ad hanc pugnam ſuſcipiendam excitatus, homo non ita ineptus, ut Franckius perſuadere connititur Lectori ſuo, ſed nec ea animi moderatione præditus, qua decebat tironem cum milite veterano in arenam deſcendentem.

Cautio Criminalis, *ſeu de Proceſſu contra Sagas Liber*. Francof. 1632. Auctor eſt Fridericus Spee, Societatis Jeſu Theologus, ignoratus per longum temporis ſpatium, & à G. G. Leibnitio primum indicatus. Vir doctus, acutus, multo rerum uſu in rebus agendis exercitatus, & morborum, quibus proceſſus vulgaris contra Sagas laborabat, probe peritus. Ac licet opus plenum periculoſæ eſſet aleæ, ea tempeſtate contra malum hoc Epidemicum hiſcere; Cum Magiæ ſe ſuſpectum redderet illico, qui vel vultu ſignificaret, ſibi non placere omnia, quæ judices iniquiſſimi in hac cauſa decreviſſent: Attamen auſus eſt torrenti rapido brachia objicere, & adverſus fatalem ejus impetum hoc libello luctari, eo ſucceſſu, ut ab iſtoc tempore tota hæc judicii criminalis adverſus miſeros hos homines ſcena fuerit immutata in Germania, & inquiſitionis ratio longe majore cautione inſtituta, & à 30. & amplius annis fere tota ſuſpenſa. Communi enim prope omnium calculo probatus eſt libellus, recuſus poſt primam editionem aliquoties, & 1648. ab Hermanno Schmidio in Linguam Germanicam translatus

&

& à Chriſt. Thomaſio aliisque, data quavis occaſione, de meliori commendatus.

M. Phil. Lud. Elichii Dæmonomagia. Francof. 1607. Homo infauſto ſidere natus. Qui de Magia Diabolica Marpurgi in Acroaterio Philoſophico diſputans, in ſuſpicionem Magiæ adductus eſt à quibusdam, & pro Mago habitus. A facultate etiam Philoſophica in judicium vocatus, ut vitæ & doctrinæ rationem redderet. Et cùm è nomine ſuo eluturus infamem maculam, Dæmonomagiam hanc evulgaſſet, è Scylla incidit in Charybdin. Siquidem in ea Qu. X. p. 130. de Tobia Tandlero, Profeſſore Wittebergenſi, ita diſſerit, ut honorem ejus turpi labe inficiat. Quo nomine cum à Tandlero in jus vocatus eſſet, tam parum ſibimetipſi & ſuæ cauſæ credidit, ut, ejurata religione ſua, ad Pontificios tranſierit, ceremoniarum Papalium factus hiſtrio, quod ipſe h. l. p. 133. de Diabolo ſcripſerat. Homo non plane nullius eruditionis, ſed judicii non usque adeo felicis, inconſtans etiam, & quavis incertior aura. Unde tot in hoc opuſculo problemata relicta injudicata, quædam dijudicata, ſed ſine rationibus decidendi, quædam cum rationibus, ſed ita infirmis, ut vel riſum ciere Lectori queant, vel lacrymas.

Hieronymi Mengi Fuſtis Dæmonum adjurationes formidabiles complectens. Francof. 1608. De quo ſacerrimo libro vide, quæ de Auctoris flagello Dæmonum diximus. Cujus flagelli hic fuſtis eſt *Pars tertia*, ſi hujus Editionis Indici fidem habeas; ſi ultimæ, quæ ſine die & conſule prodiit, hic fuſtis flagelli eſt *Pars ſecunda.* Quæ quocun-

cunque modo ſe habeant, fuſtis æque ac flagellum dignus, qui æternis tenebris obruatur.

IN DUODECIMO.

ABrah. *Seideln kurtzer Bericht von denen Geiſtern.* Erfurt 1648. Hic Auctor bonam cauſam non bene defendit, & malam non melius impugnat.

Joh. Ludovici Hartmanni Greuel des Segenſprechens. Nürnberg 1680. De quo libello non inepte fortaſſis dixeris, quod Martialis de ſuis Verſibus,

Non poſſunt noſtros multæ, Fauſtine, lituræ
Emendare jocos, una litura poteſt.

Tantus in eo eſt fabularum, ineptiarum, obſcœnitatum, & rerum perpetuis tenebris dignarum cumulus. Docet infanda, qui recitat. Et qui pandit Eleuſinia ejusmodi Sacra, profitetur ſe ſcire, quæ neſciſſe juvat.

Michaëlis Pſelli de operatione Dæmonum Dialogus Græce & Latine cum notis Gilberti Gaulmini, è Muſæo Dan. Haſenmülleri. Kiloni 1688. Vixit Sec. XI. hic Pſellus. Vir facultate loquendi, & ſcribendi navitate, & diſſerendi acumine, omnibus aliis, qui inclaruerunt ea tempeſtate, anteſefendus. Qui in plurimis, quæ condidit, opuſculis, & hunc reliquit Dialogum, παραδοξώτατον quidem, & de Dæmonum natura & efficacia contra omnium opinionem diſſerentem, feſtivum tamen & venuſtum, & argutum, & lectu perjucundum, A Petro Morello primum latine, tum à Gilberto Gaulmino græce editum, & notis per-

eru-

eruditis illuſtratum, ac tandem græce & latine recuſum à Dan. Haſenmüllero, verum J. A. Fabricii judicio, in notis ad Leonis Allatii Diatriben de Pſellis L. V. Bibl. Græcæ adjectam p. 27. parum emendate.

Caput XVI.

DE SCRIPTIS SPECTANTIBUS AD THEOLOGIAM GRÆCORUM.

In Folio.

Sylveſtri Sguropuli Hiſtoria Concilii Florentini Græc. & Lat. Hagæ-Comitis 1660. Arcana hæc eſt Concilii Florentini Hiſtoria, in qua Sylveſter Sguropulus unus ex V. σαυροφόροις, ſive Cardinalibus Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui eidem ab exordio usque ad Epilogum interfuit, ea perdiligenter complexus eſt, quæ ſunt ἐσωτερικὰ, & intra velum geſta, & iis tantum nota, quæ ſunt interioris admiſſionis; Artes, puta, & fraudes & inſidias, quas Latini Græcis compararunt, & quibus, unionem dicam an Syncretismum? Illis extorſerunt. Omiſſa idcirco in Conciliorum collectionibus. Et in ſuſpicionem non bonæ fidei adducta. Plane ut P. Sarpii Hiſtoria Conciili Tridentini, cui eſt ſimillima.

lima. Sed probata tamen à Græcis omnibus, & Gennadii Scholarii Hiſtoria Concilii Florentini, huic exacte reſpondente, confirmata, & ita comparata, ut ex univerſa ejus œconomia conſtet, eam eſſe longe veriſſimam, nec male meritum Robertum Creygthonum de re Eccleſiaſtica, qui eam è Bibliotheca regis Galliæ, à Cl. Sarravio deſcriptam, & Iſaaco Voſſio communicatam, una cum Latina verſione, & notis quibusdam, & ſpiſſa præfatione in lucem edidit.

Mart. Cruſii Turco-Græciæ Libri Octo, Baſileæ S.T. Hujus Mart. Cruſii Turco-Græcia Liber rarus, præclarus, inæſtimabilis eſt dictus Joh. Mich. Heineccio *in der Abbildung der Alten und Griechiſchen Kirche* p. 58. Laudandus omnino à rerum novitate, varietate, ſuavitate. Ad ſtatum reipublicæ civilis, Eccleſiaſticæ & literariæ Græcorum cognoſcendum perutilis, & perneceſſarius. Hoc nomine notatus à Joh. Michäele Langio in P. I. Diſſert. 1. Philologiæ Barbaro-Græcæ §. 18. quod quædam in eo ſint confuſa, & diffuſa, quædam etiam admodum manca & imperfecta. Sed ad prima tendentem ſatis eſt in ſecundis tertiisque conſiſtere. Et in præclaris optima ſunt ea, quæ optimis ſunt proxima.

(1) *Iulii Cæſaris & A. Hirtii Comment. Hiſtorici*, Lugdun. 1574. Quam editionem Antonius Poſſevinus in Bibliotheca Selecta T. II. c. VII. p. 324. & laudat & reprobat. Laudat à chartæ & typorum munditie; Sed præfationem Franciſci Hottomanni, & ejus ſcholia Eccleſiæ Romanæ infeſta eſſe judicat, adeoque ſine orata & impetrata venia non legenda.

Ipſum

Ipſum etiam opus non Lugduni, ſed Genevæ in Calvinianorum officina excuſum eſſe ſuſpicatur. 2) *Antonii Poſſevini S. I. Moſcovia & opera alia.* Sine loco 1587. In quibus Auctor Davidis Chytræi, ut videtur, exemplo ſuſcitatus de Eccleſiæ Græcæ, & ſpeciatim Ruthenicæ Statu quædam commentatus eſt, non omnino flocci-pendenda, uſus ea occaſione, quam fors obtulerat, quaque à Gregorio XIII. nuncii Apoſtolici nomine, in Moſcoviam, Poloniam, & Sueciam erat ablegatus, ad componendum bellum, quod tum inter Regem Poloniæ & Ducem Moſcoviæ gerebatur. Suſpectus Joh. Ern. Gerhardo in præf. diſſert. de Religione Moſcowitarum, quod partium ſtudio abreptus non optima fide ſacra Moſcowitarum deſcribat. Nec id immerito. Infenſiſſimus enim eorum, qui in fidei profeſſione ab ipſo diſſentiunt, eſt hoſtis, & in iis Davidis Chytræi potiſſimum, & omnium Proteſtantium, quos p. 126. & p. 151. ſeq. fœdiſſimis *Atheismi* maculis conſpurcatos eſſe contendit. Et ne perirent forte damnoſæ convitia linguæ, ea omnia quæ p. 151. usque ad p. 188. leguntur, *κατὰ ῥητὸν* in Bibliothecam ſelectam tranſtulit, cujus adhuc librum octavum conſtituunt. Propriorum adeo ſcriniorum expilator, & monumentorum horum Theologicorum ebuccinator, de quibus in Bibliotheca Selecta, *κατ' ἀντίφρασιν* ſic dicta, Tom. II. p. 278. refert; Ea variis in locis latine eſſe edita, duobus etiam Italice, Ferrariæ & Mantuæ, ſed Ferrarienſem Editionem ſe non agnoſcere, ob mendorum ſpurcitiem, qua ſcateat.

Des

Des Herrn von Ricaut Beſchreibung des gegenwärtigen Zuſtandes der Griechiſch-und Armeniſchen Kirche. Francof. & Lipſ. ſine loco. De qua, quid exiſtimemus, cum infra, occaſione verſionis Gallicæ, dicturi ſimus; Sufficiat hoc loco monuiſſe, ad hanc editionem & verſionem Germanicam acceſſiſſe obſervationes Domini de la Croix de Eccleſia Maronitica, cum Nicolai pueri cujusdam Græci martyrio, ab Anonymo deſcripto.

Martini Cruſii Turco-Græciæ Libri octo. Baſileæ Sine anno. Ejusdem *Germano-Græciæ* Libri VI. Ibidem. Sine anno. Ejusdem *Acta & ſcripta Theologorum Würtenbergenſium & Patriarchæ Conſtantin. Jeremiæ Græce & Latine.* Wittebergæ 1584. Rariora omnia. Sed in iis volumen ultimum cumprimis, quod ſcripta amæbæa Tubingenſium & Patriarchæ Conſtantinopolitani comprehendit. Perutilia ſane (1) ad Eccleſiæ Græcæ hodiernæ Theologiam recte cognoſcendam, (2) ad heterodoxias ejusdem convellendas, (3) ad maculas à Stanislao Socolovio, Wilh. Lindano, & J. B. Ficklero nominibus Doctorum Eccleſiæ noſtræ inſperſas, faciliori negotio eluendas. Qui eosdem accuſaverant, quaſi Patriarcham Conſtant. judicem controverſiarum ſuarum cum Pontificiis conſtituerint, & ab eo in ſinum Eccleſiæ Orientalis recipi voluerint, ſordidam repulſam paſſi; Cum unus alterve tantummodo in Academia Tubingenſi conſilio privato Auguſtanam Confeſſionem ad eundem curarit, ut perſpiceret, an, & in quibus capitibus Theologià Lutheranorum conſpiraret cum Græcorum Theologia. &

x illos falſò Atheiſmi inſimulatos eſſe in Oriente
nanibus palparet.

IN QUARTO.

LEonis Allatii de Eccleſiæ occidentalis atque orientalis perpetua Conſenſione, Libri Tres. Coloniæ Agrip. 1648. Leo Allatius ex Græca Eccleſia ranſgreſſus in Latinam Sup. Seculo, ne temere noc feciſſe exiſtimari poſſet, una cum aliis & noc elucubravit opus, ſpiſſum omnino & laborioſum, &, ob variam Scriptorum editorum & ineditorum lectionem, lectione dignum; Sed ita comparatum, ut, judice H. Conringio in præf. Metrophanis Critopuli Confeſſioni præmiſſa p. m. 12. ex nullo opere alio diſſenſum utriusque Eccleſiæ plenius intelligas, inſcribendumque idcirco ſit potius; *de Eccleſiæ Orientalis & occidentalis diſſenſione.* Et ſane, ſi pauca quædam noni, decimi, & duodecimi capitum Libri Tertii excipias, (pauca quædam, inquam, namque & hæc capita diſſenſionum plena ſunt) totum, quantum quantum eſt, in enarrandis & impugnandis controverſiis Eccleſiæ Græcæ Latinæque eſt occupatum. Ut, ſi fas ſit huic vino ejusmodi ſuſpendere hederam, pari jure liceret Julii Cæſaris Commentarios de bello Gallico inſcribere, de Concordia Romano-Gallica, vel, de pace civili.

(1) *Matthiæ Waſmuthi Hebraiſmus reſtitutus*, h. e. (*a*) Nova Grammatica Hebraica. (*b*) *Inſtitutio Methodica Accentuationis Hebr.* Scilicet, quæ antea prodierunt hujus generis inſtitutiones, fuerunt ἀμεθοδικώτεροι. *Primusque* eſt Auctor, qui in formam artis redegit Ebræorum accentus, or-

dinandi rationem, eamque ita inſtauravit, ut Ars *VVasmuthiana diſtinctiva* inde fuerit appellata, notante Joh. Brunſmanno in diſſert. de arte novella accentuationis Hebraicæ L. I. p. 1. Qui totam hanc diſſertationem huic Inſtitutioni Waſmuthianæ oppoſuit, eamque non minori æſtu conatus eſt extinguere, quam A. T. Overbeck in clavi Accentuationis Ebraicæ illuſtrare. (c) *Vindiciæ SS. adverſus* Capellum, Waltonum, Voſſium. Quæ ſi ea continentia ſcriptæ eſſent, & animi lenitate, quo ſtudio & eruditionis apparatu, & ſuæ famæ, & bonitati cauſæ Auctor conſuluiſſet rectius. Sed dominantur in iis perturbationes animi, amor, ira, odium, inimicitiæ. Atque hinc impotentia refrenandi ſtilum, & tenendi mediocritatem inter nimium & parum. (2) *Joh. Erneſti Gerhardi* (*a*) *Conſenſus & diſſenſus religionum profanarum cum veritate Chriſtiana.* Jenæ 1667. (*b*) *De Religione Moſcovvitarum.* Ibidem 1665. (*c*) *De Statu Armeniæ Eccleſiaſtico & Politico.* Ibid. 1665. (*d*) *De Eccleſia Maronitarum.* Ibid. 1668. (*e*) *De Eccleſia Coptica.* Ibid. 1665. Diſſertationes Ἠὺκομοι, & dignæ, quæ uno faſce comprehenſæ denuo ſub prelum mittantur, quia pleræque hodie evanuerunt. Multa ſane in iis lectio. Linguarumque & rerum exoticarum ſtupenda cognitio. Multa dicta, quæ à Theologis noſtratibus non dicta ſunt prius. Nec urat Temet aut ſolicitet, quod quædam in iis occurrant, teſtibus non ſatis probatæ fidei confirmata; quædam ſibi non ſatis conſtantia, & à recentiorum Scriptorum decretis diverſa. Nihil enim ſimul inchoatum & perfectum eſt. Et condonandi ſunt

h

lapſus Auctori, iis ſubſidiis, quæ nos habemus
odie, nondum inſtructo, & intra eos annos
huc verſanti, quibus demum incipit intelle-
us florere viribus, & judicii facultate matu-
ſcere. Patet tamen ex his Schediasmatis, Pa-
ntis Magni filium non extitiſſe minorem, &
unc illum fortaſſis ſuperaſſe, ſi diutius ſuper-
iſſet. Qui eo anno, quo de Maronitarum Ec-
eſia diſputavit, eſt mortuus.

J. Mich. Heineccii Abbildung der Alten und Neuen
riechiſchen Kirche. Leipzig 1711. Et ipſe frau-
bus circumventus eſt Alexander Helladius, &
ios iisdem circumvenit, dum in præfat. Operis de
æſenti ſtatu Eccleſiæ Græcæ p. 9. ſcribit; Hoc
pus Heineccii ne lectione quidem dignum eſſe,
edum fide. Nemo enim ex noſtratibus hoc ar-
umentum excuſſit operoſius, ſolidius, nervo-
us. Nemo etiam amœnius & ordinatius. Ne-
ıe etiam poterat non hoc cœptum Auctori præ-
are procedere, cum & doctrina excelleret,
judicio præſtaret, & tot egregiis ſubſidiis eſſet
unitus. Damus interim Helladio, & perliben-
r concedimus, in quibusdam eſſe lapſum, &
ræcos quandoque accuſaſſe immerentes, v. g.
os lectionem SS. Laicis non indulgere (Conf.
elladium l. c. p. 27.) Suis potius meritis
am Chriſto tribuere ſalutem, (l. c. 377.) &
in aliis. Quæ lucidius paterent, ſi fidem ſol-
ſſet Helladius, & copias ſuas adverſus Hei-
ccium in aciem deduxiſſet, quod in præfatio-
tr. citati promiſit ſe facturum.

C. A. G. F. Hiſtoria Græca. Francof. 1720. Ve-
hujus Operis ac genuina inſcriptio eſt, de

ſtatu & ritibus Eccleſiæ Græcæ (vid. præf. p. 2 & p. 18.) Atque hæc, in prima ejus edition Anglicana Græca, & eam ſecuta 1668. ſecunda Dantiſcana Græco-latina, ejus fronti præfixa in hac tertia à Bibliopola non aliam ob cauſan immutata videtur, quam ut Lectori palpum ob jiceret, & hoc opus à priore plane diverſur eſſe perſuaderet. Cujus Auctor eſt Chriſtoph Angelus Peloponeſius, homo ſimplex, & à bo nis animi æque ac à bonis fortunæ deſtitutu Illuſtrator autem Doct. Georgius Fehlavius Ec cleſiaſtes Dantiſcanus, Vir non indoctus, ſe qui in muſtaceo quæſivit laureolam, & prolix Auctorum Teſtimoniis ſuo Angelo, multisqu in proſa & vorſa ad ſe datis elogiis, ſibi luce poſſe circumfundi exiſtimavit. Adde, quod mu ta hodie aliter prorſus habent in Græcia, qua ab Angelo deſcripta ſunt, ſermone tamen ta plebejo, ut, judice Alexandro Helladio Theſſ lo-Lariſſenſi in Statu præſenti Eccleſiæ Græc c. XV. p. 229. non niſi cum autotidactorum li gua Græcorum comparari poſſit. Scilicet Angel

Vir ſimplex, fortaſſe pius; Sed ſcriptor inepti
Vult, tentat, peragit; Plurima, pauca, nihil.

Daſs veränderte Ruſslandt. Francf. 1721. A ctor eſt Weberus, Vir ſolerti mente prædit & ab Electore Hannoverano in Moſcoviam m ſus, ut rerum ſuarum curam ibidem ſuſtiner Quo munere dum per integrum ſexennium cu laude perfunctus eſt, hæc corrogavit, quæ hoc opuſculo continentur Conlectanea, inor nata quidem & indiſtincta, (neque n. Hiſtori ſcribebat Vir politiſſimus, ſed Diarium) at

men ad res politicas juxta ac Eccleſiaſticas Moſcowitarum, Samojedanorum, Oſtiacenſium, aliorumque populorum cognoſcendas, ita facientia, ut carere iis nequeat, qui pleniorem de his gentibus ſibi comparare cupit notitiam.

Johannis Laſitzki de Ruſſorum, Moſcowitarum & Tartarorum Religione & ritibus diverſi Scriptores. Spiræ 1682. Cinnus hic eſt XI. Scriptorum ad illuſtrandam Theologiam Moſcowiticam ſpectantium, & in eodem ſtadio ad currentium, & metas etiam easdem contendentium; Sed non eodem robore, nec paſſibus æquis. Plerique enim ſunt invalidiorum nervorum curſores. Et in hac Hendecade tres tantummodo occurrunt, qui aliquid lectu dignum prodiderunt, Johannes Faber, Alexander Guagninus, & Auctor Anonymus luculentæ narrationis ad Davidem Chytræum. Sed Fabri opuſculum deflectit in quibusdam ab ea Editione, quæ 1630. Lugd. Bat. cum reipubl. Moſcowiticæ Scriptoribus recuſa eſt. Guagnini autem turpiter dilaceratum, & neſcio qua inexcuſabili negligentia in duas particulas diſcerptum eſt opus, cum una ſerie exhibendum fuiſſet. Multa etiam hodie in republica & Eccleſia Ruſſorum mutata ſunt. Et quam in hac Sylloge excellere diximus Scriptorum Triada, cum ea conferenda eſt, quæ Lugd. Bat. 1630. in 12mo prodiit ſub titulo *Reſpublica Moſcowitica & Urbes.* In ea enim una cum aliis, & hi tres Moſcowiæ Scriptores continentur. (2) *Franc. Philelphi Epiſtolarum Libri XVI. cum Ambroſii Vignati Orationibus, & Alani Aurigæ Epiſtolis.* Pariſiis 1514. In quibus Philelphus eſt egregius. Utpote qui Eraſmo in Cice-

cero-

ceroniano p. 245. judice, in Epiſtolis M. Tul‑lium adumbrat.

Geiſtliches Reglement Petri des Erſten Käyſers von gantz Ruſsland. Dantzig 1724. Prima & unica hæc eſt Ruſſorum Ordinatio Eccleſiaſtica, & vel hoc nomine magni pendenda. Etiamſi a legibus ipſis diſceſſeris. Quæ & ipſæ ſunt per egregiæ. Et ſi nihil ex iisdem utilitatis ad nos hoc tamen manat, quod intelligimus, quibus malis Ruſſorum Eccleſia laboraverit ante Petri Alexowitzii tempora, & quibus medelis hic princeps Auguſtiſſimus eidem attulerit opem Confer ſis J. P. *von Strahlenberg Nord- und Oeſtli che Theil von Europa und Aſia* c. VIII. §. 19. p 276. ſeq.

M. Eliæ Ehingeri Apoſtolorum & Sanctorum Conciliorum Decreta. Wittebergæ 1614. Quem Joh. Tilius Engolismenſis A. C. 1540. Pariſii græce primus in lucem exire juſſit Codicem Eccleſiæ Orientalis, (hanc enim appellationem indere ſolent eruditi ejus Apoſtolorum & S. Conciliorum decretis) eum denuo recudi fecit Elias noſter, additis ex antiquis Conciliorum Editionibus verſione Latina, & D. Lucæ Oſiandri Epicriſibus ex ejus H. E. decerptis. Quo ipſo & apud eruditos omnes, & apud Germanos inprimis magnam iniit gratiam. Bibliothecam enim habet Canonicam, non βίβλον, qui hoc opuſculo inſtructus eſt. Atque ex eo nullo negotio poteſt cognoſcere, tum quid Primis octo Seculis in Eccleſia Orientali ſancitum ſit, tum quid de decretis ejus dem ſit exiſtimandum, & quam facilis Conciliorum, etiam univerſalium ſit lapſus.

Fran

Franciſci Turriani Conſtitutiones Sanctorum Apoſtolorum & Canones Apoſt. Venetiis 1563. Duo ſunt, quæ in hoc volumine continentur (1) Conſtitutionum Apoſtolicarum Libri VIII. quæ à Fr. Turriano Clementis Romani opus eſſe putantur Seculo I. adornatum; Sed docent è noſtratibus Th. Ittigius in Appendice de Hæreſiarchis c. XII. p. 190 ſeq. E Reformatis Joh. Dallæus, de Pſeudepigraphis Apoſtolicis Lib. I. & II. Ex Pontificiis Natalis Alexander diſſert. 18. Sec. I. eas demum poſt tempora Concilii Nicæni Sec. IV. innotuiſſe; Et tantum abeſſe, ut Apoſtolicam illam in credendis & agendis referant veritatem, ut L. II. c. 26. p. 30. Arianiſmo favere videantur, ubi Patrem componunt cum Epiſcopo, Filium cum Diacono, Spiritum S. cum Diaconiſſa. (2) *Canones Apoſtolorum* p. 157. Quos Fr. Turrianus item Sec. I. à Clemente Romano confectos eſſe exiſtimat. Joh. Dallæus contra l. c. Lib. III. Seculo V. demum, eoque jam adulto, vel exeunte, & Guil. Beveregius mediam inter utrumque amplexus ſententiam Sec. II. exeunte, vel Sec. III. ineunte, à Clemente Alexandrino conditos eſſe arbitratur. Quæ omnia injudicata relinquimus & hoc addimus tantum, hanc Conſtit. Apoſtolicarum Editionem & primam eſſe & longe rariſſimam. Et H. Grotium in Comment. ad Acta c. XV. 20. p. m. 82. in ea eſſe æreſi, in Canonibus Apoſtolicis Antiquiſſimos Chriſtianorum mores contineri.

(1) *Gerhardi Joh. Voſſii de Veterum Poëtarum temporibus Libri duo.* Amſt. 1654. (2) Ej. *Diſſert. Epiſtolica de jure Magiſtratus in rebus Eccleſiaſticis.* Ibid.

1669. (3) *Thom. Smithi Septem Aſiæ Eccleſiarum Notitia.* Londini 1676. Ecce Pleiadas ſine luce. Non tamen Auctoris noſtri, ſed materiæ vitio. Siquidem Eccleſiarum harum igniculi ita reſtincti ſunt hodie, ut nusquam earum lumen appareat; & hoc unicum ſciatur tantum, ſciri de iis nihil. Atque hinc factum, ut pro ſeptem Eccleſiarum Aſiæ notitia, Inſcriptionum quarundam Græcarum Syllogen Auctor tradiderit, quæ ad antiquitates profanas intelligendas fortaſſis aliquid, ſed ad notitiam Eccleſiarum Aſiaticarum parum, vel prorſus faciunt nihil. Conferendus tamen cum Ricautio, qui in deſcriptione Eccleſiæ Græcæ & Armenicæ c. II. eandem incudem tundit; Sed non eodem Sermonis genere, nec eodem rerum ordine, nec eodem inſcriptionum apparatu. Auctoris in hac Eccleſiarum Aſiaticarum viſitatione Socius, ſed non amicus, ut videtur, quia nec hic illius, nec ille hujus ullam mentionem facit. (4) *Laurentii Vallæ de Conſtantini M. donatione Declamatio.* Lugduni 1620. Cujus vehemens & interdum irata, & plena juſti doloris eſt oratio, multæ & cum gravitate facetiæ, exquiſitum judicium, & παῤῥησία tanta, ut in ſuſpicionem infidelitatis, & ipſius *Atheiſmi* adductus ſit, ac id ſuo exemplo expertus, quod dicit ille, periculoſæ plenum opus eſt aleæ, ſcribere in eos, qui poſſunt proſcribere.

Gebh. Theod. Meyeri Codex Canonum Eccleſiæ Univerſæ. Helmſt. 1663. Hic Codex jam allegatus, & approbatus in Concilio Chalcedonenſi A. C. 451. Confirmatusque à Juſtiniano Imper.

Novell.

Novella 131. auctoritatem olim habuit Nomo-Canonicam h. e. civilem & eccleſiaſticam, in utraque Eccleſia Orientali & Occidentali. Quæ poſtea exorta ſimultate inter Græcos & Latinos apud hos eviluit, ſurrogato in ejus locum Dionyſii Exigui codice. Sed inſtauravit ejus in Gallia memoriam Joh. Tilius, & in Germania Joh. Ehingerus. Et poſt eos Chriſtoph. Juſtellus, & Gebhardus Theodorus Meyerus. Quorum ille textum Græcum ex Tilio excerptum emendavit, & variantibus lectionibus, ac interpretatione Latina, notisque & præfatione de ortu & progreſſu Juris Canonici inſtruxit. Hic vero Juſtelli hoc opus recudi fecit, & perelegantı præfatione Hiſtorica de Canonum collectionibus & Collectoribus exornavit. Uterque à Tilio in eo diverſus, quod Tilius & Ehingerus VI. Oecumenicorum, & VII. Diæceſanorum; Hi autem (Juſtellus & Meyerus) tantum IV. Oecumenicorum & V. Diæceſanorum Conciliorum Canones exhibet, quatuor poſteriorum reſectis, quos non agnovit Codex antiquus Eccleſiæ univerſæ.

M. Martini Chladni ſive Chladenii Diſſert. de Eccleſiis Colchicis. Witteb. 1702. Bella ſane & erudita, & ex Auctoribus optimis ac rariſſimis collecta. Æquali intervallo diſtans ab ariditate compilatorum, & affectatione Pedantarum.

Zuſtand der Chriſtlichen Kirche in Griechenland, Aſia, Africa, Æthiopien &c. Davidis Chytræi *und anderer.* 1584. De qua collectione vide, quæ diximus in Editione ejus latina. (2) *De Ruſſorum & Tartarorum religione & moribus. Item de religione Ve-*

rerum Boruſſorum, 1582. ſ.l. Cujus Auctor incertus & nullo adhuc firmo teſtimonio probatus. Doctus tamen & in Moſcovia ac Tartaria verſatus. Et ipſa hæc Diatribe digna exiſtimata eſt à Joh. Laſitzki, quæ in Syllogen Scriptorum, de Ruſſorum & Tartarorum religione, adſciſceretur. Ubi eam jam laudatam eſſe à nobis meminimus.

IN OCTAVO.

TH. *Smithi Ep. de Græcæ Eccleſiæ hodierno ſtatu.* Trajecti 1698. Qui legati Britannici in itinere ad Imperatorem Ottomannicum à Concionibus Sacris, ipſe Conſtantinopoli, & in aliis Græcæ Eccleſiæ hodiernis hoſpitiis, non exiguum temporis ſpatium commoratus, & iis præſidiis, quæ ad ſtatum civitatis Sacræ perquirendum pertinent, inſtructus, in hoc libello lautiſſimas nobis appoſuit dapes, de Græcorum Doctoribus, Doctrinis, ceremoniis & ritibus. Laudatus iccirco à Bouſſueto l. I. de Communione p. 44. J. M. Heineccio in Imagine Eccleſiæ Græcæ P. I. c. II. p. 31. & ab ipſo Alex. Helladio in præfat. tr. de ſtatu præſente Eccleſiæ Græcæ. p. 8. Sed ita, ut ſolent ii, qui Graeca fide mercantur, quique altera manu caduceum, altera oſtentant haſtam. Etenim eodem loco, quo noſtrum hunc laudat Helladius, eundem quoque vituperat, ſcribitque, Patronum eſſe Eccleſiæ reformatæ, non vero ἀπλοϊκὸν Eccleſiæ Græcæ Hiſtoricum, quinquaginta, & quod excurrit, errorum reum. Et eodem loco

loco ac numero habendum, quo ipſe hic Smithus in præfat. p. 2. Dn. de la Croix habendum cenſuit. (2) *Inſcriptiones Græcæ Palmyrenorum cum Scholiis Ed. Bernhardi & Thom. Smithi.* ibid. 1698. Opus doctum & ad ſplendorem rebus Syriacis adferendum, & ipſam SS. illuſtrandam (2. Part. VIII. 4.) perutile & perneceſſarium. Quod ſi conſuluiſſet Vir Doctiſſimus C. Cellarius, majorem omnino Palmyrenæ lucem dare potuiſſet, quam dedit in Geograph. Antiqua L. III. c. XII. p. 433.

Chiſtoph. Juſtelli Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ. Lutetiæ 1614. Hic Codex è XVII. Conciliis Africanis collectus, & ab Eccleſiis Africanis receptus, à Dionyſio Exiguo Codici Canonum Eccleſiæ univerſæ primum eſt ſuperadditus. p. 111. ſeq. Poſtea ex LL. in Græcam ab Auctore Anonymo translatus, à Joh. Tilio Græce, & ab Elia Ehingero græce & latine, (p. 190. ſeq.) vulgatus, à Chriſtoph. autem Juſtello, Joh. Tilii & variorum MSCtorum ope adjuto, emendatus, & duabus præclaris præfationibus, notisque egregiis, Græce & Latine eſt editus, nulli Canonum collectioni poſtponendus, ſi codicem Eccleſiæ univerſæ exceperis, utpote qui veram Eccleſiæ primitivæ πολιτεὶαν exhibet, Sacramque priorum temporum diſciplinam, nunc poſterioris ævi licentia, corruptioneque degeneris poſteritatis propemodum everſam, & collapſam, quam integram & puram diu ſervavit Eccleſia Africana, ex quo etiam apparet, quibus ex fontibus jus Canonicum hauſtum ſit,

(1) *Dionyſii Exigui Codex Canonum Eccleſ.* Lutetiæ Pariſ. 1638. Magnum nomen eſt exigui hujus Dionyſii in republica Literaria, fuitque jam inde à Sec. VI. quo claruit. Etenim *Primus* omiſſa profana Annorum computatione per olympiades, Conſules, Indictiones; morem numerandi tempora ab incarnatione Chriſti inſtituit. *Primus* Canones conciliorum Græcos in LL. tranſtulit, & in unum corpus redegit, quod poſtea, oborta inter Græcos & Latinos ob πρωτοκαθεδρίαν ſimultate, & Codice Canonum univerſæ Eccleſiæ ſenſim in occidente neglecto, Collectio Eccleſiæ Romanæ dici cæptum eſt. *Primus* Canones Apoſtolicos huic ſuæ Collectioni inſeruit. Venerandus ob antiquitatem, & laborem, & bene merendi ſtudium, ſed caute legendus, ob nimium erga curiam Romanam affectum, quo occupatus p. 68. integrum catalogum librorum canonicorum Veteris & N. T. à Concilio Laodiceno approbatorum ſuppreſſit. Qui extat in codice Eccleſiæ univerſæ p. 119. Et in proxime ſeq. Canonibus concilii Laodiceni p. 456. item in Canranza. p. 195. Ut taceamus technas alias à Joh. Dallæo de uſu Patrum P. I. c. III. p. m. 72. ſeq. memoratas. (2) *Canones Græci Concilii Laodiceni cum obſervat. Wolfg. Gundlingii.* Norimb. 1684. Concilium hoc Sec. IV. (incertum quo præſide & anno) coactum *primum* eſt, quod Librorum Eccleſiæ Chriſtianæ Claſſicorum, & SS. Canonicorum catalogum exhibuit, in diſputationibus καὶ ἀλήθειαν & κατ' ἄνθρωπον perutilem & perneceſſarium. Et quas Vir Doctiſſ. Wolf-

Wolfgangus Gundlingius adjecit notas Canonibus ſingulis, ejus ſunt commatis, ut, ſi omnium ſacrorum Comitiorum decretis ejusmodi contingerent Scholiaſtæ, Antiquitatum Eccleſiaſticarum nebulæ non multum negotii nobis faceſſerent.

Enimundi Bonefidii (de bonne foi) Juris Orientalis Libri III. græce & latine 1573. ſ. l. In cujus Libro *primo* leguntur Conſtitutiones Imperatoriæ à Sec. VIII. usque ad Sec. XIII. *Secundo* Decreta Patriarcharum Conſtantinopolitanorum. *Tertio* reſponſa aliorum Patriarcharum & Pontificum, ex monumentis editis ineditisque ab Enimundo eruta, & verſione Latina notulisque quibusdam illuſtrata. Ex quibus intelligimus, quæ reipublicæ & Eccleſiæ Græcæ, poſt fatale illud à Latinis divortium fuerit ratio, quae juris civilis & ſacri indoles, quæ utriusque in quibusdam confuſio, quæ laudes, quæ maculæ. Et ſi poſteriores hos duos libros cum codice Canonum Eccleſiæ univerſæ & Africanæ conjunxeris, habebis Corporis Juris Canonici Græci membra, decreto, decretalibus, & extravagantibus in Corpore Juris Canonici Latino non admodum diſſimilia.

Philippi Cyprii Chronicon Eccleſiæ Græcæ cum notis H. Hilarii. Lipſ. & Franc. 1687. Imo Catalogus eſt potius Epiſcoporum & Patriarcharum Conſtantinopolitanorum hoc Cyprii opuſculum, quam Eccleſiæ Græcæ Chronicon. Isque ſatis ſtrigoſus, & maculis non paucis infectus. Quarum non exiguum quidem numerum ſuſtulit H. Hilarius in adjectis ſcholiis, in quibus oſſibus hiſce

carnem

carnem ſuperinduxit & ſanguinem. Attamen nec in omnes nævos intendit mentis aciem, & in locum eorum, qui animadverſi ab eo & diſpuncti ſunt, tanta ſeges irrepſit mendorum typographicorum, ut ſenſui Auctoris interdum manifeſtam fecerint injuriam. 2) *Hiſtorica relatio de ortu & progreſſu fidei Chriſtianæ apud Chinenſes*, ex Literis J. A. Schall. Ratisbonæ 1672. Qui per 50. Annos in Sinenſium regno commoratus, copioſiorem ſane de rebus eccleſiaſticis, civilibus, naturalibus, & literariis nobis potuiſſet dare notitiam, quam quæ hiſce cancellis continetur. In quibus de Societatis Jeſu ſtudiis aſtronomicis ſatis multa, de religionis Chriſtianæ ſatis perpauca, & de re Sinenſium Eccleſiaſtica & literaria fere nihil. Secunda tamen hæc eſt libelli editio, & prima Viennæ 1665. in 8. prodiit. Conferenda cum Joſephi Suarii relatione, quæ extat in G. G. Leibnitii Noviſſimis Sinicis, in qua Hiſtoria tentatæ apud Sinenſes Reformationis, quæ in his Schallianis excerptis cum A. C. 1669. deſinit, usque ad A. C. 1692. pertexitur.

Alex. Helladii Status præſens Eccleſiæ Græcæ 1714. ſine loco. Hic Auctor Lariſſæ Theſſaliæ civitate natus (131. 189.) univerſam fere Europam peragravit. Et Halæ in Saxonia annum, in Batavia biennium, in Anglia triennium, Altorfii quadriennium moratus, (56.) omnium pene linguarum Europæarum facultatem ſibi acquiſivit, rerum patriæ Eccleſiaſticarum & Literariarum bene gnarus, & in lectione Scriptorum Græcorum, quorum perexigua & prope nulla apud nos extat notitia, præclare verſatus. Qui

dum

dum in hoc opuſculo rationes reddit, quare Tres Editiones N. T. Græco-Barbaræ à Græcis rejectæ, & altera ex iis Seraphimi Mitylenenſis Londini 1703. edita, Conſtantinopoli in Aula Patriarchali combuſta ſit (247.) multos errores Europæorum vulgares de Græcis, & Græcorum lingua, & re literaria, & eccleſiaſtica disjicit, & ſubinde quædam interſerit haud adeo in vulgus nota. Unde & magna apud intelligentes de eo eſt opinio, futura major, ſi rerum aciem inſtauraſſet rectius, & ordinis fuiſſet intelligentior; Et à partium ſtudio alienior; Et in ferendo judicio de iis ſcriptoribus moderatior, qui de Eccleſia Græcorum hodierna commentationes in lucem emiſerunt.

Pauli Ricautii Hiſtoire de l' Egliſe Greque. Amſterdam 1710. Ubi not. Quo tempore in oriente fuit Thomas Smithus, eodem & ibidem fuit Paulus Ricautius. Ille Legati Britannici ad Imperatorem Turcicum à Concionibus ſacris, hic ab Epiſtolis ſecretis, factus poſtea Conſul gentis Anglicanæ, mercaturam Smyrnæ exercentis. Atque hinc utrique data eſt occaſio, ſtatum præſentem Eccleſiæ Græcæ monumentis ſuis commendandi. In quo negotio tantum adhibuerunt induſtriæ, ſtudii, judicii, ut, uter alteri ſit præferendus, difficile admodum ſit definire. Videtur tamen Ricautio potius quam Schmitho palma deferenda, quia ordinis eſt ſtudioſior, in rebus quibusdam copioſior, in diſſerendo ſuavior, planior, nitidior. In inſcriptionibus etiam religioſior, in quibus Th. Smithus quædam interdum ex ſuo ingenio videtur vel addidiſſe

vel

vel mutaſſe, quod facile perſpicies, ſi ejus tr. de VII. Aſiæ Eccleſiis cum Ricautii c. II. contuleris. (2) *Ejusdem Hiſtoire de l' Egliſe Armenienne.* Opuſculum peregregium, & inter ea, quæ in eodem argumento verſantur, præcipuum. Ex cujus c. XII. p. 440. intelligimus, quid de confeſſione fidei ſit ſentiendum, quam Theod. Petræus 1667. Armenice & latine edidit, ſupra à nobis memoratam.

Theophili Wahrmundi univerſa Religio Ruthenica & Moſcowitica. Freyſtad 1698. Hic eſt ille ipſe libellus, qui recuſus eſt hoc anno 1698. Lipſiæ cum præfatione Joh. Georgii Pritii, dictusque *Moſcowitiſcher oder Ruſſiſcher Kirchen-Staat*, & poſtea 1712. Francofurti ſub titulo *Religion der Moſcowiter.* Ad quem te ablegamus, ſi plura de eo noſſe diſcupias.

Etat Preſent des Nations & Egliſes Greque Armenienne & Maronite en Turquie. Paris 1715. Opuſculum hoc mirum quantum exagitatum eſt à Thoma Smitho in præf. quæ præmiſſa eſt Editioni tertiæ tr. de præſenti Statu Eccleſiæ Græcæ, & velut omni vitiorum labe coinquinatum ad quisquilias Parnaſſi rejectum eſt. Sed laudatum tamen à Joh. Michaële Heineccio in Appendice adumbrationis Eccleſiæ Græcæ Nov-antiquæ. p. 57. Nec ita etiam eſt dedecoratum, ut in poſtremis plane ſit habendum, cum quædam comprehendat non prorſus flocci facienda.

Clem. Galani Hiſtoria Armena. Francof. & Lipſ. 1701. Hic Auctor ſi tantum fidei in ſcribendo hoc opuſculo adhibuiſſet, quantum induſtriæ omnibus hiſtoriæ Armenicæ conditoribus ſu-

ju-

ure eſſet præferendus, quia per integrum duo-
lecennium in Armenia verſatus, & linguæ Ar-
nenicæ peritus, ea inveſtigare potuit, ad quæ
ion ita facilis eſt aditus; Sed non purum eſſe
b omni fraude, uno ore fatentur ex Luthera-
iis J. M. Heineccius *in der Abbildung der alten
ind neuen Griechiſchen Kirche*, Part. I. c. II. p. 45.
& in appendice p. 64. Zacharias Grapius in Sy-
ſtemate noviſſ. Controv. P. I. c. II. Quæſt. 22.
). 168. ex Reformatis Frid. Spanhemius in
Elencho Contr. p. 431. Et ex ipſis Pontificiis
Richardus Simonius dans l' Hiſtoire Critique des
Chretiens Orientaux C. XII. p. 138. Et liquet
ex opere ipſo, Auctorem plurima in eo ſcripſiſſe
ion ex animo, ſed ſimulate, Pontifici Romano
it placerent, quas feciſſet fabulas.

*Walonis Meſſalini Diſſertatio de Epiſcopis & Pres-
yteris*. Lugd. Bat. 1641. Verus Auctor eſt Clau-
lius Salmaſius, quod ipſe non ait quidem, in ap-
aratu ad Libros de Primatu Papæ p. 24. ſed
iec negat ibidem. Et ſi negaret, orationis for-
na, & rerum œconomia, & eruditionis inſignis
arietas, & copia id ipſum facile indicaret &
erſuaderet lectori. Eſt enim ſtilus mordaciſſi-
nus. Ordo diſſolutus aliquantulum & negligens.
Res autem pleræque peregregiæ, Hiſtoricæ,
Theologicæ, Philologicæ, ad intelligendam SS.
& recludendam antiquitatem, & conquaſſandas
quasdam novitates Pontificiorum Hierarchicas,
ierutiles & perneceſſariæ. Impugnatæ à Dio-
iyſio Petavio grandi volumine, quod de Hie-
archia ſcripſit. (vide Salmaſii Appar. l. c. p. 22.)
ſed vindicatæ à Salmaſio in Apparatu, qui libris

de Primatu Papæ præmiſſus eſt. (2) *Georg Velleji judicium de gratia univerſali.* Lugd. Ba 1669. Auctor eſt Georgius Regeau. Qui par ticuliſtarum omnium, & in iis Friderici Spanhe mii cumprimis Hyperaſpiſtes, adverſus Moſe Amyraldum, ejus ſtilum Gallicismi, (p. 19. Diſtinctiones Neoterismi, (39.) Hypotheſes d gratia Dei univerſali, & ſalute æterna, item d cognitione Chriſti, Arminianiſmi, (p. 16.) it accuſat, ut, ſi partium ſtudio ita vacaſſet, prou abundavit ingenio & judicio, & judici & re multum negotii in hac cauſa faceſſere potuiſſe (3) *Petri Strozzæ de Chaldæorum dogmatibus diſp tatio;* Coloniæ 1617. Rectius; de hodiernoru Neſtorianorum in Oriente dogmatis. Ita eni Auctor ipſe p. 12. transformat libelli indicem Et ita etiam transformandus eſt, ſi velis, ut a gumento reſpondeat, quod totum in Neſtori norum orientalium dogmatis evolvendis, re tandis, examinandis, & dijudicandis eſt diſte tum. Atque hinc tot antiquorum & recenti rum huic ſectæ addictorum Symbola, Symb lorumque exegemata. (p. 20-39-126.) Qu an ita comparata ſint, ut tantum in verbis loquendi modis ab Occidentalium Confeſſio bus differant, quod Chaldæorum hodiernoru eſt judicium. (p. 14. 221.) Viri celeberri D. E. Jablonskii calculo nuper probatum, i Differt. Hiſtorico-Theologica de Neſtor niſmo, iis definiendum damus, qui magis abu dant facultate de rebus hujusmodi ju candi.

J. P. Kohlii Eccleſia Græca Lutheranizans. Lubecæ 1623. In hoc J. P. Kohlio eſt inquinatum, & humile, & cottidianum ſermonis genus. Et res ex rivulis ſunt hauſtæ tantum, non ex fontibus ipſis. Quædam etiam in iis non ea, qua fas eſt, circumſpectione in literas redactæ. Enimvero abeſt à veritate, quod c. V. p. 51. dicitur, Auguſtanam Confeſſionem à Philippo Melanchthone in linguam Græcam eſſe translatam. Item quod p. 53. l. c. legitur, eam à M. Cruſio eſſe græce factam. Quippe nec à Cruſio, nec à Melanchtone in ſermonem græcum traducta eſt, ſed à Paulo Dolſcio Plavenſi, quod αὐτοψία docet, & Joh. Quiſtorpius in Diſſert. de Chriſtianiſmo Eccleſiæ Græcæ p. 150. diſerte teſtatur, quam ob materiæ affinitatem huic ſuo opuſculo adjecit Auctor, & eam p. 33. in notis elaboratiſſimam vocavit. Neque tanti ſunt rationum momenta c. I. p. 12. allata, quibus αὐθεντίαν orthodoxæ confeſſionis Eccleſiæ Orientalis in dubium vocat, & eam nimium λατινοφρονεῖν contendit, quam ipſe non vidit unquam, & cujus teſtimonio in toto hoc Schediaſmate non uſus eſt. Non enim λατινοφρονεῖ, niſi ubi tota Eccleſia Græca latinizat. Et à Græcis Ruſſisve ita communi calculo probata eſt, ut ab utrisque pro Symbolo fidei habeatur.

Religion der Moſcowiter. Francf. 1712. Sic fallaciis à veritate abducunt emtores, qui libros publice exponunt venum. Non enim eo demum, quem in indice expreſſum legis, anno, Germanice prodiit hic libellus; Sed jam 1698. excu-

ſus eſt hoc habitu Freyſtadii, recuſusque eodem anno Lipſiæ cum præfatione Joh. Georgii Pritii; nihilque in hac editione mutatum, quam titulus, & phraſium quarundam contextus, & imagines æri inciſæ. Nihil additum, quam ſola præfatio, quæ, rejecta illa priore, in ejus locum poſtliminio ſucceſſit. Nec plane nullius hoc Schediaſma eſt utilitatis, corrigendum tamen ex recentioribus, & augendum, tum quia deſunt in eo multa, tum quia hodie non idem eſt Eccleſiæ Moſcowiticæ ſtatus, atque fuit eo tempore, quo hæc ab Auctore in chartam conjecta ſunt.

Joh. Fechten Nachricht von der Religion der heutigen Griechen. Roſtock und Leipzig 1711. Hic Auctor ſi otio abundaſſet magis, & iis ſubſidiis fuiſſet copioſius inſtructus, quæ ad tantum negotium conficiendum pertinent, pro vaſta, qua excellebat, eruditione, abſolutiora nobis dare potuiſſet; Ab offenſionibus ſane ſe immunem præſtare, quæ Alex. Helladius in Statu præſente Eccleſiæ Græcæ eidem exprobat. Scilicet eum multa narrare oppido falſa, v. g. Hodiernos Græcos eſſe homines ſtupidiſſimos, literarum omnium non tantum rudes, ſed & inimicos (Helladius l. c. p. 18. 39. 55. 60. 180. 320.) Eos æternam beatitatem ſuis tribuere meritis. (l. c. 377.) Ex ſuperſtitione ſubire Martyrium. (p. 33.) Nullos omnino habere codices impreſſos.(p. 15.) Et quæ ſunt alia hujus generis, quæ atro carbone in hoc libello notanda cenſet Helladius, acerbus nimis Auctoris noſtri adverſarius, & in eo procul dubio lapſus, quod eum Græcæ linguæ prorſus expertem (p. 315.) ſolo in Moſcowitas

witas odio incenſum, ad hoc opus manus admoviſſe, (p. 18.) Idque ita perfeciſſe ſcribit, ut ne lectione quidem dignum ſit, nedum fide. (præf. l. c. p. 9.)

Rich. Simon Hiſtoire Critique des Dogmes, des Controverſes &c. des Chretiens Orientaux. Trevoux 1711. In hoc auctore dictio eſt enucleata & polita, multarum etiam rerum inſignium copia, & ingenii judiciique ea vis, quam magnitudo cauſæ requirit. Adde etiam mentis ſinceritatem. Quæ, ſi non ab omni partium ſtudio aliena, tanta tamen eſt, ut & Leonem Allatium, (p. 10.) & Clementem Galanum, (p. 138.) aliosque ad voluntatem Pontificis Romani ſcripſiſſe de Græcis, ad ineundam ab eo gratiam, & Græcorum dogmata à quibusdam Latinis iniquius, quam fas eſt tractari, diſerte fateatur.

Leonis Allatii Symmikta. Coloniæ 1653. Maſerianæ Bibliothecæ pars fuit olim hic noſter codex, Syllogen XXIV, opuſculorum comprehendens, Græcorum & Latinorum, vetuſtiorum & recentiorum, Homogeneorum & Heterogeneorum. In quibus ſunt quædam dubia, quædam falſa, & ſtibio ac ceruſſa fucata. Rara tamen omnia, & in iis nonnulla ad lucem obſcuris quibusdam in Geographia, Hiſtoria & Archæologia ſacra afferendam accommodatiſſima.

Davidis Chytræi Oratio de Statu Eccleſiarum hoc tempore in Græcia, Aſia. &c. Witteb. 1582. *Primus* eſt Auctor, qui, quales eſſent Eccleſiæ Orientales, & quemadmodum, ex noſtratibus diſquiſivit ſerio, & ſcripto publico tradidit. Lapida-

tus iccirco ab Antonio Poſſevino in Opp. Theol. Moſcoviæ annexis. p. 278. ſeq. Et Leone Allatio de Eccleſiæ Oriental. & Occidental. conſenſione L.III. c.XV. p. 1182. ſeq. & pudendis con vitiis proſciſſus; Sed præter meritum. Siquiden & ipſe multa obſcura in lucem protulit. Et ho meletemate occaſionem dedit eruditis in ſtatun Eccleſiarum Orientalium, & Græcæ inprimis ſolicitius, quam antea factum erat, inquirendi.

Ejusd. Oratio, cum poſt reditum ex Auſtria rever teretur. Ibid. 1571.

Davidis Chytræi Oratio de ſtatu Eccleſiæ in Græcia Aſia &c. Acceſſerunt Epiſtolæ Conſtantinopolitanæ & aliæ circiter XXX. Item confeſſio fidei Gennadii, & de Ruſſorum ac Tartarorum religione quædam. Franco furti 1583. Editio nitida, emaculata, locuple: In qua, quicquid de Eccleſiis Orientalibus eo tem pore innotuit, ſtudioſe congeſtum eſt. (2 Herm. Hamelmanni Hiſtoria renati Evangelii pe inferiorem Saxoniam. 1587. (3) Deſider. Eraſmi, de ſarcienda Eccleſiæ concordia, & pu ritate Tabernaculi. Baſileæ 1537. (4) G. Wi celii Methodus Concordiæ Eccleſiaſticæ. Lip ſiæ 1537.

Orientaliſcher Kirchen-Staat. Gotha 1699 Opus inſtitutum, ſed non abſolutum, non pe politum, & ad ſuum faſtigium non deductun Imo in ipſo ſuo hoc rudimento jam claudican & interſiſtens, & hians, & ceſſans, & la borans quaſi.

IN DUODECIMO.

(1) *EDuardi Brerewod. Scrutinium religionum.* Francof. 1650. Multum ſtudii ad hoc opuſculum concinnandum adhibuit Auctor Doctiſſ. Scientiarum multarum, & Geographicarum inprimis uſu præclare exercitatus, & vaſta lectione excellens, & verbis ad rem cum ſumma brevitate explicandam mirabiliter aptus. Non tamen religionum, ſed religionis Chriſtianæ Orientalis exhibet Scrutinium, idque ſtrigoſum admodum, & ex recentioribus ſcriptoribus ſubinde augendum, ac à Rich. Simone in Hiſt. Critica Chriſt. Orient. C. IX. p. 121. C. X. p. 125. C. XII. p. 140. &c. non ſine ratione ſuſpectæ fidei inſimulatum in quibusdam, & obelo notatum ac ſtigmate. (2) *Joh. Ulrici Meureri Centuria Anonymorum.* 1697. Dignum Schediaſma, quod vaſto operi Placciano de hoc Argumento inſeratur. Multa enim in eo ſunt, quæ à Placcio extremis tantum digitis tacta, plura quæ ab eodem plane ſunt præterita. Quod parum abeſt quin nobis perſuadeat, id ipſum non viſum eſſe à Placcio, licet A. C. 1699. demum ſit mortuus. Et optandum eſſet, ut, quam dedit, ſatis feciſſet Auctor fidei, & quæ editurum ſe recepit opera, in lucem emiſiſſet, ſcilicet de Anonymis Syſtema integrum, cujus mentionem facit in Indice, item de Pſeudonymis n. 28. de Plagio literario. n. 84. Et carmina Johannis Guilielmi & Aloyſiæ, & Barclajorum. *Num.* 100. (3) *Joh. Nicolai Diſquiſitio de nimbis Antiquorum.*

1669. Multæ lectionis & laudandæ induſtriæ opuſculum. Eo pluris faciendum, quo pauciores ſunt, qui nebuloſum hoc argumentum illuſtrandum ſuſceperunt. (4) *Anonymi Diſſert. Epiſtolica ad J. W. Jägerum de erroribus quibusdam philoſophicis.* 1695.

Moſcowitiſcher oder Reuſſiſcher Kirchen-Staat, cum præfatione J. G. Pritii. Leipz. 1698. Vix è prelo emerſerat hic libellus Freiſtadii 1698. 8vo ſub titulo *univerſa religio Ruthenica ſive Moſcowitica*, Theophilo Wahremundo Auctore, cum hæc Lipſienſis Editio denuo typis exſcriberetur cum præfatione Joh. Georgii Pritii. Cui poſtea 1712. editio tertia Francof. & Lipſ. ſucceſſit nitidiſſime impreſſa. Quod neſcire lectorem noluimus, ut cavere ſibi à technis bibliopolarum queat, qui uni vinovendibili plures ſuſpendere ſolent hederas. In omnibus enim editionibus titulus eſt immutatus, variata etiam præfatio & habitus libelli ita adornatus, quaſi nunc demum in lucem aſpectumque publicum prodiret. Qui ſemper antiquum obtinuit, & mutationem nullam ſubiit, præterquam quod in hac Editione figurarum ænearum jacturam fecit, licet Status Eccleſiæ Ruſſicæ ab A. C. 1698. usque ad 1712. jam mirum in modum mutatus fuerit, & hodie ita transformatus ſit, ut antiquam imaginem prorſus exuiſſe videri queat.

CA-

CAPUT XVII.

DE SCRIPTORIBUS ARCHÆOLOGICO-THEOLOGICIS.

IN FOLIO.

MArci Antonii de Dominis de Republica Eccleſiaſtica Libri X. E quibus Liber I. II. III. & IV. impreſſus Heidelbergæ 1618. Lib. V. & VI. Francofurti 1620. VII. & IX. Hanoviæ 1622. Opus XII. annorum, Auctoris ingenio, judicio, eruditione, ſtudio, ſplendore, & rerum ipſarum varietate, copia, dignitate, ſelectu, & neceſſitate commendabile. In quo id agit Antonius, ut demonſtret, *Reipublicæ Eccleſiaſticæ, qualis eſt hodie apud Pontificios, rationem, cum prima illa & priſca, nihil habere prorſus ſimilitudinis.* Primatum Petri cum SS. & Chriſti inſtitutione ſtare non poſſe. Epiſcopisque ſingulis competere plenam poteſtatem Eccleſiaſticam &c. Impugnatus idcirco à multis, quorum intererat, Pontificis Romani Monarchiam ſtare ſartam tectam; Sed ea eſt veritatis vis, ut improbitate inimicorum depreſſa, emergat rurſus & intercluſa multorum machinis reſpiret. Nec imminuta eſt Operis hujus dignitas tot contradictionibus, ſed aucta. E ſi quid in eo arguendum eſt, hoc eſt præcipue, dictionis inſuavitas, Oeconomiæ turbatio, & Libri VIII. & X. defectus. Qui in

præfat. Partis III. certo ac bono Auctoris conſilio dicuntur retardati, ſed rectius ab aliis à Rege Britanniæ creduntur ſuppreſſi. Accedit Antonii in fide levitas, qua ex Eccleſia Romana in Britannicam transgreſſus, poſtea rediit ad vomitum, & ſuo jumento ſibi arceſſivit triſtem interitum.

Rudolphi Hoſpiniani de Feſtis Judæorum & Ethnicorum libri tres. Genevæ 1675. Prima vice in lucem publicam exiit hoc opus Tiguri 1592. Sed poſtea ſæpius recuſum, & tacito eruditorum conſenſu ita eſt probatum, ut etiam à quibusdam compilatum ſit. Inchoatum tamen magis, quam confectum. Ac libro ultimo, quo de feſtis Muhamedanorum & Indianorum agit Auctor, tam jejunum, ut in primo hoc indice verbum de eo non fecerit, & ab eo ita ſe abſtinuerit, quaſi eundem hujus Argumenti ſuppuduerit. (2) *Ejusdem de Origine & progreſſu Monachatus Libr. ſex.* Genevæ 1669. De quibus alibi. (3) *Ejusdem de Feſtis Chriſtianorum Libri III.* Genevæ 1674. Impugnatus à Jac. Gretſero S. J. T. qui 1612 Ingolſtadii edidit Libros duos, *de Feſtis Chriſtianorum adverſus Danæum, Dreſſerum, & Hoſpinianum.* Mercede tamen egregiæ voluntatis dignus & majore adhuc encomio ornandus, ſi una fidelia plures dealbaſſet parietes Auctor, & de Feſtis Orientalium, Græcorum, puta, Ruſſorum, Abyſſinorum, Cophthorum, Armeniorum &c ſimul quædam adjeciſſet.

Rudolphi Hoſpiniani de Origine & progreſſu, uſu & abuſu templorum Libri V. Tiguri 1603. In quibus ſtilus minus terſus, ac comptus, & aliquot in-

ter

terdum locis ſubturbidus. Ordo etiam rerum non ubique optimus. Nec res ipſæ omnino tales, ut intelligentes in iis acquieſcere queant. Siquidem multa ſunt in hoc Pentateucho aliena, lubrica, ſuſpicioſa, & oppido falſa. (ut p. 3. ubi Auctor ſcribit Judic. II. 13. in Hebræo legi *Aſeroth*, idque inepte à vulgo translatum *Aſtaroth*) partium etiam ſtudio infecta multa, & ex Auctoribus recentioribus, & fide parum dignis depromta. Quædam prorſus præterita, vel parcius deſcripta, quam decet. Non tamen propterea omni encomio Auctor eſt excludendus. Præclara enim conantibus in ſecundis tertiisque conſiſtere laus eſt, ſi conſequi prima non licet. (2) *Ejusd. de Origine & progreſſu Monachatus Libri VI.* Tiguri 1609. Ex omnibus Hoſpiniani operibus hoc de origine Monachatus eſt optimum, & lectu digniſſimum. In quo ordinum Monaſticorum origines ſtudioſe ſunt perveſtigatæ. Regulæ S. Baſilii p. 31. Benedicti 101. Auguſtini 182. Franciſci 103. &c. integræ inſertæ. Animadverſiones etiam in eas ſimul non ſpernendæ additæ. Et obſervationes quædam inſignes, velut Emblemata, ſubinde intextæ. Atque hæc ſunt, quibus excellere præ reliquis hoc opus judicamus. Quod tamen pari paſſu cum aliis ambulat, ſi ſpectes dicendi genus, & rationem ordinis, & alia nonnulla, quæ in præcedente notanda eſſe diximus.

Gottfr. Arnoldi wahre Abbildung der erſten Chriſten. Francof. 1696. Auctor eſt Vir doctus, & variis litteris eruditus, cujus grave & judicii plenum eſt orationis genus. Sed acrius interdum

dum & vehementiori adfectu turbatum, nec ſatis populari aſſenſioni accommodatum. Diſpoſitio oportuna, in qua explicatis ordinibus temporum, uno in conſpectu univerſa primorum Chriſtianorum diſciplina exhibetur. Res autem pleræque præclaræ, & à Guilielmi Cavei libello ejusdem argumenti, mirum quantum diverſæ. Siquidem hic noſter Conſtantini M. ætate Eccleſiam Chriſti decreviſſe exiſtimat, quam Caveus ea tempeſtate florentiſſimam eſſe arbitratur. Attamen ad Caveum circumſpectius legendum, & ejus dicta diligentius examinanda, perutiles, & perneceſſariæ; Dummodo Theologiam Theticam primorum Chriſtianorum ſolicitius excuſſiſſet Auctor, & Orthodoxis fere omnibus non ita manifeſtam ſcripſiſſet dicam, & argumentando à particulari ad univerſale, iis, quos habuit adverſarios, non dediſſet occaſionem, univerſum hoc opus ſugillandi, & ob quædam minus commode dicta rejiciendi omnia.

Longobardica Hiſtoria ſive legenda Sanctorum vel paſſionale Sanctorum. Hagenoæ 1626. Auctor eſt Jacobus de Voragine, vel potius, de Viragine, urbe Lygurum maritima oriundus, & Sec. XIII. clarus, pius tamen magis quam doctus, & cum ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria credulus. Cujus rei teſtis eſt vel ſolum hoc volumen, pudendis ſane fabulis refertum, & ab ipſis Pontificiis damnatum, Ludovico Vive, puta, Melchiore Cano, Cl. Eſpencæo, quorum decreta recitat Guil. Cave in Hiſtoria Liter. p. m. 654. Et Chriſt. Thomaſii hæc eſt hæreſis in Diſſert. de ortu & progreſſu Proceſſus contra Sagas ſ.

ſ. 38.

38. p. 32. Fabulas Romanenſes, quæ hoc Seculo in uſu eſſe cæperunt, è Dialogo Gregorii, Vincentii Bellovacenſis ſpeculo, & hujus Jacobi Aureis legendis habuiſſe originem. (2) *Rationale divinorum officiorum Guilielmi Durantis*. Hagenoæ 1509. Laudatum à Joh. Bona in Notitia Auctorum, Pſalmodiæ divinæ ſubjuncta; Velut opus omnibus Eccleſiaſticis neceſſarium. Nec laude ſua prorſus defraudandum. Eſt enim antiquiſſimum *Theologiæ Chriſtianorum Liturgicæ monumentum*. Ex quo condiſcimus, quæ fuerit Eccleſiæ Sec. XIII. facies, quæ rituum Eccleſiaſticorum origines, quæ varietates, quæ ſignificationes, & rationes. Hic enim præcipuus ſcopus eſt Auctoris, tradere *Officiorum Eccleſiaſticorum rationes*. Et licet *officia* ea tempeſtate uſitata non inepte tradiderit; In *rationibus* tamen eorum explicandis ita verſatus eſt, ut Lectori ſplenem movere poſſit, usque adeo frigidum eſt & inſolens, quod antiquos in prima rerum Eccleſiaſticarum inſtitutione reſpexiſſe ſcribit. Adde linguæ Græcæ & Hebraicæ imperitiam, quæ tanta eſt, ut vix aliquod occurrat Eccleſiæ Vocabulum, in cujus explicatione inſantiam ſuam non prodat. Æque deſtitutus ab his literis, ac Typotheta, qui p. 21. impreſſurus Voculas quasdam Græcas in MSCto Auctoris obvias, ſpatia reliquit vacua ob Typorum indigentiam.

IN

IN QUARTO.

JOh. *Bonæ Opera omnia.* Antwerpiæ 1677. Scriptor luculentus, Theologiæ Myſticæ, & Antiquitatum Liturgicarum valde peritus, multarum etiam diſciplinarum gnarus. Utinam, quos L. I. Rerum Lit. c. 18. §. 1. p. 401. in aliis reprehendit lapſus, ipſe in Antiqu. Liturgicis deſcribendis devitaſſet, profecto nemo eidem in hoc argumento præſtitiſſet. Sed, quæ communis eſt humani generis macula, in aliorum vitiis cernendis aquilis ſumus acutiores, in noſtris cæciores talpis. Atque hinc factum, ut hujus Bonæ non omnia ſint bona. Etenim antiquos Eccleſiæ mores ut plurimum præſentis temporis conſuetudine metitus eſt, quod in aliis l. c damnaverat. Scriptis etiam veterum ſuppoſititiis uſus ſæpiuſcule, velut genuinis. Tum Pythagoricorum, Platonicorum, & Stoicorum placitis delectatus nimium, ad Theol. Myſticæ Phœnomena illuſtranda. Cæterum perbene latine loquitur, litteratiusque, quam alii ejusdem ordinis Multijuga etiam in eo eſt lectio. Auctorumque rariorum, nec ubique in vulgus notorum cognitio, & non ſpernendum ejus de iisdem judicium

Edmundi Martene de Antiquis Monachorum ritibus. Lugduni 1690. Unicus hic eſt, qui argumentum hoc litteris eſt perſecutus, & ita perſecutus, ut & niteat doctrina, & induſtria excellat. Quanti enim laboris eſt, tot Ordinaria Conſuetudinaria, Ritualia, Manuſcripta & Edita perluſtrare, & quæ in iis continentur, in unum corpus redigere? Gratias omnino debemus Ma-

billo

billonio, qui Auctorem ad opus hoc elucubrandum cohortatus eſt. Ex quo patet, quantopere in cœnobiis collapſa ſit regularis obſervantia, & quam parum ritus hodierni Monachorum cum ritibus antiquorum habeant ſimilitudinis.

Joſephi Bingham Originum ſive Antiquitatum Eccleſiaſticarum Volumen I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. Halæ 1724. 1727. Quo deſtituti fuimus adhuc, Syſtema Antiquitatum Eccleſiaſticarum Chriſtianarum dedit nobis Auctor Doctiſſ. Libris XXIII. Voluminibus X. conſtans. Luculentum ſane, & expolitum, & omni virtutum genere illuſtre. In quo res variæ, præſtantes, ſelectæ, perutiles, eæque non ex rivulis recentiorum, aut ſuſpectis veterum ciſternis, ſed ex fontibus ipſis hauſtæ. Ordo compoſitus & concinnus, & ſuo ſemper argumento inhærens. Stilus facilis, & perſpicuus, cum cultu & nitore conjunctus. Et omnia, ad lucem obſcuriſſimo huic themati infundendam, excellenter inſtructa. Nec obſtat, quod dicitur à quibusdam, id ipſum commiſiſſe Auctorem, quod in aliis in præfatione p. 28. reprehendit, ſcilicet ad Epiſcopalium & ſuæ Sectæ deditorum voluntatem nonnulla commemoraſſe. Siquidem ea in rebus præſtantibus optima ſunt, quæ optimis ſunt proxima. Potuiſſet omnino quædam tradere plenius & accuratius, ſi Caſparis Zigleri ſcripta ei innotuiſſent. Nec Claudio Salmaſio tam gravem ſcripſiſſet dicam P. 1. L. 2. c. 21. pag. 340. ſi cauſam Epiſcopalium non defendendam ſuſcepiſſet. Sed hominis non eſt noſſe omnia, & ab omni ſtudio partium eſſe immunem.

(1) *Georgii Calixti Conſideratio doctrinæ Pontificiæ & Reformatæ.* Helmſt. 1672. (2) *Gebh. Theodori Meieri introductio in univerſum Theol. Moralis ſtudium.* Helmſt. 1671. Quæ teſtatur Auctoris induſtriam, facultatem, & inſignem, qua excelluit, in re literaria Polyhiſtoriam. Integram enim fere Theologiæ Moralis Bibliothecam condidit & Hiſtoriam. Simul tamen quosdam humanæ imbecillitatis prodidit nævulos. Nimium Ariſtotelis ſtudium. Pædiæ Theologiæ Moralis operoſiorem, quam neceſſe eſt, delineationem, & principiorum Philoſophicorum non usque opportunam ad eandem applicationem. Inveteratum præjudicium, quaſi Canones Conciliorum ad Theologiam Ethicam pertinerent, & divinum hoc Syſtema fulcris humanis ſuſtentaretur. (3) *Gabrielis Albaſpinæi de Vet. Eccleſiæ ritibus* Libr. II. cura G. T. Meieri. Helmſt. 1672. Vir litterarum & Antiquitatis bene peritus, & maximorum Eccleſiæ negotiorum uſu egregie exercitatus. Qui terminos olim in Eccleſia uſitatos pleros que rite intellexit, & abuſum eorum hodiernum accurate notavit, rituumque & inſtitutorum originem & rationes, quoad fieri potuit, inveſtigavit. Dignus propterea, qui ſtudioſe legatur, dummodo ſimul conſiderate & circumſpecte. Laborat enim partium ſtudio. Et armis invalidis inſtructus quandoque prodit in aciem. Delectatur etiam & lubenter utitur verbis Tertullianeis, quem præ ceteris legendo contrivit. Sane majore ſtudio lectitavit, quam SS. cujus vix ulla in his obſervationibus facta eſt mentio. (4) *Codex Canonum Eccleſiæ univerſæ ex recenſione*

Chri-

hriſtophori Juſtelli, *editus denuo à G. T. Meiero.* Helmſt. 1663. De quo quid exiſtimandum, diimus alibi. (5) *G. T. Meieri Diſſert. de Aſcetis.* Helmſt. 1671. (6) *D. Juſti Feurbornii Anti-Enjeinus ſive vindicatio locorum SS. divinitatem J. C. emonſtrantium.* Giſſæ 1658. (7) *Pietas Academiæ Juliæ aſſerta contra D. Ægidium Strauchium.* Helmſt. 1668. (8) *Der Julius-Univerſität Schutz-Rede wieder D. Ægidium Strauchium.* Ibidem eodem. 9) *F. U. Calixti Juſtificatio Retorſionis wieder D. Ægidium Strauchium.* Ibidem eodem. (10) Ej. *aſtigatio J. Deutſchmanni.* Helmſt. 1667.

Gabrielis Albaſpinæi Obſervationes Eccleſiaſticæ in Epitomen redactæ, & notis illuſtratæ à J. G. Kettemeillio. Helmſtadii 1657. Obſcurum ſane & lerisque ignotum eſt Kettembeillii nomen, nec G. T. Meyero in Albaſpinæi Editione memoraum, dignum tamen, quod in dyptichis literariis ocum obtineat, tum quod non neceſſaria demſit Albaſpinæis obſervationibus, tum quod neceſſaa quædam iisdem ſuperaddidit, & eo tempore arum quandam dedit imaginem, quo vel nulla, el rara admodum earum exempla extabant in Germania.

Dorothei Aſciani Montes pietatis Romanenſes. ui acceſſerunt Nicolai Mariani Montes Impietatis, & Michaëlis Papaſavæ deciſio contra Montes pietatis. Lipſiæ 1670. Auctor verus, (nomen enim Aſciani eſt fictitium) eſt Matthias Zimmermann S. Theol. D. & Superint. Miſſenenſis, qui ſevit iquid tanquam in occulto & derelicto ſolo. ec indiligenter coluit. Multijuga ſane in hoc pere eſt lectio. Vaſta librorum, etiam rario-

rum, quorundam cognitio. Perutilis rerur multarum, in vulgus non ita notarum, recitatic Majus tamen virtutis ſuæ tuliſſet præmium Au ctor, ſi redundantes illas, & quaſi extra ripa diffluentes, excurſiones repreſſiſſet, & hui diſſertationi non tam portentoſum præmiſiſſe prologum. Adde inſcriptionis obſcuritaten Qua ita deterriti ſunt Lectores, ut, qui imper ſas fecit Bibliopola, coactus fuerit tollere ear dem, &, ut vinum hoc fieret vendibilius, han ei poſtea ſuſpendere hederam; *Amœnitates Hiſt riæ Eccleſiaſticæ.* (2) *Seb. Schmidii Collectaneoru Talmudicorum Libri II.* Lipſiæ 1670. Scilic primus continet Ebraice & Latine Tractatu Talmudicum de Sabbato. Alter de commixti una cum additis præcipuorum Rabbinorum cor mentationibus, in quibus vertendis non ſperne dam operam poſuit V. C. S. Schmidius. Ne obſtat Surenhuſii criſis in præfat. ad Tomum Miſchnæ, ubi ſcribit; Schmidium in hac ſua ve ſione Hebraicæ dialecti nimium fuiſſe tenacer Hoc enim tantum abeſt, ut pro vitio habendu ſit in interprete, ut potius virtutibus ejus ſit a cenſendum. (3) *Caſp. Zigleri de Diaconis & Diaconij Eccleſiæ Vet. Comment.* Witteb. 1678. Opus a *reum* denominatum à Chriſt. Thomaſio in pra Joh. Stelleri, Pilato defenſo præmiſſa. Nec in merito, ſi quid in nobis eſt judicii. Sane pl ra præſtat Auctor in Commentatione ipſa, qua in Indice ejus pollicetur, Vir Antiquitatis Eccl ſiaſticæ, & arcanorum aulæ Romanæ egreg peritus. Et in Theologia non minus, quam jurisprudentia excellenter verſatus. Cujus faci

populare eſt dicendi genus. Res autem ple-
eque à vulgari conſuetudine alienæ. Siquidem
imus eſt ex Proteſtantibus, qui Juris Canoni-
Myſteria detexit, quem poſtea alii complures
enſo agmine ſecuti ſunt. Nonnulli etiam ſcri-
a ejus compilarunt non indicato nomine. (4)
jusdem de Dote Eccleſiæ Diatribe. Witteb. 1676.
jusd. cum præcedente commatis. Opus eru-
tum, varium, nervoſum, aureum. Futurum
emmeum; & quovis pretioſius auro, ſi Pauli
arpii tr. *de Beneficiis Auctori* ad manus fuiſſet,
ab eodem in conſilium adhibitus.

(1) *Wilhelmi Cave Antiquitates Apoſtolicæ.* Leipz.
696. Vir valetudine incommoda, ſed dili-
entia & virtute animi, & doctrina is, ut in
umero veterum haberi queat. Multæ in eo lit-
eræ. Viriles animi ſenſus. Et grave quoddam,
elegans, & eruditum orationis genus. Mul-
juga monumentorum antiquorum lectio. Mi-
a ſagacitas genuina à ſpuriis, & fabuloſa à ve-
is, & ab incertis certa diſcernendi, & ex ſco-
iis colligendi aurum. Unde & eximiæ eſt uti-
tatis hoc opus, in ſacra S. Interpretanda, &
I. E. Primi Seculi pernoſcenda, & veritate re-
gionis Chriſtianæ vindicanda. Non tamen ejus
ommatis, ut nihil in eo deſiderari queat. Sunt
ne in eo præter Paradoxa, (pag. 18. 70.)
uædam dubia, (pag. 25. 515.) fabuloſa, (pag.
0. 34.) ἀπρεπῆ. Verum ea perpauca. Et
uæ de dignitate ejus nihil omnino detrahere,
edum eandem obſcurare, vel extinguere valeant.
2) *Jacobi Turham Auslegung des Hohen Liedes Sa-
monis.* 1695. (3) *Chriſt. Thomaſii & Ennonis*

Brenneiſenii Recht Evangeliſcher Fürſten in Theol Streitigkeiten. Halæ 1696.

Caſparis Calvorii rituale Eccleſiaſticum. Jenæ 1705
Ex monumentis omnibus, quorum pro ingeni fœcunditate non pauca excitavit Auctor, hoc noſtro judicio, eſt optimum. Doctum, grave varium, jucundum, utile, & ita neceſſarium ut, qui rituum Eccleſiaſticorum Hiſtoriam igno rare turpe ducat, carere eo non poſſit. San unicum hoc eſt Theologiæ Evangelicæ Liturg cæ Syſtema Hiſtoricum, in quo ritus omnes i certas claſſes digeruntur, & eorum ortus & pro greſſus exponitur, aliarumque gentium moribu ſubinde illuſtratur, de ratione etiam, & uſu & ab uſu, diſquiritur. Ad cujus ſimilitudinem utinar aliquis Eruditorum concinnaret Syſtema Hiſtor cum Theologiæ Theticæ.

J. B. Caſalius de Profanis Ægyptiorum & Roma norum & ſacris Chriſtianorum ritibus. Francof. 168
Quos in republica civili conſequi non potuit ho nores, (conf. Præf. Partis 3.) eos in orbe litte rato ſe aſſecuturum exiſtimavit Auctor, tum ali quibusdam, tum hoc de ritibus veterum Opere Et reperiuntur in eo quædam aſteriſco non pla ne indigna, ſed multo plura, ad aliquam ſibi apu Eruditos exiſtimationem adſciſcendam, prorſu inidonea. Rapſodica, vulgaria, frigida, du bia, à veritate oppido aliena, teſtimonia vete rum vel plane nulla, vel ſuppoſititia, vel à ſtat cauſæ aliena. Sectæ ſtudia manifeſtiſſima, cum petitionibus principii, & ignorationibu Elenchi, perpetua è Theologia Liturgica i Theologiam Syſtematico-Polemicam diverticul

it Muſeum Caſalii magis abundaſſe pateat anti-
quitatum cimeliis, quam pectus.

(1) *Georgii Calixti Diſſert. de Baptiſmo.* Helmſt.
1643. (2) *Ejusd. Orationes ſelectæ.* Ibid. (3)
De viſibili Eccleſiaſtica Monarchia. Helmſt. 1643.
(4) *Ejusd. De transſubſtantiatione Diſſert. I. II.* Ibid.
(5) *Ejusd. De peccato Originali.* Ibidem. (6) *Ej.*
de veritate Religionis Chriſtianæ. Ibid. (7) *Ejusd.*
Hiſtoria Magorum. Ibid. (8) *Ejusd. de Providen-*
tia Dei. Ibid. (9) *Ejusd. Reſponſum ad actionem*
P. Valeriani Magni Capucini. Ibid. (10) *Ejusd.*
Reſponſum ad Erneſtum Landgravium Haſſiæ. Ibid.
(11) *Ejusd. de ſtatu animarum ſeparatarum.* Ibid.
(12) *Joach. Hildebrandi Inſtitutiones Sacræ.* Helmſt.
1660. (13) *Ejusd. Rituale Orantium.* Helmſt.
1656. In cujus oratione ſapientis & recti ho-
minis character eſt, gravitas peculiaris, & na-
turalis quædam auctoritas, ut teſtimonium dice-
re putares, non orare cauſam, cum de ritibus
orantium in Vet. Eccl. profert ſententiam Auctor.
Doctrina in hac tela pertexenda non tanta, quan-
ta eſt in Joh. Bona & Joſepho Binghamo, qui
idem hoc argumentum, ſed multo locupletius
& eruditius excuſſerunt. Ea tamen, ut ſalivam
moverit Lectori, quem p. 83. promiſit de *Pſal-*
modia Veterum commentarium, oculis uſurpandi.
(14) *Ej. De Hæreſi in genere.* Ibid. (15) *Ejusd.*
de Baptiſmo. Ibid. (16) *Jac. Tappii Orat. de ri-*
tibus profanis & ſacris, quibus veteres Infantes in
natalibus initiarunt. Helmſt. 1655. In qua multi-
plex lectio, ſed extemporalis dictio. Et Teſti-
moniorum longe major ſeges, quam teſtium.
(17) *Joh. Hilperti Diſſert. de Agapis.* Helmſt. 1656.

Bellula ſane, & erudita, & lectu digna. (18) *Herm. Conringii de purgatorio Animadverſiones in Joh. Mühlmannum.* Ibid. 1651. (20) *Chriſtophori Heidmanni Oratio de Julio novo.* Helmſt. 1659. (21) *Joh. Caſelii Oratio pro Arte poëtarum.* Helmſt. 1638. (22) *Jac. Raverdi Conjectaneorum Libr. III.* Helmſt. 1660. Quem, ſi non in ipſo curſu ſuſtuliſſent fata, jure cum ſummis Viris comparare potuiſſemus, ſed eum conſummari mors immatura non paſſa eſt. Oſtendunt tamen ejus opera maximam indolem, & mirabilem, præcipue in illa ætate, antiquitatibus litterariis commode utendi peritiam & facultatem.

Conr. Sam. Schurtzfleiſchii Diſſ. de Hymnis Veteris Eccl. Witteb. 1681. In qua multa præclara Sed id tamen ferendum non eſt, quod Auctor §. 12. pro eo quod eſt in Homero ὀπὶ καλῇ, legit φωνῇ καλῇ, reclamante metro, textu, Scholiaſte, & univerſo eruditorum Choro. (2) *G H. Götzii Diſſ. de odio Pontificiorum in Hymnos Eccleſiæ Lutheranæ.* Lipſiæ 1703. In qua egregie fallitur Auctor Doctiſſ. ſi, quos p. 21. adfer verſiculos, Hymno Lutheri; *GOtt der Vater wohn uns bey*, à Pontificiis adjectos, in omnibus canticorum Libris eorum ita legi perſuaſum ſib habet. Neque enim exſtant in eo, qui Hildeſia excuſus eſt 1721. Nec habetur in illo Metamorphoſis, quam Papicolæ in Hymnum, *HErr JEſu Chriſt wahr Menſch und GOtt*, induxiſſe p. 22 memorat, ubi ſcribit, eos deleto Salvatori nomine, v. 3. ad Mariam applicuiſſe h. m. *So komm Maria mir behend*, in Hildeſienſi enim diſerte legitur, *So komm O HErr Chriſt mir behend*

(3

(3) *Sam. Andreæ Diſſert. de Epiſtolis B. Mariæ Virginis.* Marpurgi 1682. Quæ mirum in modum poſſet augeri ex Codice N. T. Apocrypho J. A. Fabricii p. 832-854. Sed acutioris judicii hodie ſunt Pontificii, & fere omnes in eo conſentiunt, Epiſtolas Mariæ & Ignatii amæbæas eſſe Apocryphas, ante pauca Secula confectas. (4) *J. F. Meieri de Epiſcopiſſis veteris Eccleſiæ.* Gryphswaldiæ 1702. In qua vis, lectio, gravitas, & facultas judicandi minime vulgaris. (5) *Ej. de Clandeſtino matrimonio*; *Mariage de Conſcience.* (6) *Ej. De Pœnitentia Dei.* (6) *J. A. Schmidii de translatione Epiſcopi ab Eccleſia majori ad minorem.* Quæ eſt Archæologico-Caſiſtica. (7) *J. Hildebrandi de Donatione Conſtantini M.* diſſertatio, è Laurentio Valla, Franciſco Hottomanno (Auctore Fulminis Bruti) excerpta, argumentorum ordine mutato, aucto, & alio habitu in lucem aſpectumque publicum producto, in qua Auctor docet; *Donationem Conſtantini merum eſſe curiæ Papalis commentum.* Quam nec Conſtantinus M. nec reliqui poſt Conſtantinum Imperatores, per mille annos agnoverint, aut ratam habuerint, uſque ad Henricum Luxenburgicum, qui *primus* hoc donativum, quaſi vere factum, confirmaverit. (8) *J. A. Schmidii Adamus Halberſtadenſis.* Argumentum rarum, curioſum, à nemine adhuc occupatum, ſane à nemine tam diligenter atque copioſe traditum. (9) *Ej. Diſſert. de Annulo Paſtorali.* In qua multijuga lectio, & antiquitatis Eccleſiaſticæ non cottidiana cognitio. (10) *B. C. Richardi Pſeudo-Norbertus.* (11) *Petri Zornii Tractatus de Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ.* Succin-

cinctus, ſed luculentus, literarius, Polyhiſtoricus, in quo, velut in tabula, Scriptores omnes, qui Libertatem Eccleſiæ Gallicanæ vel defenderunt, vel oppugnarunt, deſcribuntur. (12) *J. A. Schmidii Notitia de Hoſpitali & Sacello S. Annæ prope* Helmſtadium. (13) *H. Hahnii de ambitu Eccleſiaſtico, ſive Simonia.* (14) *M. P. A. Böyſen Eclogæ Archæologicæ* ad Locum Act. XXVII. 9. In quibus loquendi elegantia, cum Literarum Sacrarum & profanarum ſcientia non inurbano connubio eſt conjuncta.

(1) *J. Hildebrandi Tr. de Hierarchia Veteri Eccleſiæ.* Helmſtadii 1702. Auctor induſtrius liquidus, & ordinis perſtudioſus, ſed non ita vendibilis, ut neſcias, quid ei deſit. Non enim copioſus eſt ſatis, nec ſolidus, nec accuratus. Quod ad oculum patebit, ſi v. g. quod §. 45-66 de Patriarchis tradit, compoſueris cum eo, quod Jo. Bingham T. I. Antiq. Eccl. c. XVII. p. 233-263 de eodem argumento comportavit. (2) *J. A. Schmidii de primitivæ Eccleſiæ Lectoribus in genere* Schediaſma accurate ſcriptitatum. (3) *Ej. de Lectionariis Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis.* Diſſert. pereruđita, & ob Antiquitatis Eccleſiaſticæ & Litterariæ apparatum omnium Doctorum manibus terenda. (4) *G. T. Meieri Diſſertatio de Aſcetis.* Laudanda à rerum ubertate, delectu & luculento ordine, ſi deſcriptionem de Turcarum aſcetis §. 35. 36. exceperis, in qua neceſſariis ſubſidiis deſtitutus fuit auctor. (5) *J. Felleri diſſertatio de fratribus Calendariis.* Rara. (6) *J. Hildebrandi de priſcæ Eccleſiæ Sacris publicis, Templis, & diebus feſtis.* Cujus pars poſtrema

ma A. C. 1701. recuſa Helmſt. ſub titulo *D. J. Hildebrandi de diebus feſtis Libellus* , habitu mutato quidem, ſed non emendato, nec aucto prodiit in lucem. (7) *M. C. H. Bromels de cellis ſacris Veterum Chriſtianorum.* Qui non parum profecit ex G. T. Meyeri diſſertatione de cellis, ſed diſſimulato ejus nomine. (8) *J. Fabricius de Templis Veterum Chriſtianorum, & memorabilibus quibusdam* anni 1703, cum Ichnographia templorum veterum æri inciſa. Quam ſi cum Ichnographia templorum Judaicorum, & Ethnicorum veterum, aliorumque, qui de templis Chriſtianorum commentati ſunt, deſcriptionibus voluiſſet componere Auctor, facile locupletare, & ex hoc urceo potuiſſet formare amphoram; Quædam etiam non ſatis apte collocata in meliorem ordinem redigere. (9) *Eliæ Vejelii Diſſertatio de Eccleſia Græcanica hodierna.* Exagitata à Leone Allatio in Appendice tractatus de octava ſynodo Photiana, ſed à Veielio defenſa, & ab Auctore eo ſtudio elucubrata, ut laudis præmium, quaſi debitum, ipſi perſolvendum videatur. (10) *J. C. Reimmanni diſſ. de Campanis;* In qua contendit, Paulinum Epiſcopum Nolanum, Seculo IV. editis locis turribusque tintinnabula grandiora primum ſuſpendiſſe, forma deſumta à tintinnabulis minoribus. (11) *J. A. Schmidii de oblatis Euchariſticis, quæ hoſtiæ vocari ſolent.* Diſſertatio accurate & diligenter ſcripta. In qua mentis aciem in hoc intendit Auctor, ut evincat, Eccleſiam occidentalem & orientalem in S.Euchariſtiæ negotio panem fermentatum adhibuiſſe olim, Azymumque à latinis ſeculo demum XI. admiſſum. (12) *J. A.*

Schmid de Catechiſatione Veterum. Schediaſma extemporale, ut videtur, ex rivulis tantummodo, non autem ex fontibus ipſis hauſtum. (13) *C. Sagittarii de Martyrum cruciatibus in primitiva Eccleſia.* Liber, in quo ſermo remiſſus, & lenis, & ſententiam luculenter & facile comprehendens. Oeconomia probabilis. Multa lectio. Magna rerum varietas, jucunditas, utilitas. Plenitudo tanta, ut contenti hoc Catone eſſe queamus. (14) *Petri Mülleri de Nummo Confeſſionario.* In qua ſuſpicatur, nummum confeſſionarium eo tempore eſſe ortum, quo confeſſio auricularis Eccleſiæ Chriſtianæ ab Innocentio III. obtruſa eſt, h. e. A. C. 1213. (15) *Petri Mülleri de Annulo pronubo, & Oſculo Sancto Commentatio.* Ex quibus poſterior priori longe eſt præferenda. Hæc enim reſpondet ſuſpenſæ hæderæ. Illa non item. Hæc lucernam olet, illa tumultuaria, & extemporalis, & fortuituita videtur. Hæc reipſa præſtat, quod promittit. Illa nubem obtrudit pro Junone. (16) *Ej. de pœnitentia Eccleſiaſtica.* Spiſſa, operoſa, methodo cauſali digeſta, variis caſibus, reſponſis, teſtimoniis, exemplis, narrationibus &c. locupletata. (17) *Ej. de bonis Parochialibus.* (18) *Ej. de jure prægnantium.* (19) *Ej. de dono nuptiali.* (20) *Ej. de Hierologia ſive Benedictione Sacerdotali.* (21) *J. A. Quenſted de ſigillo confeſſionis.* (22) *J. W. Beyeri de aqua luſtrali Pontificiorum, von Weihe-Waſſer.* (23) *Andr. Lud. Königsmanni von Pfingſt-Meyen.* (24) *M. C. Claji de die Paraſceve, vom Char-Freytage.* (25) *J. A. Schmidii de columbis in Eccleſia Græca & Latina uſitatis.*

Ja-

Jacobi Pamelii Liturgica Latinorum. Coloniæ 1571. II. Volumina. Sane Vir doctus fuit Pamelius, & in lectione Patrum probe verſatus, & antiquitatis Eccleſiaſticæ peritia luculenter inſtructus, unde & magnum ejus in orbe litterario nomen, & egregia de operibus ipſius opinio.

Sed minuunt mirum quantum hæcce volumina famam.

Quod enim ad primum eſt, in quo contendit, Miſſam non à Papiſtis confictam, nec à Gregorio Papa primum inventam eſſe, ſed à Chriſto inſtitutam, ab Apoſtolis uſitatam, à Primitivæ Eccleſiæ Patribus primis IV. à Chriſto nato ſeculis quibusdam ceremoniis ac precibus auctam, nubes eſt in eo teſtium, ſed non dignorum fide, ſuſpectorum ſc. multorum, ſuppoſitorum etiam, & ſibimetipſi contrariorum, nec iis ſeculis illuſtrium, aut eo ſermone allatorum, quo ipſi ſunt uſi. Quod autem ad Secundum attinet,

Non poſſunt iſtum multæ, Fauſtine, lituræ,
Emendare librum; Aſt una litura poteſt:

Omnia enim, quæ in eo continentur monumenta, falſa ſunt, & Auctoribus iis ſuppoſita, quorum nomina præſcripta habent.

Hymnus magnus Eccleſiæ Joh. Georgii Eccardi. Helmſt. 1713. Non infelix in vocum Theotiſcarum natalibus, & ſignificationibus eruendis haruſpex eſt hic ſcholiaſtes. Felicior, ſi græcam linguam ſimul in ſubſidium vocaſſet, cujus mater eſt germanica. Sic v. g. vox Wiher, quæ exſtat in hoc hymno verſ. 3. adhuc ſupereſt in voce ἱερός apud Græcos, cujus Spiritus aſper & lenis ortus eſt ex Germanorum W. ut

in

in *οἶνος*, *Wein.* Supereſt etiam apud Germanos ipſos, qui *Heilig und Heer*, ut Synonyma, conjungunt.

Matthæi Zimmermanni Analecta Sacra & profana. Miſenæ 1675. Hic auctor & navus eſt, & doctus, & in re litteraria non negligenter verſatus, & primis in Germania Ephemeridum literariarum ſcriptoribus annumerandus, ſed diſturbatus quodammodo & obſcurus, & rapſodicus; Qui è Præceptoris ſui Dorſchei Collegiis MSCtis integras quandoque plagulas hiſce ſuis collectionibus inſeruit.

Reginonis Prumienſis de Diſciplina Eccleſiaſtica, præſertim Germanorum, Libri II. Opera Joachimi Hildebrandi. Helmſtadii 1659. *Primus* eſt hic Auctor ex Germanis, qui Canones Eccleſiaſticos comportavit. Burchardum Wormatienſem ætate antegreſſus, Seculoque IX. exeunte illuſtris, & ad diſciplinam Germanorum Eccleſiaſticam cognoſcendam, & Pontificios in abuſibus quibusdam v. g. Miſſa ſolitaria, communione ſub una &c. confundendos, perutilis. Adeoque bene omnino de Eccleſia noſtra eſt meritus Hildebrandus, qui, eundem blattis & tineis ſubductum, *primus* è tenebris in lucem prodire juſſit. Sed ingens ad hæc ejus merita, & noſtra in eum ſtudia acceſſiſſet cumulus, ſi, quod Correctores Romani in jure canonico, hoc ipſum feciſſet in hoc codice, & canones omnes ad ſuos fontes reduxiſſet, &, quomodo cum iis vel conſentiant, vel ab iis diſſentiant, ſimul docuiſſet. Notulis etiam quibusdam adjectis, rebus verbisque obſcu-

ſcuris dediſſet lumen. Quod fecit poſt eum Stephanus Baluzius, qui idem hoc juris Eccleſiaſtici volumen, appendice nova, & præfatione pereruditа auctum, & notis illuſtratum recudi curavit. Pariſiis 1671. (2) *Joachimi Hildebrandi Rituale Orantium.* Helmſt. 1656. De quo alibi. (3) Ejusd. *de Veterum Concionibus.* Helmſt. 1661. Injuriam faciunt Auctori, qui putant eundem ex Bernhardi Ferrarii tr. de ritu Sacrarum Vet. Eccl. Concionum, hanc ſuam diſſertationem congeſſiſſe. Siquidem collatio utriusque docet contrarium. Et vero admodum eſt ſimile, hunc noſtrum de Ferrarii Comment. vix fando aliquid inaudiviſſe; usque adeo diverſa in eo ſunt omnia. (4) Ej. *de Natalibus Veterum.* Helmſt. 1661. In quo libello humile & quotidianum dicendi genus, & compoſitione ipſa diſſolutum, multum tamen induſtriæ & eruditionis. Nec argumentum, in quo verſatur, à multis occupatum eſt. (5) Ej. *diſcuſſio Hæreſeωn Aërii, quas Proteſtantibus Pontificii impingunt.* Helmſt. 1656. (6) Ej. *de Epiſcopis.* Ibidem 1662. (7) Ej. *de juribus Epiſcopalibus.* Eodem. (8) Ej. *de primæ Eccleſiæ Sacris publicis, templis & diebus feſtis.* Ibid. 1652. (9) Ej. *de Conſcientia variisque ejus Caſibus.* Ibid. eodem. (10) Ej. *de lacrymis Chriſti.* Ibid. 1662. (11) Ej. *Ars bene moriendi Martyrum.* Ibid. 1661. (12) *Gerhardi Titii de Conciliis.* Helmſt. 1665. (13) *Balthaſaris Cellarii de Catechumenis.* Ibid. 1657.

J. Bartholdi Niemeieri tr. de diſciplina Eccleſiaſtica. Acceſſit Jac. Sirmondi Hiſtoria Pœnitentiæ publicæ, Helmſtadii 1702. Et ſane Sirmondi Hiſtoria

docta

docta, & ad ipſos Pontificios jugulandos perutilis, ſed rerum macie & lacunoſa temporum digeſtione ita extabuit, ut Hiſtoriæ nomen tueri non queat, niſi per *καταχρησιν*. Niemeieri autem tenuis eſt Oratio, & Scriptura levis. Et argumenti diſcuſſio talis, ut, ſi Chr. Thomaſium audias, *In Bedenckən, wie weit ein Prediger gegen ſeinen Landes-Herrn ſich des Binde - Schlüſſels bedienen könne.* p. 169. ſeq. argumentorum loco meræ allatæ ſint contradictiones, & petitiones principii, & ſtatus controverſiæ mutationes. Quod judicium tamen tantum abeſt, ut faciamus noſtrum, ut potius ex ſimultate profectum exiſtimemus. Quia non idem Niemeieri de hac re ſenſus eſt, qui Thomaſii.

Iſaaci Caſauboni Exercitationes XVI. ad Baronii Prolegomena & partem primam Annalium. Genevæ 1655. Sudes in oculis Pontificiorum. Quorum, dici non poteſt, quantopere afflictæ ſint vires in his Exercitationibus, & fractæ opes, & dignitas percuſſa atque peſſundata. Atque hinc ſiniſtra illa & iniqua eorum de iis judicia, tot oppoſita iisdem volumina; Julii Cæſaris Bulengeri, Andr. Eudæmonis, Joh. Heriberti Roſweidi, & aliorum. Diſpuncta à Richardo Montacutio, Joh. Prideaux, Jac. Capello, Aliis. Hi enim omnes & cauſam Caſauboni contra Pontificios, & famam, quam ſibi his Exercitationibus circumfuderat, tuendam ſuſceperunt. Neque id immerito. Si enim unquam ab aliquo, à Caſaubono certe ad incitas redacti ſunt Papicolæ. In quo multæ & reconditæ litteræ. Antiquitatis Eccleſiaſticæ profunda cognitio. Linguarum

Exo-

Exoticarum inſignis peritia. Judicium exactum. Induſtria ſumma. Genus dicendi maſculum, & æquabile, & copioſum, ſed vehemens interdum, & acre, & bilioſum nimis. Atque hæc prima in excellenti hoc corpore eſt macula. Adde ſectæ ſtudium. Et, quod in Baronio toties culpavit Auctor, aſſiduum à propoſio diſcedendi, & extra chorum ſaltandi, & Polyhiſtoriam ſuam εὐκαίρως, ἀκαίρως, oſtentandi deſiderium. Talmudicarum etiam rerum non tantum, quantum de ſemetipſo prædicavit, uſum, ſi Wilh. Schickardum audias in jure Regio Cap. II. theor. 7. p. 157. ſeq. & alia hujus generis maximis ingeniis mala familiaria, ne quid ab omni parte beatum eſſe exiſtimes.

Jacobi Capelli Vindiciæ pro Iſaaco Caſaubono. Francof. 1619. Hiſce Vindiciis oppoſuit Heribertus Roſweydus, eodem hoc anno Anti-Capellum, ſive Exploſionem næniarum Jacobi Capelli, quas fama Caſaubono accinuit. Nec ſurdo narravit fabulam. Capellus enim eodem hoc anno 1619. Sedani edidit aſſertionem bonæ fidei adverſus ſtrophas Herib. Roſweydi. Quibus denuo objecit Roſweydus Antwerpiæ 1620. Syllabum malæ fidei Capellianæ, excerptum ex Jacobi Capelli mendaci aſſertione bonæ fidei.

(1) *Joh. Andr. Quenſtædii Antiquitates biblicæ & Eccleſiaſticæ.* Witteb. ſine anno. Scilicet melior Polemicus, quam antiquarius Auctor, id non præſtitit in hoc argumento, quod exſpectarunt lectores, celebritate famæ illecti, quam aliis

aliis quibusdam monumentis ſibi conciliaverat Neque enim iis inſtructus fuit ſubſidiis, quæ ad Antiquitatis Syſtema condendum requiruntur Neque eam adhibuiſſe videtur diligentiam, quam fas eſt adhibere eos, qui ad res præclaras animum adjiciunt. Unde factum, ut pleraque ſint protrita, & cottidiani commatis, ex Auctoribus recentioribus collecta, & nec genere dicendi, nec ordine concinno, propoſita. Attamen non fruſtra prorſus hic labor ſuſceptus eſt In quo ſane ſunt aliqua, quibus cera miniatula aſteriſcum queas appingere. Et ſi non facultatis, ubique tamen egregiæ voluntatis mercedem ferre debet in his cancellis Quenſtadius. (2 *Wolffgangi Franzii de Interpretatione SS.* Witteb 1693. Quod in ſcriptis pluribus, quæ in lucem prodire juſſit Auctor, eſt optimum. In quo Oracula SS. plus quam 152. egregie ſunt illuſtrata. Errores Hermeneutici vulgares quam plurimi detecti. Præcepta etiam Interpretationis non ſpernenda tradita. Sed quæ univerſe huic negotio expediendo nec ſufficiunt, nec ubique adhiberi poſſunt. Requiritur enim præter linguarum peritiam, & antecedentium, & conſequentium σύγκρισιν, in Interprete SS. Hiſtoriæ ejus temporis & loci cognitio, quo Scriptor vixit; Et ille verborum & rerum, cum iis quæ præcedunt & ſequuntur, Parallelismus, in iis ſcriptis locum non habet, ubi nullus eſt rerum & verborum nexus. Quod ex Auctore ipſo patet, qui ex Proverbiis Salomonis varia explicuit, ſola cognitione linguæ adjutus, ſine ἀλληλεχίας,

ſive

ve conſideratione eorum, quæ antecedunt, & equuntur.

(1) *Iſaaci Caſauboni Exercitationes XVI. ad Baonii Prolegomena & Partem I. Annalium.* Genevæ 663. de quibus alibi. (2) *Davidis Blondelli Pſeudo-Iſidorus & Turrianus vapulantes.* Genevæ 682. Opus præclarum, & rarum, Judice Dan. Georgio Morhoffio in polyhiſt. Tom. III. L. VI. . 14. p. 102. Et rarum omnino eſt, quia ſemel antummodo impreſſum. Præclarum autem, uia novum, ſolidum, eruditum. Rerum vaietate, copia, ſelectu, pondere, compreſſioe, admirabile, laudatum ab omnibus, qui ſunt elicioris cerebri, Hugone Grotio, Herm. Coningio, Conr. Sam. Schurtzfleiſchio, ipſis etiam Pontificiis, Joh. Mabillonio de ſtudiis monaſticis, Libr. II. c. V. p. 329. & aliis. Et ſupra omnem audem poſitum, ſi tanta facultate dicendi valuiſſet Blondellus, quanta viguit memoria, judicio, diligentia, & iis naturæ viribus & præſidiis, quæ iis ineſſe debent, qui rerum multaum & præſtantiſſimarum ſcientiam ſunt aſſecuti. 3) *Martini Buceri conſtans defenſio ex SS. &c. de Chriſtiana reformatione, Hermanni Epiſcopi Coloienſis.* Genevæ 1613, Opus infrequens. Quaia ſunt omnia Buceri monumenta. Cujus Hiſtoria exſtat in V. L. Seckendorfii Hiſtoria Lutheraniſmi Libr. IV. §. 32. p. 2201-2225. Atque ex ea ſimul manifeſtum eſt, nec Seckendorffium, nec ejus Methaphraſtem, J. Frickium, hanc Apologiam Buceri unquam oculis uſurpaſſe.

Jacobi Capelli de Menſuris Libri tres. Francof. 1607. In quibus magna, eaque exquiſita, & ſingularis Eruditio. Quique eo pluris ſunt faciendi, quo pauciores de hoc Argumento Virorum Eruditorum extant labores & vigiliæ. Oppido enim pauci ſunt ex antiquis juxta & recentioribus, qui de menſuris veterum aliquid memoriæ prodiderunt. Pauciores, qui de ponderibus. Et qui ex inſtituto hanc materiam excuſſerint, longe pauciſſimi. Adde, quod nemo fere operæ pretium eſſe duxerit, de conquirendis & aſſervandis antiquorum menſuris & ponderibus cogitare, aut iis illuſtrandis tantum laboris impendere, quantum Auctorem iisdem impendiſſe videmus. Qui omne tuliſſet punctum, ſi, quam habuit in hoc ſtudiorum genere cognitionem eximiam, ad SS. illuſtrandam magis adhibuiſſet. Cujus illuſtris quidem, ſed parcus admodum, fuit explicator & infrequens.

I. A. Schmidii Decas Diſſertationum Hiſtorico-Theologicarum. Helmſt. 1714. In quibus vis & gravitas, & materiarum raritas peculiarem habet laudem.

Antonii Corvini Chriſtliche Kercken-Ordnunge vor de Par-Heren in den Fürſten-Dome Hertog Ericks Hannover 1544. Accedit Ordeninge der Confirmation. Ibidem. Eodem. Quorum hiſtoriam juxta & argumentum tradit ὡς ἐν συνόψει V. L. *von* Seckendorf in Hiſt. Lutheraniſmi Edit. Germanicæ L. IV. §. 22. p. 2112. & §. 44. p. 2340 Et ex eo H. C. Königius in Bibliotheca agendorum. p. 48.

Er

Erneurete Kirchen-Ordnunge Anthon Ulrichs, Hertzogs zu Braunſchweig. Braunſchweig 1709. Ex variis Ordinationibus Sacris, quæ inde à reformationis tempore, ſive anno 1528. Eccleſiis Brunſvicenſibus à Superioribus præſcriptæ ſunt, eminent inprimis Joh. Bugenhagii, quæ omnium *prima* eſt, & Wittebergæ impreſſa, A. C. 1528. in 8vo prodiit. Tum Sereniſſ. Ducis Julii, quæ à Martino Chemnitio, & Jacobo Andreæ concinnata, Guelpherbyti 1569. in 4to typis exſcripta eſt. Et tandem hæc Anthonii Ulrici, quæ *renovata* dicitur, quia, quam Sereniſſ. Dux Auguſtus 1657. Eccleſiis ſuis impoſuit legum ſacrarum Syllogen, in hac reviſa, emendata, aucta, & variis acceſſionibus eſt locupletata.

Statuta Synodalia Metropolitanæ Eccleſiæ Magdeburgenſis, MSCta & inedita, à Iohanne Archiepiſcopo Magdeburgenſi Sec. XV. renovata, & ab Erneſto ſucceſſore ejus denuo confirmata.

Theſaurus reliquiarum Electoralis Brunsvico-Luneburgicus. Hannoveræ 1713. In ſtupenda hác reliquiarum Sylloge, quam & ipſi ante annos non ita multos oculis perluſtravimus, præ cæteris ſalivam nobis moverunt duo Plenaria, ſive Evangeliorum codices, MSCti p. 19. & 20. indicati, ſed & illi ipſi tantos in animo excitarunt fluctus, ut adhuc ancipiti cura diſtrahatur. Anno enim 1339. Plenarium poſterius conditum eſſe memoratur, cum Henricus Leo, anno 1171. iſtud cum aliis à Manuale Comneno accepiſſe, in præfatione ſcriptum ſit. Et utrumque eſt Latinum, verſionem vulgatam referens, cum ex Eccleſiæ Græcæ ſinu translatum dicatur. Nec cauſam

comminiſci poſſumus ullam, quare omnes reliquiæ inſcriptionibus latinis ſignatæ ſint, (excepta tantum unica Hierotheca n. 3.) cum à Græcis ad nos commearint. (2) *A. Batti Lipſanolatriæ Pontificiæ Sceleton*, Gryphſwaldiæ 1696. (3) *S. Niemanni de reliquiis Chriſti & Sanctorum.* Jenæ 1666. (4) *I. A. Quenſtedt de cultus Sanctorum origine ac progreſſu.* Witteb. 1686. (5) *A. zum Felde de cultu imaginum Anti-Chriſtiano.* Kiloni (6) *I. Muræi de Miraculis.* Jenæ 1656.

IN OCTAVO.

William Cave Erſtes Chriſtenthum. Leipzig 1694. Vir valetudine incommoda, ſed eleganti ingenio, diligentia ſumma, & doctrina plane ſingulari, qui ſcriptis egregiis conſecutus eſt, ne qua dies unquam in orbe litterato famam ejus delere queat. Atque in iis hoc eſt etiam, cujus inſcriptio à nobis eſt commemorata. Luculentum, varium, pereruditum, & ad unguem factum. Adderem etiam, abſolutum, niſi interpellarent quædam currentem calamum, ac reprimerent. Eccleſiam Chriſtianam tempore Conſtantini Magni fuiſſe florentiſſimam perſuaſum ſibi habet, atque ex hoc uno falſo ſuppoſito ſequuntur plura. Scriptores Sacri perraro ad teſtimonium dicendum ſunt adhibiti. Nonnulla etiam ad primum Chriſtianiſmum relata, quæ nequaquam ſunt talia. Externus Chriſtianorum habitus delineatur magis, quam internus. Sancta quædam ſalutata, quæ ſuperſtitioſa ſunt potius, ſane à moribus Chri-

Chriſti & Chriſtianorum mirum quantum diverſa.

Franciſci Croji Heidniſches Pabſtum. h. e. *Gründlicher Bericht, was vor Gebräuche die Römiſche Kirche aus den Heydenthum genommen.* Baſel 1607. Vir multijugæ eruditionis, qui à Pontificiis ad Reformatos digreſſus, hoc argumentum graviter, copioſe, & varie explicuit, laudatus ex merito à quibusdam, & à Davide Meiero in Trannſenna Theologica & Hiſtorica, ſive de Papatu Romanenſi per Ethniciſmum impraegnato, totus compilatus. Qui ſi parti huic Primæ adjeciſſet Secundam & Tertiam, hoc eſt, harmoniæ Papiſmi cum Ethniciſmo, Harmoniam ejusdem cum Judaiſmo, & aliis hæreſibus; Et in ſectæ ſuæ ſtudio majorem modum ſibi indixiſſet, ſplendorem omnium exſtinxiſſet, qui in hoc ſtadio vel decurrerunt unquam, vel in poſterum decurrent. Qui enim in verſione hac Germanica occurrunt Helveticiſmi, Gentis ſunt maculæ, vel, ſi mavis, interpretis, non Auctoris, qui lingua Gallica hoc opuſculum conſignavit.

Bernardi Ferrarii de ritu Sacrarum Veteris Eccleſiæ concionum Libri III. Ultrajecti 1692. In quibus multa à Caſaubono, Voſſio, aliisque mutuo accepit Auctor, non indicatis eorum nominibus. Multa tamen & ipſe convaſavit de hoc argumento pereruditа, eaque ordine concinno digeſta, dictione, ſi non caſtigata ſatis, facili tamen & dilucida, expoſuit. Unde præclara de eo apud pleroſque opinio. Et horum librorum præter hanc Trajectinam, Mediolanenſis 1621. Lugdunenſis 1664. Pariſienſis 1665.

 Edi-

Editio, & Friderici Borromæi, Archi - Epiſcopi Mediolanenſis, obtrectatio. Qui cum opus ſuum de Concionatore Epiſcopo non tanta eruditione, copia, varietate, exornatum eſſe intelligeret, quanta Ferrarii, equis velisque agebat id, ut hoc ipſum ſupprimeret, quod tamen non proceſſit ex animi ſui ſententia.

(1) *Matthæi Dreſſeri de feſtis diebus Chriſtianorum, Judæorum, & Ethnicorum Liber.* Lipſiæ 1602. In quo genus dicendi Melanchthonianum, hoc eſt, purum, temperatum, æquabile, perſpicuum, (p. 94.) ordo Chronologicus. Rerumque non ſpernendus plane cumulus, nec is male digeſtus, ſed non exquiſitus, & ad unguem comparatus. Etenim feſta Judæorum vix ſunt tacta, Ethnicorum memorata quidem, ſed ſine teſte. Et Chriſtianorum indicata, & in Indicem relata, verum Homiletice potius, quam Hiſtorice, ſine natalium indagatione, cujus locum memoriæ ſanctorum, & Theologorum quorundam Biographiæ occupant.

Joh. Andreæ Schmidii Hiſtoria Feſtorum & Dominicarum. Helmſtadii 1722. Opus præclarum & perneceſſarium, ſed inſtitutum tantummodo ab Auctore Doctiſſimo, non autem expolitum, & ad unguem factum, aut ad finem perductum. In quo de diebus Feſtis, Eccleſiæ Latinæ agit ſolum, non autem Græcæ. Et ita agit, ut Dreſſero in omnibus, Hoſpiniano & Hildebrando præferri in quibusdam debeat; at in pluribus ex Thomæ Schmidii ſtatu Eccleſiæ Græcæ p. 15 - 30 & J. M. Heineccii Delineatione Eccleſiæ Græcæ lib

lib. III. c. III. p. 182. ſeq. & Menologiis Græcorum augeri & locupletari queat.

Hiſtoria Contentionis inter Imperium & ſacerdotium Chriſt. Thomaſii. Halæ 1722. In hoc Auctore ingenii eſt plurimum, & lectio mira, & urbanitas, & vis ſumma. Sed plus ſtomacho dedit, quam conſilio, in hoc opuſculo. Offenſus enim ab iis, qui Lipſienſium Eccleſiæ quondam præerant, tantum in Theologos omnes ſuſcepit odium, ut, data quavis occaſione, acerbiſſime ſemper eos inſectetur. Atque hinc illæ Categoriæ in hoc Libello. Quæ tamen pleræque indicatæ tantum, ſed non probatæ, & ſi probari poſſent; Clerum Papicolarum premerent tantum, non Proteſtantium; Nec illum univerſum, ſed ex parte. Muneri etiam tribui non poteſt, quod miniſtri delirarunt. Siquidem iisdem technis & ſtrophis JCtos adverſus Theologos uſos eſſe, ex hiſtoria demonſtrari poteſt. Et ſi non poteſt, hoc ipſum vel ſtuporem eorumdem arguit, vel Annalium hiatum. Nec quicquam lucrantur hac Hobbeſiana novella ſua jurisprudentia hi Theologo-Maſtyges. Qui jus ſuum cuique tribuendum eſſe docentes, Theologis demunt omnia; & ſibi omnia ſumunt: Et jus imperantium circa ſacra in ſola tolerantia diſſidentium conſtituunt, (p. 40. 170. 486. 501.) quique, dum in in locum Pappo-Cæſariæ, ſi qua eſt, vel fuit unquam, Cæſaro-Pappiam ſubſtituunt, ſibi ſuo jumento pro malo uno arceſſunt aliud, ſolo nomine à priore diverſum. Interim negari non poteſt, Tria maxime in hoc opuſculo laudanda,

(1) Errorum quorundam vulgarium notationem.

(2) Librorum non vulgarium productionem.

(3) Vitiorum ſtatus Eccleſiaſtici & Politici caſtigationem.

Mr. Fleury Sitten der Iſraëliten. Hannover 1709. In quo libello plurimum ineſt, & ad res publicas & privatas cognoſcendas, judicii & prudentiæ. Veritates incognitæ detectæ. Errores vulgares notati. Antiquitatibus & novitatibus lux adſperſa. Et quam diſtent æra veterum à recentiorum lupinis, ſuccincte, ſed argûte traditum Non tamen ita, ut nulla prorſus macula ſe contaminarit Auctor. Interdum enim ex rubigine & ſitu ſuæ ſectæ quædam trahit: Interdum dubia quædam vel falſa prorſus ſupponit. Aut à particulari concludit. Vel ſibimetipſi contradicit, vel temporum Articulos confundit, vel quæ à veritate abſunt, velut cum ea conſentiant, memorat. Et quod inprimis obſervatione dignum eſt, in Iſraelitarum gente eos mores deſcripſit tantum, qui laudem merentur, non qui vituperium.

Mr. Fleury Sitten der Chriſten. Hannover 1715 qui libellus tanto inferior eſt habendus priore quanto plus in eo dominatur ſtudium partium & cœcus amor in eam Eccleſiam, quæ ex Pontifice Romano habet vocabulum. Hanc enim dum vult à lineis primorum Chriſtianorum vel prorſus non defeciſſe, vel Seculo XII. & ſequentibus ad easdem rediiſſe, factum eſt, ut nec antiquæ illius imaginem ubique accurate delinearit Auctor, nec hodiernæ. Sane tempora confundit ſæpius

ſæpius, & ſine teſtibus condit Hiſtoriam, & ad nævos Papiſmi diſſimulandos, vel incruſtandos, omnia componit, & oppido pauca ſunt, ubi veritatis pondere preſſus ſcapham appellat ſcapham, ficum ficum.

(1) *Tobiæ Pfanneri de Charismatibus, ſive donis miraculoſis antiquæ Eccleſiæ.* Francof. 1680.

(2) *Ejusd. Obſervationes Eccleſiaſticæ.* Jenæ 1694. In quibus Diatribis eſt genus dicendi moroſum aliquanto, & impeditum, nec ſatis apertum. Sed plurimum ſtudii, vaſta lectio. Et antiquitatum Eccleſiaſticarum non vulgaris cognitio. Obſervationes etiam nonnullæ pereximiæ, & ad ſcriptores veteres intelligendos, & lucem SS. affundendam perutiles, & perneceſſariæ. Quædam tamen arceſſitæ longius, & ita accumulatæ, ut auctor flumini alienas, quam fonti ſuas tantummodo undas trahenti, videatur ſimilior.

Joh. Erneſti Franzenii Comment. de funeribus Veterum Chriſtianorum. Helmſtadii 1709. Opuſculum, in quo nil,

Quod non propoſito conducat & hæreat apte.
Eloquium planum, res pulchræ, lucidus ordo.

Jacobi Götten obſervationum Liber I. Lubecæ 1661. Vir doctus & diligens, & in lectione Patrum Scriptorumque Eccleſiaſticorum veterum & recentiorum ita verſatus, ut pauci. Sed moroſus aliquantulum, & difficilis in conſuetudine & uſu. Et id moleſte ferens inprimis, quod non in majore honore & nomine ſua eſſet eruditio, & bibliopolæ ſibi Scripta ſuo ære excudenda relinquerent. Unde mania oppreſſus obiit, vita longiore omnino dignus.

Joh. Andr. Schmidii Lexicon Eccleſiaſticum Minus
Helmſt. 1712. In quo multijuga lectio. Magna
in colligendo induſtria, in judicando acrimo-
nia. Nec minor eruditionis ſoliditas & ſani-
tas. Ut valetudinis diuturna infirmitas, &
properata mors injuriam feciſſe publico vider
queat, dum eripuerunt Auctori facultatem ſol
vendi fidem, &, quod promiſerat, *Lexicon Eccle-
ſiaſticum Majus*, in lucem mittendi. Hoc enim
ſi eidem licuiſſet, ſuperaſſet ſemetipſum procu
dubio, & nos haberemus omiſſa quam plurima
ſuppleta, obſcuriora illuſtrata, errata emenda-
ta, inſtituta perpolita, & omnia ad perpendicu-
lum magis exacta. Siquidem cognitiones poſte-
riores prioribus utplurimum ſunt excellentiores
Sed hoc usque ad vocabulum *Baptismus* tantum
eſt perductum, ἀνέκδοτον etiam, & cum Biblio-
theca Polycarpi Lyſeri Hiſt. & Poëſeωs PP. qu
Auctoris gener erat, A. C. 1729. Helmſtad
ſub haſta venundatum,

*Anonymi Abbildung des nach und nach verfalle-
nen Chriſtenthums, zum erſtenmahl ins hochteutſch
überſetzet, nebſt einigen Anmerckungen von M. Sig
Hosman.* Zelle 1703. Exploratum non habui
Interpres, hoc ipſum opuſculum jam ante 23
annos ab Anton. Brunſenio in linguam Germa-
nicam eſſe translatum. Et licet ſtudium non pla-
ne inutiliter collocaverit, dum loca quædam
luculentius traduxit, quam fecit Anteceſſor, re
ipſas etiam digeſſit commodius; Hoc ipſo ta-
men non optime de Auctore meritus eſt, quod
Indicem transfiguravit, & argumentum hac il-
lac interpolavit, & Appendicem plane hetero-
genean

eneam in fine adjecit. Meriturus melius, ſi, quæ ubia ſunt, in hac Ephemeride Liturgica docuıentis demonſtraſſet, quæ obſcura, illuſtraſſet, ræterita ſuppleviſſet, &,quæ extremis tantum diitis tacta ſunt, teſtimonia veterum integra adduiſſet, & lectori conſpicienda ob oculos poſuiſſet.

Pauli Sarpii tr. des Benefices Eccleſiaſtiques. Amſteram 1685. Vir, in quo multum eruditionis, ıultum virtutis, multum nervorum. Theolous, JCtus, Hiſtoricus, Philoſophus ſine pari.)ui natales beneficiorum Eccleſiaſticorum non ıntum, verum etiam variorum officiorum, : titulorum, in aula Romana uſitatorum, una ım Monarchiæ Papalis incremento, ita deſcriſit, ut vix quisquam, ad hoc argumentum plus ıdicii ac ſtudii, adde etiam, animi & fidei atıliſſe videatur. Sane nemo ex Pontificiorum rdine majore παῤῥησία pudenda Pontificum de:xit, & jura Principum circa Sacra aſſeruit. lec decedit quippiam de ſplendore hujus opuſuli, etiamſi demus hoc interpreti §. 12. p. 59. : Amelotio de la Houſſaye in Apologia Sarpii ontra Sfortiam Pallavicinum, illud l. c. eſſe interolatum. Una enim verruca non invenuſtum eddit corpus, &, ſi plura nitent in libello, eruitus Lector non paucis offenditur maculis.

Muſſardi Vorſtellung der aus den Heidenthum in ie Kirche eingeführten Gebräuche und Ceremonien. ,eipzig 1695. Quam Auctor primus ſe ſcripſiſ: exiſtimat Harmoniam Papiſmi cum Ethniciſıo, ſi ritus ſpectes & ceremonias, eam jam duum, ſub initium ſuperioris Seculi, condidit oh. Crojus (de Croy) à Jacobo Graſſero è Gallico

lico in noſtrum ſermonem translatam. Quan ſi vidiſſet Muſſardus, de ritibus ipſis locupletic rem nobis dare potuiſſet indicem, & incuna bula eorum Ethnica majore apparatu ex Auctc ribus antiquis illuſtrare. Neque tamen male pc ſuit operam. Qui egregiis, quas protulit, ol ſervationibus meruit omnino in vernacula noſtı legi, & Scholiis quibusdam, ceu ſtellulis, ſer nari. Quorum prius qui fecerit, equidem nc vimus cum ignariſſimis. Poſterius autem M Sigismundum Hoſmannum feciſſe, non vano au gurio, ut credamus, inducimur.

Urbani Regii Kirchen-Ordnung der Stadt Hann ver. Magdeburg 1536. Prima hæc eſt ordin tio Eccleſiaſtica Hannoverana, concinnata ab U bano Regio, Luneburgenſium Superintendent Cujus operibus etiam poſtea inſerta eſt, Norin bergæ impreſſis 1562. Tom. III. p. 65. ſe Recuſa etiam Lemgoviæ 1588. Et digna, qu ſtudioſe lectitetur; Tum ob præfationem luci lentam, quæ Hiſtoriam deformationis & refo mationis Eccleſiæ continet, tum ob Ordinatio nis ipſius rationem, in qua Ceremoniarum E cleſiaſticarum natales ſubinde ab Auctore ta guntur & indicantur.

Chriſtlicke Kercken-Ordnunge der löfflicken Sta Hildenſem. Hannover 1544. Prima hæc eſt antiquiſſima Evangelicæ Eccleſiæ Hildeſienſis O dinatio, à Joh. Bugenhagio Paſtore Witte conſcripta, & ab Antonio Corvino Superinte dente Hannoverano, præmiſſa præfatione, edit operam ſimul navante Henrico Wanckelio, Coa jutore Superintendentis Brunſuicenſis. Ex qu

vel

elut è tabula condiſcimus, quis eo tempore
erit Scholæ & Eccleſiæ Hildeſienſis ſtatus, quæ-
ie docentium Officia, Beneficia, Jura, & quam
ſſimilis ejus & hodiernæ noſtræ tempeſtatis ra-
o. Sic enim v.g. p. 67. diſerte interdicitur Eccle-
e miniſtris, eos, qui S. cæna utuntur, ita allo-
ii, *das iſt der Leib Chriſti für eure Sünde gegeben.*
as iſt das Blut Chriſti für eure Sünde vergoſſen.
uod ipſum etiam in Conſtitutione Eccleſiaſtica
unſuicenſi & Guelpherbytana, quæ Witte-
ergæ 1543. excuſa eſt, iisdem verbis legitur.

Francois Salmon, traité de l'Etude des Conciles.
ariſiis 1726. *Primus* eſt Auctor, qui nobis de-
t Introductionem Criticam in Lectionem Con-
liorum. Et de eorum utilitate, Collectionum
arietate, & legendi juxta ac dextre uſurpandi
ıtione, ita diſſeruit, ut appareat, eum præſtan-
m eſſe Hiſtoricum, dilucidum Oratorem, &
)era non ignava Criticum, præſidiis omnibus,
l hanc telam pertexendam neceſſariis, abunde
ſtructum; Fide etiam & ſinceritate ea orna-
m, ut in *teſtium veritatis* Catalogum adſciſci
us nomen queat. Unde &, ſi quid eidem
cidit humanitus nonnunquam, eo facilius con-
)nari poteſt. Quale eſt v. g. quod illuſtre pro-
ema, cui competat jus convocandi Concilium?
: extremis quidem digitis contrectavit. Et
oncilium Tridentinum omnibus aliis antefe-
ndum exiſtimavit, & judicia de collectionibus
onciliorum, ſæpius κατὰ ῥητὸν ex aliis exſcri-
it; ſuppreſſis eorum nominibus.

Bartholomæi Carranzæ Summa omnium Conciliorum.
othomagi 1633. Triginta & amplius proſtant
Con-

Conciliorum Summæ & Breviaria. Atque ex iis maxime tritum eſt hoc, quod Carranzæ ſtudio congeſtum Venetiis primum 1546. in 8vo tum alibi ſæpius, & Lovanii 1681. 4to correctiſſime prodiit. Auctum à nonnullis & Scholiis illuſtratum. Quo utroque hæc Sylloge omnino indiget. Nec locupletante tantum, & lucem adſpergente, ſed & emendante manu opus habet. Multa enim in ea ſunt dubia, quædam etiam falſa, & corrupta. Suppoſita etiam & impedita nonnulla. Tempora male ſupputata Concilia confuſa. Et canones non tantum privi ſed integra Concilia omiſſa. Quod agnoſci Francois Salmon de l'Etude des Conciles. E qui ante nos uſus eſt hac Editione, Conciliorum præteritorum integrum eidem inſeruit Catalogum.

Jacobi Sirmondi Capitula Caroli Calvi & Succeſſorum Pariſiis 1623. Capitula ſunt leges Eccleſiaſticæ à Carolo M. Ludovico Pio, Lothario, Carol Calvo &c. intra ſpatium 105. annorum ſancitæ, & in certa *Capita* digeſtæ, ad diſciplinam Eccleſiaſticam in ſuis ditionibus vel conſervandam, vel reſtituendam. Et cum, poſt Caro M. & Ludovici Pii Capitulorum editionem, Petrus Pithæus poſteriorum etiam Imperatorum Canones ſe editurum promiſiſſet, & non præſtitiſſet, Jacobus Sirmondus, ſibi hanc Provinciam imponi paſſus, eos collegit, notisque illuſtravit, & hac forma in lucem prodire juſſi Egregie perfunctus hoc arduo negotio. Sed non ita tamen, ut non quædam Capitula ſe ejus diligentiæ ſubduxerint. Quæ poſt ejus obitum]

e Baune è Schedis ab eo reliĉtis conquiſivit, & ɔpuſculis Sirmondi inſeruit, quæ 1696. prodieunt Voluminibus V. in folio.

G. D. Gregorii Rippelii Alterthum, Urſprung und Bedeutung aller Ceremonien in der H. Catholiſchen Kirche. Strasburg 1727. Opus Hiſtorico-Theoogico-Apologeticum, iis oppoſitum, qui ex Luhero & Calvino habent vocabulum. Hi enim um ceremoniarum apud Pontificios uſitatarum ſubinde in dubium revocent antiquitatem & ſanĉtitatem, origines earum & rationes hoc voumine pandere ingreſſus eſt Auĉtor, ſibimetipſi ıon ſatis notus, & ignarus plane, quid valeant ıumeri, quid recuſent ferre. Dici enim non ɔoteſt, quanta ſeges mendorum extet in hoc Comnentario Hiſtoricorum, Philologicorum, Theoogicorum &c. Origines interdum plane nullæ, nterdum falſæ oppido vel dubiæ, vel ad novitaem potius quam antiquitatem rei; de qua lis eſt, lemonſtrandam accommodatæ. Rationes fiĉtæ, mentitæ, frigidæ, ridiculæ, aniles, pueriles, Conjunĉtæ ubique cum laude propria, & encoɱio ſui ipſius tanto, & tam frequenter iterato, ıt Leĉtori, ejusmodi næniarum inſueto, non ɔoſſit non creare nauſeam.

IN DUODECIMO.

PAuli Aringi Unterirrdiſches Rom. Ex latino in Linguam Germanicam translata à Chriſtohoro Baumanno. Arnheim 1668. Ignota fuit æc Roma ſubterranea usque ad Seculum XVI. uo Antonius Boſius, Italus, homo diſſolutus, impu-

impurus, commeſſationibus, bachanationibus & turpiſſimis libidinibus deditus, cryptas illas vel arenarias veterum Chriſtianorum labyrinthei inter ſe flexibus implicatas perquiſivit, earumque aditus, aulas, aras, imaginesque deſcribenda ſuſcepit, adjutus quibusdam laſciviæ ſuæ ſocii & adminiſtris, qui in catacumbas haſce ſubinde ſe conferentes, & in iis triduum quatriduumque commorantes, eam ibi vitam agebant, ut referente J. N. Erythræo in Pinacotheca, L. I. p. 235 non illic verſari homines, ſed bachari dæmones non opus relligioſum elaborari, ſed Bacho ſacra fieri, vel evocari ab inferis manes crediddiſſes Atque hic eſt Apelles, cujus tabulas toties col laudat Auctor in hoc opuſculo p. 12. 156. 281 & ex cujus fontibus hæc ſua prata ſe irrigaſſe ſcribit. Qui an limpidi ſint, an turbidi, ii fa cile olfacient, quibus non deeſt naſus. San quod à Collectore ducimus, non optimum eſ augurium. Et tot ſunt in hiſce ſchedis divina tiones, conjecturæ, hariolationes, & interpre tationes imaginum, ſiglorum & inſcriptionum ancipites, ut appareat, Auctorem in illis illu ſtrandis dubia cogitatione fuiſſe diſtractum Accedunt phraſes Hyperbolicæ, & inſidioſe con fictæ, v. g. p. 10. *Man habe in etlichen Gräbern noch Blut gefunden, das gleichſahm noch Geiſt und Leben in ſich gehabt.* Quæ fidem faciunt, eum co de machinatum aſtutiam & lepidam Sycophan tiam; Et talem fuiſſe hominis fidem, qual vita. Ad Deos & homines illudendos accom modata.

Io

Ioh. Ionſtonii de feſtis Ebræorum & Græcorum Schediaſma. Cui acceſſerunt Lectiones Philologicæ. [I]enæ 1670. Succinctum illud quidem, ſed argutum, doctum, varium. Cujus de feſtis Græcorum particula Tomo VII. Antiquit. Græcarum à J. Gronovio eſt inſerta.

Mr. Fleury les Moeurs des Chretiens. à Bruxelles 1706. De quo, quid exiſtimemus, jam alibi diximus.

Johannis Faſoldi Græcorum veterum ἱερολογία. [I]enæ 1674. Hæc diſſertatio eſt pererudita. [E]clogis Dreſſeri, Hoſpiniani, Pfeifferi, Meurſii, aliorumque, qui de feſtis Græcorum commentati ſunt, anteferenda. Digna omnino, quæ Tomo VI. Græc. Antiqu. à Cl. Gronovio fuerit inſerta.

Anonymi kurtzer Bericht von allen Ceremonien aus den Frantzöſiſchen ins Teutſche überſetzet von ANTONIO BRUNSENIO. Francof. 1680. Micro-Chronicum hoc eſt Liturgicum, ab Auctore Anglice ſcriptum, & inde in linguam Gallicam, Belgicam, & Germanicam tranſlatum, quod bonitatis eſt indicium. Nec ad proletaria ſchediaſmata pertinet. Commode enim & perſtudioſe ſcriptum eſt. Sed quædam in eo non ſatis ſunt probata, quædam non accurate citata, quædam prorſus præterita.

(1) *Guilielmus Ameſius de Conſcientia.* Amſtelodami ſ. a. (2) *Antiquitates Eccleſiæ Orientalis,* Lipſiæ 1683. Immo potius faſciculus epiſtolarum, percommodus iis, qui rebus Philologicis, & Criticis, Hiſtoriæque Eccleſiaſticæ & Litterariæ, ponunt pretium. Nam licet id genus viti in hac cella non ſit reconditum, quod ſuſpenſa hede-

hedera promittit, *Antiquitates, inquam, Eccleſi Orientalis;* Siquidem præter id, quod de Sama ritanis, Coptis, & Arabibus inſperſum ſubin de eſt, nihil reperitur in hac collectione huju generis; Attamen ſunt lectiſſima pleraque, qua in his litteris, à Morino, & ad Morinum ſcri ptis, continentur. Et quæ præmiſſa eſt Morin vita, pleniſſima eſt judicii & candoris, & varia exquiſitæque eruditionis.

Antonii Gallonii de Martyrum cruciatibus Liber Antwerpiæ 1668. Eliæ Dupinio dictus *curioſiſ ſimus*, & multa cum circumſpectione confectu in Bibl. Script. Eccleſ. T. XVII. p. 4. Petro Lambecio in Comment. de Bibl. Vindobon. L.I p. 74. Erudítiſſimus & piiſſimus, & ab Impe ratore Leopoldo I. à capite usque ad calcem per volutatus. Sed à Caſp. Sagittario non ſeme notatus in Comment. de cruciatibus Martyrum cum in opere ipſo, tum etiam in præfat. Ut acta Martyrum, ſcribit, rariuſcule advocavi, quo rum bonam partem ſuppoſitam eſſe credo. E peccavit in hoc genere Antonius Gallonius Ro manus, cujus de eodem Argumento libellus Co loniæ, ac deinceps Pariſiis, & demum ante ho quinquenninm Antwerpiæ recuſus. Utramqu enim paginam faciunt Acta illa, ex Petro de Na talibus; Aloyſio Lipomanno, Laurentio Surio Cæſare Baronio, & MSS. quibusdam excerpt quorum tamen rarius verba ipſa profert, conte tus nomina libroſque laudaſſe. In deſcribend tortivis inſtrumentis tam preſſe ſequitur Baro nium in Martyrologio, ut omnia ab ipſo allat teſtimonia, cum pulviſculo in ſuam crumena

tran

ɪnſtuliſſe cenſendus ſit. Denique in enarrandis hnicorum exemplis totus eſt, quod & ipſe fa- Baronius. Et in opere ipſo c. X. §. 39. p. 115. ɪrmam craticulæ ita affabre deſcribit Gallo- ɪs de Martyrum cruciatibus c. VII. ut jures, ſum ſuis hoc Inſtrumentum uſurpaſſe oculis, at erito de Gallonianæ deſcriptionis veritate du- tes, cum laudati, & ſi qui ſunt alii ſcriptores, uca in hanc rem conferant, nec poſſimus Lau- ntianæ craticulæ, in Reliquiis Romæ adſerva- , tuto habere fidem.

Bartholomæi Carranzæ Summa Conciliorum. Sine co & tempore. De qua ſupra.

SECTIO III.

DE CRIPTIS SPECTAN- TIBUS AD THEOLOGIAM JUDAICAM.

In Folio.

Lavii Joſephi Opera omnia Græce & Latine. Coloniæ 1691. Vir flumini, quam fonti, ſi- lior, ſed qui non liquidas ubique trahit undas; Sæ- enim in narrando SS. deſerit, & vel ἔγγραφα ædam non memorat, vel memorat ἄγραφα, l alia prorſus ratione memorat, quam in SS.

 monu-

monumentis ſunt tradita. De miraculis etiar ſubdubitanter diſſerit utplurimum, frigidiusqu de iis loquitur, quam decet Sacerdotem Ju dæum, Sectæ Phariſaicæ addictum. Et quo ſtupore videtur dignum, Oracula à Prophet de Meſſia edita in Tito Veſpaſiano impleta eſ contendit. Quæ ut non unam maculam inſpe gunt Flaviano nomini; Ita nec unus nimbus eſ qui Joſephi caput ambit. Perpetuus enim qua SS. Commentator eſt, eamque illuſtrat. Hiſt riam V. T. hiantem ſupplet, & ejus telam, u deſinit, ad excidium usque Hieroſolymitanum pe texit. Et res ſacras profanasque ab O. C. usqu ad ſua tempora, h. e. A. C. 93. vel XIII. Dom tiani, ea Minerva exponit, ut nullus in orbe un verſo extet Hiſtoricus, qui eidem in hoc arg mento putari par, nedum præferri mereatu Atque hinc tot ejus ornamenta in republica lit raria, tot præſidia. Tot, inquam, ejus laud in ſcriptoribus antiquis, mediis, recentioribu ſi paucos exceperis. Tot editiones, promiſſæ eruditis quibusdam, & ab aliis præſtitæ. T verſiones Latinæ, Germanicæ, Hiſpanicæ, It licæ, Gallicæ, Anglicæ, Belgicæ, utinam un tantummodo melioris commatis Scholiaſtes dem obtigiſſet.

Hiſtoire des Juifs Ecrite par Flavius Joſephus, t duit par Mr. Arnauld d' Andilly. Amſterdam 170 In omnibus Joſephi verſionibus Gallicis, q rum poſt παλιγγενεσίαν literarum VI. vel V in lucem exierunt, hæc Andilliana principat obtinet; ſive dictionis puritatem ſpectes & e gantiam, ſive Interpretis facultatem & fide

ive typorum munditiem, & figurarum æri inciſa-
um multitudinem & venuſtatem. An autem MSCta
tiam Græca conſuluerit Auctor, Joſephique
extum authenticum ubique ſecutus, & ita affe-
utus ſit, ut majeſtati ejus translatio accurate
eſpondeat (quod Doctores Sorbonnenſes in Ap-
rob. Operi præfixa volunt) An vero Gelenianæ
erſioni magis, quam textui Græco inhæſerit,
deoque nonnulla, quæ Gelenius obſcure inter-
retatus eſt, plane omiſerit, quod Boſii de eo eſt
ıdicium (Vide Th. Ittigii Prolegom. in Joſe-
hum p. 32.) iis definiendum relinquimus, qui
lus, quam nos, & otio abundant, & literis Græ-
is Gallicisque.

(1) *Jacobi Curionis rerum Chronologicarum Libri*
'. Baſel 1557. In quibus Auctor rerum præ-
puarum memoriam breviter, &, ut nobis vide-
ır, perdiligenter complexus eſt. (2) *Joſephus*
orionides Ebraice & Latine ex Editione Seb. Mün-
ːri. Baſ. 1541. De quo Joſepho quid exiſti-
ıemus, jam alibi in Editione Breithauptiana di-
imus. Quod vero ad hanc Editionem attinet,
ıbenda eſt omnino in pretio, quia rara eſt &
ima, quæ in Germania prodiit. Acceſſerunt
iam ad textum Ebraicum vocales, quæ in Edi-
one Breithauptiana deſunt. Nec floccipenden-
ı prorſus adjecta Scholia, ſed nimium indulſit
ɔi interpres, dum pro ſuo arbitrio quædam
ſcidit, quædam inſeruit, & operis totius œco-
ımiam transformavit, quod docet præclare J.C.
*V*olffius in Biblioth. Ebraica p. 517. (3) *Sy-*
ɪ, Palæſtina, Arabia, Ægyptus, Schondia cum Ta-
:lis Geographicis. Argentorati 1532. Apud Pe-

 trum

trum Opilionem vel Schofferum, primorum Art
Typographicæ ſtatorum Socium & Adminiſtrum
Auctor hujus operis eſt Jacobus Zieglerus Lan
davus Bavarus. Qui vixit Romæ ſub Hadrian
Sexto 1521. (vide p. 85. a) ibidemque Johan
nis Magni Upſalienſis, & Petri Aoroſienſis Go
thi amicitia uſus, Schondiæ notitiam Geogra
phicam ſibi acquiſivit, plerisque eo tempore ad
huc incompertam (p. 35. b) Syriæ autem, Pa
læſtinæ, Arabiæ, & Ægypti deſcriptionem e
Auctoribus antiquis petiit (p. 15. b) Et licet e
Germanis *primus* non ſit, qui terræ ſanctæ Geo
graphiam tradiderit, cum ipſe (p. 13. b) Bra
tebachium, Eccleſiæ Moguntinæ Presbyterum
poſt Bachonem Anglum, & Burchardum Do
minicanum ſe in hoc negotio anteceſſiſſe ſcriba
& in Ptolemæi opere jam Tabula Palæſtinæ vu
gata exſtet; *Primus* tamen eſt, qui tabulas Pala
ſtinæ Geographicas magis exactas & nitidas e
hibuit, quam à Seb. Münſtero in opere Ptol
mæi Geographico exhibitæ fuerunt, quæ m
rum quantum ſqualent ad Auctoris noſtri, lic
poſt easdem confectæ. *Primus* eſt etiam, qui t
bulas de Palæſtina ſpeciales elucubravit, & ea
dem per partes deſcripſit. *Primus* inſuper, q
ſplendidiore dicendi genere uſus eſt, ex rece
tioribus Grographis. Vir peringenioſus & à d
ctrina non mediocriter inſtructus. Sed aucto
bus prohibitis *primi ordinis* annumeratus in indi
expurgatorio Pfortzheimenſi 1560. p. 54. An
twerpienſi 1570. p. 30. Colonienſi 1621. p. 7
A quibus tota via diſcedit Argentoratenſis 160
p. 136. qui Auctoris hujus permittit omn

ipſa

pſam etiam hanc Palæſtinam. Et Madritienſis 1612. p. 293. Qui in Commentario Ziegleri in L. II. Plinii tantummodo quædam delenda cenſet. Quorum Auctores neutri hoc opus videnur legiſſe, alioquin procul dubio ſuis obelis confixiſſent, ob varia, quæ in eo occurrunt, paradoxa v. g.

(1) Joh. Baptiſtam & ipſum J. C. vixiſſe in Collegio Eſſenorum, usque dum cœperint Oracula divina in vulgus ſpargere, atque ab Eſſenis illam tentationem Chriſti in deſerto Matth. IV. primum in apertum eſſe prolatam. p. 39. ſeq.

(2) Mare illud Matth. VIII. 32. in quod ſues Gedarenſium ſe dederunt præcipites, non fuiſſe Mare Tiberiadis, ſed locum quendam peculiarem in Gadara terra, poſtea impletum ab accolis ob metum peſtis, ex tetro odore tot cadaverum, & execrationem loci, in quem tot millia dæmonum relegati, velut in carcerem p. 50 (*a*) item p. 22. (*b*) Jordanum non abſorberi à mari mortuo, ſed ſubterraneis quibusdam cuniculis recondi.

(3) Adde cenſuras rigidas, quibus interpretem vulgatum caſtigat Auctor v. g. p. 16. (*b*) ubi ſcribit veterem traductionem in propriis locorum ex tota Lectione parum eſſe fidelem. Quod p. 78. (*a*) repetit; & illuſtri documento probat.

Quæ ſi legiſſent Catalogorum prohibitorum conditores, & hoc opus de Palæſtina procul dubio,

& quod de *rebus Indicis* p. 36. ſe inſtituiſſe ſcribit atro carbone notaſſent.

R. Moſche Ben Maimon Peruſch Hammiſchna ſiv Commentarius in Corpus Miſchnicum Sec. XII. al Auctore in Hiſpania ſermone Arabico ſcrib cæptus, anno ætatis 23. & poſtea anno 30. in Ægypto abſolutus, tum ab Auctoribus diverſis temporibus, locisque diverſis in Linguam Ebrai cam traductus, & à Judæis juxta ac Chriſtiani omnibus aliis Commentariis hujus generis ita prælatus, ut eidem vel acumine, vel fide, ve doctrina nullus par exiſtimatus fuerit. Ebraice excuſus ſæpius, Arabice nunquam; Si præfatio nes ejus ab Ed. Pocokio editas exceperis.

R. Schelomo Ben Melech Michlol Jophi h.e. perfecti pulchritudinis, ſeu Commentarius in loca ſelecta, Voces que & res difficiliores S. Scripturæ. Amſtelodam 5445. Nitida hæc eſt Editio, & egregio ho opere omnino digna, quod Commentarium per petuum, & literalem in univerſam SS. compre hendit, ex præſtantiſſimis Judæorum Interpre tibus collectum, & ante 50. annos, & quo excurrit, tam rarum, ut Buxtorffius, Planta vicius, Leo Mutinenſis, aliique librorum Rabbin corum amatores, ejus vix ullam videndi, nedum habendi, & poſſidendi habere potuerint copian

R. Iſaac Abarbanel Commentarius in quatuor pri res Prophetas, cum Commentario R. Jacob Fidanqu Hamburgi 5447. Vir, cui tantum apud Judæc eſt auctoritatis, quantum ipſi adverſus Chriſti nos fuit malevolentiæ, contra quos non rar magna cum acerbitate diſputat. Licet nec a eorum culpam conniveat ſemper, qui ejusde

cu

cum eo ſunt fidei; Ut duplici ratione prodeſſe nobis queat; Scilicet ad cognoſcendas Judæorum hallucinationes in interpretanda SS. & objectiones eorum contra Religionem Chriſtianam.

R. Mathathiæ Libermann, *Concionatoris Pragenſis*, *Sepher Matath-jah* i. e. Conciones in Pentateuchum. Francf. 1696.

(1) *Euſebii*, *Ruffini*, *Socratis*, *Theodoriti*, *Sozomeni*, *Theodori*, *Evagrii*, & *Dorothei Hiſtoria Eccleſiaſtica.* Baſil. 1587. (2) *P. Galatini de Arcanis catholicæ veritatis Libri XII.* Francf. 1602. Hoc opus apologeticum eſt, pro defendenda J. Reuchlini, & Relig. Catholicæ cauſa ſcriptum, & 1518. Orthonæ *primum* in ora maris Adriatici, tum 1560. Baſileæ, & tandem 1602. Francofurti editum. Ex Raymundi Martini Pugione fidei, & Vict. Porcheti victoria maximam partem compilatum. Et fictis quibusdam ac falſis citationibus inquinatum, ſed dignum tamen, quod foveatur in ſinu, & accurate ſtudioſeque lectitetur.

Joannis Piſtorii Artis Cabaliſticæ Scriptorum Tomus I. Baſil. 1587. *Primus* hic eſt Tomus Scriptorum Cabaliſticorum, cui ſubmiſſurus erat *alterum* Piſtorius; ſed poſterior Priori non ſucceſſit, ſive fidem tueri non potuerit ipſe, ſive eruditorum guſtui ſe non probaverint omnino hæ cupediæ. Et ſane comprehendit hic Tomus ſcriptores varios Cabaliſticos, Chriſtianos & Judaicos, non facile obvios, ipſa etiam hæc Collectio jam *rarenter* occurrit in tabernis Literariis; Sed qui in ea continentur Doctores, omnes ſunt recentioris ævi, & auctoritate claſſica deſtituti, & nec antiquitate, nec dignitate cum Auctoribus li-

brorum *Jezira*, *Bahir* & *Sohar* comparandi. Et Piſtorius ipſe dum in præf. pollicetur, ſe in Tomo ſecundo daturum *Majorum gentium* Cabaliſtas, fatetur tacite, hos *Deos eſſe Minorum gentium.* Sane Joh. Seldenus in præf. Uxoris Ebr. p. m. 13. ea, quæ Paulus Riccius h. l. p. 258. ſeq. de Talmudica doctrina tradidit indiligenter eſſe verſa, pronunciat, eoque ipſo ſimul indicat, quid de Operibus Cabaliſticis ejus ſit exſpectandum. Qui enim delinquit in facilioribus, in difficilioribus non poteſt non labi, errare, decipi.

Nicolai Serrarii Opuſculorum Theologicorum Tomi tres. Moguntiæ 1611. Hiſce operibus inſignem non immerito ſibi famam apud ſuos conciliavit Auctor, omni genere literarum egregie inſtructus, & ab ipſis hoſtibus ſuis v. g. Joſ. Scaligero, aliisque, hoc nomine laudatus. In Hiſtoria Judaica cumprimis bene verſatus, & in Trihæreſio Judæorum deſcribendo ipſi Joh. Druſio, & Joſ. Scaligero anteferendus. Legendus tamen cum judicio; Quia Societatis Jeſu præjudiciis à tenero ungue imbutus, conſtanter ſervavit hunc odorem in ſuis ſcriptis, ut teſta recens. Aliorum etiam pennis interdum ſe veſtivit. Et in orationibus inprimis Luthero-Turcicis, Libellisque de Lutheri Magiſtro, omnem in eos bilem evomuit, qui ſputa Pontificum Rom. lingere detrectant. Atque hæc opuſcula cum aliis ſummo jure ultimum locum in hac Sylloge occupant, quia minimum decus afferunt ſuo Architecto, ſicut ea, quæ ad Antiquitates judaicas pertinent primum, quia iisdem maxima ad dignitatem ejus facta eſt acceſſio.

Joh.

Joh. Seldeni de Jure Naturæ & Gentium juxta diſciplinam Ebræorum Libri VII. Londini 1640. Quod opus honeſta omnino, & minime vitioſa æmulatione, & rivalitate H. Grotii incenſus ſuſcepit hic Vir, ſine controverſia eruditiſſimus, & linguarum Exoticarum cognitione non tantum, ſed & omni doctrinæ genere ita conſpicuus, ut reipublicæ Literariæ Anglicanæ ſingulari fuerit ornamento. Et quem ille non obſcuraſſet ſuo ſole, ſi caruiſſet maculis? Dictio ejus tam eſt obſcura, ut Delio natatore interdum opus habeat. Diſpoſitio vel plane nulla, vel ita inordinata, ut ſubinde Auctor Doctiſſ. egrediatur à propoſito oſtentandæ Polyhiſtoriæ cauſa, & ut locis communibus utatur, quod docet Liber III. qui totus eſt Epiſodicus, & in eo Cap. X. usque ad XX. tantummodo ad pompam. Res autem reliquæ Peudeutice traditæ, nec certis principiis ſuperſtructæ, aut ad normam veritatis exactæ, ſed enarratæ tantum, & variis variorum dictis exornatæ; Ut nubem pro Junone amplexurus ſit, qui ſibi perſuaſum habet, ſe in hoc opere *Syſtema Juris naturalis* deprehenſurum, quod nil, niſi farraginem continet variarum ſententiarum Rabbinicarum, de VII. Præceptis Noachicis. Interim magna de eo apud omnes eſt exiſtimatio. Et hæc imprimis Editio in officinis Librariis ita inaruit, ut ægre appareat.

Joh. Lundii Jüdiſche Heiligthümer. Hamburg. 1701. Opus tredecim Annorum, (vid. Lundii præfat. §.73.) quo inſignem non immerito famam promeruit Auctor Doctiſſimus. Siquidem *primus* eſt, qui hoc Argumentum rite excuſſit, &

de

de *Cultu Levitico* V. T. ea, qua decet, ubertate commentatus eſt, ſane multa in eo vis, facultas, urbanitas. Multa doctrina. Et mira in diſſerendo explicatio. Diligentia ſumma. Nec minor operis ipſius utilitas, ſi cum judicio legatur. Cum enim litteris Talmudicis & Rabbinicis ipſe non ſatis eruditus eſſet, (Muhlius in præfat. p. 11.) nec Doctorum Judaicorum monumentis ſufficienter inſtructus; Adeoque ex rivulis ea haurire debuerit utplurimum, quæ ex fontibus erant petenda; non potuit non fallere nonnunquam, labi, errare, decipi; Aliena adſciſcere, & tranſilire ultra ſepta, neceſſaria etiam omittere, & dubia pro certis, veroſimilia & falſa pro veris ſubſtituere. Quod, ſuppreſſo licet Lundii nomine, luculenter oſtendit Theodorus Daſſovius in Diſſert. de imaginibus rerum Ebræarum. Nec diſſimulat Vir. Eruditiſſ. Henr. Muhlius in præloquio. Et emendaſſet Auctor procul dubio pleraque, niſi præmatura morte ſublatus eſſet. Quo ipſo & grave damnum adierunt Antiquitatum Judaicarum ſtudia, & ſpes omnis decollavit, fore, ut poſt hunc Articulum integro *Antiquitatum Iudaicarum* Syſtemati elucubrando ſe accingeret. Et quantæ difficultatis eſt hoc opus. J. C. Wagenſeilius in præf. Libri Talmudici, *Von Ausſatz*, qui extat in ejus *Jüdiſch-teutſchen Red- und Schreibart*. p. m. 68. *Wie einſten ein berühmter Rabbiener in dieſe Nachbarſchafft anlangete, lieſs ich ihn erſuchen, er mögte ſeinen Weg auch hierher nehmen, und wie er kam, fragte ich ihn unter andern, ob er ſich getrauete mir zu zeigen, wie und auf was Ahrt ehemahls das tägliche Brand-Opffer,*

ſer, ſo in zwey Lämmern, deren man eines früh, das andere gegen Abend opffern müſte, beſtunde, in dem Tempel zu Jeruſalem geſchlachtet, ausgezogen, das Blut geſprenget, der Leib zerſtücket, und die Theile nacheinander auf den Altar zur Verbrennung geleget worden? Nachdem er ſich unterfinge einen Verſuch zu thun, nahmen wir ein Lamm, legten die Miſchnam Tamid, *welche von dem täglichen Brand-Opffer handelt, vor uns, und wolten nach deren Anleitung verfahren, allein es fehlte zu allen Seiten, und konten wir weder hinter ſich noch vor ſich mit unſern Lamm zu rehte kommen.* Hæc & alia quam plurima vide ſis in Wagenſeilii l. c. ubi docet, quam operoſa res ſit, Antiquitatibus Ebraicis dare lucem, additque ſimul rationes quare? Scilicet (1) quia terminos in SS. obvios non ſatis intelligimus. (2) Quia formam veſtium, vaſorum, & Inſtrumentorum ſacrorum, neſcimus. (3) Quia nummis, ſtatuis, marmoribus, imaginibus, ruderibusque Ebraicis deſtituimur. (4) Quia reliquiis Ebraicis caremus. (5) Quia unicum tantum poſt SS. habemus medium perveniendi ad notitiam hanc Archæologicam, ſcilicet Miſchnam Talmudicam, quæ tamen intellectu eſt perdifficilis, & ex millibus vix uni Chriſtiano pervia.

(1) *De Romanorum Gentibus & familiis ſcriptores duo præſtantiſſimi, Antonius Auguſtinus & Fulvius Urſinus.* Lugduni 1592. Magna in Republica Literaria nomina. Majores Amici. Antiquitatum Rom. Illuſtratores maximi. Quorum opera conjunctim vulgantur ob argumenti ſimilitudinem, & Auctorum familiaritatem & uſum.

Etenim

Etenim Ant. Auguſtini hic Comment. de familiis Rom. extat in Fulvii Urſini de eodem hoc Argumento illuſtri opere Romæ 1577. f. impreſſo. Et Fulvii Urſini Lucubrationes Genealogicæ hoc loco Antonii Auguſtini lucubrationibus acceſſerunt, ſed cave utrumque utrobique integrum extare opineris. Neque enim hoc loco integrum exhibetur Urſini opus, nec illic totum hoc Auguſtini; Ut, qui utriusque ſcriptoris labores integros habere geſtiat, utriusque opus ſibi comparare neceſſum habeat. (2) *Ben. Ariæ Montani Antiquitatum Judaicarum Libri IX.* Lugd. Bat. 1593. Qui Bibliorum Polyglottorum operi, A.C. 1571. Antwerpiæ VIII. Tomis charta regali, auſpicio Regis Hiſp. Philippi II. edito, præfuit, Phænix Linguarum Orientalium, Ben. Arias Montanus, eidem apparatum præmiſit duobus Tomis in f. conſtantem, cujus hæc antiquitatum Judaicarum deſcriptio eſt particula, ob præſtantiam & utilitatem ſeorſim edita. Et ſane perbene Auctor Latine loquitur, literatiusque quam reliqui ejus ætatis Theologi, linguas Orientales apprime callet, tenetque præclare, quæ à Talmudiſtis & Rabbinis ſunt tradita. Et in Antiquitatibns Judaicis, ſacris profaniſque, nonnulla in lucem protulit, quæ antea denſa nube obducta erant, & ad SS. recte intelligendam ſunt perneceſſaria. Sed in primis Elementis ſubſtitit, tantum abeſt, ut ad unguem perduxerit hoc argumentum. In quibusdam etiam figuris magis ad ſuæ, quam Eccleſiæ judaicæ conſuetudinem reſpexiſſe videtur. Nec ſine ratione vitio ipſi datur ab H. Muhlio in præfat. ad Antiquit. Judaicas

J.

. Lundii p. 15. quod thuribulo more Roma-
orum operculum impoſuerit cum catenulis ab
troque latere ſuſpenſis. Improbatur etiam qui-
usdam, quod in præfat. Americam jam Salo-
nonis ævo fuiſſe cognitiſſimam contendit, eam-
ue eſſe regionem Ophir, de qua tanta eſt inter
ruditos diſſenſio, & aurum Parvajim 2. Chron.
II. 6. eſſe Peruanum. Et quæ ſunt alia hujus
ommatis; Quæ tanti tamen non ſunt, ut hoc
pus apud eos, qui recte ſentiunt, pondus non
abeat.

In Quarto.

Joſephus Ebraico-Latinus Joh. Frid. Breithauptii. Gothæ & Lipſ. 1710. De quo quid exiſti-
nandum, non idem eſt Eruditorum Judicium.
unt enim, qui eundem à Flavio Joſepho, ſacer-
lote Hieroſolymitano, non putant eſſe diverſum.
Atque in hac hæreſi eſt ipſe hujus Editionis &
ranslationis Auctor. Cum quo Judæi omnes,
& Chriſtiani etiam non pauci conſentiunt. Ipſe
quoque hic Joſippon p. 157. ſe Joſephum illum
ntiquum profitetur. Sed teſtis eſt in cauſa pro-
ria. Sibimetipſi etiam in locis aliis adverſus.
udæorum quoque in hac re vacillat fides, nec
Gorionidis hujus in ſcriptis Rabbinicis ulla ante
ec. X. occurrit mentio, & quæ pro vindicanda
jus γνησιότητι in præfat. adfert argumenta
Breithauptius, ea à Gagnerio, J. C. Wolffio,
& aliis non diſturbata ſunt tantummodo, ſed
& dilucide demonſtratum, Auctorem hunc vi-
iſſe ævo medio, & impoſito ſibi Joſephi Go-
rio-

rionidis nomine, ex Flavio Joſepho hæc ſua compilaſſe, ejusque verſione *Latina* ita uſum, ut pro arbitrio omiſerit, mutarit, interpolarit, & ex ſcriptoribus recentioribus addiderit, quæ ſibi judicaverit expedire.

Kabbalæ denudatæ Tomus I. & II. II. Volumina. Sultzbaci 1677. Cujus Auctor eſt Chriſtophorus Knorrius, Liber Baro de Roſenroth, Principi Sultzbacienſi quondam à Conſiliis Sanctioribus, & Cancellaria. Qui, Fr. Merc. ab Helmont, & Judæi cujusdam (T. II. in præf. p. 19.) ope adjutus, impedito huic operi primam & ultimam manum impoſuit, illudque in duos Tomos diſpertivit, quorum *priore* apparatum quadruplicem, poſteriore ſpecimen, cum introductione, & appendice variorum ſcriptorum cabaliſticorum complexus eſt; Labore ſane Herculeo, & à *nullo Chriſtianorum adhuc pertentato.* Quo id conſecutus quidem eſt, ut nulla unquam dies ejus famam delere queat; Verum eheu! quam magno hic honos ipſi conſtitit pretio. Scilicet

(1) *Duo Liberi* præmatura morte ipſi erepti ſunt, cum vix manum injeciſſet ſuæ Cabalæ, quod Judæi in pœnam vulgatorum Myſteriorum interpretati ſunt (Tom. II. præf. p. 19.)

(2) Ipſe nondum affecta ætate ſibi mortem conſcivit, dum liquorem præſtantiſſimum, & ad conſervandam vitam accommodatiſſimum, quaſi ſui ipſius oblitus, bis ſumſit una die, ſemel tantummodo ſumendum. Neocori Anal. Hiſt. Phil. p. 93.

(3)

(3) Malam apud Judæos juxta ac Chriſtianos iniit gratiam. Etenim accuſarunt eundem

(a) *Chriſtiani*, quod in gratiam Judæorum dogmata fidei chriſtianæ ad Cabbaliſmum reducere ſategerit. Vid. Paulum Bergerum de Cabbaliſmo in præf. p. 3. & in Op. p. 14. Et in myſteria Cabbaliſtarum non felici adeo ſucceſſu penetrarit. Herm. *von der* Hard in Ep. præmiſſa Orationi Dominicæ, Judaiſmo oppoſitæ à J. A. Schmidio. Et Orat. ipſam c. I. §. 12. p. 17.

(b) *Judæi*, quod Cabbalam non intemeratam, ſed nequiſſime depravatam tradiderit. Sic enim Moſes Germanus in Wachteri *Vergötterter Welt*, p. 75. *Ich habe den alten Helmont ſchrifftlich, ſo gut als einen Lügner überweiſen laſſen, wegen ſeiner falſchen* Cabala denudata, *und dergleichen von denen Juden auspractiſirten, und hernach* nequiſſime *verfälſchten Schrifften, auf welche Iſraël nach Bürgerlichen Rechten* in præſence notarii *und Zeugen dieſe* Notam, *Das hat ein Schelm geſchrieben, beyzufügen Urſach hätte.*

(1) *Liber Jezirah, qui Abrahamo Patriarchæ tribuitur, cum Comment. R. Abraham Ben Dior, & notis J. S. Rittangelii.* Amſtelodami 1642. Qui, qua tempeſtate, quo loco, & à quo Auctore congeſtus ſit, explicatum non habent Eruditi; Hoc tamen contendit J. S. Rittangelius. p. 36. Eum cæteris omnibus Rabbinorum ſcriptis, Arte,

Ætate, & difficultate eſſe præferendum. Et J. C. Wolffius in Bibl. Ebr. P. II. L. VII. C. I. p. 1220. Compendium Cabalæ, ſcribit, antiquiſſimum ex mente Judæorum exhibent Libri *Jezirah* & *Raſiel*, quorum principia fuſius deinde illis expoſita creduntur in Libro *Bahir*, *Palia*, & *Kana*, inprimis vero in *Sohar*, & variis ejus Interpretibus &c. Et factum eſt procul dubio ex multitudine & varietate interpretum, ut quædam Gloſſemata commentatorum in ipſum textum irrepſerint. Atque hinc illa portentoſa MSCtorum & Codicum impreſſorum varietas. In quibus poſterioribu haec Rittangelii Ex-Judæi, & P. P. Regiomontani prima cenſenda eſt, ob typorum elegantiam, & Commentatorum dexteritatem, R. Abraham Ben Dior inprimis, cujus Iſagoge à p. 1. ſumens initium usque ad p. 146. procedit, ubi demum Liber *Jezirah* ducit exordium. Et quia ſemel tantum prodiit hæc Editio, rarioribus etiam accenſeri ſuo jure poteſt. (2) *Conſtitutiones de Fundamento legis R. Moſis Maimonidis.* Amſtelodami 1638. Quæ nihil aliud ſunt, quam Capita decem partis Primæ Libri Jad Chaſaka Maimonidis; Latine reddita à Guil. Vorſtio, & notulis quibusdam illuſtrata. Quam Vorſtii interpretationem, ſuam fecit poſtea J. A. Schertzerus in trifolio Orientis, ubi duo hæc priora Capita Maimonidis repetit, & Scholiaſte Ebraico illuſtrat, addita ſimul verſione Latina, & ſpecimine Theol. Mythicæ Ebræorum, & translatione Vorſtii in quibusdam locis emendata. (3) *Caput Fidei Iſaaci Abravanelis in ſermonem latinum translatum per Guil. Vorſtium.* Amſt. 1638. Sed minus felicit

juc

judicante J. C. Wolffio in Bibl. Ebr. p. 637. Part. I. Qui & ibidem, notat, Abravanelem in hoc Opuſculo contra Maimonidis ſententiam commentari de iſthoc Argumento, & reliquorum quoque Rabbinorum de Articulis fidei Judaicæ ſententiam examinare. (4) *Canones Ethici R. Moſis Maimonidis Ebr. & Latine translati à G. Gentio & notis illuſtrati.* Amſt. 1640. Qui Canones in Maimonidis Jad Chaſaka extantes ibidem tractatum 2. conſtituunt Part. I. l. c.

Liber Coſri; vel potius, Hachoſari, Ebraice & Latine, cum Notis Joh. Buxtorffii. Baſel 1660. Auctor eſt R. Jehuda Levi Filius Saulis, Hiſpanus, qui vixit Sec. XII. & hoc Colloquium Theologico-Philoſophicum Regis Coſari cum eruditis, ſive verum ſive fictum, ſcripſit Arabice, ut veritatem religionis Judaicæ defenderet, & contra inſultus Ethnicorum & Karraitarum vindicaret, unde eadem tempeſtate in Linguam Ebræam translatum eſt, à R. Jehuda Aben Tybbon Granatenſi, & Conſtantinopoli primum, tum Venetiis, & tandem Baſileæ editum, dignum omnino, quod accurate & ſtudioſe ab iis lectitetur, qui, quid ſalis in Synagoga Judæorum inſit, ὡς ἐν συνόψει, perſpicere geſtiunt.

J. C. Wagenſeilii Sota. h. e. *Liber Miſchnicus de uxore Adulterii ſuſpecta, cum excerptis Gemaricis, Ebr. & Latine.* Altorffii 1674. In quo opere multæ ſunt literæ, Talmudicæ inprimis, & Rabbinicæ, ſumma Orationis perſpicuitas, & egregius rerum, ex Libris editis ineditisque collectarum, ſelectus, nec minor Apparatus, cujus Auctor Seldenum

in Polyhiſtoria æquat; In facilitate ſtili ſuperat Eo magis in ſinu fovendus, quo pauciores ex Chriſtianis ſunt, qui Gemaricis maxime difficultatibus explicandis ſe accingunt, de quarum paucitate æquam querimoniam habet noſter in præfat. p. 32.

(1) *Selecta Rabbinico-Philologica J. G. Abichtii* Lipſ. 1701. Tertia hæc eſt Editio Selectorum Rabbinicorum, quæ à J. A. Schertzero edita 1663. *Trifolii Orientalis*, & 1672. recuſa *Opera pretii*, inſcriptionem præ ſe tulerunt. Quod non neſcire expedit, ne varietate titulorum inductus, varia hæc eſſe arbitreris opera. Nec tertia hæc Editio diſtat à prioribus, niſi quod reviſa eſt ab Abichtio, & aucta duabus Commentationum particulis Raſchi, & R. Aben-Ezræ, quorum ille in Gallia, hic in Hiſpania illuſtris, Sec. XII SS. ita illuſtrarunt, ut & Judæi de iis, & Chriſtiani perhonorificè loquantur. (2) *G. E. Ezardi tr Talmudici Avoda Sacra caput I. Ebr. & Latine* Hamburgi 1705. Quod Joh. C. Wolffius P. II Bibl. Ebr. p. 712. incomparabili induſtria adornatum ſcribit. Neque minorem curam collocavit Auctor Doctiſſ. in hujus tr. cap. II. quo Hamb. 1710. in lucem edidit, & jure precatu eidem facilem Bibliopolam Wolffius l. c. ut & capita reliqua, quæ prelo jam parata habet, cum eruditis communicare queat. Sic enim, ai haberemus tandem aliquando integrum Codicem Talmudicum latina veſte indutum, ex quo nat vum Talmudicarum Commentationum habitum æſtimare ſecure poſſemus.

J. I

J. H. Hottingeri Juris Ebræorum Leges CCLXI. Tiguri 1655. Opus, in quo non multum eſt acuminis, ſed diligentiæ ſatis, & utilitatis tantum, quantum ex Theologia Rabbinorum Catechetica expectari poteſt. Siquidem diſerte profitetur Auctor in indice, & opere ipſo p. 5. ſe in hoc Argumento ex tot Judaicis & Chriſtianis ſcriptoribus R. Levi Barzelonitæ, vel, quod verum ejus nomen eſt, R. Aaronis de Domo Levi Barcionenſis veſtigia ſecutum, qui Sec. XIII. clarus ſcripſit. החנוך h. e. Catechiſmum, quo exponuntur 613. præcepta, ex Juridicis & ritualibus Judæorum Libris, à Conſtantino L'Empereur Auctori noſtro commendatum præ reliquis, & illuſtri ſua brevitate ſemetipſum commendantem.

Conſtantini L' Empereur de Legibus Ebræorum Forenſibus. Lugd. Batav. 1637. Hic Libellus eſt Tractatus Primus in Talmudis Tomo IV. qui inſcribitur *Seder Neſikim*, ſive Sectio de Damnis, Ebr. & Latin. ab Auctore exhibitus, & ſcholiis illuſtratus. Ex quo, velut ungue Leonis, patet, non plane nullum eſſe Talmudis in SS. V. & N. T. illuſtranda uſum, ſed non tantum, ut operæ ſit pretium, multum temporis & laboris in Syntagmate tam obſcuro, ambiguo, moroſo, incerto, & vaſto contriviſſe, cujus hæc vix quinquageſima eſt particula.

Sebaſtiani Münſteri Calendarium Hebraicum Ebr. & Latine. Baſil. 1527. Hoc opuſculum eſt infrequens, nec plane nullo loco habendum; Licet non cyclo Iudaico veteri accommodatum ſit, ſed

recentiori, qui à Seculo poſt C. N. Quarto, extincto apud Iudæos Synedrio, in Synagogis verſorum invaluit. Conf. ſis Ioh. Seldenum de Anno civili Iudæorum. c. XVII. p. 91. ſeq.

Joh. Coch Duo Tituli Talmudici Sanhedrin & Maccoth, Amſtelod. 1629. Extant hi duo tituli in Talmudis Ordine IV. dicto נסיקים *Neſikim.* Et multa in ſe continent ſcitu perutilia & pernecesſaria. Adeoque non inutiliter locavit ſtudium Auctor celeberrimus, quod in iisdem interpretandis & illuſtrandis conſumſit. Nec ipſ nullo fuit emolumento hoc ſcribendi genus Etenim *primus* hic eſt fœtus, quem excluſit, lite rarius, & is ita repente evolavit, & parenti ſu tantam lucem circumfudit, ut adhuc hodie Eru ditorum major pars Coccejano nomini aſſurgat I. C. Wagenſeilius in præf. Sotæ p. 32. I. Coc cejus poſt Gerſonem ſolus cum Miſchna Parti cularum Gemaræ quoque, prout Auctor Libı *En Jacob*, easdem excerpſit, vertendarum pe riculum fecit. Atque eam ob cauſam eider condonandum cenſemus, quod Theodorus Da ſovius exprobravit in Diſſert. de ſuſpendio hc minis lapidibus obruti, §. 7. ubi ſcribit Coc cejus in excerptis Gemaræ, p. 256. 257. ul de ſepultura hominis lapidati agit, non aſſecı tus eſt Gemaræ ſenſum, & pleraque non rect tranſtulit. Nec illa emendata ſunt in iterata Ed tione, ut, quæ ex ingenio ſupplevit, deleri fer omnia jure meritoque debeant.

Wilhelmi Schickardi Jus Regium Ebræorum, cu animadverſionibus Joh. Bened. Carpzovii. Lip 167

1674. Libellus, antequam hæc ſecunda Editio prodiret, perrarus, & æque difficilis inventu, atque ejusdem Auctoris Tarich Regum Perſiæ, & Bechinath Happeruſchim eſt adhuc hodie, dignus qui è tenebris in lucem protraheretur; ob inſignem hujus Viri Polyhiſtoriam, & Antiquitatum Hebraicarum inprimis, & Literaturæ Rabbinicæ & Talmudicæ ſcientiam. Qua ita abundavit hic noſter, ut fere eidem fraudi fuerit in quibusdam. Quod enim punctorum vocalium inficiatur antiquitatem, (p. 109.) Et Monarchomachiæ ſe exhibet amicum, (p. 141.) Id aliunde non eſt, quam ex nimia Rabbinophilia, quæ ita occupavit ejus animum, ut, ſiquid dijudicandum ſit, eam naturali quaſi inductione ſequatur.

I. Andr. Danzii de NoviLunii initiatione & Feſtis Judæorum determinandis. Ienæ 1703.

Notitia Karæorum ex Mardochæi recentioris tractatu Ebr. cum præf. & Notis J. C. Wolffii, cui accedit J. Triglandi Diſſert. de Karæis. Hamb. 1715. In quo Mardochæus Karæus, à Triglandio ſolicitatus, ſtilo Biblico deſcribit Karæorum natales, cauſas, momenta diſſenſionum inter Karæos & Rabanitas, & præſentem eorum conditionem & ſtatum, eo ſtudioſius terendus manibus, & in ſinu quaſi fovendus, quo rariora ſunt in his terris Karæorum Scripta edita & inedita, & quo magis Auctores eorum in Judæorum Orbe Literato excellunt. Qui doctrina non cedunt Rabanitis, & judicii gravitate, & rationum pondere, & SS. explicandi dexteritate, & diſpu-

tandi peritia, & morum integritate ſuperiores longe iisdem ſunt habendi.

Clavis Gemarica. Cujus Auctor R. Eliakim Panzi Rhodiginus, cum verſione Latina & Notis Chr. Henr. Ritmeieri 1697.

Joh. Micrælii Ethnophronius, ſive contra Gentiles Libri tres, Stetini 1647. A raritate commendati à G. V. Maſtricht in Catalogo Bibl. p. 78. Et à nobis jam alio loco laudati. (2) Ejusdem *Juda*, *ſive contra Judæos* Libri V. Ibidem ſine anno. In quibus idem, quod in prioribus, dicendi genus, eadem induſtria, πολυαγνωσίο & πολυμαθεια. Sed apparatus literarum Ebraicarum non tantus, quantus in eo, qui contra Iſacidas arma capit, requiritur. Ea etiam adverſariorum tela nec tacta nec fracta, quæ poſt editum hoc opus innotuerunt demum, poſt quam Vir illuſtris Wagenſeilius ἀνέκδοτα tot Judæorum ſcripta Polemica publice legenda exhibuit. Et dum ex omnibus SS. apicibus myſteri exſculpere ſatagit Auctor, ipſo diſerte hoc fatente L. I. p. 16. Ingentem quidem affert argumentorum turbam; Sed quæ multitudine interdum magis premunt hoſtes, quam ponder

(1) *J. C. Ottonis Gali Razia ſ. Occultorum detectio.* Norimbergæ 1605. Qui ſacer & deteſtabilis Liber dicitur J. C. Wagenſeilio, in notis ad Sotam p. 705. hoc conſilio ab Auctore ſcriptu ut ſub ſpecie Religionem Chriſtianam ornand eam Judæis propinaret deridendam. Talei enim revera fuiſſe eum, quales Judæos pleroque deſcribit in pæfat. p. 14. Indoctum, in

piui

pium, Atheum. Nec partes ejus defendendas ſuſcipimus, Levidenſia ſunt pleraque ejus quæ ad probanda religionis capita affert Argumenta. Nec bona fide omnia, quæ ex Talmude ab eo deprompta ſunt, allata. Dicta etiam SS. interdum parum opportune adducta. Sed hæc ex ignorantia & negligentia potius, quam malitia profecta eſſe inde hariolamur, quia Epidemica hæc ſunt Judæorum mala, ex perverſa educatione & inſtitutione orta, quæ talis eſt, ut ex Logicæ & Hermeneuticæ fontibus plerumque aut nihil, aut parum hauriant. Et peſſimum, quod homo miſer admiſit, facinus eſt hoc, quod, relicta veritate Chriſtiana, rurſus rediit ad vomitum & Rabbinorum fabulas. Neque tamen confundendum eſt hoc opus cum alio Synonymo *Gali Razia* MSCto rariſſimo, quod in Bibliotheca Senatoria Lipſienſi latere ſcribit J. C. Götzius in Schediaſmate de ea p. m. 21. & de quo nihil excuſum adhuc eſſe monet, præter exigua quædam fragmenta in *Jalkut Reubheni.* (2) *C. Helvici Syſtema Controverſiarum Theol. quæ Chriſtianis intercedunt cum Judæis.* Gieſſæ 1612. Quod poſtea T. IV. Diſput. Gieſſenſ. inſertum, & 1702. ſeorſim cum præfat. Thomæ Crenii Lugd. Bat. in 8vo recuſum, à M. Lud. Seltzero in Linguam Germanicam translatum, & 1633. Darmſtadii in 4. in lucem exire juſſum eſt. (3) *J. Martini Decas Diſput. de Meſſia.* Wittebergæ 1615.

Antonii Margaritæ Jüdiſcher Glaube. Francof. ad Mœnum 1561. Editio infrequens. Poſterioribus plerisque, & illi præſertim multis paraſangis anteferenda, quæ 1689. in 8vo prodiit, & Franco-

coſurti ad Mœnum ſe excuſam eſſe mentitur, cum Helmſtadium potius habeat patriam. In ea enim ſexcenta ſunt immutata. Multa reciſa, amputata, prætermiſſa. Quædam etiam addita. Et totum opus ita eſt transformatum, ut, quam in prioribus Editionibus induerat faciem, in poſterioribus fere totam perdiderit.

Hiſtoria Judaica G. Gentii. Amſtelodami 1651. Auctor hujus Hiſtoriæ eſt R. Schelomon Ben Virga, filius Jehudæ, Hiſpanus, Arte Medicus, qui vixit Sec. XV. & ſcripſit *Scheveth Jehudah* h. e. Florilegium hoc Hiſtoriæ Judaicæ, ſtilo quidem ſatis culto, ſed ordine incompoſito, & fide admodum ſuſpecta in quibusdam, & dubia. Eo tamen ſucceſſu, ut in orbe literato Judæorum & Chriſtianorum, inſignem famam hóc ipſo conſecutus ſit; Et hoc opus in Linguam Germanicam, Luſitanicam, & Latinam ſit traductum. Ex quibus verſionibus hæc G. Gentii excellit præ reliquis ob Auctoris fidem, & utriusque ſermonis facultatem, & dictionis latinæ ſingularem elegantiam, quæ tanta eſt, ut quibusdam nimia videatur.

R. David Gantz, Pragenſis Zemach David. Pragæ 1592. Claruit Auctor Sec. XVI. inclinante. Et ſcriptores Judaicos juxta & Chriſtianos quosdam ſecutus, in bipartito hoc opere Hiſtoriam univerſalem tradidit, Anachronismorum & errorum aliorum non expertem; Sed aliis tamen hujus generis Commentationibus Judaicis multis nominibus anteferendam. Siquidem *Primus* eſt ex Judæis, qui Hiſtoriam ſecundum ſex orbis conditi millenarios, illorumque Secula & annos

annos diſtinxit. *PRIMUS*, qui turbatas in Synagoga temporum rationes emendavit. *PRIMUS*, qui res externas accuratius, quam à verpis fieri conſuevit, enarravit. Recuſus poſtea Amſtel. 1692. & auctus, translatus etiam in LL. à Guil. Henr. Vorſtio Lugd. Bat. 1644. ſed ita, ut Eruditi omnes majorem diligentiam in eo requirant; & J. C. Wolffius in Bibl. Ebr. P. I. p. 295. ſe novam verſionem daturum polliceatur.

Selichot. Francof. ad Mœnum 1711. Selichot ſunt preces & Cantiones Judæorum pœnitentiales, quibus utuntur in diebus jejunii, & ſub novum annum, & feſtum expiationis; Differuntque pro varietate regionum, in quibus Judæi degunt, ſed in eo conveniunt, quod omnes Editiones ſunt punctis inſtructæ. Ex quibus hæc eſt Francofurtana, in uſum Judæorum Germanicorum adornata.

(1) *Theodori Hackſpanii Liber Nizachon Rabbi Lipmanni.* Noribergæ 1644. In hoc Libro loca SS. V. T, ſecundum ordinem Librorum afferuntur, & à Chriſtianorum interpretationibus vindicantur. Et ſane ipſum opus eſt peſtilentiſſimum, à R. Jom Tobh Lipmanno Mulhuſino ſub finem Seculi XIV. conſcriptum, & curante Th. Hackſpanio vulgatum, ſed *rarum* tamen hodie, teſte Catalogo Bibl. Maſtrichianæ p. 66. & 78. & à Nizzachon illo veteri, quod eſt in telis igneis Satanæ I. C. Wagenſeilii multis nominibus diverſum; Fruſtillatim quidem in LL. converſum à Sebaldo Snellio, & in lucem editum; Sed & ipſa fragmenta in paucorum pervenere manus, ſi I. C. Wagenſeilium audias in præf.

Te-

Telis igneis Satanæ præmiſſa p. 79. & 96. Qu
l. c. & hoc addit inſuper, Iudæos ex edition
hujus Codicis Ebræi majus cepiſſe commodun
quam Chriſtianos. Eos enim miſſo in ignen
Hackſpanii tr. de uſu Librorum Rabbinicorum
nudum textum ſibi ſervaſſe, & quaſi à ſe editun
foviſſe, deſcriptionis labore hac ratione libera
tos. Atque hinc etiam fortaſſis arceſſenda eſ
raritatis cauſa hujus infandi operis, cujus tri
MSCta habuiſſe Wagenſeilium, emendationem
que inde pollicitum auctor eſt Ioh. Ben. Carpzo-
vius in diſſert. Academ. Diſp. VII. §. 9. p. 235

(2) *Andreæ du Sausſay Continuatio Cardinalis Bellar
mini de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.* Tulli Leucorun
1665. Hic Auctor totus è partium ſtudio eſ
compoſitus, actisque Sanctorum congerendi
aptior, quam ſcribendæ Hiſtoriæ. Non enin
narrat, ſed laudat tantummodo, & declamat
Nec ſcriptores Eccleſiaſticos recenſet, ſed pro
pugnatores Eccleſiæ Romanæ, eosqu
tam caute ſelectos, ut nec Erasmo, Magnc
ſed liberioris ingenii Viro, locum in hac ſua P
nacotheca reliquerit.

J. C. Wagenſeilii Tela ignea Satanæ. Altdorf
Noricorum 1681. Sylloge hæc eſt Librorur
VI. Iudaicorum arcanorum, execrandorum, hor
ribilium. In quibus, ſi qua in monſtris eſt ex
cellentia; reliquos omnes diritate ſuperat PR
MUS & ULTIMUS. *Primus*, qui Nizzachon re
centioris Lipmanniani, à Theod. Hackſpani
editi, eſt quoddam Breviarum. Et *ULTIMU*
Toldos Ieſchu, quem Sec. XIII. primus Pugior
fidei inſeruit Raymundus Martini, ſed Latir
tar

tantummodo, unde Porchetus Salvaticus poſtea tansſcripſit. Et ex Porcheto in Linguam Germanicam convertit B. M. Lutherus. Libellus vere ſacer, & abominandus, & blaſphemus, & à diabolo cacatus. Primum in hac collectione cum aliis Ebraice editus à I. C. Wagenſeilio, Th. Hackſpanii in Academia Altorffina diſcipulo & ſucceſſore. Dignior fortaſſis, qui æternis tenebris involvatur, quam qui in lucem aſpectumque publicum exeat, quicquid editor in prolegomenis de æquitate, & utilitate, hujus ſui laboris obſtetricis aſſerenda, in medium proferat.

Pauli Eberi Hiſtoriſche Beſchreibung des Jüdiſchen Volcks &c. Nürnberg 1667. Auctor eſt Vir antiqua virtute & fide. Sermo facilis & quotidianus, ornatu omni quaſi veſte detracta. Capita rerum tria, de ſummis Sacerdotibus, Sectis, & Regibus, qui à *μετοικεσία* Babylonica usque ad *πανωλεθρίαν* Hieroſolymitanam apud Iudæos extiterunt. In quibus, ſi qua eſt ſiccitas rerum & jejunitas, & inopia teſtium, & ordinis neglectus, id condonandum tempori, quo Auctor claruit, & noſtro Seculo gratulandum, quo hæc omnia in melius ſunt immutata. *Gallice* tamen & *Belgice* translatum eſſe opuſculum in diſſertationibus ſelectis teſtatur G. Voëtius P.II.p.78.

Sam. Chajim h. e. Aroma vitæ R. Chajim Filii Zevi Posnanienſis. Amſtelodami 1692. In quo extant variæ Commentationes & Conciones morales, ex Libris antiquioribus collectæ.

(1) *Caroli Sigonii Libri VII. de Republica Ebræorum cum Obſervat. Joh. Nicolai.* Helmſt. 1686. C. Sigonius Vir eſt Polygraphus, & Polyhiſtor.

A

A doctrina non minus quam natura, & longo litterarum uſu inſtructus. Oratione ſplendidus Et in rebus digerendis non diſſipatus. φιλόπονος etiam, & multæ induſtriæ magnique laboris Scriptor. Qui, ſi tantum induſtriæ conſumſiſſet in litteris Ebraicis, Talmudicis, & Rabbinicis, quantum in Antiquitatibus Græcorum & Latinorum eruendis, neſcio quid præclarum in hoc opere potuiſſet efficere. Sed hæc ſunt ornamenta, quibus caruit. Atque hinc factum, ut ſoliu interpretis vulgati, & Ioſephi, & Philonis auctoritate nixus, quædam neglexerit prorſus, quæ ad hoc argumentum ſpectant, quædam exilite admodum tradiderit, quædam oppido falſa ſui hiſce Commentationibus inſeruerit. Notatus ic circo à P. Cunæo de republ. Ebr. L. I. c. III. p 134. & c. V. p. 139. Ioh. Steph. Menochi in præfat. de republ. Ebr. I. Nicolai, Viro Docti ſimo ſane. Qui in obſervat. adjectis multis S gonii morbis manum medicam attulit, ſed oſc tante illo, & ipſe oſcitavit nonnunquam, ut i diſciplina Ebr. militari, quæ omnium minim illuſtrata eſt adhuc, & de qua, judicante Petr Cunæo in præf. Libr. de republ. Ebr. nihil fer traditum eſt memoriæ poſterorum. (2) *V. I Vogleri Comment. de rebus naturalibus & Medici quarum in SS. ſit mentio.* Helmſt. 1682. Opus i ſtitutum quidem, ſed non perpolitum, nec a umbilicum deductum. Auctor enim extremu Spiritum effudit prius, quam eidem extrema manum impoſuit. Unde tot impolita, protrit & in quibus nihil limæ ineſt. Adde quod V glerus ſine linguæ Hebraicæ & Antiquitatis I

t

terariæ ſubſidio hoc tantum negotium aggreſſus, ex fumo dare lucem inſtituit, & Philoſophiam Moſaicam ex Ariſtotelica illuſtrare, Medicasque SS. voces ad Galeni regulam exigere. Quod eſt natare ſine cortice, & diei lumen fœnerari ab umbris. Rectiusque noſtro judicio conſuluiſſet ſibi & rei litterariæ Vir Doctiſſ. Si hujus Commentarii loco Lexicon Ariſtotelicum abſolviſſet, quod p. 279. ſe ſub manu habere ſcribit. (3) *J. Sauberti Difficiliorum SS. Locorum triga.* Helmſt. 1671.

J. Braunii de Veſtitu Sacerdotum Hebræorum. Amſtelodami 1701. Opus novum, ſpecioſum illuſtre, multis litteris, iisque reconditis & exquiſitis inſtructum, quo & famam in orbe litterario perennem, & Profeſſoris Theologiæ Provinciam in Academia Gröningenſi conſecutus eſt Auctor, eo tempore, Paſtor adhuc in Eccleſia Gröningenſi, quo hunc ingenii ſui fœtum enixus eſt. Verum hoc ipſo etiam occaſionem dedit malevolis, Voëtianis maxime, neſcio quæ maledicta in eum conjiciendi, qui Carteſii in Philoſophia, & Cocceji in Theologia veſtigia ſequebatur. Scilicet (1) Braunium & Priſcianum non ſemper in eadem eſſe hæreſi. (2) Eundem totum hoc opus non bombycis more modove de ſuo pectore duxiſſe, ſed corniculæ Æſopicæ inſtar aliunde compilaſſe, & Ludovico L'Empereurio ſurripuiſſe. (3) Patrem ejus fuiſſe textorem. Atque hinc ipſi obortam cogitationem de reſtituenda *Veterum texendi ratione*, qua veſtimenta rotunda, manicata, & undique clauſa detexere ſolebant. Quorum *Primum* diluitur ἀυ]οψία. *Secundum* Apologia ejus præfationi in-

ſerta

ſerta quæ Syſtemati Theologico præmiſſa eſt. *Tertium* Biographia, qua Parentem ejus Conſulem in Civitate Lutrea Cæſarea (*Käyſers lautern*) fuiſſe accipimus. (2) *Joh. Nicolai tr. de Siglis veterum:* Lugd. Bat. 1703. Qui *primus* de ſiglis Veterum Syſtema integrum condere ingreſſus eſt. Nec imparatus acceſſit ad hoc opus perficiendum. Multijuga enim in eo lectio. Variarum linguarum cognitio. Induſtria indefeſſa. Sed ſubſidiorum apparatus non tantus, quantus ad argumentum vaſtiſſimum exhauriendum requiritur. Frequens etiam in hoc accipiti itinere eſt fluctuatio, nec adjecta ubique ſiglarum interpretatio. Adde quod Ciceronis & Tyronis Lexicon de notis Romanorum veterum c. II. p. 8. laudatum, prorſus eſt omiſſum in hac Sylloge, una cum aliis quibusdam hujus commatis opuſculis, quæ in Dionyſii Godofredi Auctoribus LL. continentur, in quibus etiam eſt Magnonis de Siglis juris Libellus quem Auctor c. XI. p. 65. vocat rariſſimum, & l. c. integrum inſerit.

Jacobi Jehudæ Leonis de Templo Hieroſolymitan Libr. IV. Helmſt. 1665. Hi IV. Libri R. J. J. Leoni ſcripti ſunt primum ab Auctore Hiſpanice; ſe non vulgati, poſtea tranſlati ab eodem in linguam Ebraicam, vel, ſi mavis, Biblico-Rabbinicam, editique Amſtelodami 1650. tandem converſi in LL. à J. Sauberto, qui & in præfa p. 27. plenum promiſit in eos Commentarium cum ſpicilegio quarundam figurarum. Leon etiam tractatum de Cherubim in LL. transferr voluit. Et ejus jam plagulas nonnullas cum figuris æri inciſis, prelo ſubjecit; Sed à princip

Augu

Auguſto ad novam SS. verſionem Germanicam condendam vocatus, hæc inſtituta ad finem deducere non potuit, ut ipſe refert in Epiſtola dedicat: Palæſtræ Theologico-Philologicæ.

(1) *Johannis Seldeni*

(a) *Uxor Ebraica ſ. de Judæorum nuptiis & divortiis Libri III.* Francof. 1673. In quorum Libro I. Auctor doctiſſ. de Judæorum nuptiis prohibitis & præceptis; Libro II. de Sponſalibus & Nuptiis; Libro III. de conjugum Juribus & divortiis, ea ſolertia & ubertate, & Polyhiſtoria diſſeruit, ut, qui ante eum ſe huic Argumento dederunt, nomen diſpareat, & qui poſt eum ſe eidem dare voluerunt, ſpes inclareſcendi infringatur, & induſtria langueſcat. Sane hic unus reſtrinxit omnes. Et ſi dictionis aſperitas, & idearum perturbationes, & frequentes illæ à materia ſubjecta ad alienas digreſſiones, non interceſſiſſent; haberemus ſpecimen juris Ebraici ſuis numeris abſolutum & perfectum.

(b) *De Succeſſione*

(a) *In bona defuncti Liber.* Ibidem.

(b) *In Pontificatu Libri II.* Ibid.

(2) *J. G. Voſſii de Philoſophorum Sectis Liber cum Contin. J. J. à Ryſſel.* Lipſ. 1690. De quo alibi. (3) *J. B. Maji Oratio de ſcribenda Hiſtoria univerſali ſuperioris Seculi.* Kiloni 1693. In qua non eſt vulgaris mentis acies, & exquiſita doctrina, & ſingularis induſtria, ſed vaſtitati rerum intentus, ad verborum ornatum reſpicere non potuit Auctor. Et de ſubſidiis ſcribendæ Hiſtoriæ univerſalis ſo-

licitus, tot ſcriptores enumeravit, ut non de ſcribenda, ſed de ſcripta Hiſtoria univerſal Orationem compoſuiſſe videri queat. (4) *J. H Erneſti Diſſert. de prudentia convertendi vitas Cl. Vi rorum in uſum Politicum.* Lipſiæ 1688. Argumentum tam nobile & jucundum, quam utile & neceſſarium, à multis tactum, ſed à nemine adhuc ſatis diſcuſſum, nedum penitus exhauſtum (5) *Alethophili Liberii Klage der Cauſæ Moralis una Conditionis ſine qua non, wieder einen, der aus beyden eins machen will.* Auctor eſt Paulus Slevogtius PP. Jenenſis. Qui à J. Hülſemanno eo tempore PP. Witteb. ob cauſæ moralis notionem ſugillatus (p. 14.) hoc ſchediaſma eidem oppoſuit, in quo cauſæ moralis cauſam ita agit, ut Philoſophiæ Theoreticæ, quam Practicæ peritior fuiſſe videatur. Siquidem ſtomachoſius eſt orationis genus, & acerbius, quam morum diſciplina permittit. Et dici non poteſt, quantas malorum faces hoc ſchediaſma accenderit eo tempore in Academia Jenenſi.

J. Seldeni de jure Naturali & Gentium juxta Diſciplinam Ebræorum. Argentorati 1665. De hoc opere quid ſentiamus, diximus antea. Et hæc quidem editio cedit omnino Londinenſi, ſi ſplendorem ſpectes; Sed præferenda eſt eidem ob duplicem indicem, quem adjectum habet, Locorum SS. unum, & verborum ac rerum alterum. Acceſſit etiam J. H. Bæcleri præfatio, vel ſi mavis, Oratio Panegyrica, qua una cum Seldeno, Rex Galliæ Ludovicus XIV. ac Colbertus, & Capellanus divinis laudibus efferuntur

J. Se

J. Seldeni de Synedriis Libri III. Francof. 1696.
ltimus hic Seldeni fœtus eſt. Cui producen-
o 1654. eſt immortuus. Atque hinc factum,
: ad umbilicum non pervenerit opus egregium,
: Liber tertius in fine mutilus ſit atque mancus.
'erum & rudera eorum colimus, qui tantum ha-
ent nomen in republica Litteraria. Et hoc im-
erfectum Seldeni Syſtema Theologico - Juridi-
um ita comparatum eſt, ut perfectius in hoc
enere & argumento non extet. Herculeus
nim in eo eſt labor. Stupenda Linguarum exo-
carum notitia. Diffuſa librorum editorum &
ieditorum lectio. Profunda meditatio, diſcuſſio,
Commentatio. Totius jurisdictionis apud Ebræos,
Civilis & Eccleſiaſticæ, ab O. C. usque ad ex-
idium Hieroſolymitanum Hiſtorica deſcriptio.
)uæ omnia tamen labeculis quibusdam reſperſa
ınt, ne exuiſſe humanitatem Auctorem no-
rum arbitreris. Dictio cœnoſa eſt & lutulenta.
)bſcura etiam, & locis quibusdam ita impedita,
t Apollo vix intelligat. Ordo ſubturbulentus,
b ingenii fæcunditatem, & idearum diverſarum
umulum. Ratio differendi nimis libera, di-
reſſionibus quibusdam longius petitis diſtenta,
: Paradoxologiis quibusdam infecta, quales
ccurrunt inprimis Libro primo, v. g. *de Clave
lvente & ligante*, quem aliud nihil fuiſſe putat,
uam poteſtatem, caſus Conſcientiæ ex lege ſacra,
lacitisque Antiquorum decidendi, (quod & in
ræf. de anno Ebr. Civili jam dictitaverat.) *Et
e Excommunicatione*, quam in Hiſtoria Sacra ante
aptivitatis Babyl. tempora non comparere ſcri-
it p. 98.

Hadriani Relandi Palæſtina. Norimb. 1716. D
qua Hermannus *von der Hardt* in Progr. de r
bus Jonæ p. 4. Relandus, inquit, quantacunqu
virium intenſione in Geographia vix ultra lime
progreſſus, in infinitis ferme anfractibus obvii
in biviis, & triviis undique anxie hæret. Inte
grum proinde hoc illuſtre Argumentum, pr
fontium ſacrorum luce, noſtri & ſecuturi Secu
li laboribus relictum ſupereſt expediendum
Quod Viri doctiſſ. judicium ſuſpectum videri po
terat quibusdam. *Primum*, quia ſibi in Geogra
phia Sacra ſcribenda occupato, hoc argumen
tum præreptum vidit. *Tum* quia animo non ſa
tis æquo tulit, ſe p. 674. ab Auctore eſſe confu
tatum, & novam *Orebi* Coloniam ſuis ſedibu
denuo ejectam. Et tandem quia hoc Opus à V
ris Geographiæ Sacræ peritiſſimis v. g. M. E. I
Haubero *In Verſuch einer vollkommenen Hiſtorie v*
Land-Charten p. 147. laudibus egregiis afficitu
Nec immerito. Qui enim ea Linguarum periti
doctrinæque apparatu, & Scriptorum editoru
ac ineditorum copia, aggreditur hoc opus, e
que mente accedit ad idipſum, qua Auctor D
ctiſſ. qui nihil ſe admiſſurum ſine teſte idone
Nulliusque in verba juraturum; ſed ficturu
animo conſtituit, Se primum eſſe, qui ſitus l
corum in terra ſancta deſcribat, nec ullum an
ſe de opere ejusmodi cogitaſſe; Ille non pot
non præclarum aliquid & laude dignum proc
cere. Sed, quæ eſt noſtri ingenii imbecillit
nihil ſimul inchoatum, & perfectum eſt. t
ſane egregia ſunt, quæ prioribus duobus Libris
Auctore allata ſunt; Sed quæ libro ultimo t
di-

luntur, protrita ſunt maximam partem & vulgaria. Et ſi de eo intelligas Domini Hardtii Judicium, nihil in ſe continet, quod à veritate ſit alienum. In generalioribus enim mire facundus eſt Relandus, ſed in ſpecialioribus hæſitat. Et licet hoc dare velimus Viro Doctiſſ. E. D. Hauero, hoc eſſe indicium Geographiæ S. in melius profectæ, qui in diſcurſu de ſtatu præſenti Geogr. p. 108. nullum in ea deſignari debere contendit locum, cujus ſitus non ſit exactiſſime cognitus, attamen de locis iis, quorum ſitus non eſt exacte cognitus, pleniorem lectori debuiſſet dare notitiam Hiſtoricam, quod Strabonem feciſſe novimus.

(1) *Jacobi Eberti Electa Ebræa.* Francof. 1630. Apophthegmata Ebraica DCCL. Seculo XIII. R. Jedajah Happenini, ut videtur, ex Philoſophorum Græcorum & Arabum monumentis collecta, Arabicè quæ conſcripta; Tum à R. Jehuda Ben Tybbon in Linguam Ebraicam translata, & tandem à Jac. Eberto Latine verſa, & ab ejus filio notis illuſtrata. Opus, quod magno apud Judæos omnes in honore eſt. (2) *M. F. Viccii de Linguæ Ebr. Antiquit. & unitate diſſert.* Witteb. 1654. (3) *Pſalmus CXXVIII. Arabice, Ebraice, Latine, Zechendorffii.* 1650. (4) *Eb. Mülleri Quæſtio, an Jeſus Naz. verus ſit Meſſias?* Ebraice 1654. (5) *Dan. Henrici de Judiciis Ebræorum.* Opus rarum, doctum, φιλολογικώτατον. (6) *Joh. Fabricii ſpecimen Arabicum, quo exhibentur aliquot ſcripta Arabica.* Roſtochii 1638. De quo quid exiſtimemus, jam diximus alibi.

J. Langii Myſterium Chriſti. Halæ 1717. I
quo expedita & profluens quodammodo oratio
Oeconomia ad modum Antiquitatum Ebraica
rum Hadriani Relandi adornata. Res ita com
paratæ, ut, qui hac ratione Archæologiam Ebra
cam tradiderit ex noſtratibus, adhuc habeamu
neminem. Verum in umbris Antiqui, & co
poribus Novi fœderis, & analogiis utrorumque
quantum eſt, quod adhuc neſcimus! Quantum
quod tantummodo conjicimus! Quantum, quo
præter rem conjicimus! Sunt omnino in hiſc
faſciarum typicarum evolutionibus multa perc
gregia, & ad ſenſum SS. illuſtriorem redder
dum examuſſim accommodata, ſed ſunt etiam
nonnulla adhuc ambigua, & ab indiciis N. T
deſtituta.

(1) *J. C. Wagenſeilii Exercitationes Sex Va*
Argumenti. Altorfi Noricorum 1697. Qui Au
ctor non unus è multis; ſed inter multos prop
ſingularis. Cui ſoluta, & diffluens, & copio
eſt Oratio. Et in monumentis Rabbinicis inu
tata prorſus peritia. Cujus beneficio exhibu
h. l. Diſſert. 2. *Poëtæ Ebræi Anonymi opuſculu*
de tuenda ſanitate, ad imitationem Scholæ Sale
nitanæ confectum. Diſſert. 3. *R. Iehudæ Leon*
Hiſtoriam oppugnationis Pragenſis. Diſſert. 4. *R. P*
tachiæ, qui Sec. XII. vixit, *Itinerarium.* &c
(2) *P. Bergeri Cabaliſmus Iudaico - Chriſtiani*
Wittembergæ 1707. In quo non inurbana c
ctio. Et genus diſputandi acre & expeditum
ſed non æque oportunum, ob partium ſtudium
& implacabile in Cabalam univerſam odium.
qua nec admittenda cuncta, nec faſtidienda exiſ
m

mamus omnia, ſed aurum ex ſtercore eruendum. (3) *V. E. Löſcheri Initia Academica.* Witteb. 1707. Cui viro multum ineſt ingenii, ac judicii, & orationis non inelegans copia, cum cogitandi labore conjuncta. Lectio autem tanta, ut univerſum reipubl. literariæ Chartophylacium perveſtigaſſe, & omnes in ea ſchedas excuſſiſſe videri queat.

I. A. Eiſenmengers Entdecktes Iudenthum. Zwey Theile. Königsberg 1711. Stupendum hoc eſt opus, ſive ſcriptorum Rabbinicorum, ex quibus congeſtum eſt, molem ſpectes, & varietatem, & raritatem, cum caritate, ſive ſcriptoris ipſius navitatem, & indefeſſum ſtudium, & Linguarum Exoticarum peritiam, & rerum Judaicarum guſtum. In quo ſi quid arguendum fortaſſis, hoc fuerit, quod, quæ mollius interdum explicari queant in ſcriptis Judæorum, exponat cuncta durius, &, qui à nonnullis commiſſi ſunt ſolæciſmi, eos imputet omnibus, & ubique tantum bilis oſtendat erga Judæos, quantum Judæi erga nos. Unde & per varios caſus, per tot diſcrimina rerum, perrumpendum fuit huic monumento Anti-Judaico prius, quam in lucem publicam eluctari potuerit. Quæ ſi noſſe diſcupias, evolve Theodori Haſæi tr. de Lapide fundamenti c. III. §. 7. p. 54. J. J. Schud *Jüdiſche Merckwürdigkeiten.* P. I. L. V. c. XI. p. 426. & P. IV. Contin. 1. p. 285.

(1) *Joh. Buxtorfii Exercitationes ad Hiſt. Arcæ fœderis, Ignis ſacri, Urim & Thummim, Mannæ, Petræ in deſerto; Serpentis ænei.* Baſil. 1659. Qui

vir mediocris in dicendo, modeſtus in diſputando, providus in explicando, in enarrandis variis Rabbinorum & Talmudiſtarum ſententiis ita liberalis, ut fere intemperans & prodigus videri queat. Exagitatus iccirco à quibusdam, & Rabbinomaniæ accuſatus; ſed laudatus ab aliis eandem ob cauſam. Et à quibusdam compilatus, qui de gratia eidem referenda vix per ſomnium cogitarunt. (2) *H. Wideburgii Exercit. de iis, quæ in arca fœderis ſervata fuerunt.* Tanto apparatu polyhiſtoriæ Rabbinicæ non inſtructa, quanto Buxtorfiana; docta tamen, & lectu digna. (3) *J. G. Baieri Exercit. de Jure & Privilegio Primogenituræ.* Luculenta illa quidem & elegans; ſed ſoli SS. inſiſtens, & omnis Rabbinologiæ expers. (4) *M. G. Eckſtein diſſert. de Prophetia & Prophetis.* Oſtentationi accommodatior, quam uſui. (5) *J. A. Schmidii Diſſ. de pulvillis & peplis prophetiſſarum.* Ezech. XIII. 18. Quæ in recitandis & diluendis aliorum ſententiis eſt occupata magis, quam propria explicanda, probanda, vindicanda, qua cum Iſidoro Clario exiſtimat l. c. intelligendum de mulierculis, Artem Magicam profeſſis, *Welche denen Leuten, denen ſie Planeten leſen wollen, Magiſche Beutel unter die Arme gebunden, und dergleichen Decken über das Haupt geleget.* (6) *Auguſti Pfeifferi duæ decades Phil. de Antiquis Judæorum ritibus & moribus.* Quibus primum Elementa exhibet Auctor Syſtematis Antiquitatum Ebraicarum, tot tantisque votis ab Eruditis omnibus expetiti, & adhuc expetendi, cujus pleniorem quidem Sciagraphiam dedit in Critica Sacra p. 141-165. Sed opus ipſum ad umbilicum

cum non deduxit. Sane in lucem publicam nihil prodire juſſit, præter Antiquitates Ebraicas ſelectas, quæ 1687. Lipſiæ excuſæ ſunt, & in quibus ea, quæ his Decadibus ſunt tradita, curis ſecundis ſunt retractata, adeoque emendata & aucta, ut non lineolis privis tantum, ſed integris capitibus locupletata ſint. (7) *G. Wedelii Diæta literatorum.* (8) *Nic. Molleri Politiæ veterum Ebræorum delineatio.* Cujus optandum omnino, ut integrum ſyſtema Politiæ Ebr. togatæ & ſagatæ in lucem exiiſſet, ad quod ſubinde velut jam abſolutum, ſed adhuc ἀνέκδοτον provocat in hac Promulſide. Licet enim in Rabbinorum & Talmudiſtarum ſacris adeo verſatus non ſit, Seldenumque eorum cœco amore interdum in errorem deductum ſcribat c. II. §. 3. n. 4. Attamen in SS. excellit, nec ſcientia rerum civilium deſtituitur, & ordinis ita ſtudioſus eſt, ut vel hoc ſolo nomine, omnibus aliis Scriptoribus hujus generis fuiſſet præferendus. (9) *Ioh. Friſchmuthi Exercitat. de Circumciſione Zipporæ.* Variis interpretum Judaicorum & Chriſtianorum ſententiis, velut floribus, reſperſa, & magno ſtudio elucubrata. (10) *M. Michaelis Liebetantz Frontale Aaronis.* In qua Exercitatione multa movet Auctor; ſed nihil promovet. (11) *M. Fr. Viccii Diſſert. de Urim & Thumim.* (12) *M. Nic. Polemanni Diſſert. de Urim & Thumim.* Non prorſus in minimis habendæ, ſed cum Buxtorffiana Diſſert. ejusd. Argumenti non comparandæ. (13) *M. I. Q. Hedenii Diſſert. de Sciſſione veſtium Hebræis ac Gentilibus uſitata.* Ex rivulis recentiorum, non vero ex fontibus Antiquorum ducta. (14) *M. M. C. Tieroffs Diſſ. de Sacris Iu-*

dæorum vinculis, Speciatim de voto Iephtæ. Cottidiani commatis. (15) *Daſſovii Exercit. de modo ſeminandi diverſa ſemina Ebræorum veterum.* Egregia ſane, ut ſunt omnia Daſſoviana, in qua loca SS. perobſcura Levit. XIX. 19. & Deut. XXII. 9. è Doctoribus Judaicis præclare illuſtrantur, & Vinarienſes Paraphraſtæ non uno in loco rediguntur in ordinem. (16) *I. A. Danzii Diſſ. de Sacris Iudæorum. &c.* Ex qua, velut ex ungue, facile judicare potuerunt Eruditi, Auctorem talem futurum, qualis eſt, & quales oppido ſunt pauci in republ. literaria. (17) *M. Nic. Molleri Diſſert. de ritibus feſti expiationum.* Inchoata potius, quam abſoluta; lectu tamen non indigna. (18) *M. F. W. Förſteri Diſſert. de pedilavio Chriſti.* Joh. XIII. 4. 5. Una de multis. In limine primo deficiens ſtatim. (19) *M. I. E. Bornitii Diſſert. de ſuppliciis Ebræorum capitalibus.* (20) *Chriſt. Cellarii Diſſert. de gemino Meſſia.* Vel ſolo Auctoris nomine illuſtris. (21) *C. P. Mayeri Rabbini converſi, Bericht von Iüdiſchen Schlachtungen*, Opuſculum omiſſum à V. Cel. J. C. Wolffio in Bibl. Ebraica p. 1010. ubi indiculum ſcriptorum hujus Auctoris exhibet. (22) *M. M. H. Reinhardi Diſſert. de Sacco & cinere.* (23) *Martini Geieri Diſſert. de Veterum Ebræorum ratione cœnandi.* Rara, præclara, & digna, quæ recudatur. (24) *M. Alberti Guntzelii Diſſert. de Ebræorum decimis.* Brevis illa quidem; ſed non inutilis. (25) *I. F. Majoris Diſſert. de juramentis Orientalium.* Eximia. (26) *M. I. H. Häneri Diſſert. de Benedictione ſacerdotali.* Inſignis. (26) *Æg. Strauchii Diſſert. de ritu flagellandi Iudæorum.* (27) *Ioh. Friſchmuthi*

Diſſert.

Diſſert. de via Sabbathi. Utraque aſteriſco digna. (28) *I. M. Dillher de crucifixione Chriſti.* (29) *M. I. E. Bornitii de cruce, num Ebræorum ſupplicium?* Quæ ex Dillhero eſt compilata. (30) *I. D. Thönnicker de corpore Chriſti imputribili.* (31) *J. A. Schmidii tumba ſervatoris.* (32) *M. A. E. Miri de ſectionibus legalibus & propheticis Judæorum.* (33) *M. M. Beckii de Philacteriis Iudaicis.* (34) Ej. *de uva magna Cananæa.* (35) *M. C. Weidlingii de Inſtrumentis Hebræorum muſicis.* (36) *M. I. G. Drechſleri de Cithara Davidica.* (37) *I. Daſſovii de ſepultura animalium Ebræis uſitata.* (38) *M. I. C. Krogelii de proceſſionibus Hebræorum.* (39) *I. C. Lampii de Iubilæo Romano in Iudaico redivivo.* (40) *M. G. F. Meinhardi de Selenolatria,* Jer. VII. 18. *improbata.* (41) *Ioh. Friſchmuth, An Ebræi ſtatuant idem poſſe ſimul eſſe & non eſſe ad* Deut. XVII. 8. ſeq. (42) *I. A. Schmidii Oratio Dominica Iudaiſmo oppoſita.* Qua docet Auctor Doctiſſimus Orationem dominicam non eſſe deſumtam ex Judæorum Cabbala, vel Liturgia; ſed ex SS. eamque Iudæorum Cabbalæ à Chriſto eſſe oppoſitam. Atque hoc tanto ſtudio, tantoque doctrinæ apparatu perſequitur, ut anceps valde ſim, an quid unquam de hoc argumento ſcriptum ſit eruditius? (43) *I. F. Buddei Antiquitas Baptiſmi Initiationis Iſraëlitarum vindicata*, Egregia ſane; ſed Domino reſpondenti potius, quam præſidi tribuenda. In qua Auctor tecte pungit H. v. d. Hard, diſerte autem Antonium van Dalium, alioſque in ordinem redigit, & Baptiſmi Judaici rationem ita tradit, ut optandum eſſet, eum de præclaro hoc argumento uberiores appoſuiſſe dapes.

(1)

(1) *M. I. H. Willemeri diſſ. de tunica Adami pellicea.* (2) *Ioh. Friſchmuthi Diſſ. de ſeductione ſerpentis antiqui.* (3) *Ioh. Sauberti de ſtatua ſalis & Lothi è Sodoma egreſſi.* (4) *J. A. Quenſtedt de primitiis & decimis Ebræorum.* (5) *H. Wideburgii de iis, quæ in arca fœderis aſſervata fuerunt.* (6) *J. Friſchmuthi de non ſperanda Arcæ fœderis reſtitutione.* (7) *C. Kortholt de Iubilæo Ebræorum.* (8) *D. Clodii de ritibus precandi veterum Ebræorum.* (9) *A. Pfeifferi de Feſtis Ebræorum.* (10) *M. J. Schmaltzii de uxore Moſis Æthiopiſſa.* (11) *J. M. Dillheri de Teraphim.* (12) *J. A Schmidii oraculum à Rebecca conſultum.* Gen. XXV. 21. (13) *M. J. Oldermanni de Feſto Encæniorum Iudaico.* (14) *H. von der Hardt de juramento per dextræ carpum, non per femur, ad locum* Gen. XXIV. 2. Quem ita reddendum putat Auctor, *gib mir deine Hand*, pro eo, quod in noſtra verſione legitur, *lege deine Hand über meine Hüfte.* (15) *M. N. Köppenii de inſcriptione Legis Moſis in lapides.* Joſ. VIII. 30. ſeq. (16) *M. G. H. Menckenii de oſculo manus ori dato.* Job. XXXI. 27. (17) *M. C. Langhanſen de Menſe veterum Ebræorum Lunari.* (18) *J. F. Mayeri de Patriarchis Ebræorum.* (19) *G. H. Götzii de Reliquiis Patriarcharum V. T.* (20) *J. F. Mayeri de Apoſtolis Ebræorum.* (21) *M. Eliæ Silberrad de filiis Prophetarum.* (22) *J. C. Keſsleri de candelabro aureo.* (23) *M. C. VV. Vollandi de Sandaligerulis Ebræorum.* (24) *Th. Daſſovii de rebus in agris relictis veterum Ebræorum.* (25) *Ejusd. de ſuſpendio hominis lapidati.* (26) *J. C. VVichmannshauſen de planctu Hadaddrimon.* Zach. XII. 11. (27) *N. C. Deutſch Sacra Iudæorum ad*

lit-

littora frequenter extructa. (28) *Th. Daſſovii de ritibus Meſuſæ*, iſt eſt, Schedæ membranaceæ, certas voces continentis, quæ poſti certo, certis ceremoniis, in ſingularem uſum affigitur. (29) *M. A. F. Freyeri de Mari æneo templi Salomonei.* (30) *J. L. Reymeri Reſpublica Ebræorum.* (30) *Th. Daſſovii imagines rerum Ebræarum.* In qua licet Joh. Lundii nomen ſtrenue diſſimulet Auctor, totus tamen in eo eſt, ut, quam parum fidei mereantur rerum Ebræarum imagines, Lundiano operi inſertæ, ſignificet. (31) *Ejusd. ad titulum Celim, ſive de vaſis inſtrumentisque Ebræórum.* In qua quædam emendanda ſibi ſumſit M. J. C. Ortlob in Diſſert. de ſcutis & clypeis Ebræorum §. 11. & 12. p. 16. ſeq. (32) *Ejusd. de ave ungue ſecta, & in ſacrificium oblata.* (33) *Ejusd. de victimis Ebræorum gravidis.* (34) *Ejusd. de Miſſa Malach. I.* 11. *non indicata.* (35) *Ejusd. de accubitu ad agnum Paſchalem veterum Ebræorum.* (36) *Ejusd. Diſſidium Pontificis Romani & Ebræi.*

(1) *Th. Haſæi Diſſert. de Lapide fundamenti, cui arca fœderis fuit impoſita.* In qua, cum c. I. §. 6. p. 7. monuiſſet Auctor, tria adhuc ſupereſſe in Antiq. Ebræorum Sacris, quæ peculiaribus Scriptis illuſtrata nondum ſint, ſcilicet columnæ æneæ, & velum, quo Sanctum Sanctorum à Sancto dividebatur, & lapis hic fundamenti, hoc poſtremum tam accurate, & copioſe pertractavit, ut ſi priora duo ſimiles commentatores invenerint, poſteris omnis demta erit occaſio, de lacunis hiſce querimoniam habendi. (2) *M. J. C. Ortlobii de ſcutis & clypeis Ebræorum.* Non impolita ſane, nec rudis. (3) *M. J. Z. Hilligeri*

de

de Tibicinibus in funere adhibitis, ad Matth. IX. 23. Elegans; Sed brevis. (4) *M. J. Hageri de unctione regum.* Spicilegium eorum, quæ à Schickardo in tr. de jure regio Ebræorum c. I. Theor. IV. & ejus Scholiaſte Carpzovio omiſſa ſunt. (5) *M. H. VV. Biel de Sacrificio aquæ, in Scenarum feſto vino miſceri ſolitæ.* (6) *J. C. VVichmannshauſen de Sacrificio piaculari pro noxa offerendo.* (7) *M. H. Clanſingii de forma anni Ebræorum Patriarchali.* (8) *Ejusdem de forma anni Ebræorum Moſaico-Prophetica.* (9) *C. D. Kochii de numorum Ebraicorum inſcriptionibus Samaritanis.* (10) *H. A. Engelcke de Hoſtia, Sternbergæ à Iudæis confoſſa, & cruentata.* (11) *J. C. VVichmannshauſen de lotione manuum.* (12) *M. C. Reineccii de traditione Eliana, ſive ſex durationis Mundi Millenariis.* In qua plurimæ litteræ, nec eæ vulgares; Sed interiores quædam & reconditæ. (13) *G. VVernſtorffii David ἀρ͂τοφάγος.* (14) *M. J. A. Cleffelii de Balteo Sacerdotis Magni.* (15) *Ejusdem de Balteo Sacerdotali.* (16) *H. Clauſingii de Symmetria maris ænei Salomonis.* (18) *H. J. von Bashuyſen de ſiclo in capitatione Iſraëlitarum.* Exod. XXX. 11 - 16. *Ejusdem de Cherubinis, ad* Ebr. IX. 5. (19) *M. Nicolai Polemanni de Urim & Thumim.*

(1) *M. H. G. Reime de Hiſtoriarum & Antiquitatum Iudaicarum fide.* (2) *J. C. VVichmannshauſen de Paraphraſibus Chaldaicis.* (3) *H. J. von Bashuyſen Index ſuorum ſcriptorum.* (4) *J. C. VVichmannshauſen de Teraphim.* (5) *M. E. G. Camentii de ſuſpecta Maimonidis in Antiquitatibus Iudaicis fide.* (6) *G. G. Zeltneri de Beruria, Iudæorum doctiſſima fœmina.* (7) *H. von der Hardt Programma*

in

in Aben-Esram. (8) *M. J. A. Cleſſelii de Balteo ſacerdotis magni.* (9) *Ejusd. de Balteo Sacerdotali.* (1) *I. C. Wichmannshauſen de velis tabernaculi & templi.* (2) *Th. Daſſovii ſuſpendium hominis lapidibus obruti.* (3) *G. A. Pauli de choris Prophetarum Symphoniacis.* (4) *H. I. von Bashuyſen ſpecimen profectuum Gemaricorum.* (5) *I. E. Gerhardi de Sepultura Moſis.* (6) *I. F. Buddei Schechina cum piis cohabitans.* (7) *Th. Daſſovii de ritibus Meſuſæ.*

Martin Difenbachs Iudæus convertendus. Francof. 1696. Illuſtriore lapillo ſignandus liber, ſi, quo ſtudio congeſſit Auctor Analecta de Judæis convertendis, eodem quoque judicio digeſſiſſet. Quod enim Iſaaci Voſſii Methodum in tr. de oraculis Sibyllinis C.XIV. p. 116. obviam, aliasque plures ignoravit, vitio eidem dari non poteſt, cum hominis non ſit, eſſe omniſcium.

(1) *Eduardi Pocokii Porta Moſis.* Oxoniæ 1655. h. e. Præfationes aliquot à R. Moſe Maimonide ſuis in varias Miſchnajoth, ſive textus Talmudici partes, Commentariis præmiſſæ. Quæ *Portæ* dicuntur, quia ad Judæorum diſciplinam faciunt aditum. Et vel hoc nomine habendæ ſunt in deliciis, quia Arabice & Latine à Pocokio ſunt editæ, cum hoc idiomate nihil adhuc de illuſtri hoc Auctore typis ſit exſcriptum, licet Arabicus hujus operis textus ſit authenticus. (2) Ej. *Notæ Miſcellaneæ.* In quibus tamen non Moſis, ſed varia SS. loca ita explicantur, ut dubium ſit, an Pocokius hoc ipſo labore plus lucis dederit, an acceperit.

(1) *Auguſtini Calmet, diſſert. de Poëſi Veterum Ebræorum.* Helmſt. 1723. In qua Poeſin Ebræorum nec metricam fuiſſe contendit, nec rythmicam, ſed oratoriam, in magnitudine, nobilitate, & ſublimitate ſtili, ac cogitatorum quærendam. Quod & ante eum jam dudum alii tradiderunt. (2) *M. H. B. VVitteri Diſſert. de purgatorio Hebræorum.* Helmſt. 1704. In qua Judæos doctrinam de purgatorio, à Græcis acceptam, eo demum tempore in Eccleſiam invexiſſe ſcribit, quo trihæreſium apud illos invaluit. (3) Ej. *Diſſ. prior, & poſterior de dubitatione via ad veritatem.* Helmſt. 1705. (4) *I. B. Niemeieri de Eccleſiaſticis Ordinibus.* Helmſt. 1707. (5) *I. A. Cleſſelii de Balteo Sacerdotali.* Witteb. 1717. (6) Ej. *de Balteo Sacerdotis magni.* ibid. eod. (7) *I. C. Harenberg de Idolo Chiun, & Rephan.* 1723. Vir induſtrius, doctus, & meliore fortuna dignus, ſed in proferendis ſuis conjectaneis, & aliorum tollendis, audacior interdum, quam fas eſt. Atque hinc in hiſce Schedis (1) *paradoxa*, v. g. Paradiſum in Ægypto ſupra Delta fuiſſe p. 8. (2) *dubia.* In Moſe luculenta exſtare teſtimonia, ex quibus poſſit probari, Nilum olim ab Ægyptiis pro Deo eſſe cultum. Cum, quæ p. 8. ad hoc probandum adducuntur loca, Exod. XX. 4. & Deut. IV. 18. nihil tale loquantur, nedum luculenter. (3) *A veritate prorſus aliena.* v. g. Homerum ſua carmina Phantaſiæ, feminæ Ægyptiæ ſurripuiſſe. Quæ fabula & à nobis refutata eſt in Iliade poſt Homerum, p. 50. & ante nos à Leone Allatio, c. IV. de Patria Homeri. p. 48. (8) *I. A. Danzii de functione Pontificis M. in adyto*

anni

anniverſaria. Jenæ 1633. Ob ubertatem & copiam litterarum Rabbinicarum in pretio habenda. (9) *I. A. Danzii Antiquitas Baptiſmi Initiationis Iſraelitarum vindicata.* Jenæ 1710. Schediaſma egregie inſtitutum, ſed nondum perpolitum. In quo Baptiſmum Initiationis, jam inde à Moſis ævo obtinuiſſe apud Judæos contendit Auctor, idque non ſine inſigni veritatis ſpecie. (10) *I. A. Oſiandri de Aſylis Ebræorum.* Tubingæ 1672. (11) *M. H. Opitii de Creti & Plethi.* Jenæ 1672. (12) *M. Aug. Pfeifferi de Teraphim, ſive Idolis Labani.* Witteb. 1665. (13) Ej. *de colloquio Caini & Abelis.* ibid. 1671.

M. I. Oldermanni Diſſert. Ophir & Tarſis Iberiam & Tarteſſum eſſe demonſtrans. Helmſt. 1714. Cum quo conferendus Sam. Bochartus in Geog. Sacra. A. Pfeifferus in prælectionibus in Prophetam Jonam. p. 8. 9. Wichmannshauſen de navigatione Ophiritica. Alii. Nihil enim magis impeditum eſt in Sacro Codice, quam nominum eorum explicatio, quibus loca terrarum indicantur. Et qui conjectat acutiſſime, is vates eſt optimus. (2) *J. C. Wichmannshauſen de curribus bellicis.* Witteb. 1722. Multæ lectionis, & politi ac limati judicii ſcriptum. (3) *M. C. Schuldtii de civitatibus curruum.* Witteb. 1722. Ejusdem fere commatis. (4) *E. F. Cobii de mingente in parietem, von dem, der an die Wand pieſſet.* Witteb. 1625. Gundlingii cumprimis, & Heumanni interpretationibus oppoſita, ſed quæ in locum incertorum incertiora ſubſtituit. (5) *J. C. VVichmannshauſen de Corona Ammonitica* 2. Sam. XII. 30. Witteb. 1720. Aſteriſco digna.

(6) Ej. *Aſſer Metallifoſſor.* Deut. XXXIII. 25. Witteb. 1725. (7) *Sam. Strimeſii de manipulo hordeaceo, cujus oblatione meſſem auſpicabantur Judæi.* Francof. 1706. (8) *M. C. Langhanſen de Menſe veterum Ebræorum Lunari.* Jenæ 1713. (9) *J. E. ab Aversvalda de veterum arte luctandi.* Witteb. 1720. (10) *J. H. Bashuyſen de Hydriis Canæ Galilææ poſitis.* Serveſtæ 1725. (11) Ejusdem *de flagellatione Pauli.* 2. Cor. XI. 24. 25. (12) *Calendarium Judaicum.*

IN OCTAVO.

TEphilla le Moſche Miccol Haſchanath. Ebraice & Rabbino-Germanice. h. e. Ordo precum per univerſum annum, quibus Judæi tum in diebus ſingulis, tum in Sabbatho, & feſtis utuntur. Cujus infinitæ ſunt Editiones, pro varietate regionum inter ſe variantes. Accedit h. l. Edictum regis Boruſſiæ MS. de precatione *Olenu*, de qua conſulendus J. C. Wolfius in Bibl. Ebr. P. II. p. 1462. ſeq. Ant. Margarita *Im Jüdiſchen Glauben*, p. 306. J. C. Wagenſeilii Sota c. I. p. 111. *Meyeriſche Synagoge.* p. 49.

Joſephi de Voiſin Liber de Jubilæo. Pariſiis 1655. Vir magni laboris, excellentis doctrinæ, multarumque linguarum. Et in Lectione Scriptorum Talmudicorum & Rabbinicorum egregie verſatus. Sed cui nimium placent Eccleſiæ Romanæ hypotheſes de reſtante pœna, remiſſa culpa, de purgatorio, de indulgentiis, de meritis B.O. &c. Quibus incruſtandis, & Rabbinorum teſtimoni

con

ommuniendis, totum hoc opus eſt dicatum.)uod eſt, ambiguum operire ambiguo, ne perluat.

Petri Alphonſi Dialogi contra Judæos. Acceſſit . Samuelis Meſſiæ Paraſtaſis. Coloniæ 1536.)puſculum infrequens. Cujus Auctor Sec. [II. (vid. præf. p. 3. & Dial. 2. p. 83.) ex Juæo factus Chriſtianus. Alphonſi VI. in Hiſpaia fuit Medicus, Linguæ Latinæ, Hiſpanicæ, ibraicæ, & Arabicæ bene peritus, in SS. & Lirorum Rabbinicorum Lectione non negligenter erſatus, laudatus à Raymundo Martini in pujone fidei Parte III. Diſt. 3. c. IV. p. 685. Et 1 Bibliothecæ Patrum Colon. Tom. XII. & .ugd. Tom. XXI. adſcitus. Quod mireris. ubinde enim translationem vulgatam deſerit. Jecromantiam etiam, & Magiam, & alias ſcienias, quæ nihil habent gravitatis, crepat. Et quæ . 82. recitat mandata, Judæis Hiſpanis à Chriianis impoſita, ita comparata ſunt, ut dubitare ueas, An Chriſtianis majori fuerint dedecori, n Judæis oneri.

Hegeſippi de excidio urbis Hieroſolymitanæ Libri 7. Coloniæ 1575. Auctor hujus Pentateuchi ſt incertus, vero tamen admodum eſt ſimile, mbroſium, qui Sec. IV. Mediolanenſis Eccleſiæ fuit Epiſcopus, ejus eſſe Architectum, undemque ex Flavii Joſephi τῆς ἀρχαιολογίας ὰὶ τῆς ἀλώσεως voluminibus collectum, non bique pari ſucceſſu, ex græca in LL. transtuſſe, &, ex Joſephi vel Joſippi nomine, perſoam Hegeſippi ſibi impoſuiſſe. Conf. ſis J. F. ronovii Obſervat. in Script. Eccl. c. I, p. 1.

Mmm 2 ſeq.

ſeq. Et Th. Ittigii Prolegomena in Joſephum p. 17. ſeq.

(1) *Johannis Reuchlini de verbo mirifico* Libri tres. Colon. 1532. Qui in Italia *primus* ad Cabalam ſtudium applicuit è Chriſtianis, eſt I. Picus Mirandolanus. Et in Germania *primus* hanc Scientiam amplexus eſt Ioh. Reuchlinus. Cujus veſtigia ſecutus eſt H. C. Agrippa, qui hunc Reuchlini Libellum de verbo mirifico, A. C. 1509. in Dola Burgundiæ Gymnaſio prælegit publice, hæreſeωs iccirco & Iudaiſmi accuſatus à Ioh. Caſtilineto, Franciſcanorum per Burgundiam provinciali, ut patet ex Cornelii T. II. Op. p. 508. ſeq. Sed præter rem, ſi quid in nobis eſt ſalis. Etenim nauſeam excitare poſſet fabellis ſuis Cabaliſticis, tantum abeſt, ut ſalivam movere queat, ad Iudaiſmi vel Cabaliſmi nubes, Iunones ſimulantes, amplectendas. (2) *D. Haymonis Epiſcopi Halberſt. de varietate Librorum.* 1580.

R. Jedajah Happenini Badreshitæ Bechinath Haolam, ſive *Examen Mundi Ebr. cum verſione Latina & notis A. Uchtmanni.* Lugd. Batav. 1650. Qui Iudæorum quaſi eſt Lactantius, ſi ſtilum, & Seneca, ſi ſpectes argumentum. Vir Sec. XIII. poſt C. N. in Gallia, ut videtur, inclitus. Et ab Ebræis omnibus eximius habitus, & ſæpius in lucem prodire juſſus; Sed non tamen ita præfulgens, ut lectio, & ſecretior converſatio, famam non minuat.

Jonas illuſtratus Hebraice & Chaldaice, Studio Frid. Alb. Chriſtiani Judæi converſi. Lipſ. 1683. Averſum appellare ſe debuiſſet Iudæum, non conver-

ſur

ſum, malæ fidei & vitæ Auctor. Qui relicta Iudæorum Synagoga A. C. 1674. in eccleſiam Chriſtianam ingreſſus quidem eſt, & in Academia Lipſienſi Talmudicæ linguæ lector conſtitutus, ſed intemperantiæ deditus & gulæ, & ære alieno prægravatus, opibus alienis immiſit manus, & ſurreptis, neſcio cui, 300. à 400. imperialibus exceſſit, evaſit, erupit, rediitque rurſus ad vomitum.

(1) *Chriſtiani Gerſon Talmud der Jüden.* Goslar 1609. Qui Auctor 1569. d. 1. Aug. in Reckingshauſen parentibus Iudaicis procreatus, Lectione N. T. quod à muliere chriſtiana loco pignoris acceperat, (præf. p. 24.) divina luce ita collustratus eſt, ut A. C. 1600. ſacro Baptismatis fonte tinctus Chriſtianam religionem publice profeſſus ſit. Vir SS. & Talmudis, & placitorum Rabbinicorum bene peritus, aliarum etiam literarum non omnino rudis, &, quod caput rei eſt, ſumma integritate fidei & vitæ præditus. Perſpicuitatis inſuper & ordinis ſtudioſus. Et in hoc opere ita verſatus, ut nemo ante eum Theologiam Talmudicam & Rabbinicam tradiderit nervoſius, nemo fortius debellarit. I. A. Eiſenmengeri, ut videtur, λαμπαδοφόρος. Adeoque dignus omnino iis encomiis, quibus à Viris eruditiſſimis eſt exornatus, J. C. Wagenſeilio in præf. de telis igneis Satanæ, p. 78. & de infundibulo, p. 92. J. B. Carpzovio in Introd. in Theol. Jud. p. 85. Theodoro Hackſpanio in tr. de uſu librorum Rabbinicorum, qui acceſſit ad ejus Nizzachon. p. 219. (2) Ejusd. *Chelec Talmudiſcher Jüden - Schatz.* Helmſt. 1610. De quo J. C. Wagenſeilius l. c. p. 73.

Nemo, ait, hactenus ex noſtris repertus eſt, qui vel unum Gemaræ Librum integrum ſit interpretatus, publicæque luci expoſuerit, ut conſtare palam queat, qualis Gemaræ genuinæ ſit facies, quæ corporis habitudo. Solus Chriſtianus Gerſon, è Judæo in Chriſtianum converſus, caput aliquod Gemaræ totum Germanice recenſuit &c.

Deutſche Uberſetzung des Talmudiſchen Tractätleins Pircke avoth, mit Anmerckungen G. H. L. Leipzig 1684. Ex variis Corporis Talmudici particulis nulla eſt frequentius excuſa, & in alios ſermones translata, & Scholiis illuſtrata, quam ea, quæ *Capitula Patrum* inſcribitur, quæque à Nathane Babylonio Seculo II. poſt C. N. collecta, Syſtematique Talmudico inſerta, poſt παλιγγενεσίαν litterarum ſeparatim ſæpius in lucem prodiit, mutato ſubinde habitu, Ebraice puta, Latine, Hiſpanice, Italice, Arabice, & Ebraico-Germanice, cura Georgii Henrici Lehmanni cum notis amplioribus, ex Maimonide Abarbanele, Jarchio, aliisque Doctoribus Judaicis excerptis. Nec imus inficias, in his capitulis multa eſſe egregia; Sententias ſingulares, & Salomonis & Syracidis oraculis non abſimiles. Sed non in omnibus ineſt hoc decus. Sunt enim in iis etiam, quæ claudicant, & quæ ſua ſponte corruunt, ſi, quod ex ficta SS. interpretatione habent robur, iisdem detrahas.

B. C. Bertramus de Politia Judaica. Genevæ 1673. Vir juris & litterarum bene peritus, nec indiſertus, & ordinis ita ſtudioſus, ut & opportune ſuo quæque loco afferat, nec unquam

à pro

à propoſitò egrediatur, fœcunditate ingenii, vel materiæ cognatæ dulcedine inductus. Solam SS. & Joſephum ſibi elegit ducem, Talmudiſtarum & Rabbinorum monumenta vel ignorans, vel contemnens. Attamen egregium ex iis Hiſtoriæ Politiæ Judaicæ elucubravit Compendium, in quo niſi Te divinationum ingens multitudo percellat, non diſpicimus, quid non laude dignum exiſtimare queas. Et injuriam ipſi fecit Joh. Seldenus, qui in Tr. de Synedriis ejus filum ſecutus, in Uxoris Ebr. præf. p. 14. eum majore brevitate, quam diligentia, de Politia Judaica ſcripſiſſe ait.

Thomæ Godwini Moſes & Aaron, cum notis J. H. Reitzii. Bremæ 1685. In quo multa reperio eximiis omnino præconiis exornanda; Magnam diligentiam; Judicium non contemnendum, & in brevitate eam rerum ubertatem, ſelectum, & ordinem, ut, ſi in primis Antiquitatum Ebr. Scriptoribus non ſit, in ſecundis tamen tertiisque videatur conſiſtere. Eo ſane nomine anteferendus Epitomatoribus aliis, quod cum Antiquit. ſacris conjunxit inſimul civiles. Neque ſcholiaſtes Godwini male de Antiquit. Ebr. eſt meritus. Licet non ubivis omne tulerit punctum, ut L. I. c. V. p. 31. not. 18. ubi contra communem totius Antiquitatis Judaicæ conſenſum tradit; Sacerdotes maximos non vere, ſed typice tantum geſtaſſe Urim & Thummim.

Hadriani Relandi Antiquitates Sacræ Vet. Ebræorum. Lipſiæ 1713. Quem omnibus aliis Antiquitatum Sacrarum Epitomatoribus præferendum exiſtimat J. F. Buddeus, in præfat. huic editioni

præmiſſa. Nec negamus, egregium hoc eſſe breviarium. Pura enim & illuſtris in eo eſt bre-vitas, qua re nihil eſt in ſummariis dulcius, nihil difficilius. Ordo luculentus, & quædam in diſponendo errare non patientes viæ. Litteræ plurimæ, nec eæ vulgares; Sed interiores quædam & reconditæ. Verum ex his multæ ſunt aliunde traductæ opes. Oeconomia enim eſt C. Sigonii. Res plures J. S. Menochii. Totum Caput X. P. IV. de jejunio tanslatum ex L. III. Menochii de republ. Ebræorum, c. XII. p. 298. ſeq. Paragraphus 4. c. I. P. IV. p. 380. ex Rudolphi Hoſpiniani de Feſtis Judæorum, c. I. p. 6. Et ſic in aliis; Ut egregie fallatur Buddeus, qui l. c. ſcribit, Relandum omnia ſua hauſiſſe ex fontibus. Adde ſectæ ſtudium, quod ſubinde oſtendit; ut P. IV. c. III. §. 1. p. 394. Optandum tamen ut, qui ea ſedulitate has Antiquitates ſacras dedit nobis, eadem & civiles, & Litterarias, & œconomicas impertiviſſet.

Pauli VVilh. Hirſch Entdeckung der Tekuphoth, Berlin 1717. Auctor eſt Judæus, Pragenſis Origine, (p. 30.) qui in Academia Cracovienſi Encyclopædiam Judaicam animo complexus (p. 31.) Societati Chriſtianæ ſe applicuit, & hoc de Tekuphoth, ſive anniverſario apud Judæos ſanguinis Phœnomeno, ſtupendum argumentum, ita excuſſit, ut novo quodam telo armarit noſtrates Theologos, quo munimenta Judæorum poſſint concutere.

D. Martini Geieri Opuſcula Philologica de Luctu Ebræorum &c. Hujus Viri dictio latina tantum ſuavitatis non habet, quantum Germanica. Non tamen

tamen abjecta prorſus eſt & inficeta. Et licet res omnes ex aliis corrogarit tantummodo, & ritus Iudæorum hodiernorum ab antiquorum ritibus non ſatis accurate diſcreverit, ſæpe etiam in antiquis illuſtrandis lapſus ſit, ut c. V. §. 24. p. 68. ubi putat, Ebræos ciſtis ligneis ſuos incluſiſſe mortuos; Nemo tamen eſt, qui hoc argumentum vel operoſius proſecutus ſit, vel eruditius. Et optandum eſſet, ut hujus generis Diatribæ à viro quodam Erudito colligerentur, & in ordinem redigerentur, ut hac ratione adſpiraremus tandem ad Syſtema Antiquitatis Iudaicæ, quo in tanta Librorum copia, proh pudor! adhuc deſtituimur. De opuſculo autem primo tantummodo nobis ſermo eſt, quod de *Luctu Ebræorum* inſcribitur. Quæ enim Appendicis loco acceſſerunt Diſſertationes reliquæ, huic Schediasmati plane non ſunt homogeneæ. Non enim ſunt Philologicæ, nec Hiſtoricæ, nec Archæologicæ. Et rectius feciſſet Editor, ſi diſſertationem Philologico-Hiſtoricam hujus Viri, de *Veterum Ebræorum ratione cænandi*, ſimul in lucem prodire juſſiſſet, quæ 1639. Lipſiæ impreſſa perrara eſt, & præclara, & digna, quæ recudatur.

(1) *Joh. Seldenus de Anno Civili Veterum Iudæorum, & Jac. Uſſerius de Macedonum & Aſianorum Anno ſolari.* Lugd. Bat. 1683. Par nobile Scriptorum. Quorum uterque linguarum peritia, & doctrinæ varietate, & librorum editorum & ineditorum apparatu abundans; ſuum argumentum ita excuſſit, ut in hoc genere nihil orbis eruditus viderit eruditius, florentius, uberius.

Adde etiam nihil prius, & antiquius. Qui enim ante Seldenum de anno Iudæorum commentati ſunt, in præf. p. 2. & c. VIII. p. 46. enumerati, ad cyclum Iudæorum recentiorum reſpexerunt tantum, non vero antiquorum. Et qui ante Uſſerium Græcorum Chronologiam illuſtrarunt, anni Macedonici non ita rationem habuerunt. Et excellentior adhuc utriusque eſſet gloria, ſi Seldenus à Paradoxologiis quibusdam ſe abſtinuiſſet; qualis eſt illa, *de clave Solvente & Ligante*, quæ eſt in præf. p. 10. ſeq. Et Uſſerius Homeri Symbolas non neglexiſſet. Tum enim facile perſpexiſſet, quare Macedones annum ab Æquinoctio auctumnali ſint exorſi (p. 9. & 91.) (2) *H. von der Hardt Ephemerides Philologicæ.* Helmſt. 1693. In quibus Auctor locis quibusdam SS. plane novum, & inauditum, & παράδοξον impertit ſenſum, & ſimul miracula divina, in iis deſcripta, convertit in naturalia.

(1) *J. Arndii Manuale Legum Moſaicarum.* Guſtrovi 1666. Hoc Manuale LL. Moſaicarum cæptum eſt potius, quam abſolutum. Sceleton enim eſt tantummodo alicujus corporis; Non corpus ipſum juris Iudaici. Et potuiſſet fortaſſis cum Spiritu carnem impetrare & ſanguinem, ſi diutius ab Auctore fuiſſet geſtum in ſinu, & majori cura & providentia fotum & enutritum; Imo ſi Auctor ipſe ea didiciſſet rectius, quæ docenda ſibi ſumſit. Ita enim judicat de eo Joh. Seldenus in præfat. Uxoris Ebr. p. 14. eumque iis diſerte annumerat, qui levi brachio hoc argumentum tangunt, & miſere falluntur, & audacter fallunt, dum ſibi ex Ebræis primo diſcenda, docent.

cent. (2) *Gottfridi Olearii Idea Diſpoſitionum Biblicarum in Pentateuchum.* Lipſiæ 1666.

(1) *Antonii Margaritæ Jüdiſcher Glaube.* Francf. 1684. Qui Auctor Ex-Judæus, celeberrimi Rabbini Ratisbonenſis filius, (153.) A C. 1522. in Societatem Chriſtianam coiit, ſcripſitque hoc de fide Chriſtiana opuſculum, laudatum à Luthero T. VII. Altenb. p. 283. Joh. Müllero p. 7. in præfat. Judaiſmi Detecti, Hoornbeckio in proleg. ad tr. de convertendis Judæis p. 137. Chriſt. Gerſonio in Talmude P. I. c. XVIII. p. 161. Aliis. Nec nullæ ſunt utilitates, quæ ex eo proficiſcuntur. Conducit enim ad cognoſcendam Theologiam Judæorum Liturgicam, ritus, precationes, cantica (161.) Cabalam etiam (313.) & perverſas SS. explicationes, & applicationes apud eosdem uſitatas. Sed horridior eſt dictio, & inamœnior. Oeconomia fere nulla. Et recte judicat J. B. Carpzovius in Introd. in Theol. Jud. C. X. §. 7. p. 80. Margaritam hunc de ritibus Judaicis conſarcinaſſe quidem librum, ſed neminem Chriſtianorum eos luculentius deſcripſiſſe Buxtorffio in Synagoga Judaica. (2) *Michaëlis Havemanni Wege-Leuchte.* Hamb. 1603. Opus Anti-Judaicum, ex SS. Talmude, Targumiſtis, & Rabbinis congeſtum (præf. p. 24.) A. C. 1663. prima vice excuſum (præf. p. 9.) Laudatum à J. J. Schudtio de Judæo Chriſticida p. 71. & jam 1654. in linguam Belgicam traductum, (præfat. p. 10.) dignumque, quod lectione aſſidua verſetur, & Doctorum judicio comprobetur, ob pondus, quod ineſt in probationibus, & lucem, qua explicationes & illuſtrationes

tiones niteſcunt. Nec deeſt ſtilo facilitas, & compoſitioni methodus, naturæ rei, ſine affectatione, accommodata.

Joh. Buxtorffii Synagoga Judaica. Baſel 1661. Quæ Idiomate Germanico ab Auctore conſignata, A. C. 1603. prima vice prodiit, translataque in LL. ab Hermanno Germbergio, Scholæ Corbacenſis poſteaCon-Rectore, 1604. Hanoviæ eſt excuſa; Sed Auctore inſcio & inconſulto. Qui Davidi Clerico Linguæ Ebraicæ in Acad. Genevenſi Prof. hoc dedit negotium, ut hanc verſionem adornaret, priore multo elegantiorem, quæ A. C. 1641. in lucem exiit. Et cum interea A. C. 1637. Leo Mutinenſis, Doctor Iudæorum Venetus, ſuum de Ceremoniis Iudæorum evulgaſſet Opuſculum, breve quidem, ſed argutum, & præclare digeſtum, & multa, quæ in hac ſynagoga eſſent præterita, complexum, Ioh. Buxtorffius filius, uſus hac oportunitate, ex hoc fonte prata parentis irrigavit, ejusque ope Synagogam, hac tertia, vel quarta editione, reddidit locupletiorem, Quæ eam ob cauſam tantum præferenda eſt reliquis, quantum opus ipſum Ant. Margaritæ, aliorumque hujus commatis Rituales Libros poſt ſe relinquit.

Franciſci Moncæi Antiquitates Biblicæ. Lipſiæ 1689. De quibus jam alibi diximus ſententiam, in Edit. Francofurtenſi, puta, quæ 1675. prodiit, quæque eadem eſt cum hac Lipſienſi, (ſi Diis placet) ſi primam plagulam exceperis, quam Bibliopola mutato vultu recudi fecit, ut palpum emtori objiceret, eique has Antiquitates Moncæi Biblicas ab Aarone ejus repurgato, (quæ primæ Edi-

Editionis eſt ἐπιγραφὴ) diverſas eſſe perſuaderet.

(1) *Val. Schindleri Inſtitutiones Hebraicæ.* Witteb. 1612. Quæ, vel ipſo Auctore fatente, in præfat. aliud nihil ſunt, quam Grammatica Ebraica à Nic. Clenardo in tabulas antea redacta, nunc autem in IV. Libros digeſta, & Libro V. de anomalis aucta, præceptisque certis & rationibus præceptorum ita illuſtrata, ut ad artium rationem accedat propius, & à docentibus tradatur, ac à diſcentibus facilius percipiatur. (2) *Joh. Buxtorffii Inſtitutio Epiſtolaris Ebraica.* Baſel 1629. Qui Epiſtolas Ebraicas ſcripſerunt, ex Rabbinorum ordine oppido pauci ſunt, ſed qui rationem tradiderit, ac modum eas exarandi, ex Iudæis & Chriſtianis fuit nemo, omnisque hujus Pædiæ gloria huic uni & ſoli debetur Buxtorffio.

Thephilla cheminhag Aſcenas ve Polen. Precum Liber ſecundum ritum Iudæorum Germanorum & Polonorum. Francof.

(1) *Chriſtian Leberecht Felſs Wegweiſer der Jüden.* Goslar. (2) *Matthiæ Waſmuths Bekehrung der Juden.* Franckf. 1694. Ecce duos Judæo-Maſtygas. Ex quibus *Prior* eſt Ex-Judæus; *Alter* Chriſtianus. Prior verſatior in Talmude, Targumiſtis & Rabbinis; Alter in SS. & Theol. Chriſt. *Prior* Methodi Socraticæ; *Alter* Ariſtotelicæ amicus. Uterque in eodem argumento occupatus, eodemque zelo incitatus, & in hac acie eodem ordine Argumentorum uſus; Non reprehendendo quidem; Sed ei tamen, quem P. W. Hirſch in detectione Te-

kuphoth

kuphoth, p. 60. ſeq. adhidendum ſuaſit, poſtponendo.

Joh. Sauberti Codicis Chumaſch ſ. Pentateuchi Sectio I. cum Comment. Talmudicis & Rabbinicis. Helmſt. 1660. Auctor Comment. Cl. Magni Conringii gener, in præfat. promiſit τῦ Chumaſch Sect 51. reliquas, una cum Haphtharoth; ſed non præſtitit.

(1) *Maane Laſchon, reſponſum Linguæ, Germanice Litteris Rabbinicis.* Francof. ad Oderam 1698. Qui eſt Libellus Aſceticus, continens preces & Orationes Judæorum, ſuper ſepulchris parentum, propinquorum &c. recitandas. (2) *Libellus precum in Novilunio & minoribus IV. diebus pœnitentialibus &c.* Ebraice. Pragæ.

Anonymorum Rabbinorum de vita & Morte Moſis Libri III. cum Obſervationibus G. Gaulmini. Accedunt Pſeudo-Dorothei, & aliorum de vitis Prophetarum, Apoſtolorum, & Diſcipulorum Chriſti apoſpaſmatia, Ben Siræ & aliorum ſententiæ, Nicephori Calliſti Menologium. Hamb. 1714. In quibus micant præ cæteris obſervationes G. Gaulmini, quæ profus ſunt aureæ, gemmeæ, adamantinæ. Quanta enim in iis lectio! Quanta Linguarum, antiquitatum, librorum editorum & ineditorum, domeſticorum & exoticorum, occidentalium & orientalium cognitio! quantus animi labor, quæ attentio, quæ vigilantia! Si hæc inter legendum, & typographorum operas dictavit Vir eruditiſſ. quod in Prologo ſcribit, & in Operis Epilogo p. 230. quid non effeciſſet, ſi ea fuiſſet præmeditatus? Sane ſalivam nobis movit

novit non exiguam videndi reliqua, quæ elucubravit Auctor Optimus, & quorum hac illac fecit mentionem, IX. Libros de Chaldæorum Theologia arcana, 112. 123. 153. 155. Librum de ritibus Judaicis N. T. 114. 139. 170. 184. 195. 216. Notas ad Jamblichi *βαβυλώνικα*, 118. 151. Librum de Theologia Muhamedis, 175. Libellum de Throno Salomonis, 189. Nec quicquam moramur ejus partium ſtudium, quod alicubi non obſcure prodit, ut p. 161. 167. 222. Delectat enim nos Philologia ejus, non Theologia. Et ipſe in præfat. fatetur, Libellos, ex quibus dogmatis Pontificiorum colorem adſpergere conatur, eſſe nullius auctoritatis.

(1) *J. H. Hottingeri Cippi Hebraici & Diſſert. de Menſuris, & nummis Orientalium.* Heidelbergæ 1642. In quibus multum induſtriæ, & varietatis, judicii etiam præclara vis, & orientalis litteraturæ non vulgaris nec cottidiana peritia. Et ſi qua in parte deficere videntur, non Auctoris, ſed materiæ eſt vitium. Quæ tam anceps & ambigua eſt, & tot obſtructa difficultatibus, ut difficilis admodum de ea ſit divinatio. (2) *Ejusd. Ἀρχαιολογία Orientalis,* Ibid. 1662. De qua, quid exiſtimemus, diximus alibi.

Jacob Tausk von Prage Lied von den Meſſia Schabbaſi Zevi. Breslau 1670. Ode hæc plane eſt Rabbinica, h. e. caliginoſa, flexiloqua, confuſa, tautologica, majore credulitate, quam facilitate & ſuavitate ſcripta, & à rei ipſius eventu falſitatis convicta. Habenda tamen in deliciis, ob argumenti ſingularitatem, exemplorum raritatem,

tem, & auctoris obſcurum in republ. literaria nomen, quod ita ignotum fuit Viro Doctiſſ. J.C. Wolffio, ut in Bibl. Ebraica nullam plane ejus mentionem injecerit.

(1) *Joh. Merceri Tabulæ in Grammat. Chald. cum Auctario Val. Schindleri.* Witteb. 1579. Ex Seb. Münſtero magna ex parte deſumtæ, qui *primus* Grammaticam Chaldaicam apparavit, quam Ioh. Mercerus ſuſcepit, & emendatiorem reddidit, Ioh. Buxtorfius confecit. (2) *Jonas Quadrilinguis.* Helmſt. 1580. Ex Edit. Ioh. Olearii, cujus etiam manu exemplum hoc eſt notatum. (3) *Ambr. Reudenii Grammatica Ebr.* 1581. Auctoris manu notata. (4) *Seder Olam Rabba, h.e. Chronicum majus Ebr. cum verſione Latina Gilb. Genebrardi.* Baſileæ 1580. Qui libellus in ſinu fovetur à Iudæis, & communi fere omnium judicio comprobatur. Continet autem Hiſtoriam ab O. C. usque ad bellum Bar Cochba, h. e. Sec. II. poſt C. N. confectusque putatur à R. Ioſe Chelpeta, qui vixit A. C. 130. & artem coriariam exercens tantæ apud ſuos fuit auctoritatis, ut in ejus dictis diſſentientes, velut oraculis quibusdam, conquieſcerent.

Archangeli Burggnovenſis Cabaliſtarum Selectiora obſcurioraque dogmata. Venetiis 1569. Editio perrara. Et licet opus ipſum, ſi voculas nonnullas exceperis, totum ex I. Reuchlini tr. de Arte Cabaliſtica compilatum ſit, notante I. B. Carpzovio in Introduct. in Theologiam Iudaicam c. VI. §. 3. p. 21. Dignum tamen eſt habitum à Ioh. Piſtorio, quod Tomo I. Scriptorum Artis Cabaliſticæ inſereretur.

Tile-

Tilemanni Mylii Annales Hebræi. Hanoviæ 1600. n quibus eloquii copia, forma, nitor. Quæ nim Vir magnus G. J. Voſſius in Etymologico L. p. m. 349. in iis notat, levidenſia ſunt. Siuidem plura omnino nitent; Licet ab eo Spiritu ion ſuggeſta ſint, qui ab æthereis ſedibus venit, uod accidiſſe ſibi in præfat. perſuadere Lectori ontendit Auctor.

Mr. Basnage Hiſtoire des Juifs. Libri IX. Vol. VIII. la Haye 1716. Opus illuſtre, & conſpicuum, x, velut cornu quoddam copiæ, rerum optimaûm affluentia luculenter inſtructum. *Joſephi Hieroſolymitani Supplementum, & Antiquitatum ejus Judaicarum Auctarium.* In quo dictio pura, facitis, uſitata, verborumque ſumma, quæ poteſt ſſe, concinnitas. Diſpoſitio prudens. Illutris argumentorum ſplendor. Linguarum variaum cognitio. Auctorum multorum, eorumue non vulgarium, lectio. MSCtorum etiam, iumorum, & inſcriptionum plurimarum frequens x oportuna mentio. Et florum nitidiſſimorum, d Antiquitates Judaicas ſpectantium, apparatus antus, ut mole eorum laborare videatur Eneateuchus hicce. A Tayloro in linguam Anglicaiam traductus. A Crullio Anglo in compendium niſſus. Et dignus viſus Du Pinio, qui Pariſiis tiam ſub prelum mitteretur, ſed ſuppreſſo Auctoris nomine, & variis in locis caſtratus, ac niſere interpolatus. Caſtigatus etiam à quibuslam, & cum ob cauſas alias, tum ob eas potiſſinum reprehenſus, quod aliud loquatur vinum, liud hedera; Cum non Hiſtoriæ, ſed fabularum otius Judaicarum ſit quædam Sylloge. In qua li-

bri tres ultimi tantum Hiſtoriæ Judaicæ quandam referant imaginem. Priores autem Sex in rebu ejusmodi enarrandis, explicandis, vindican dis, & confutandis occupati ſint, quæ ab Hiſto riæ indole tam procul abſunt, quam quæ maxime

Tractatus Talmudicus Pirke avoth Ebraice & Ger manice cum notis M. G. H. Lehmanni. Leipzig 1680. De quo alibi. (2) *Dialogus de luſu Ebrai ce & Germanice*, cum præf. Aug. Pfeifferi. Leipzig 1680. Qui R. Jehudæ Arjeh ſive Leoni Muti nenſi adſcribitur à nonnullis, ſed non ea ratione ut res extra controverſiæ aleam ſit poſita. Sane J. C. Wolffius in Bibl. Ebraica P. I. p. 415. hic admodum fluctuat. Quo ipſo tamen de dignita te hujus Schediasmatis nihil decedit, quod inge nioſe elucubratum, & in varias linguas tradu ctum, multisque præclaris Editionibus nobilita tum eſt. In quibus tamen hæc præ cæteris ex cellit. (3) *R. Abraham Ben Chenanja Jaghel Ca techismus Judaicus, Ebraice & Germanice.* Leipzig 1694. In Catechismis pauciſſimis, quibus in ſtructi ſunt Judæi, hic fere ſolus apud eosdem in uſu eſt. Eo tempore ab Auctore ſcriptus quo adhuc ſacris Judæorum, quæ ejuravit poſtea addictus erat; Sed ita adornatus, ut ſint ex noſtratibus, qui Chriſtianismi quædam veſtigi ſe in eo deprehendiſſe, profiteantur. Sane Ju dæis & Chriſtianis ex æquo ſe commendavit hoc opuſculum. Adeoque & ab his, & ab illis lau datum, translatum, illuſtratum, & iterum iterumque ſub prelum ire juſſum eſt, (4) *F. A. Chriſtiani Jonas illuſtratus*, Lipſiæ 1683. De qu alibi.

I

In Duodecimo.

Auguſti Pfeifferi Antiquitates Ebraicæ Selectæ. Lipſiæ 1687. Quem Libellum Auctor prodromum eſſe voluit Syſtematis Antiquitatis Ebraicæ, quod jam inde ab eo tempore in animo habuit, quo ex ephebis exceſſit. Et ſane dedit ejus elementa quædam in duabus Decadibus Philologicis, *de Antiquis Judæorum ritibus & moribus*, quas 1664. Lipſiæ vulgavit, plenioremque ejus Sciagraphiam in *Critica Sacra* exhibuit p. 141-165. Sed opus ipſum ad umbilicum non perduxit, ſane præter has Antiquitates Ebr. Selectas nihil edidit. In quibus ea, quæ in Decadibus dictis jam olim tradiderat, curis ſecundis retractata emendavit, & auxit, & privis lineolis non tantum, ſed & integris capitibus locupletiora reddidit; Syſtemate ipſo neglecto, & votis eruditorum relicto.

M. Chriſtoph Semler Bibliſche Fragen von denen ANTIQUITATEN der Heiligen Schrifft. Halle 1708. Enchiridion hoc eſt Antiquitatum Biblicarum ex aliis operibus vaſtioribus excerptum, rotundum, breve, populoque vendibile; Sed omni orationis ornatu, quaſi veſte, detracta, & teſte omni quaſi per oſtraciſmum abeſſe juſſo, qui tamen in quibusdam ad fidem faciendam eſſent perneceſſarii. Et ſi ſcriptores alios, ſacros ſane excludere non debuiſſet ex hoc opuſculo Auctor Clariſſ. quia ad eos rectius intelligendos concinnatum eſt.

P. C. Hoepfneri Hieroſolyma Antiqua ſ. Fragen von Profan-Gebräuchen der Jüden. Halle 1715. Opuſculum breve, nervoſum, utile, eoque pluris faciendum, quo pauciores ſunt, qui ritibus Judæorum profanis illuſtrandis ſe tradiderunt. Majori elogio dignum. (1) Si rivulis neglectis ad fontes ipſos Auctori patuiſſet aditus. (2) Si ritus Iudæorum recentiorum ab antiquis accuratius ſegregaſſet. (3) Si ſubſidiis ad argumentum hoc perſequendum neceſſariis magis abundaſſet.

(1) *Petri Morini Opuſcula.* Pariſis 1658. Vir minime indoctus. Sed cui cottidiana potius cum doctis conſuetudo, quam illa ab optimarum artium ſtudiis & diſciplina profecta ratio, eruditionis nomen confecit. Licet enim quædam ſint in ejus opuſculis non cottidiani commatis; Pleraque tamen ſunt vulgaria, & protrita, & ad Auctoris res privatas potius, quam publicas ſpectantia. Nec ea, quæ ſunt prioris generis, ita ſunt comparata, ut eundem ſubtilitate judicii abundaſſe perſuadere tibi queas. (2) *Leo Mutinenſis de Ceremoniis & conſuetudinibus Judæorum cum Supplemento R. Simonii.* Francof. 1693. Auctor eſt R. Jehuda Arjeh, vulgo Leo Mutinenſis. Rabbi Venetus & Synagogæ Rector, qui 1654. obiit, cum annum ætatis 80. fere expleſſet. Vir doctus, & multarum artium & linguarum peritus, imitator Atticorum in hoc opere, ut mors ei feciſſe putari poſſit injuriam, ſi quid adjecturus, non ſi quid detracturus fuit. Usque adeo eſt denſus, & brevis, & ſuo argumento inſtans. Ab ipſo J. B. fil. in Synagogæ Iudaicæ po-

poſtremis editionibus compilatus, ſi R. Simonii fidei credamus, & eidem multis nominibus anteferendus. Ex lingua Italica, qua uſus eſt primum, in Gallicam, Anglicam, Belgicam, & Latinam translatus; Sed non ubique bona fide. Auctor enim eſt Joh. Seldenus in uxore Ebraica Libr. I. c. IX. p. 51. in exemplari Leonis authentico complura legi, quæ in verſionibus non extant, ſpeciatim de Judæorum Polygamia, & libertate uxori infœcundæ aliam ſuperinducendi prolis gratia, idque indultu Romani Pontificis. Qui locus extat quidem P. IV. c. II. p. 111. Sed mutilus, diſpunctis iis verbis, quibus Leo, *indultu Pontificis Romani*, id fieri debere ſcripſerat.

(2) *Chriſtophori Arnoldi Teſtimonium Flavianum h. e. 30. Epiſtolæ de Flavii Joſephi Teſtimonio, quod J. C. tribuit.* Norimbergæ 1661. Et ſane illuſtre eſt, quod Flavius Joſephus L. XVIII. Antiquit. Jud. c. IV. p. m. 621. de Chriſto exhibet Teſtimonium; Sed an genuinum ſit, an à fraudatoris manu inſertum? Id nondum ſatis conſtitutum eſt inter Eruditos. Et triumphat omnino γνησιότητος opinio, ſi recogites, extare in exemplis Joſephi omnibus editis & ineditis, & jam inde ab Euſebii ætate à pluribus Eccleſiæ Chriſtianæ Patribus, Græcis Latinisve, eſſe laudatum. Sed diffluit iterum, & marceſcit hæc ſententia, ſi animo verſeris, Juſtinum Martyrem, Tertullianum, aliosque, qui ante Euſebium ex inſtituto contra Judæos ſcripſerunt, & ad Joſephi fidem ſubinde provocarunt, hoc teſtimonio non eſſe uſos, ipſumque Teſtimonium ita comparatum eſſe, ut à Judæo profectum prodigio videatur ſimile, niſi

dicas, eum Synagogæ miſiſſe nuntium, & Eccle-ſiæ Chriſtianæ dediſſe nomen. (2) *Juſti Lipſi Epiſtola de notis ſiglisque antiquorum cum obſervat. J. Prettenii.* Cizæ 1660. Nondum videramus hanc Epiſtolæ Lipſianæ Editionem, cum Ideam Syſte-matis Antiquit. Literariæ in publicum prodire juberemus; In cujus P. I. p. 56. ſeq. de Epiſto-læ hujus Caſtigatoribus, Boxhornio & Meibo-mio egimus; Nec magnopere pœnitet nos non vidiſſe has tricas apinasve Prettenii, quibus de-decorantur Gemmulæ Lipſii Tachygraphicæ, qui-busque, ſi Catalogum notarum demas, nihil rema-net, quod ſit lectore vel lectu dignum. (3) *Bern-hardi Morlanenſis de Contemtu Mundi Libri III.* Lüneburgi 1640. Qui Anglorum gente ſatus Sec. XII. hunc Libellum compoſuit, temporum ſuorum teſtem, & futurorum vatem, & inge-nii præclari indicem. Qui inter rythmicos lati-nos præcipue legi dignus, ob miram Auctoris in corruptiſſimis ſui Seculi moribus deſcribendi παῤῥησίαν, & feliciſſimam in dicendo audaciam qua monte decurrens velut amnis imbres, quem ſuper notas aluere ripas, Grammaticæ, Rhe-thoricæ, & Poëſi ſæpe vim facit, ſed ita, ut Ve-neres earum non offendat, & pedum uniformi-tate ita ludit, ut Lectori non faciat tædium.

(1) *Petri Cunæi de republ. Ebræorum Libri II.* Curiæ 1666. Cujus Auctoris Oratio eſt ſplen-dida verbis, & acuta, & prudentiæ pleniſſima: Res exquiſitæ, illuſtres, reconditæ, & ab iis, qui in eodem hoc argumento verſati ſunt, Bertra-mo, Sigonio, aliis, vel plane præteritæ, vel ea diligentia non traditæ, qua decebat (15

& 245.) Oſtentator tamen verborum fere nimius eſt Auctor. (360.) Ordinis rerum non æque ſtudioſus. R. Rambam ſupra modum addictus. (p. 8.) Et Paradoxorum Sectator ſtrenuus, v. g. Melchiſedekum fuiſſe ipſum Dei filium ſpecie humana; (277.) Evangeliſtas & Apoſtolos explicationes, dictorum è V. T. allatorum, myſticas hauſiſſe è Cabala, (340.) Multitudinem Populi Judaici ſine cognitione Meſſiæ potuiſſe ad vitam æternam aſpirare, (355.) Fidem eſſe obſequium, (361.) Doctores eſſe umbraticos, qui res fidei formulis includant (360.) &c. (2) *Stratonica.* Jena 1668.

Sepher en Iſrael Pars I. & II. Amſtelodami 1698. De quo J. Chriſtoph Wagenſeil in præfat. Telis igneis Satanæ præmiſſa, p. 73. Liber *En Jacob* (qui idem cum *En Iſrael*, teſte J. Buxtorffio in Bibl. Rabbinica p. 116.) complectitur per ſaturam Gemaræ jucundiora quæque, ritus, Hiſtorias, fabulas & ſacrorum dictorum ſive rectas ſive contortas explicationes. Iſta excerpta tam familiaria ſibi reddunt doctiores inter Iudæos, ut fere memoriter illa teneant, hæc raro de manibus deponunt. Et vero ex eodem hoc opere pleraque deprompta fuere, aut ſaltem in eo habentur, quæ Chriſtiani Talmuldica, h. e. Gemarica, in hunc usque diem allegarunt. Hactenus Wagenſeilius. Cum quo conferendus J. C. Wolffius in Bibl. Ebr. p. 590. ubi docet, Auctorem hujus opuſculi eſſe R. Iacob Ben-Chabib, Hiſpanum Sec. XV. clarum, ſimulque varias ejus Editiones enumerat.

Seder Tickum Schebath, uſeder Hattephiloth, Ord[…] *Inſtitutorum Sabbathi, & precum.* Berolini 1702.

Itinerarium Benjaminis Latine redditum Opera Conſt[…] *L'Empereur.* Lugd. Batav. 1633. R. Benjami[…] Tudelenſis eſt ſcriptor Ebræus, qui vixit in Hi[…]ſpania Sec. XII. totumque fere pervagatus or[…]bem, ſcripſit hoc Itinerarium, (Ebr. מסעות[…] Itinera) in quo id agit inprimis, ut exponat[…] qui, quales, & quot in unaquaque regione, &[…] urbe reperiantur Judæi, & quo loco ibidem ſin[…] ac numero, inſertis narrationibus veris ſubind[…] quibusdam, quæ veritatis imaginem oſtendun[…] nullam, eum tantummodo in finem, ut populo ſu[…] placerent, quas feciſſet fabulas, eidemque his So[…]phiſmatis laus aliqua & fama circumfunderetu[…] Et cum duæ ejus verſiones Latinæ proſtent, Ben[…] Ariæ Montani & Conſtantini L'Empereurii; Hæ[…] illi tot paraſangis præferenda eſt, quot imag[…] πρωτότυπον exacte exſcribens, exſcribenti negli[…]gentius. Et, ut hujus rei Exemplum ſuppeta[…] quod L'Empereurius p. 73. h. l. traduxit *Illiu*[…] *viri Sepulcrum*, Textum Ebræum ſecutus, i[…] Ben-Arias Montanus p. 42. tranſtulit, *Sepulcru*[…] *Jeſu Nazareni*, ſed ſuo potius, quam Benjamini[…] conſilio, uſus.

Thephilla Miccol Haſchana, Liber precum per uni[…]*verſum Annum.* Amſtelodami.

Seder Thephillath Miccol Haſchanah Ceminhag A[…]*cenas vepolen. Ordo precum per annum univerſu*[…] *ſecundum ritum Judæorum Germanorum, & Polon*[…]*rum.* Francofurti.

Sed[…]

Seder Thephilloth Miccol Haſchanah Ceminhag noheloth Hackedem Sepharath. *Ordo precum per univerſum annum, ſecundum ritum eccleſiarum Orientalium Sepharath.* Venetiis.

Licht vor die Chriſten, und Gericht vor die Juden. 1706. ſine loco. In quo libello nihil dictum, quod ab aliis non dictum ſit prius, à quibusdam etiam rectius, h. e. planius, diſtinctius, nervoſius.

SECTIO IV.

DE SCRIPTIS SPECTANTIBUS AD THEOLOGIAM MUHAMMEDANAM.

In Folio.

Ludovici Maraccii Alcoranus Arabico-Latinus. Patavii 1698. Opus hoc eſt XL. annorum, infrequens in terris noſtris, ſplendidum, ſumtuoſum, Herculeum, ægre à Pontifice Rom. Innocentio XI. in lucem dimiſſum, quod benigniora interdum in eo, de Senſu Corani, occurrere putarentur, judicia. [Vid. Leibnitiana p. 83.] Notatum etiam in quibusdam ab Andrea Acolutho in προσφωνήσει, Specimini Alcorani quadrilinguis, Berolini 1701. editi, adjecta p. 39. ſeq. Et à Ioh. M. Langio in diſſ. de fabulis Muham-

med. p. 75. Sed ita tamen comparatum, ut Auctori famam non morituram ſit conciliaturum. Eſt autem Alcoranus (ex Articulo Arabico אל & voce קראן Koran idem; quod Iudæis מקרא) Liber dogmaticus, à Mahummede Sec. VII. poſt C. N. Lingua arabica, per intervalla, ſparſimque conſcriptus, & ab Abubecro, ejus ſocio, in eum ordinem congeſtus, quo hodie conſpicitur, ut eſſet Muſulmannis norma doctrinæ atque morum. Atque hic Alcoranus trifariam excuſus eſt, & in lucem emiſſus;

(1) 1530. Venetiis per Paganinum Brixienſem.
(2) 1694. Hamburgi per Abr. Hinckelmannum.
(3) 1698. Patavii per Ludovicum Marraccium.

Ex quibus Editionibus prima eſt rariſſima, ultima ſplendidiſſima. Verſiones Alcorani ſunt

(1) *Vetus Latina*, quam 1143. juſſu Petri Abbatis Cluniacenſis perfecerunt Robertus Retinenſis Anglus, Hermannus Dalmata, edidit autem Theodorus Bibliander. (2) *Arragonica*, cum Gloſſis Joh. Andreæ Mauci, ad fidem Chriſti converſi. (3) *Italica*, Andreæ Arrivabene. (4) *Germanica*, Salomonis Schweigeri. (5) *Belgica*, ex Germanica expreſſa. (6) *Gallica*, Reyeri. De qua videndus J. Windetus. p. 223. (7) *Latina nova* ex Gallica expreſſa. Conf. Wagenſeilii tela ignea Satanæ in Præfat. p. 47. (8) *Anglica*, (Windetus l. c. p. 223.) ex Gallica facta. Ceterum

ER habet Auſonium liber hic, habet ERque Pelaſgum.
ER habet Hebræum. Prætereaque nihil.

Theo-

Theodori Bibliandri Machumetis Alcoranum & alia. Baſ. 1543. Opus hoc eſt præclarum, utile, rarum. In quo XXX. fere continentur Opuſcula ad Theologiam Muhamedanam, ejusque indolem, Hiſtoriam, ſortemque ſpectantia, & in iis Græca quædam & latina, ſeparatim plane non habenda. Quæ omnia recuſa quidem ſunt A. C. 1550. Sed omiſſo textu græco, & tam parce ac frugaliter, ut & hæc poſterior Editio in Catalogo Biblioth. G. von Maſtricht rarioribus ſit annumerata, cum noſtra hac plane non conferenda, quæ 1543. Baſileæ ex officina Oporiniana prodiit. Accedit raritati operis utilitas & præcellentia. Quam ſi alterius cujusdam, quam noſtro teſtimonio commendatam habere cupis; Ecce! verba Henrici Bullingeri in Epiſtola ad Joachimum Vadianum; Paravit D. Theodorus noſter, ſcribit, Alcoranum adjectis confutationibus, Græcis & Latinis, Hiſtoricis item Arabicis, Saracenicis, & Turcicis, ad hæc noſtra tempora. Opus inſigne & memorabile; Idque in oppugnationem Muhamedanæ perfidiæ, & Turcici regni, præfixa præfatione eleganti. Exemplar Alcorani Arabicum allatum eſt ex Italia, duobus uſus eſt latinis, integra manu deſcripſit propria. Labore confectus decubuit in Iulio aliquot ſeptimanis. Tanti conſtitit opus!

Andreæ Acoluthi Specimen Alcorani quadrilinguis. Berlini 1701. Vix triennium huic ſpecimini ſupervixit Auctor, linguarum multarum, quibus Oriens diſertus eſt, peritia nemini ſecundus, triginta codicibus Alcorani MSCtis, verſione etiam MS, Perſica & Turcica, aliisque Codicibus, ad

Theo-

Theologiæ Muhammedanæ Myſteria intelligenda neceſſariis, inſtructus, adeoque ad elucubrandum hoc opus, cujus exhibet Lectori ſpecimen, ita accommodatus, ut, quod promiſit, præſtare ſatis commode potuiſſet, niſi fata præmatura interceſſiſſent. Quibus factum eſt, ut & in rebus Turcicis & Ægyptiacis (quarum ſpem facit Auctor h. l. p. 30.) multum jacturæ tulerint præclara literarum ſtudia.

M. Georgii Jacobi Kehr Monarchiæ Aſiatico-Saracenicæ ſtatus, qualis fuit Sec. VIII. & IX. ex nummis illuſtratus. Lipſiæ 1724. Opus non cottidianum, curioſum, doctum, jucundum, & ad illuſtrandam Muhamedanorum Hiſtoriam civilem & literariam non minus accommodatum, quam ad claritatem & amplitudinem Auctori comparandam. Quam utinam non attenuaſſet ipſe, dum de ea amplificanda nimium fuit ſolicitus! Diſſimulando eorum nomina, per quos profecit maxime, vel eosdem ὡς ἐν παρόδῳ tantum appellando. Quales ſunt Salomo Negri, & Carolus Rali Dadichi, & Barthol. Herbelotius. Adde objurgationes nimis frequentes, & acerbas in Principes noſtri Seculi, qui eruditorum cura non tanguntur, quibus ſui contemtum præcipue exprobrare voluiſſe videtur.

IN QUARTO.

ABrahami Hinckelmanni Alcoranus, ſive Lex Islamitica Muhamedis. Hamb. 1694. Secunda hæc eſt Editio Alcorani Arabica, (prima enim 1530. pro-

prodiit Venetiis per Paganinum Brixienſem, ſed Pontificis interdicto diſparuit) à P. D. Huetio (vid. Leibnitiana p. 83.) aliisque ob typorum & typothetarum ἀκρίβειαν laudata, & illuſtri Præfatione ab Auctore exornata, ſed verſione non inſtructa, quod eandem magis obeſſe crediderit literato Orbi, quam prodeſſe, cum Lectores ex rivulis ſapere condiſcerent, neglectis fontibus. Quæ ratio, tantum abeſt, ut ſatisfecerit Andr. Acolutho, ut in ſpecimine Alcorani Quadrilinguis p. 40. ſeq. potius in ſententiam Hinckelmannianæ oppido contrariam diſceſſerit.

Alcoranum Muhamedanum Germanice cum refutatione. Norimbergæ 1664. Quod in inſcriptione, Præfatione, & Opere ipſo, ſtrenue ſuppreſſum eſt Auctoris nomen, id Parte II. c. XXVIII. p. 554. ſubito, quaſi, ex machina, erupit, & ſe conſpiciendum præbuit. Scilicet Salomo Schweigerus Paſtor Norimbergenſis ad D. Mariæ ædem eſt, qui Alcoranum in linguam Germanicam transferre, eique ſimul nervos incidere, & utile & ſalutare duxit. Nec nihil plane exinde emergere poſſit commodi, ſi, quo conatu cæptum eſt, eo etiam abſolutum eſſet opus. Verum à perfectione tantum abeſt, ut principia vix appareant. Verſio non ex fonte & textu Arabico expreſſa eſt, quod Auctor perſuadere ſatagit lectori in Epilogo l. 3. c. XCVI. p. 802. Sed ex rivulis in Theodori Bibliandri Alcorano obviis. Et Scholia interſperſa ejus ſunt commatis, ut & ſuæ famæ, & Lectoris otio rectius conſuluiſſet Auctor, ſi eas nunquam in lucem emiſiſſet.

Con-

Conglomerat temere digna atque indigna relatu,
Nec bonus interpres, nec bonus Hiſtoricus.
Cæterum *primus* eſt Schweigerus, qui Alcoranum in linguam noſtram traduxit, & ſolus etiam adhuc. Nec ita frequens, ut omnibus vel viſus ſit vel lectione tritus.

J. G. Niſſelii Fœdus inter Muhamedem, & Chriſtianæ Religionis populos initum, Arabice & Latine una cum aliis Arabico-Latinis. Lugd. Bat. 1661. Perrara ſunt ſchediaſmata, hoc Volumine comprehenſa; Ut ſunt omnia J. G. Niſſelii, qui eruditus fuit Typographus Lugdunenſis 1662 mortuus. Et quidem, quod ad rem ipſam eſt ὑποβολιμαῖον hoc fœdus eſſe exiſtimat Hugo Grotius in Ep. ad Gallos p. 239. à Chriſtiani ſuppoſitum, ut ſub obtentu tanti nominis Muſulmannis æquioribus uterentur. Genuinum contra habendum eſſe putat Henningius Henningi in Muhamedano precante p. 58. ſeq. J. H. Hottingerus vero in Hiſt. Orient. p. 237. injudicatum hoc problema relinquit.

Eutichii Patriarchæ Alexandrini Annales, Arabice & Latine, Interprete Edwardo Pocockio. Oxonii 1658. Auctor perrarus. Qui Annales ab O. C. usque ad Sec. X. quo claruit, literis complexus de rebus Perſarum & Saracenorum civilibus Chriſtianorum etiam Orientalium Eccleſiaſtici Hieroſolymitanorum] puta, Antiochenorum Alexandrinorum multa tradidit, de quibus apud alios Hiſtoriographos ne γρυ quidem exta. Verum caute legendus, in Hiſtoria ſacra inprimis, & Europæorum profana. In qua mul

hab

habet incerta, fabuloſa, fluxa, ἀσύςατα. Quædam non ſatis orthodoxa, & nonnulla ab Annalium indole prorſus aliena. Nec Chronologia ejus ita comparata eſt, ut ejus fide tuto niti queas.

Ulug Beigi Epochæ celebriores Chataiorum &c. Arabice & Latine, Studio Johannis Gravii. Londini 1650. Andreas Müllerus in Præfat. Marco Paulo Veneto præfixa; Quid eſt, quod ex Antiquitate ſupereſt in re Geographica? Ptolemei forte tabulæ? Sed corruptiſſimæ. Aut Abulfedæ Naſſirodini, Ulugbeigi & aliæ quædam? Sed paucis viſæ in Europa, nec integre proſtantes. Idem in Chataja, p. 37. Ulugbeigus æræ Catajicæ, quæ plane Sinica eſt, ſatis gnarus fuit, quod vel inde patet, quod curioſe eam tradit, & accuratiſſimæ æræ Muhamedicæ alligat. - - Ulugbeigus pleniſſime Chataicam Chronologiam tractat. Idem l. c. p. 9. Ulugbeigus Tamerlanis nepos obiit A. C. 1450. (2) *Chorasmiæ & Nawaralnahræ Deſcriptio ex Tabulis Abulfedæ Iſmaelis.* Londini 1650.

(1) *Eduardi Pocokii Specimen Hiſtoriæ Arabum Arabice & Latine.* Oxoniæ 1650. Particula hæc eſt tantum Hiſtoriae Arabicae, ex Abul-Pharaji Dynaſtia IX. p. 100. ſeq. excerpta, & in LL. traducta, notisque illuſtrata; Sed perrara, & eo ſtudio elucubrata, ut, ſi perrexiſſet hac linea Pocokius, & univerſum Abul-Pharajum ita illuſtraſſet, nihil deſiderare poſſemus magnopere in Hiſtoria antiqua Arabica. Usque adeo & ipſi Momo ſatisfecit in Scholiis. (2) *Joh. Fabricii Specimen Arabicum, in quo tria Scripta Arabica, cum Judi-*

Judicio de ſoluto dicendi-genere Arabum, & ligato. Roſtochii 1638. Quo triplicem laudem promeruit Auctor doctiſſimus. *Primum*, quod Arabicos hos ſcriptores ἀνεκδότους edidit, à Jac. Golio ex Oriente apportatos, & in MSto ſibi ab eodem communicatos. Tum, quod curam ſuſcepit, ut Roſtochienſis Typographia typis Arabicis inſtrueretur. Et tandem, quod *primus* è Germanis viam aperuit ad indolem Poëſeos Arabicæ cognoſcendam. (3) *Andreæ Mulleri excerpta ex MSCto Turcico de Cognitione Dei & hominis, cum verſione latina & notis.* Coloniæ Brandenburg. 1665. (4) *Joh. Zechendorff nugæ Alcorani.* Cygneæ 1627. (5) Ejusd. *Specimen Suratarum Alcorani.* ibid. (6) *Zachariæ Grapii Hiſtoria literaria Alcorani.* Roſtochii 1701. (7) *Achmed Ben Abdala Epiſtola Theologica de Articulis quibusdam fidei.* Circa A. C. 1612. Arabice primum, ut videtur, ſcripta, & ab Auctore alicui LL. gnaro ad vertendum tradita, ex qua apparet, Moslemos non prorſus habere fungos pro cerebro. (8) *Bartholomæi Georgiewitz de Turcarum moribus.* Helmſt. 1671. Libellus egregius, ſive dictionem ſpectes, ſive res ipſas. Quarum accuratam Auctor habuit notitiam, XIII. integros annos Turcarum compede preſſus, & multarum linguarum & artium ſcientiam animo complexus. (9) *Godofredi Langii Narratio de capta à Turcis Conſtantinopoli.* (10) *J. C. Danhaueri diſſert. de fato flagelli Turcici, Fatique Luce.* Witteb. 1686. (11) *J. A. Gleichii diſſert. de Luna Turcica.* Witteb. 1689.

Hiſto-

Hiſtoria Tamerlanis Arabicè. Lugd. Bat. 1636.
)e qua Joh. Fabricius in ſpecimine Arabico p.
66. Hiſtoriam Timuri, Tyranni illius Orientis
ımoſiſſimi, eleganter Arabico Idiomate con-
:ripſit Ahmedes, filius Arabsjæ, quam nuper
ublici juris fecit Cl. Vir Dominus Golius Lug-
.uni Batavorum; quod ſane ſcriptum omnibus
ırabicæ linguæ cultoribus commendatiſſimum
ſſe debet, tum qua ſtilum, tum qua rem, &
xoticæ illius Hiſtoriæ momentum. Joh. Hen-
icus Hottingerus in Bibl. Orientali L. III. p. 2.
. 4. p. 276. Ibn Arebſiæ ſcripſit de vita & rebus
;eſtis Timuri, quem edidit Golius. De ſtilo
:jus ſcripſit Levin Warnerus. Ipſum Aucto-
em compendioſe Latine dedimus in Hiſt. Eccleſ.
ec. XV. Sect. II. de Gingis-Chaniſmo. Joh. Henr.
Michaelis in Hiſt. Linguæ Arabicæ §. 18. p. 25.
Hiſtoricorum Arabicorum Princeps & eloquen-
iſſimus eſt Auctor Hiſtoriæ Timuri. Herbelo-
ius in Bibl. Orientali p. 121. Ben Arabſchah
)octeur celebre de la loy Muſulmanne etoit na-
if de Damas ou il mourut l'an 854. de l'Hegire, &
le J. C. 1450.

Joh. Ulrich Wallichs Religio Turcica & Mahometis
ita. Stade Svecorum 1659. Hic Auctor Le-
;ationis Svecicæ ad aulam Imperatoris Turcici
mandatæ à Secretis, quædam de Turcarum re-
igione, vita, ceremoniis, & moribus obſer-
avit lectu non indigna. Reliqua de vita Ma-
ıumedis, & ſimilitudine utriusque Anti-Chriſti,
unt protrita & cottidiani commatis.

Laurentii Fabricii Partitiones Codicis Hebræi. Wit-
ebergæ 1610. Prima hæc eſt hujus Opuſculi

Editio. Cui poſtea ſucceſſit Secunda 1626 Witteb. in 8vo excuſa. Et tandem tertia Thomæ Crenii ſtudio. Qui, cum ejus nullam ſupereſſe videret copiam in tabernis librariis, Theſauro Librorum Philologicorum I. p. 217. ſeq. inſertum ab interitu vindicavit, nòtisque quibusdam illuſtravit. (2) *Gerhardi Mercatoris Harmonia Evangelica.* Duisburgi 1592. De qua J. H. Hottingerus in Biblioth. Quadripartito l. 2. c. V. p. 174. Inter eos, qui Harmonias Evangeliſtarum ſcripſerunt, palmam deportarunt Calvinus, ſuâ ex tribus Evangeliſtis compoſita Harmonia, & Gerhardus Mercator, in cujus Harmonia ſinguli Evangeliſtæ inconfuſi & ſoli leg poſſunt, & iterum ex omnibus univerſalis & continua Hiſtoria ex tempore formari. (3) *Joh Baaz Tabula Chronologica Sacrorum Bibliorum* Helmſtadii 1618. (4) *Henrici Leuchteri Alcoranus Mahumeticus*, Francof. 1604. In quo Aucto Theologiam Muhamedanam Syſtematice tradere, & παραλλήλως cum aliorum Matæologii contendere, & ejus nervos ſimul incidere an niſus eſt. Sed non ſufficit ei, quod ſuſcepit, oneri, deſtitutus à Linguæ Arabicæ peritia, & exempli Alcorani in lingua authentica conſcript copia, rerum etiam Theologicarum apparatu gravitate item & modeſtia, & diſputandi ſcientia; Et, quod primo loco dicendum erat, à judicandi facultate. (5) *Theodori Bibliandri d fatis Monarchiæ Romanæ.* Sive capitis X. XI. XII Libri quarti Esdræ, explicatio. Baſileæ 1553 Opus perrarum, neque indoctum, ſed παρὰ

δο

δοξον. In quo Auctor contendit, Librum Esdræ quartum Ebraice eſſe conſcriptum, & hoc idiomate extare adhuc alicubi. Nec quartum eſſe, ſi recte ponas calculum; ſed tertium. Esdram enim & Nehemiam in Ebraicis exemplaribus eſſe primum, Malachiam ſecundum, & hunc tertium. Divinum etiam, & eam ob cauſam à Judæis ſuppreſſum juxta ac interpolatum, quod evidentiſſima de Chriſto Oracula contineat. In capite inprimis X. XI. XII. de fatis Monarchiæ Romanæ ſtupenda deliteſcere vaticinia. (6) *Scipionis Gentilis Commentarius in Epiſtolam Pauli ad Philemonem.* Norimbergæ 1618. Poſthumus ille quidem, ſed erudite & luculenter ſcriptus.

Matth. Frid. Beckii ſpecimen Arabicum, h. e. bina capita Alcorani Arabicè deſcripta, latinè versa & notis illuſtrata. Auguſtæ Vindel. 1688. Specimen ſatis illuſtre pro eo tempore, & ſtatu reipublicæ literariæ, quo exempla Alcorani MSCta in Germania adhuc rariſſima, (ſiquidem ultimis bellis Anti-Turcicis demum in eam, una cum aliis ſpoliis exuviisque illata ſunt) & impreſſa plane nulla, ſane arabico idiomate impreſſa nulla; Verſio etiam latina non floccipendenda prorſus; ſed notæ ex recentioribus, Bibliandro, Hottingero, aliisque Anti-Muhamedanis ſcriptoribus collectæ, & Maraccii ſcholiis nequaquam exæquandæ.

In Octavo.

Henningii Henningi Muhammedanus precans Arabice & Latine. Sleswigæ 1666. Hic Libellus in deliciis eſt habendus. (1) Quia *Primus* eſt hu-

jus generis, & unicus fortaſſe, qui in Europa
excuſus eſt. (2) Quia non adeo frequens eſt in
noſtris officinis librariis. (3) Quia notis qui-
busdam, non notis omnibus, eſt illuſtratus. Quæ
tamen majoris omnino eſſent ponderis, ſi brevio-
res, ſelectiores, & ordinatiores.

Georgii Elmacini Hiſtoria Saracenica. Vixit hic
Auctor Sec. XII. poſt C. N. & Chronicon Gia-
fari Arabicum miſſurus in Compendium, hanc
nobis dedit Hiſtoriæ Saracenicæ Epitomen, ex-
orſam à Mahumedis ætate, & uſque ad ſua tem-
pora deductam, trifariamque à Thoma Erpenio
in lucem editam, ſcilicet (1) Arabice tantum
in 8vo. (2) Latine tantum, in 4to. (3) Arabice
Latineque ſimul, in f. Et licet demus hoc Petro à
Valle in Epiſt. ad Tengnagelium, quæ eſt in
Petri Lambecii L. I. Comment. de Biblioth. Vin-
dobon. p. 190. Textum Arabicum Sphalmatis
quibusdam commaculatum eſſe, typographorum
oſcitantia; Hoc ipſo tamen Hiſtoriæ nihil decer-
pitur, quæ à Viro Chriſtiano, eoque Ægyptio
contexta, de Eccleſiæ Alexandrinæ ſtatu non
contemnenda inſeruit Hypomnemata.

*Joh. Henr. Hottingeri Archæologia Orientalis cum
Topographia Eccleſiaſtica Orientali.* Heidelb. 166:
In quo Viro ſumma eſt diligentia, conſilii, &
animi, & eruditionis ſatis, Linguarum periti-
tantum, ut quibusdam etiam nimia videatur.
Accedit apparatus ſcriptorum Orientalium, &
rerum ordo luculentus. Quæ omnia ita ful-
gent in hoc Compendio, ejusque tribus in
primis Partibus, quibus res Arabum, Perſa-
rum & Turcarum traduntur, ut harum delici-
ru

rum cupidi non poſſint non dolere, eum à Syſtematis majoris complemento fati inclementia eſſe dejectum. Adjeciſſet enim procul dubio, quæ deſiderari poſſunt, & quos h. l. tantum extremis digitis contrectavit, Mauros, Tartaros, Indos &c. uberius multo & copioſius deſcripſiſſet.

M. Matth. Georg. Schröder, Muhamed. Teſtis Veritatis contra ſe ipſum. Lipſ. 1718. Hic Libellus non ex molis, ſed virtutis quantitate eſt æſtimandus, à Stilo, Methodo, & rebus laudandus, & ad confundendos Muhamedanos, & Chriſtianos in veritate divina confirmandos perutilis.

H. Adrian Relands zwey Bücher von der Türckiſchen oder Mohammediſchen Religion. Hannover 1717. Hi libelli ſunt παραδοξώτεροι, & melioris omnino eſſe commatis Theologiam Muhammedanam contendunt, quam vulgo creditur. Unde & non levidenſes cierunt turbas in republica civili juxta & literaria. Digni tamen judicati ab Auctore de la Bibliotheque Angloiſe T. I. P. I. p. 359. qui in omnibus Bibliothecis curioſis locum inveniant.

Bartholomæi Georgiewitz libellus verè Chriſtiana lectione dignus, diverſas res Turcarum tradens. Romæ 1552. Editio prima, nitida, eaque longe rariſſima, libelli præclari, de quo, quid ſentiamus, alibi exponimus. Et licet 1629. denuo in forma 12ma ſubire prelum juſſus ſit; Multa tamen in ſecunda iſthac editione ſunt omiſſa, præfationes, puta, quædam integræ, cum figuris quibusdam, & figurarum explicationibus, carmina etiam nonnulla, & alia hujus generis. Inſcriptio etiam tota eſt immutata.

Richardi kurtzer Inhalt des Alcorans, ſammt deſſen Wiederlegung. Rudelſtadt 1664. Hæc refutatio primum latine ſcripta eſt ab Auctore Richardo O. P. Sec. XIII. tum Græce reddita à Demetrio Cydonio Sec. XIV. Deinde ex Græco iterum in LL. translata à Bartholomæo Piceno Sec. XV ac tandem in idioma Germanicum converſa à M. Luthero Sec. XVI. Sed ita ut hæc verſio à Græca Cydonii, & Latina Piceni, quæ extant in Theodori Bibliandri Alcorano P. I. p. 82. ſeq. mirum quantum diſcedant.

Das Leben Mahomets beſchrieben durch Humphredum Prideaux. Leipzig 1699. Dignus Auctore tanto libellus, ex monumentis præclaris congeſtus, bonoque ordine digeſtus, & in diluendis fabulis non minus, quam veritatibus enarrandis occupatus, ut p. 68. Sed ab illa macula non prorſus alienus, quæ p. 54. in aliis reprehenditur. Conjecturis etiam interdum coinquinatus, & Maraccianis ſubſidiis, ipſoque Maraccio deſtitutus, ex cujus fontibus hæc prata mirum quantum potuiſſent irrigari.

Joh. Andreæ Confuſio Sectæ Mahometanæ. Francof. 1647. Auctor hic eſt Seculi XV. In lingua Arabica & Theologia Mahometica egregie verſatus, & hoc nomine laudatus ab H. Prideaux in Vita Mahomedis, p. 60. aliisque, à Nic. Antonio allatis in Bibl. Hiſp. Veteri, p. 212. & 266. P. II. ab ipſo tamen Antonio non viſus etiamſi in Hiſpania Maurorum ſanguine cretus & ibidem ad Chriſtum converſus, patrio idiomate & hoc opuſculum conſcripſerit, & Alcoranum cum Zuna & Gloſſis in hanc Linguam

trans

tranſtulerit, ut ipſe teſtatur de ſe ipſo in præfat. p. 11.

Friderici Sylburgii Saracenica, ſive Moametica Græco-Latina. Lipſiæ 1595. Sylloge conſtans quatuor Schediaſmatis à diverſis Auctoribus confectis; Sed antiquis omnibus, & raris, & ad Theologiæ Muhamedicæ Hiſtoriam, & indolem cognoſcendam egregie facientibus, adeoque dignis, quæ ſint in eorum manibus, quorum intereſt, noſſe

- - - *Quid Muhamedes*
Quid dignum tanto ferat hic promiſſor hiatu!

Singularis etiam & altiore indagine digna eſt quæstio, in notis p. 115. & 134. allata, An Deus Muhamedanorum ὁλόσφαιρος, vel μονοπρόσωπος, ſit anathematizandus ab iis, qui à Turcarum regione ad Chriſtianam tranſeunt?

Nic. Clenardi Epiſtolæ de rebus Muhamedicis. Lovanii 1561. Quam raræ, caræ, præclaræ, aureæ! *Primus* eſt auctor, qui Grammaticam Græcam abſolutiorem condidit, (p. 5. 81. 83.) *Primus*, qui poſt παλιγγενεσίαν literarum, Linguæ Arabicæ ſtudio in Africam transgreſſus, rudimenta quædam ejusdem edidit, (126.) *Primus*, qui Arabiſmi utilitatem intellexit, in reſtituendis Auctoribus Græcis, (126.) & vindicanda vera SS. lectione, (131.) & confundendis Muhammedanis. *Primus*, qui animadvertit, rationem confutandi Moslemos ſermone latino eſſe fruſtraneam, cum ab iisdem non intelligatur, adeoque conſilium cepit eos impugnandi dialecto Arabica, cujus tantam ſibi comparavit notitiam, ut non intelligere tantum, ſed & loqui ornate po-

poſſet, (31. 61. 62. Item 53. 59.) *Primus* qui de re literaria Turcarum generatim (64.67.) ſpeciatim de eorum Theologia, (38.65.) juriſprudentia, (75. 90.) Medicina, (71.92.) Grammatica, (65.) Poëſi, (66.) Methodo ſtudendi, (65.) Alcorano, (38. 65.) Sunna, (83.) aliisque rebus huc ſpectantibus, exactam dedit notitiam. Vir Latine, Græce, Ebraice, & Arabice doctiſſimus, Theologus, Philoſophus, Philologus, Orator, Poëta, veritatis etiam teſtis, & corruptelarum, quibus eo tempore obnoxia erat aula & Eccleſia Romana, probe conſcius. (79. 94. 111.) Qui, cum decurſum ei prope eſſet vitæ ſpatium, (22. 75.) Lovanio digreſſus univerſam Galliam, Hiſpaniam, Portugalliam peragravit, & in Africam ipſam digreſſus; Feſſæ diu commoratus eſt, diſcendæ linguæ Arabicæ, & comparandorum librorum Turcicorum gratia. Quorum tandem compos factus A. C. 1542. rediit Granadam; Ibique ante vitam cum morte commutavit, quam respublica literaria ullum ex itinere ejus Africano commodum percipere potuerit.

IN DUODECIMO.

JOh. Bohemi Mores, ritus & leges omnium gentium S. L. Vir, qui circa A. C. 1500. (p. 156.) adeoque adhuc ante Lutherum clarus, valuit ingenio & ſtudio, habuitque quandam, non quidem perfecte diſertam, non tamen inelegantem dicendi facultatem. Neque etiam animus ab animo ejus abfuit, quod patet ex iis, qua

p.170

p. 170. de transſubſtantiatione, p. 36. de conformitate Religionis Pontificiæ cum Ethnica, p. 246. 247. 248. de Clericorum & nobilium in Germania moribus tradidit. Quibus non potuit non grave odium adverſus ſemetipſum concitare. Non tamen idem plane eſt hodierni noſtri temporis, & iſtius, quo Auctor vixit, ſtatus. Integris etiam gentibus tribuit interdum, quæ pauci in iis ſolent delirare. Nec gentium omnium deſcribit mores, quod in Indice pollicetur; Sed quarundam. In teſtibus quoque proferendis parcus eſt nimium & infrequens. Et quæ in fine acceſſit collectio, ex Nic. Damaſceno, Joh. Lerio, Damiano à Goes &c. non ab ipſo Bohemo eſt, nec in primis Editionibus obvia, ſed ab alio eidem poſtea ſupperaddita. (2) *Bartholomæi Georgewitz de Turcarum moribus Epitome.* S. L. 1629. Libellus infrequens, ſed perutilis omnino, & lectu perjucundus. Scriptus ab eo, qui per integros XIII. annos ſervitutis Turcicæ jugum paſſus linguæque Turcicæ, Perſicæ, Arabicæ, Slavonicæ &c. peritus, in credendis & agendis Muhamedanorum ita fuit inſtitutus, ut pauci. Et ſane ſi dapes paulo largiores nobis appoſuiſſet Auctor, & easdem in meliorem ordinem redegiſſet, neſcio quid melius in hoc genere potuiſſemus deſiderare.

Anonymi Türckiſcher Kirchen-Staat. Leipzig 1699. Libellus ſuccinctus atque præciſus; Sed ad cognoſcendam Muhamedanorum fidem, vitam, mores, ritus &c. peraccommodatus. Cujus Auctor omne tuliſſet punctum, ſi Linguæ Arabicæ fuiſſet peritus, & majore monumentorum

exoticorum apparatu inſtructus, & ad digerendum ea, quæ ad hoc argumentum illuſtrandum faciunt, æque attentus, atque fuit ad ea congerenda.

SECTIO V.

DE SCRIPTIS SPECTANTIBUS AD THEOLOGIAM ETHNICAM.

IN FOLIO.

JOh. Boccatii Genealogia Deorum. Venetiis 1493. Vir excellentis ingenii, primisque literarum inſtauratoribus annumerandus, ſubtilis, diſpoſitus, acer, diſertus. Qui ad eloquentiam Hetruſcam tantum addidit, quantum Franciſcus Petrarcha ad Poëſin. Cicero Hetruſcorum iccirco dictus, multumque laudis hac etiam Genealogia Deorum promeritus, quam nemo ante eum tanta diligentia & ubertate tradiderat. Nec inficiamur, eum hoc opere inſultaviſſe ſuo Seculo. At genus ſermonis eſt ποιητικώτερον, & ſubobſcurum. Explicatio fabularum ſæpe eſt frigida, & inamœna. Princeps Deorum *Demogorgon* confictus, & antiquis omnibus ignotus, ſi unum Lactantium, vel Lutatium, Grammaticum excipias, qui in Commentario Libri quarti Statianæ

næ Thebaidos ejus mentionem injicit. Quod recte notat Lilius Georgius Gyraldus in præfat. Syntagm. de Diis gentium, additque præterea l. c. Joh. Boccatium hominem fuiſſe ſtudioſiſſimum, & elegantis ingenii, ut ea ferebant tempora, ingenioſum etiam & eruditum, ſed non in latinis, eo minus in Græcis eum, qui in proprio idiomate, h. e. in Hetruſco, patrio ſcilicet & vernaculo ſermone, in quo ſoluta oratione omnes, ante & poſt eum qui ſcripſerunt, magno poſt ſe intervallo reliquerit.

(1) *Gobelini Perſonæ Cosmodromium editum ab Henrico Meibomio.* Francof. 1599. (2) *Rudolphi Hoſpiniani de Origine & Progreſſu templorum & rerum omnium ad Templa pertinentium.* Tiguri 1587. (3) *Lilii Gregorii Gyraldi de Diis Gentilium Hiſtoria.* Baſileæ 1560. Opus hominis ſenio confecti, à fortuna in extremas anguſtias redacti, ſumma egeſtate preſſi, morbo articulari ita contriti, ut nec pes nec manus ſuum amplius officium facere potuerit; (73. 130. 535.) ſed præclarum tamen, & Boccatii, ac Natalis Comitis, omniumque recentiorum de Diis Ethnicorum conatibus, longe anteferendum. Cujus nec putida nec inurbana eſt oratio, licet animam Ciceronis in Auctoris corpus migraſſe aſſeverare nolim, cum eo, qui p. 535. loquens introducitur. Diſpoſitio etiam tolerabilis. Et rerum apparatus tantus, ut omnium Scriptorum veterum receſſus excuſſiſſe videri queat Gyraldus. Vir lectionis infinitæ, & memoriæ minime vacillantis, qui in lecto decumbens hanc Deorum & Poëtarum ſui temporis Hiſtoriam contexuit (535.)

G. J.

G. J. Voſſii de Theologia gentili & Phyſiologia Chriſtiana Libri IX. Amſtelodami 1668. Opus ab Auctore multis curis, calamitatibusque domeſticis contrito, cottidianis laboribus, & ortis inde variis languoribus infracto, annum etiam ætatis 63. jam egreſſo (vid. præfat. p. 7.) inſtitutum; Sed non abſolutum plane, & ad finem perductum; Imo ne expolitum quidem, & ad unguem exactum; Attamen ea induſtria & dexteritate elaboratum, ut ex omnibus Voſſii Operibus primum locum tenere videatur. Genus enim dicendi eſt compoſitum, & expeditum, & æquale. Delectus verborum elegans, & apta & quaſi rotunda conſtructio. Diſpoſitio ſpontanea nec anxie quæſita. Et argumenti ea nobilitas, rerumque tanta copia, ut Pandectæ Philoſophico-Theologico-Hiſtoricæ dici mereatur. Sane de Theologia Gentili non extat opus uberius, liberalius, illuſtrius. Et ſi nihil ſcripſiſſet Auctor præter hoc Syſtema unicum, dignum tamen eſſet ejus nomen, ut perennaret, omnisque poſteritas idipſum cognoſceret ac veneraretur.

(1) *Macrobii Opera.* Baſil. 1535. Viri Sec IV. Illuſtris. Qui in Philoſophia & Theologia Ethnica excellenter verſatus, Pythagoricæ & Platonicæ diſciplinæ maxime addictus, mundum æternum eſſe opinatus, (unde & tricas Problematis, *Ovumne prius fuerit an Gallina?* L. VII. c. XVI. p. 327. expedire non potuit) Conditore tamen Deo, ſed non in tempore p. 79. Deos omnes ad unum Solem reduci poſſe perſuaſus, (140.) Homeri amator. Virgilii adorator. A. Gellii & Plutarchi compilator. Cujus ſtilus eſt incompoſi-

poſitus, ut tum erant tempora, res autem præclaræ, & ad Philologiam, Philoſophiam, & Theologiam Græcorum Latinorumve recte cognoſcendam perneceſſariæ. (2) *Sylloge variorum à Jac. Micyllo collectorum.* In qua

(*a*) *C. J. Hygini Fabularum Liber.* Utilis ad Poëtarum Lectionem, ad Theologiæ Ethnicæ cognitionem non item. Non enim exponit fabulas, nec ad Theologiæ cancellos refert. In narratione etiam interdum à ſemetipſo diſcedit. Quod an Hygino tribuendum ſit, an iis, qui ejus nomine & ſcriptis abuſi ſunt, noſtrum non eſt definire. Sane totum hoc opuſculum eſt lacunoſum, & ſemibarbarum, & ſeſquiſolæcum; Ut vel interpolatum ab aliis, vel plane ſuppoſtum videri queat.

(*b*) *Ejusdem Poëticon Aſtronomicum.* In quo ea, quæ ab Arato dicta ſunt obſcurius, planius ſe perſecutum ſcribit Auctor in Proëmio ad M. Fabium p. 66. Qui ſi M. Fabius Quintilianus fuit, Hyginum Auguſti libertum Architectum non habuit hoc Aſtronomicon, ſed alium hujus nominis. Et ſane dictio non redolet auream Auguſti ætatem. Imaginesque inſertæ non exactæ ſunt, nec ejusdem cum opere ipſo ætatis ac originis.

(*c*) *Palæphatus de fabuloſis narrationibus.* De quo alio loco.

(*d*) *Fulgentii Placiadis Mythologiarum Libri III.* Qui ad Martianum Felicem Capellam dum p. 158. provocat, Seculo minimum V. ſe vixiſſe prodit. Nec nullius prorſus utilita-

tis

tis hic eſt Grammaticus. Qui tot luſtravit Scriptores veteres hodie deperditos, & ex iis multa conſervavit, quibus alioquin deſtitueremur. Adde explicationes fabularum quarundam non ſane ineptas, dummodo has ſuas delicias ſermonis genere non deturpaſſet, quod usque adeo eſt affectatum, & inſolens, & turgidum, ut, niſi cum ſummo faſtidio, legi à quoquam nequeat.

(e) *Germanici Cæſaris Aratea Phœnomena carmine latino reddita.* Opus juvenile, ut videtur, motu, vita, ſuavitate deſtitutum, & ab Auctore ſolo commendandum, quem miris elogiis proſequitur Ovidius, Quintilianus, Alii, ſplendore generis inducti potius, quam præſtantia venæ. Quamquam non negamus eundem in republica literaria potuiſſe fieri magnum, ſi lauri victrices ejus hederam non ſuppreſſiſſent.

(f) *Arati Phœnomena Græce & Latine.* De quibus alibi.

(g) *Procli de Sphæra libellus Græce & Latine.* De quo alibi.

IN QUARTO.

(1) M. *Trogilli Arnkiel Cimbriſche Heiden-Religion.* Hamb. 1702. Antiquitatis Cimbricæ inveſtigator diligentiſſimus, planus, diſtinctus, luculentus. Qui Parte I. de Idololatria Cimbrica, P. II. de Cornu aureo 1639. prope Tunderam invento, P. III. de antiquo Cimbrorum ſepeliendi ritu, P. IV. de Cimbrorum ab Ethniciſmo ad

ad Chriſtum tranſitu, permulta dixit ab aliis non dicta prius. Dignus omni laudum præconio; Etiamſi Opus non ubique ex animi ſententia ſucceſſerit. Quos enim P. I. teſtes producit, juniores plerique ſunt, quam qui de rebus antiquis teſtimonia dare queant. Imo multorum fides ſuſpecta eſt prorſus atque dubia. Imagines æri inciſæ curioſitati velificantur magis, quam illuſtrandæ veritati. Et Parallelismus iſte Antiquitatum Cimbricarum, cum Antiquitatibus reliquarum gentium, volumen hocce quidem reddidit ſpiſſius, & operoſius, & ſumptuoſius, ſed non melius; Quia Auctor nuſquam magis lapſus eſt, quam in exoticis, neceſſariis, ut videtur, ſubſidiis deſtitutus. (2) *Friderici Arnkiel Rettung des Nordiſchen Chriſtenthums wieder G. Arnold.* Glückſtat 1712. Filius Trogilli. Paternorum ſtudiorum æmulus & imitator, Hiſtoriæ Cimbrorum Eccleſiaſticæ vindex non ineptus. Quam tamen c. VII. majore animo & feliciore ſucceſſu tutari potuiſſet, ſi Hiſtoria Davidis Georgii, per Rectorem & Academiam Baſileenſem in Gratiam Ampliſſ. Senatus ejus urbis conſcripta, & Wittebergæ 1559. in 8. edita. Item imago Davidis in Hollandia æri inciſa, cum enarratione vitæ & doctrinæ, nec non Nicolai Bleſdicii Hiſtoria Davidis Georgii, Daventriæ 1642. in 8vo edita, aliaque hujus generis monumenta, eidem fuiſſent ad manus. (3) *F. A. Æpini Diſſert. de Converſione Mecklenburgenſium.* 1708. Variarum macularum poſtulata à G. F. Stibero in H. E. Mecklenburgenſis præfat. & ipſo opere, ſed vindicata ab Auctore in peculiari Epi-

ſtola

ſtola ad Stiberum perſcripta & Roſtochii 1714. impreſſa.

Immanuelis Weberi Püſterus. Gieſſæ 1717. Schediaſma curioſum, doctum, digeſtum, perſpicuum, ad idola Germanorum in genere, & Püſterum in ſpecie recte cognoſcendum perutile.

(1) *Joh. Sartorii de Hypocriſi Gentilium circa cultum Deorum.* Lipſiæ 1713. Hic auctor confundit ubique Hypocriſin Ethnicorum cum ſuperſtitione. Et hederam illius, hujus vino appendens, perpetua laborat ignoratione Elenchi, ſuperſtitionemque & hypocriſin Synonyma eſſe exiſtimat, quæ toto cælo ſunt diverſa. Siquidem *hypocriſis* eſt cultus divini ſimulatio, & *ſuperſtitio* præpoſtera colendi Deum ratio. (2) *C. M. Pfaffii Diſſertatio de Præjudiciis theologicis.* Hagæ Comitum 1716. In hac diſſertatione vaſta eſt lectio, limatum judicium, & ſincerum veritatis ſtudium, παῤῥησία etiam cum gravitate & moderatione Theologica conjuncta. Et quod primo loco dicendum erat, argumentum hoc à paucis tactum, à nemine adhuc tam copioſe, & ſubtiliter, & ſolide pertractatum eſt. (3) *Pauli Antonii de Ortu Mali.* Halæ Magd. 1707.

Vincentii Chartarii Theatrum Ethnico Idololatricum auctum à Paulo Hachembergio. Moguntiæ 1699. In quo ita præfatur Editor, ut qui de Scripto juxta ac ſcriptore nihil habeat omnino perſpectum. Etenim Italice primum prodiit hoc opus Venetiis 1571. 4. Tum latine verſum ab Antonio Verderio, & ſub *Panthei antiquorum* editum titulo, Lugduni 1581. 4. Deinde recuſum

Rote

Rotenburgi ad Taubarim 1683. 4. Et tandem auctum à Paulo Hachembergio, & vulgatum Francof. 1687. 4. Et Moguntiæ 1699. Et ſane non defuit Auctori induſtria, nec Metaphraſtæ eloquens & eruditum Orationis genus; Sed quid Hachembergius addiderit ad horum Duumvirorum labores, de eó nec vola reperitur in his poſtremis Editionibus, nec veſtigium. Potuiſſet tamen hiſce meſſibus non levidenſe ſuperaddere ſpicilegium, ex Veterum numis, & inſcriptionibus, quæ hodie majore diligentia excuſſa ſunt, quam Chartarii tempeſtate. Menda etiam nonnulla tollere. Et Lectori indicare, ex quo profecerit maxime Chartarius, qui Lilii Gregorii Gyraldi Syntagmatis de Diis gentilium ita uſus eſt, ut non res tantummodo, ſed & verba ex iis mutuo acceperit, & integras ſæpe periodos inde κατὰ ῥητὸν transſcripſerit.

M. G. Vockerod Exercit. de notitia divinarum Scripturarum apud Gentiles. Jenæ 1689. Vir doctus, & optimis ſtudiis deditus, bene latine loquens, gnarus etiam variarum linguarum, & in ſcriptis Sacris profaniſque ita verſatus, ut non tantum alere lectoris ingenium, ſed & acuere valeat.

Jugemens de SS. Peres ſur la morale de la Philoſophie Payenne. Strasburg 1719. Opus copioſum, in quo plurimum ſtudii, & multarum rerum cognitio, & orationis decor, & membrorum talis compoſitio, ut cum lepore quodam conſentiant. Congeſtum à Domino Balto, Societatis Jeſu Theologo, & oppoſitum Andr. Dacierio Philologo Pariſienſi, cujus tamen nomen ſtudioſe occultavit Auctor, & ſemel tantum-

modo expreſſit L. II. c. XII. p. 459. Hic enim cum in præf. Platoni, Pythagoræ, & M. Antonino præmiſſa, Philoſophiam Moralem horum Triumvirorum invidendis laudibus extuliſſet, notatus iccirco à Balto *dans la defenſe des SS. Peres accuſez du Platoniſme*, Baltum ſuam mentem non aſſecutum ſatis, ſibique tribuiſſe id, de quo nunquam cogitarit, conqueſtus eſt Dacierius. Atque hinc Balto nata occaſio concinnandi hoc opus. In quo Philoſophiam Moralem Ethnicorum comparaturus cum Philoſophia Chriſtianorum, agit Libr. I. de utriusque Principiis, L. II. de Præceptis, Libr. III. de uſu ex Philoſophia Morali Ethnicorum capiendo. Et toto pectore in id incumbit, ut doceat, Philoſophiam Moralem Ethnicorum non contemnendam ſimpliciter, eo tamen loco non habendam, quo Dacierius eandem habuit. Et hoc quidem operoſe ſatis, & exquiſite agit Auctor; Sed ita tamen, ut, ſi Attico cuipiam è Chriſtianorum ordine, perlegendum dediſſet MSCtum, unguiculos ejusdem & miniatulas cerulas habuiſſet pertimeſcendas. Siquidem (1) ſecurius interdum decretum facit, & dicit ſententiam, cauſa ab utraque parte vel non ſatis cognita, vel non ſatis examinata. (2) A particulari ſæpius transvolat ad univerſale, & à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. (3) Et, quod primo loco dicendum erat, Pelagianiſmo frigidam ſuffundit, & Patres de actionibus Ethnicorum judicaſſe mollius, easque omnes peccata eſſe, nunquam edixiſſe ſcribit; Parum memor, ante Auguſtini tempora, differentiam inter *naturam* & *gratiam* non ſatis in Eccleſia

fuiſſe

ſuiſſe cognitam, & controverſiam Pelagianam demum hiſce limitibus accuratius diſcernendis, dediſſe anſam.

In Octavo.

Caſparis Peuceri Commentarius de præcipuis divinationum generibus. Serveſtæ 1591. Qui omnibus aliis ſcriptis Peucerianis eſt præferendus, ob argumenti raritatem, dignitatem, & amplitudinem, & obſervationum quarundam, hac illac inſertarum, præſtantiam & uſum, quibus vel vulgaria præjudicia tolluntur; vel origines ſuperſtitionum indicantur, vel fata nonnulla Politica & Eccleſiaſtica recenſentur, quæ non ſunt quottidiani commatis, (p. 18-23.) Atque hæc omnia commendat expedita & perfacile currens oratio, cum εὐταξία rerum, Lectori egregium lumen afferente, ut divinatione opus non habeat, ſed emendatione tamen opus habere videtur in nonnullis, Auctor Aſtrologiæ divinatoriæ, & Philoſophiæ Ariſtotelicæ, & Theologiæ Calvinianæ nimium deditus.

Natalis Comitis Mythologiæ Libri X. Francof. 1584. Vir non omnino in minimis ponendus. Firmam enim duxit ſermonis lineam. Viarum in hoc itinere non plane nullam rationem habuit. Et, quod caput rei eſt, Poëtas Græcos Latinosque diligenter excuſſit. Atque hæc ſunt, propter quæ laudis præmium quaſi debitum poſſit exigere; Sed non omnia ſunt hujus metalli. Quoties enim adducit teſtimonium non nominato teſte? Quoties producit teſtem, ſed non indicata ſede teſtimonii? Quoties teſtimoniis utitur non

genuinis, aut male intellectis, aut otioſis plane & nihil ad rem, de qua ſermo eſt, facientibus: Et quam ambiguæ, & incertæ, & fluctuantes, imo quam frigidæ & ridiculæ ſunt fabularum quarundam explicationes. Ad Phyſicam & Ethicen reducit omnia, neglecta Hiſtoria, quod non feciſſet, ſi legiſſet Palæphatum ex antiquioribus, & Lilium Gyraldum ex recentioribus. Quæ cum ignota prorſus, vel non ſatis nota, eidem fuerint nomina, quid mirum, quod fabuloſam adeo nobis dederit fabularum explicationem?

Alexandri Roſſen GOttes-Dienſte der gantzen Welt Acceſſit B. Varenii kurtzer Religions-Bericht, & C. Arnoldi Appendix. Heidelberg 1674. Vaſtius eſt hoc argumentum, quam quod uno volumine poſſit comprehendi, aut ab uno homine abſolvi, aut uno impetu expediri. Plura etiam ad id requiruntur monumenta, quam quæ privatorum Bibliothecæ ſolent abſcondere. Nec tanta fuit in Auctore noſtro judicii excellentia aut Linguarum, Antiquitatum, Hiſtoriæ, Theologiæ &c. peritia, quanta in operis ejusmodi Architecto ineſſe debet. Atque hinc

Amphora cœpit,
Inſtitui, currente rota tantum urceus exit.

Multa enim in hac Sciagraphia religionum ſunt præterita, multa ſtrictim tantum & obiter notata, quædam ſine teſte dicta, vel ſine teſte idoneo. Interim conatus eſt laudandus. Et hoc opere imperfecto tamdiu utendum, donec aliud pinguiore Minerva elobaratum ſuccedat.

Abrahami Rogerii offene Thür zum verborgenen Heidenthum cum notis A. W. JCti, & Additionibus

Se-

Selectis C. Arnoldi. Nürnberg 1663. Poſthumum eſt hoc opus Rogerii; Sed ab Auctore tamen adhuc vivo ad exitum perductum, & à JCto quodam A. W. Scholiis illuſtratum, & à C. Arnoldo ex Lingua Belgica in Germanicam traductum, adjectis quibusdam de Idolomania Ethnicorum Aſiaticorum additamentis. Quibus æque ac Scholiis interſperſis tamen carere facile potuiſſet Rogerius. Qui per X. integros annos in acta ſinus Gangetici commoratus, (p. 343.) & cum Padmanaba non ignobili Indorum Gymnoſophiſta converſatus, (p. 3.) *de vita & doctrina Indorum* ea aſſecutus eſt, ut ſi *Vendam & Jaſtra*, h. e. Librum Indorum Symbolicum cum Commentario, nobiſcum adhuc communicaſſet, vel communicare potuiſſet, non diſpiciam, quid in hac parte Theologiæ Ethnicæ magnopere deſiderare potuiſſemus. Sane Mr. la Croze de ſtatu Chriſtianiſmi Indico L. VI. p. 579. & 659. eum omnibus aliis, qui de hoc argumento aliquid tradiderunt, judicat eſſe præferendum.

(1) *Eliæ Schedii de Diis Germanorum Syngrammata IV.* Amſtelodami 1684. Opus hoc eſt poſthumum, quod Auctor, Annum 20. ætatis vix ingreſſus, elucubravit, & Apoplexia peremtus Patri reliquit in lucem proferendum. Quod niſi in Præfatione doceret Editor, ex opere ipſo vix conjiceremus. Tantus in eo eſt linguarum variarum uſus. Tanta Scriptorum veterum & recentium lectio. Tantum antiquitatis Sacræ & profanæ decus. Seldeni de Diis Syris Syntagmate uſus eſt in quibusdam. Lapſus etiam alicubi, & à veritatis lineis digreſſus; Sed hoc

ipſo hominem ſe eſſe profeſſus eſt, non juvenem; & ſunt, qui ejus Syngrammatis ita uſi ſunt, ut ipſe Syntagmate Seldeni. Et quæ C. S. Schurtzfleiſchius in Diſſert. de Inſtitutis Druidum p. m. 834. in eo reprehendit, defendit N. A. Gundlingius in Hiſt. Phil. Moral. C. VI. §. 2. p. 53. Nec extat alius, qui in hoc argumento verſatus fuerit felicius, & de Germanorum Diis, ſacris, ſtatuis, & Dæmonibus operoſius, plenius, doctiusque diſſeruerit, quam hic noſter in hiſce quatuor Syngrammatis, quæ ita diſparuerunt hodie in orbe literato, ut, Schedius de Diis Germanorum, ignota jam ſint Bibliopolis plerisque vocabula. (2) *Henrici Kippingii Antiquitates Romanæ.* Bremæ 1664. In quibus dictio non optima. Oeconomia probabilis, & apparatus rerum talis, ut appareat, Auctorem excerpendi facilius, quam cogitandi ſuſtinuiſſe laborem. Quot enim in tenui hoc Libello ſunt allegata ἀπροσδιόνυσα? Quot capita ad materiam ſubjectam non ſpectantia? Et quis in antiquitatum Rom. deſcriptione Commentarium in Paſſionem J. C. quæſierit p. 474. ſeq. obvium.

Joh. Seldeni de Diis Syris Syntagmata II. Lipſ. 1672. Hoc opus Seldeni in hoc Argumento eſt optimum, doctum, varium, liberale, rebus ipſis, quam promiſſis, ditius, compilatumque à plerisque, qui poſtea falcem in hanc meſſem immiſerunt, ipſoque J. H. Hottingero in Idolographia V. T. Cæterum ordine non optimo eſt digeſtum, obſcurum etiam, diffluens, novaturiens, fluctuans, & erubeſcendis mendis Typographicis laborans.

(1)

(1) *Joh. Reiskii Exercitationes de Vaticiniis Sibyllinis contra Iſ. Voſſium.* Lipſ. 1688. In quibus Orationis habitus eſt obſcurior Voſſiano, & durior, & hiſpidior. Oeconomia autem exactior. Et res pleræque doctæ, ſelectæ, variæ, & dignæ, quæ tanto Heroi opponantur. Scilicet & in pulvere Sholaſtico reperiuntur interdum Pentathli ſ. quinquertiones, ſpumantemque dari pecora inter inertia votis optant aprum, aut fulvum deſcendere monte Leonem. (2) *M. G. Leiding daſs die Worte Eli Eli Lamah Sabachtani bishero recht überſetzet.* Hamburg 1704. In quo Schediaſmate tantus eſt minutiarum Grammaticarum, dictorumque Rabbinicorum, & Talmudicorum, & teſtium allegatorum numerus, ut blennum eſſe oportet, qui non perſpiciat Auctorem Polyhiſtoriam ſuam potius oſtentare voluiſſe, quam vocem Sabachtani, à ψευδερμηνεία Holgeri (qui Oligerum ſe appellavit) vindicare. (3) *Chriſt. Hugenii Cosmotheoros.* Franckf. & Lipſ. 1704. (4) *Menno Simonis*, (a) *Hiſtoria converſionis.* (b) *Confeſſio fidei.* (c) *Catechismus.* Unde patet, quantum ſit intervallum inter Anabaptiſtas & Mennoniſtas, qui à quibusdam putantur ejusdem farinæ homines. (4) *Joh. Andr. Schmidii Sapientia.*

Oracula Sibyllina Græce cum Metaphraſi Latina Heroica Sebaſtiani Caſtellionis, Annotationibusque Xyſti Betuleji, & Caſtellionis. Baſileæ 1545. Prima hæc eſt Editio Oraculorum Sibyllinorum Græco-Latina, Xyſti Betuleji & Seb. Caſtellionis ſtudio adornata, qui bigis atque quadrigis id agunt in Prolegomenis, ut probent ea eſſe genuina.

Quod negat J. A. Fabricius in Bibl. Græc. L. I. c. III. p. 215. ſeq. aliique plurimi, rationibus ſane non contemnendis fulti. (2) *Catecheſis M. Lutheri Græco Latina à Michaële Neandro edita.* Baſileæ 1546. (3) *Carmina Theognidis Pythagoræ, Phocylidis, Tyrtæi, Simonidis, Callimachi, Græce omnia cum Hypomnematis.* Baſileæ. 1555.

J. C. Nehringen Oracula Sibyllina. Eſſen 1702. Prima hæc eſt verſio Germanica Oraculorum Sibyllinorum, notulis quibusdam illuſtrata, & ſpatioſa Iſagoge, duplicique Appendice adaucta. Et ſi tantum facultatis habuiſſet Auctor, quantum voluntatis, omnibus iis injeciſſet fibulam, qui negant genuina eſſe hæc carmina, usque adeo hæ cupediæ ipſi ſunt in deliciis; Sed ſubula Leones excipit, & linum lino nectens, diſſolutam exhibet catenam, & nexu deſtitutam.

Mythologici Latini Hieron. Commelini, 1599. In quibus eſt

(1) *Julius Hyginus.* De quo alibi. (2) *Fabius Planciades Fulgentius.* Ejusque

(*a*) Mythologiarum Libri III. De quibus loco alio.

(*b*) Allegoriæ librorum Virgilii. In quibus Auctor totum Virgilium pervertens, & nomina propria in eo occurrentia, & Argumenta rerum, (quæ, continentiæ Virgilianæ, ab eo dicuntur, p. 219. & 227.) mirum quantum corrumpit, & in ſenſum alienum detorquet; Libris XII. Æneidos pleniorem humanæ vitæ ſtatum deſcriptum eſſe ſomnians. p. 224.

(3

(3) *Julius Firmicus Maternus de Errore profanarum religionum*, h. e. de ineptiis Theologiæ Mythicæ apud Ægyptios, Phrygas, Perſas, Græcos &c. Auctor gravis, elegans, doctus; ſed lacunoſus, mutilus, & mendoſus, Sec. IV. illuſtris.

(5) *Albricus de Deorum imaginibus.* Qui Londinenſis fuit origine, vixitque Sec. XIII. Et fallaciis à veritate abducuntur ii, qui putant, ex Fulgentio collectas eſſe has Deorum gentilium imagines, vel deſcriptiones, cum Fulgentium Alfricus & dictionis puritate & rerum ordine, longe ſuperet.

Hectoris Gothofredi Maſii Schediaſma de Diis Obotritis. Haffniæ 1688. Scriptor ſane bonus, literatus, & diſertus, ineditis etiam quibusdam monumentis inſtructus; Sed qui egreditur interdum à propoſito, & ſuo argumento non ſatis inſiſtit, nec illud ea ubertate exequitur, qua fas eſt, ſubſidiis in quibusdam, ut videtur, neceſſariis, in nonnullis etiam otio, deſtitutus.

J.. Maſſon, Jani Templum Chriſto naſcente reſeratum. Roterdam 1700. Primus eſt hic Auctor, qui Themati huic Paradoxico, de Jano tempore nativitatis Chriſti non clauſo, manum injecit, & communi iſti torrenti brachia obvertit, qui ab *Oroſio* effuſus primum, jam inde à Sec. V. usque ad noſtra tempora Eruditorum orbem peragravit. Et hoc opus ita ad umbilicum perduxit, ut de principatu nemo facile ipſi moturus ſit controverſiam, ſive temporis rationem habeas, ſive dignitatis, tantum in eo eſt diligentiæ, doctrinæ, ingenii, judicii, tanta in juvenili ejus

ætate Polyhiſtoria, & ſenilis gravitas, cum virili modeſtia conjuncta.

Joh. Schefferi Upſalia. Upſal 1666. In qua tria notatu digna, (1) quod hoc exemplum Schefferi & Conringii manu notatum eſt, quorum ille ſe huic mittere, hic ſe ab illo hoc donum acccepiſſe profitetur. (2) Quod Auctor in ſcriptis antiquis & recentioribus, Græcis Latiniſve, Germanicis & Suecicis, excellenter verſatus eſt. (3) Quod in hoc opuſculo Suecorum antiquorum Idolomaniam præclare excuſſit, quæ per univerſam Europam olim ſparſa, paucis adhuc ſatis fuit intellecta. Atque his virtutibus quaſi ſtellis, facile disjiciuntur maculæ, quæ à quibusdam ſolent notari; Auctorem in explicandis vocum originibus, & teſtimoniis ſcriptorum citandis, rebusque quibusdam nullius plane pretii comportandis, eſſe nimium.

Palæphatus de incredibilibus Gr. & Lat. cum interpretatione Tollii, & Annot. Brunneri, & Doctrinis moralibus Pauli Patris. Francof. 1685. Auctor incertæ ætatis; Sed antiquiſſimus, acutiſſimus, & lectu digniſſimus. Neque enim nullus ex antiquis, mediis, & recentioribus, felicius in hac arena verſatus eſt, & majore dexteritate ſolvit ſcrupoſa fabularum ænigmata. Verus græcorum Oedipus. Et dolemus tantummodo, ex quinque *ἀπίςων* Libris, quos Palæphatum ſcripſiſſe Svidas Auctor eſt, hunc unum tantummodo tuliſſe ætatem. Nec nullam veri præ ſe fert imaginem conjectura Phil. Phaſiani, qui in præfat. Palæphati p. m. 101. Edit. Baſileenſis, ſup-

ſuppreſſos ſuſpicatur à Græcis Palæphati Libellos, vel quod myſteria ſua in vulgus emanare noluerint, vel quod ægre tulerint, vanitates ſuas ab eo redargui, qui eandem ſecum fidem profiteretur.

Danielis Claſenii Theologia gentilis. Francof. 1684. Equidem non indigna ſuo Auctore, qui Voſſii, Bocharti, Seldeni, Huetii &c. tropæis excitatus, ad hoc Syſtema condendum acceſſit; Nec imparatus acceſſit, multarum linguarum cognitione, & variorum monumentorum non vulgarium ope inſtructus, & in iis ſcientiis, quæ ad humanitatem pertinent, non perfunctorie verſatus; Sed hypotheſeώs iſtius non ſatis memor, quam domonſtrandam ſibi ſumſit, *Theologiam Ethnicam ex SS. eſſe ortam*, unde & huic fumo vel nullam, vel admodum exiguam ex fulgore dedit lucem. In eo etiam parum optabili fortuna uſus, quod in ineptiſſimorum typographorum manus incidit opuſculum, qui ſexcentis Sphalmatis idipſum commacularunt.

(1) *Cornuti de Natura Deorum Gentilium Commentarius Græce & Latine, ex interpret. Conradi Clauſeri.* Baſileæ. Hic Cornutus vixit Neronis tempeſtate, ab eoque actus eſt in exilium, teſte Dione L. LXII. p. 715. non aliam ob cauſam, quam quod is eſſet, qualis à C. Plinio Collega L. II. Epiſt. XI. p. 62. deſcribitur, Vir egregius, & pro veritate firmiſſimus. Stoicum fuiſſe patet ex hac Theoria Theologica. p. 3. Ubi Jovem mundi dicit eſſe animam. Et licet tota mente id agat, ut ex fabulis græcorum veritates Phyſicas & Ethicas eliciat, unde & Porphyrius apud

Euſe-

Euſebium. L. VI. H. E. c. XIX. p. 220. Auctor eſt, Origenem ex Cornuti, aliorumque Libris, hauſiſſe Allegoricum SS. interpretandi modum; attamen ancipiti cura jactatur in hoc negotio, & in Deorum Etymologiis, Genealogiis, & Hiſtoriis recitandis tam incertus eſt, ut, utram in partem ſe dare debeat, ipſemet ignoret. Ex quo intelligimus, quam ambigua Ethnicorum de Diis fuerit divinatio. (2) *Palæphatus* περὶ ἀπίστων *ſ. de incredibilibus Græce & Latine.* De quo alibi. (3) *Jul. Aurelii Leſſignienſis de cognominibus Deorum Libri tres.* Quod juvenile eſt opuſculum, (p. 167. & 169.) genere orationis non incondito concinnatum; Commendandum ab Argumenti novitate, (Primus enim eſt Auctor, ſi ipſi credimus 168. qui ex Latinis de hoc argumento commentatus eſt) ad intelligendos Auctores veteres non inutile, & ad rationem theologiæ Ethnicorum perſpiciendam fere neceſſarium.

Joh. Meurſii Filii Arboretum Sacrum, ſive, de arborum, fruticum, & herbarum conſecratione Libri III. Lugduni Bat. 1642. Cui viro fecit properata mors injuriam, ſi quid adjecturus; Non, ſi quid detractaturus fuit. Eſt enim opuſculum G. J. Voſſii judicio elegans, & pereruditum; Sed ultra primas lineas non longe productum. Plane ut ipſius Voſſii hujus generis ſpecimen, qui L. V. de Theol. gentili, c. XLVIII. eandem telam texere inſtituit. Verum non perfecit.

Everhardi Ottonis de Diis Vialibus Diſſert. Halæ Magd. 1714. Quod argumentum data occaſione ab aliis tactum, à nemine autem adhuc ſepara-

paratim traditum, ab Auctore enucleate ſatis & polite eſt explicatum.

A. J. Krieg Hartzburgiſcher Mahlſtein, zum Denckmahl der Güte GOttes, in der Zerſtöhrung des daſelbſt verſtöhrten Abgotts Crodens &c. Goslar 1709. Auctor non ſpernendus, ſed ad Hiſtoriam Crodonis exacte cognoſcendam parum locuples.

In Duodecimo.

(1) *Isaaci Voſſii de Sibyllinis.* Lugd. Bat. 1680. In hoc Libello forma Orationis eſt virilis, æquabilis, ſuavis, & tenore nativo, & compoſito exſplendeſcens; Ordo autem non æque laudabilis, & accuratus; Sed res novæ, ſingulares, variæ, inſolentes, paradoxicæ, & ita comparatæ, ut in ſtuporem conjicere valeant Lectorem, ſi eo robore munitæ eſſent, quo aſſertæ. Verum pleræque adhuc ſunt dubiæ, & probationibus vel nullis, vel leviſſimis confirmatæ, ἀσυλλογίςιας etiam, & aliarum anomaliarum ſuſpectæ, & à Joh. Reiskio in tr. de Vaticiniis Sibyllinis ita enervatæ, ut cum firmitate pene fidem omnem perdiderint. (2) *Hiſtoire des Oracles.* Amſterd. 1687. Imo potius Oraculorum fabula (Fable des Oracles.) Id enim agit Auctor, (qui eſt Fontanellius,) ut oſtendat, Oracula Ethnicorum non diaboli fuiſſe ludibria, ſed mera ſacerdotum figmenta, Ant. van Dale veſtigia ſecutus. Cujus duabus diſſert. de Oraculis Ethnicorum ita uſus eſt, ut easdem plane fecerit ſuas,

quæ-

quædam in iis reſecando, quædam etiam addendo, mutando, invertendo, pro ſuo arbitrio, & omnia ex idiomate latino, in Gallicum transferendo, ut à fæminis etiam legi poſſent. Et præferenda omnino eſt Fontanellii verſio operi Authentico van Dalii, ſi ſuavitatem ſpectes, ſed nequaquam in reliquis. Iisdem enim laborat vanitatibus, falſitatibus, vernilitatibus, fallaciis, Paralogiſmis, inſidiis, aliisque anomaliis, quas in van Dalio notavimus. Nec in his diſcipulus eſt ſupra Magiſtrum.

SECTIO VI.

DE SCRIPTORIBUS ATHEISTICIS ET ANTI-ATHEISTICIS.

IN FOLIO.

SExti Empirici Opera Græce & Latine cum notis Johannis Alberti Fabricii. Lipſiæ 1718. In his operibus Sextus Empiricus, acutiſſimus Seculi II. poſt C. N. Philoſophus, & Medicus, utut incertum ſit cujatis? generatim Philoſophis dogmaticis omnibus, ſpeciatim Stoicis oppoſuit.

(1) Libros III. Pyrrhoniarum Hypotypoſeωn

(2) Libros XI. Ἀντιῤῥήσεων,

tilo conciſo, & ſubobſcuro, Methodoque plane ingulari & ſibi propria, conſcriptos, non quilem ut univerſam Philoſophiam peſſumdaret; ed ut oſtenderet, quantum eſſet adhuc, quod neſcirent, eosque à decernendi facilitate, ad ratioiem dubitandi, Academicis & Scepticis, & aniquis Doctoribus omnibus tantopere laudatam & uſitatam, reduceret. Sed quod ſolenne eſt is, qui dicam ſcribunt aliis, & quicquid habent virium, in eosdem conferunt, modum ita exceſit, ut dogmaticorum vitia devitaturus in omnia contraria decurrerit, & una cum Philoſophiæ gniculis Theologiæ etiam lumen fere omne exinxerit, & hac ratione Atheiſmi ſe reddiderit uſpectum.

(1) *Ludovici Capelli Critica Sacra.* Pariſiis 1650. Cujus Auctor ſuſpectus fuit quibusdam, quod peſtiferas multas circa religionem hypotheſes foveret, quod ipſe refert in Comment. ad ſuos ilios de Capellorum gente, qui ejus Notis Criticis n V. T. præmiſſus eſt. Nec nulla plane fuit hujus ſuſpicionis cauſa. Amicitia cum iis qui rigide tractabant religionis negotium. Arcanum punctationis revelatum, ſive de punctorum vocalium & accentuum, apud Ebræos vera & germana antiquitate. Et inprimis hi de Critica Sacra Libri Sex, ea libertate ſcripti, ut & Lutherani pleriqne, & Reformati, & Pontificii Doctores ipſi ab iisdem abhorruerint. Auctor ſane eſt Joh. Buxtorfius in Anticritica P. I. c. II. p. 32.

p. 32. ſeq. ubi natales hujus prodigioſi operis enarrat, iſtud à Pontificiis quibusdam Doctoribus exitioſum, & ſcepticiſmo coinquinatum, & execrandum; A Reformatis horribile, & Sacrum (l. c. p. 35.) eſſe appellatum. Ipſe Buxtorffius l. c. peſtilentiſſimum vocat. Et M. Wasmuthus in vindiciis SS. n. 3. p. 15. ſacerrimam *Atheiſmi* buccinam, Alcorani fulcimentum publica flamma abolendum. Nec ita caſtum eſt & intemeratum hoc Syſtema, ut omni labe careat. Puncta vocalia Seculo demum V. & VI. poſt nativitatem Chriſti à Maſorethis Tiberienſibus eſſe excogitata, Codices Sacros idem, quod reliqui Auctores veteres omnes, fatum expertos, ut per librariorum ſomnolentiam, & Criticorum audaciam, plurimæ variæ Lectiones, mutationes, & errores in eos irrepſerint. Nullum haberi certum codicem, ad quem in diſcrepantiis interpretum, & locis de vera lectione controverſis poſſit recurri; Nec talem eſſe codicem Ebraicum. Veterum Interpretum ab Ebræo diſcrepantes verſiones, ſæpiſſime proveniſſe ex diſcrepantia Codicis Ebraici, quo in vertendo ſint uſi, ac proinde cum noſtrorum librorum Lectione conferendas, ſæpiſſime etiam præferendas eſſe. Diſcrepantes interpretationes non eſſe ad Textum Hebraicum hodiernum exigendas, ſed de vera Lectione judicandum ex noſtra ratione &c. Hæc, inquam & alia hujus commatis Paradoxa, in hac Critic Capelli plena manu ſparſa, ab heterodoxia no quidem procul abſunt, ſed ad Atheiſmum Auctoris probandum non ſufficiunt. Quem tantum abeſt ut in opere citato profeſſus ſit, u

: Θεοπνευςίαν SS. agnoſcat, & Numinis ſupremi
rovidentiam circa eam occupatam fuiſſe diſer-
: pronunciet. In hoc (ecce ejus verba L. VI. c. III.
. 390.) ſingularis Dei in fontes providentia elucet
:c. Cæterum infrequens hoc ipſum eſt opus, ſe-
nel tantummodo excuſum, magno labore, nec mi-
ore acumine congeſtum, genere dicendi maſcu-
), & œconomia pereleganti contextum, curio-
ım, varium, doctum, ſpiſſum, ſpecioſum, à
oh. Buxtorffio in Anti-Critica impugnatum,
deoque cum eo omnino conferendum. (2)
oh. St. Menochii de republica Ebræorum Libri IIX.
ariſ. 1648. In quibus minime vulgaris rerum
opia, & diſponendi ratio, & generoſa ſeduli-
ıs habet laudem; Sed dictionis ornatu, & jucun-
itate Auctor deſtituitur. Literis Ebraicis vul-
ariter tantummodo eruditus, & in Rabbinorum
ectione plane non verſatus. Sectæ etiam ſuæ
udio, & conjectandi arbitrio indulget nimium,
Carolo Sigonio anteferendus, ſi varietatem ſpe-
tes, & cumulum; Sed poſtponendus, ſi ju-
icium, ſi ſtilum, ſi differendi gravitatem &
obur.

*Kenelmi Digbæi Demonſtratio immortalitatis ani-
ıæ rationalis.* Pariſiis 1655. Novum hoc eſt
hiloſophiæ Syſtema, in quo Auctor Philoſophiæ
cholaſticæ pertæſus, (p. 338.) & Thoma Anglo
'aducho uſus, (p. 137.)

(1) Ex prima & ſimpliciſſima corporis notione,
:ilicet *quantitate*, & hinc orta rarefactione, &
ondenſatione, aliiſque qualitatibus, actionibus,
aſſionibus, compoſitionibus, diviſionibus, At-

tractionibus, pulſionibus, Sympathiis, Antipathiis, generationibus, propagationibus &c. colligit plantas, & bruta animalia corpora eſſe materialia, & incorruptibilia, cum omnes eorum actiones & operationes, ex ſola quantitativarum diſpoſitione & motu locali, explicari queant. (2) Ex prima & ſimpliciſſima notione ſpiritus, ſcilicet apprehenſione, & eam ſequente judicio, ratiocinatione, actione, motu itidem voluntario, elicit, ànimam eſſe immaterialem & immortalem. Opus Eclecticum, Ariſtotelicis, Gaſſendiſtis & Carteſianis oppoſitum, multis Paradoxologiis reſperſum, multiſque difficultatibus adhuc obnoxium, ſed acutum tamen, & ad naturam corporum ſpirituumque cognoſcendam vehementer accommodatum. Et eo majore admiratione dignum, quo minus Auctor hoc ſtudiorum genus ſecutus eſt, qui rem bellicam magis tractavit, quam literariam.

(1) *D. Joh. Phil. Treibers Kunſt aus der Vernunfft zu diſputiren. Vier Monahte.* Langenſaltza 1704. In his Dialogis mira eſt libertas & levitas, miræque præſtigiæ. Objectiones contra veritatem religionis Chriſtianæ graves; Reſponſiones ejusmodi, quales ſunt in Campanellæ Atheiſmo triumphante dicam an triumphato? h. e. leves, obtuſæ, futiles, nullæ; Auctori tamen magis quam lectori noxiæ. Qui in carcerem conjectus, & auctoritate publica à ſcribendo deterritus, vix Actum quartum huic fabulæ addere potuit, cum 32. animo jam concepiſſet. Nec in ſcriptorem tantum debacchata eſt hæc procella, ſed & in ſcriptum ipſum, quod lege ſever

:vera venundari eſt prohibitum. (2) *M. C.*
I. Bromels Unterſuchung der falſchgerühmten Kunſt
). *J. P: Treibers*, Jena 1705. ſine loco.
J. G. W - *Theologia Martyrum MSCta & inedita.*
)mnium Syſtematum Theologicorum hoc eſt
ταραδοξώτατον, à J. G. W - - adornatum,
c Joh. W. Peterſenio oppoſitum, cujus manu
c hic Codex MS. eidem à nobis olim commu-
icatus, ſubinde notatus eſt. Neque tamen
W - - eſt *primus* inventor hujus prodigioſi
egmatis; Sed F. M. ab Helmont, qui in *Seder*
)lam, *& Principiis Philoſophiæ antiquiſſimæ & re-*
entiſſimæ, idipſum *primus* excitavit, Cabaliſta-
um veſtigia ſecutus. A quo ita diverſus eſt hic
oſter, ut palma à pugno. Siquidem quod ille
:ontractius exponit & compreſſius, hic docuit
atius & explicatius, & teſtimoniis Patrum prio-
um IV. Seculorum ſtudioſe exornavit, ut ma-
ori cum pompa prodiret in publicum. Et in-
picienda ſunt omnino ejusmodi opuſcula; Sed
:a, prout Seneca Ep. 49. p. 355. Lyricos inſpi-
iendos eſſe ſcribit, & Dialecticos, ſcilicet ne
erba nobis dentur, & aliquid eſſe in iis magni
c ſecreti boni judicemus.
Raymundi de Sabunde Theologia naturalis. Ar-
ent. 1501. Ex variis hujus opuſculi Editioni-
us, quarum *quinque* recenſet Nicolaus Antonius
ı Bibl. Hiſpan. Veteri T. II. p. 141. & poſt eum
. A. Fabricius de Verit. Religionis Chriſtianæ
criptoribus c. XIX. p. 454. hæc longe eſt rariſ-
ma, nec huic, nec iſti viſa, vel memorata.
t, quod mireris, pleræque Editiones omnes ita
xaruerunt, vix jam ut appareant in Bibliopo-

 liis,

liis. De opere autem ipſo quodnam noſtrum ſi
judicium,alibi ſignificavimus.

Marci Meibomii Davidis Pſalmi Duodecim, *&
totidem Sacræ Scripturæ integra Capita. &c.* Amſte
lodami 1698. Marcus Meibomius Holſatus ori-
gine, Tönningæ natus, in Svecia & Dania ali-
quamdiu eſt commoratus; ſed Amſtelodami ta-
men maximam vitæ partem exegit, ibidemque
1711. affecta ætate diem ſuum obiit. Vir va-
riarum linguarum peritus, & in antiquitatibus ci-
vilibus ac literariis ita verſatus, ut pauci. Sed
φίλαυτος, & nimium ſibi tribuens, aliosque
omnes præ ſe deſpiciens, paradoxologiarum
etiam amans, & quam ſemel probaverat ſenten
tiam, mordicus defendens. Adde αἰσχροκερδίαν
& turpem avaritiæ notam, quam ſibimetipſ
inuſſit, dum inventa ſua Philologica, non niſ
immani pretio ſoluto cum eruditis communicar
voluit, quibus univerſam SS. turbatam hodie
& infinitis locis corruptam, in ordinem re
digi poſſe credidit; Liberales eſſe noſtras
quas profitemur, artes, & à ſellulariis toto cæ
lo diverſas, parum memor. Interim ut faciliu
invenirent emtores novæ merces, ſpecimin
quatuor in lucem emiſit, *Emendationum & Inter
pretationum ſuarum Biblicarum*, quæ Henricu
Wetſtenius uno faſce comprehenſa recudi feci
Amſtelodami 1698. f. atque ex hoc ungue Leo
nem; imo ex præfatione prima ad Lectorem fa
cile cognoſces,

Dignum quid tanto ferat hic promiſſor hiatu,
ſcilicet (1) Se 20. & amplius annos in Codic

Ebræ

Ebræo emendando conſumſiſſe ; & in eo ter mille amplius errores, qui ſententiam turbarint, ſuſtuliſſe. (2) Pleroſque omnes Sacros Libros conſtare metro. Atque hoc ſibi divinitus revelatum, ſuæque inventionis eſſe originem. (3) Hoc ipſum ultimis Prophetis, Haggæo, Esdræ, Nehemiæ, fuiſſe abſconditum, nedum τοῖς ὁ, aliisque ante & poſt C. N. (4) Pſalmorum librum omnium Librorum V. T. eſſe corruptiſſimum, in quo octingenta amplius loca reſtituerit. (5) Multa ex Ebræo codice excidiſſe, librariorum negligentia, quædam ſuperflue in eo ſcripta, Scholia etiam è margine nonnunquam in ipſum ſermonem ſacrum recepta. (6) τὸς ὁ, & Hieronymum, integriore interdum Codice uſos quam nos hodie. Et quæ ſunt alia hujus farinæ l. c. in ſpeciminibus dictis obvia, quibus SS. fœde proſtituitur, providentia divina proſcribitur, & *Atheiſmo* fores ac feneſtræ panduntur, & cuilibet Grammatico facultas datur Sacrum codicem corrumpendi pro ſuo arbitrio, & quidvis ex quovis faciendi, majore omnino audacia, quam Ludovicus Capellus ſibi ſumſit in Critica Sacra, qui ſenſum adhuc pudoris habet, quo noſter hic plane deſtituitur, utut Capello ſe longe anteferendum exiſtimet, qui ex conjectura tantummodo emendet SS. quam ipſe, regulis certiſſimis adjutus, à mendis inveteratis repurget, & integritati reſtituat.

Henrici Mori Opera Theologica. Londini 1675. *Ejusdem Opera Philoſophica.* Londini 1679. 3. Volumina. Qui, quod tantum in orbe literato habet nomen, multis literis, & iis quidem recon-

ditis, & exquiſitis, ſummoque ſtudio & diligentia eſt conſecutus. Addo etiam libertate. Qua ita uſus eſt, ut nec in Theologia quidem, nedum in philoſophia in ullius verba juraverit, Eclecticam Philoſophandi rationem profeſſus, & in religionis negotio viam mediam, inter Calviniſmum & Arminianiſmum ſecutus. (Opp. Theol. p. 413.) Philologus, Philoſophus, & Theologus eximius, & Anglorum quaſi Triſmegiſtus. Qui cum Atheorum, Enthuſiaſtarum, Ethnicorum, & Pontificiorum copiis feliciter acie conflixit. Pſeudo-Philoſophorum commenta nullo negotio disjecit. Religionique Chriſtianæ, & quæ viam parant ad eandem, veritatibus ratione perviis, ita fortem ac ſtrenuam navavit operam, ut immortalem gloriam promeruerit. Nec obſtant paucæ, quæ à quibusdam in eo notantur, maculæ. Dictio non ſatis aperta, cum impuritate & nimio novandi ſtudio. Oeconomia, quæ ſæpius egreditur à propoſito, & vagatur extra oleas. Ingenium in quibusdam nimis credulum, & in aliis liberum nimis & παραδοξόφιλον, & quæ ſunt alia hujus metalli. Si enim plura nitent in ſcriptore, non eſt, quod paucis offendamur maculis.

De Impoſturis religionum, breve Compendium MSCtum, Perrarum, ab E. S. P. è Bibliotheca J. F. Meyeri, quæ A. C. 1716. Berolini ſub haſta eſt vendita, 80. Imperialibus redemtum; ἀνέκδοτον etiam, & paucis viſum, ſed ea tamen ratione ſcriptum, ut incertus ſit animus, an plus impietatis in Auctore fuerit, an inſcitiæ? Sane ex abditis literarum fontibus plane nihil hauſit infelix

homo;

iomo; Ex lacunis autem eorum, qui primam par-
tem ſapientiæ eſſe putant, id vocare in dubium,
quod ratio, & conſcientia,& natura univerſa dicti-
tat, guſtavit tantum, ut, qui Bibliothecæ Meye-
rianæ condidit Catalogum, p. 719. conſtare,
ſcribat, *Eſſe hoc ipſum famoſum illud ſcriptum de
Tribus Impoſtoribus.* Quod rationi parum eſt
conſentaneum. Fabulam enim ſapit, quicquid
de ſacerrimo hoc ſcripto ab Eruditis adhuc me-
moriæ eſt proditum. Ac licet Auctor infandi
hujus ſchediaſmatis religionem Judaicam, Chri-
ſtianam, & Muhamedanam, impoſturæ nomine
ſuſpectam reddere allaboret, Ethnicis addictior,
quam aliis omnibus; Attamen Φϱάσις ejus non
eam præ ſe fert ætatem, qua dicterium illud, de
tribus Impoſtoribus, natum eſſe creditur. Hypo-
theſes etiam nonnullæ Hobbeſii Scholam & Phi-
loſophiam redolent. Et titulus ipſe ab eo, quod
de tribus impoſtoribus confectum putatur, di-
verſus eſt. Compendium de Impoſturis religio-
num dictum ab Auctore, cum potius Impoſtoris cu-
jusdam diſpendium temporis dicendum fuiſſet.
Usque adeo in eo vix mica ſalis.

In Quarto.

Poggii Florentini Opera. Argentinæ 1513. In
his operibus Poggii lucent præ cæteris ea,
quæ commentatus eſt Auctor de avaritia, nobi-
litate, miſeria, & Hieronymo Pragenſi; Ni-
greſcunt invectivæ in Philelphum, Vallam, alios-
que, & inprimis laſcivæ illæ facetiæ. Eloquen-
tia vivida, facilis, plana, & quæ intelligenti

non plus negotii faceſſat, quam legenti, ſed impuritatis non omnino expers. Naturæ ſatis, & ingenii, ſed artis & judicii non tantumdem. Diligentiæ multum; Siquidem Poggii beneficio Quintilianus, Columella, Asconius Pedianus, Silius Italicus, Valerius Flaccus, quædam etiam Ciceronis, & Lucretii, è tenebris in lucem protracta ſunt; (p. 147.) Sed pietatis parum.

Mr. le Comte de BOULAINVILLIERS ESSAI de METAPHYSIQUE dans les Principes de B. - - - de S. P. - - Opus MSCtum & ineditum. Auctor hujus operis A. C. 1722. d. 24. Jan. eſt mortuus, & præter Hiſtoriam MSCtam duarum ſtirpium Regum Galliæ, Vitas Patriarcharum, Biographiam Henrici IV. & Obſervationes in Aſtrologiam judiciariam; in qua præ cæteris excelluiſſe dicitur, hoc etiam reliquit opus ineditum adhuc, & ea ratione elucubratum, ut dubitare queas, an unquam fuerit ex Spinoſæ diſcipulis, qui Magiſtri Myſteria vel accuratius intellexerit, vel argutius explanarit. Siquidem Part. I. ita agit de hoc univerſo, ut unum tantummodo eſſe Ens neceſſarium contendat, quod Dei nomine venire ſoleat; Reliqua omnia Entis hujus eſſe modos ſolum, non Entia. Et Parte II. de Paſſionibus hominum ita diſſerit, ut eas omnes fieri Mechanice profiteatur, aliudque non habere principium, quam œconomiam corporis & animæ in homine mechanicam. Atque hæc omnia tradit dictione pura, facili, ſuavi, & illecebroſa, ordine etiam concinno, naturali, & ad indolem rerum accommodato; & argumentis tam ſpecioſis, ut facile fucum

ſucum Lectori facere valeat, qui vel Spinoſæ non cognitas habeat præſtigias, & πρῶτα ψεύδη, vel æra à lupinis non valeat diſcernere. Dignus iccirco Auctor, qui æternis tenebris ſepultus jaceat, aut, ſi exeat in lucem, Alcidem quendam habeat comitem, qui doceat, qua ratione hujus hydræ capita, commode ſuccidi queant & amputari.

B. D. S. Opera poſthuma. Amſtelod. 1677. In quibus velut cupreſſus inter viburna eminet *Ethica*, quæ ab Auctore ſermone Batavo primum conſcripta, poſtea ab eodem in LL. traducta, & Methodo Mathematica eſt diſpoſita, omiſſo tamen, quod in Exemplari Hollandico MSCto adhuc extare dicitur, capite de DIABOLO. Atque hic fœtus, dici non poteſt, quantam cladem & parenti ſuo intulerit, & amaſiis. Ille enim eidem procreando eſt immortuus. Hi autem inter medios amplexus & oſcula hujus Sirenis, intervenerunt interitum. Et majorem omnino ederet ſtragem, niſi obſtaret ſcripti raritas, & ſcriptoris ſubtilitas juxta & obſcuritas. Hinc enim fit, ut à paucis noſcatur, paucioribus legatur, & intelligatur à pauciſſimis.

(1) *Tractatus Theologico-Politicus.* Hamburgi 1670.

Exiit in lucem non dignus luce libellus;
Dignus, qui lucem perdat in igne, liber.

Cujus Auctor eſt B. Spinoſa, ut patet ex ejus Epiſtola 19. 20. 21. 22. 23. &c. Vir dignus, cui melior mens contigiſſet, ob judicii vim & præſtantiam, qua excelluit, ſed qua ita uſus eſt, ut phreneticus telo. Siquidem univerſam Re-

ligionem hoc ſcripto obtruncavit. Quod non Hamburgi primum apud Henricum Kunrath, ut mentitur Index, ſed Amſtelodami apud Chriſtophorum Conrad in lucem exiit, & ſtatim in Linguam Belgicam, & Gallicam translatum, & ſub variis titulis larvisque excuſum, velut Erinnys quædam circumvolitavit in orbe literario, & multas ferales clades excitavit, pluresque excitaſſet adhuc, niſi Viri doctiſſimi, Iſaacus Næcanus, Joh. Bredenburgius, Lambertus Velthuſius, P. Poiret, J. F. Buddeus, J. Melchior, C. Kortholt, &, qui omnibus fere palmam præripuit in hoc bello, Joh. Muſæus interceſſiſſent, & huic novo Polyphemo ademiſſent lucem. (2) *J. M. V. D. M. Cenſura Tractatus Theologico-Politici.* Ultrajecti 1671. Opuſculum non indoctum; Sed injucundum lectu, ob genus dicendi lutulentum, & incultum, & confragoſum, & ordinem rerum ita turbatum, ut ſubinde hiet, & interſiſtat, & quaſi laboret diſſertatio. Cujus Auctor eſt Joh. Melchior, apud Ubios eo tempore V. D. M. poſtea SS. Theologiæ D. & Superintendens Dillenburgenſis, &, quod omittendum non eſt, idipſum prodiit prima vice Francof. ad Mœnum 1671. recuſumque eſt eodem hoc anno Ultrajecti; Sed mutilum, & præfatione Auctoris truncatum, & mendis typographicis quam plurimis commaculatum. (3) *Renati des Cartes Principia Philoſophiæ.* Amſtelodami 1663. Collegium Philoſophicum hoc eſt, à B. Spinoſa habitum, quo, neſcio cui, Philoſophiæ Carteſianæ Fundamenta more Geometrico traditurus, nec ſua, nec Carteſii principia tradidit. Non ſua.

Hoc

Hoc enim diſerte ſcribit, qui has prælectiones Latinitate donavit, & præfationem præmiſit, Ludovicus Meyerus p. 5. Non Carteſii. Hunc enim mala Methodo ab ipſo corruptum judicat Joh. Melchior in Cenſura Tractatus Theologico-Politici pag. 4. Patet tamen ex Parte I. c. III. p. 103. eum jam iſthoc tempore id animo reconditum geſtaſſe *Atheismi* virus, quod poſtea in tr. Theologico-Politico, & operibus poſthumis, explicatius evomuit. (4) *Fabricii de la Baſſecour Defenſio Carteſiana.* Lugd. Bat. & Amſtelod. 1671.

Thomæ Hobbeſii Opera omnia. Carolopoli 1682. Hujus Auctoris multæ omnino & magnæ virtutes ſunt; Sed plura ſimul & majora vitia. Ingenium facile & copioſum. Plurimum ſtudii. Multarum rerum cognitio. Obſcurarum illuſtratio. Ignotarum detectio. Siquidem *primus* eſt, qui docuit, demonſtrationes Mathematicas etiam in moralibus habere locum. In aëre dari motum reſtitutionis. Senſionem omnem eſſe motum in ſentiente, à movente externo excitatum (vide Dialogum de natura Aëris p. 7. & p. 13.) Sane dignus, qui meliora vellet, qui, quod voluit, tam feliciter efficeret. Sed in Theologia corrupta ſunt pleraque, atque eo pernicioſiora, quo longius à SS. decretis defluunt. Velles eum ſuo ingenio ſcripſiſſe, alieno judicio. Nam ſi fidei non extitiſſet novator, hæreſium interpolator, fatalitatis præco, materiati Dei defenſor, inſanientis Sapientiæ ſtator, ſi Societatis Civilis Directorem non feciſſet conſcientiarum Dominum;

num; Conſenſu potius Eruditorum, quam novaturientium quorundam pica probaretur.

Johannis Bodini Colloquium Heptaplomeres, de rerum ſublimium Arcanis, MSCtum atque ineditum. In hoc Colloquio religiones ſeptem, Pontificia, Lutherana, Reformata, Ethnica, Naturalis, Muhamedana, & Judaica, ita inter ſe conferuntur, ut naturalis & Judaica triumphet, & reliquæ tanquam inferiores ſuccumbant. Siquidem Crypto-Judæus fuit Joh. Bodinus, matre Judæa natus. Atque hinc illa licentioſa, & nefaria, & blaſphema in Chriſtum, & religionem Chriſtianam dicta. Quæ tamen tanti non ſunt, ut Lectori cordato ſcrupulum injicere valeant. Quia (1) pleraque ab aliis jam ſunt occupata, fracta, & repreſſa. (2) Jejuna, & ruinoſa, & plus habentia temeritatis, quam ponderis. (3) Non ea ratione propoſita, ut facile in animos influere queant. Dictio enim eſt inculta. Methodus indigeſta, ſexcentis excurſionibus impedita. Et quæ ſunt alia hujus generis, quibus ita imminuitur fama hujus Colloquii, ut ſola ſuperſit raritas, & caritas, quibus ſe ſuſtentare poſſit. Siquidem à Regina Chriſtina olim 100. ducatorum pretio eſt redemtum. Et quia ἀνέκδοτον eſt adhuc, per ſe patet, non ita eſſe obvium, ut vel viſum à multis, vel videri queat.

(1) *Anonymi Hiſtorie der neugefundenen Völcker Sevarambes genant.* Sultzbach 1689. Opus anonymum, Anglice, Gallice, & tandem etiam Germanice editum, Iſaaco Voſſio à quibusdam, ab aliis Domino d'Allais, imo & G. G. Leibnitio à non-

à nonnullis adſcriptum, jucundum lectu, ad ideam reipublicæ, ſuis numeris abſolutæ, formandam accommodatum, egregiisque obſervationibus Ethicis, Politicis, & Phyſicis exornatum; Sed ſuſpectum, quod licentiam credendi, & tolerantiam Theologicam nimiopere commendet, (p. 246. 323.) Theologiam naturalem dari omnino neget, (p. 322.) Religionem à novitatis ſtudio, & contemplatione rerum ortam eſſe judicet, (l. c.) Miracula vel prorſus tollat, vel ſuſpecta faciat, (p. 256. 267. 277.) Quo nomine à quibusdam *Atheiſmi* poſtulatum, ſed ab aliis tamen vindicatum eſt. (2) *Daphnæi Arcuarii Betrachtung des H. Eheſtandes*, ſine loco 1679. De qua alibi. (3) *Roberti Barclaji Apologie der Chriſtlichen Gottes-Gelahrtheit.* ſine loco 1684. De qua alibi. (4) *Anonymi liebreicher Roſen-Geruch, oder Lebens-Lauff D. M. Lutheri.*

Franciſci Cuperi arcana Atheiſmi revelata. Roterdami 1676. In hoc opere fumos vendit Cuperus, & prodigioſam rerum magnarum ſpem oſtentat quidem ſatis arroganter; Verum nihil præſtat. Et ſane malum omen eſt, quod in præf. p. 1. & 10. gloriatur, & lauream quaſi in hoc muſtaceo quærit, quod ab ætatis initio inter Atheos fuerit verſatus, & educatus; Tum Libro primo Spinoſam ita refutat, ut appareat, aruſpici rem eſſe cum auruſpice, & mulum ſcabere mulum. Et tantum abeſt, ut Libro ſecundo Atheorum cauſam impugnet, ut potius eorum partes ſequatur, & *Atheiſmi* ſemina ſpargat, ſub ſpecie ea evellendi. Atque hinc illæ, quibus to-

totum opus turget, præſtigiæ, ſcilicet (1) Studio obfuſcat dictionem interdum, & tenebris ſe involvit, ut, quid dicere, vel non dicere voluerit, conſtet parum. (2) Reſponſiones ſuas cum Atheorum objectionibus ita miſcet, & confundit, ut multi laboris res ſit, ea accurate inter ſe diſcernere. (3) Argumenta Theologorum noſtratium ſuggillat, & in eorum locum alia levidenſia ſubſtituit. (4) Telis atheorum ferreis reſponſiones plumbeas & ſtramineas opponit. (5) Ipſe ſe iisdem vitiis coinquinat, quæ in Spinoſa reprehendit. (6) Data quavis occaſione Hobbeſianizat, Scepticizat, Spinozizat, & omnia veræ Theologiæ capita Paradoxologiis ſuis contaminat. Idque tum L. II. c. IX. & X. maxime, ubi impiam Theologiam ſuam Theticam & Ethicam Lectori exhibet ſpectandam, tum ſparſim in locis aliis, in quibus, quantum monſtri aluerit ſub pectore, non obſcure prodidit. Quam enim portentoſa ſunt, quæ docet

(1) *De Deo* L. II. c. VII. p. 205. Nihil eſſe, quod cogat credere, Deum eſſentiam habere infinitam, Item c. XI. p. 264. Non poſſe ſciri aliunde dari Deum, niſi ex traditione. Et L. II. c. VIII. p. 213. Omne ens eſſe extenſum. Et in præf. p. 12. Deum eſſe Ens, in loco & tempore exiſtens, extenſum.

(2) *De P. O.* Peccati originis Auctorem eſſe Deum. L. II. c. VII. p. 198.

(3) *De creatione*, Nihil niſi ex materia poſſe produci, L. II. c. VII. p. 198.

(4) *De reſurrectione mortuorum.* Animæ immortalitatem reſurrectioni Mortuorum, directe eſſe contrariam, L. II. c. XIII. p. 269.

(5) *De Angelis.* Eos ante mundum hunc cum alio univerſo eſſe creatos, L. II. c. VII. p. 204. & L. II. c. II. p. 180.

(6) *De vita æterna.* Falſum eſſe, nobis deſiderium vivendi æternum eſſe innatum, L. II. c. c. X. p. 151.

Julii Cæſaris Vanini Amphitheatrum æternæ providentiæ Divino - Magicum, Chriſtiano - Phyſicum, MSCtum. Hic Auctor *Atheiſmi* eſt ſuſpectus. Atque iccirco A. C. 1619. Toloſæ ignis ſupplicio multatus, cum vix annum 32. ætatis exceſſiſſet. Nec diffitemur, reperiri in hoc ejus Amphitheatro quædam non laudanda prorſus ſpectacula, hypotheſes inſolentiores, ſubtilitates inutiles, probationes frigidas, limitationes meticuloſas, Philoſophemata Scholaſtica; Sed accurata tamen, & quodammodo facta eſt Auctoris dictio, acumen præclarum, lectio non cottidiana. Et in providentia Dei explicanda, probanda, vindicanda, tantum ſtudium, ut, ſi præter hunc fœtum alia non fuerunt Atheiſmi indicia, parum abſit, quin, cum C. Thomaſio, G. Arnoldo, J. G. Oleariq, P. F. Arpio, & ſcriptorem & ſcriptum immerita damnatione affectum, pronunciemus. Perrarum interim hoc opus eſt in republ. literaria, & multorum ore quidem, ſed paucorum manibus tritum.

Mutiani de Bath de veræ Religionis Inventione & Forma, Libri Sex MSCti, & inediti. Auctor hujus operis eſt *Mutianus de Bath*, Eques Scotus, ni-

ſi perſonatus ſit Architectus, & fictum una cum honoris, & patriæ vocabulum. Andræopoli autem in Scotia A. C. 1686. typis Joh. Claſgo eſt editum, ſi vera ſunt, quæ leguntur in Epilogo. Hoc enim exemplum ibidem 1691. Francof. dicitur deſcriptum. Et exſtat in veſtibulo ejus Epiſtola Auctoris ad Reinerum de Leers, Typographum Roterodamenſem, in qua eidem poteſtas datur, hoc opuſculum typis exſcribendi. Quod an factum ſit, non novimus. Hoc novimus, nil quicquam de eo unquam in reipublicæ literariæ Annalibus memoriæ eſſe proditum, ſive ſcriptoris obſcuritas hujus rei cauſa fuerit, ſive ſcripti raritas, quod duabus partibus abſolvitur, κατασκευαστικῆ & ἀνασκευαστικῆ. Quarum *Prima* priores Libros quinque; Poſterior ultimum continet. Et in illa Auctor agit de Religione (1) in genere, docetque *Libro I.* vel, ſi mavis, docere connititur, quid ſit religio c. I. An ſit? c. II. An una? c. III. An inveniri queat? c. IV. An inventu ſit difficilis? c. V. An utilis? c. VI. Libro II. qua Methodo ſit quærenda c. I. Scilicet non beneficio ſenſus c. II. Nec Auctoritate humana, vel revelatione ſupernaturali, & divina, vel miraculis c. III. Sed rationis ope c. IV. Signaque Religionis veræ non eſſe miracula, aut Prophetiarum impletionem, aut conſtantiam Martyrum, aut durationem, ſed univerſalitatem, & conformitatem cum ratione, & præjudiciorum ac paſſionum adverſitatem c. V. Signa autem Religionis falſæ eſſe quatuor c. VI. (2) In ſpecie LIBRO III Falſam eſſe Religionem Ethnicorum c. I. Judæorum c. II. Chriſtianorum c. III.

. III. Muhammedanorum, c. IV. Sinenſium, c. V. ¡theorum opinionem, c. VI. Eſſe tamen in nundo aliquam religionem veram, c. VII. LIBRO V. Veram Religionem eſſe naturalem, c. I. ut- ote perfectam, c. II. Aptamque ad veram feli- itatem obtinendam, c. III. Docentemque vera e Deo, c. IV. Et ſpiritibus, c. V. Fide etiam, ſpe, & caritate, c. VI. Et de fine hominis, c. VII. .IBRO V. Vera etiam docere de concupiſcentia aturali, c. I. Libertate arbitrii, c. II. Peccato, gra- ia, juſtificatione, c. III. Summo bono, c. IV. Jaturali & ſupernaturali, c. V. Ordine officio- um, c. VI. Modo quærendi verum, c. VII. Et nethodo adhærendi Deo, c. VIII. At hæc eſt Deconomia partis primæ, quam diximus κατα- σκευαςικὴν; Quam ἀνασκευαςικὴ à tergo ſequitur, .IBRO VI. comprehenſa, in qua reſpondet Au- tor ad Quæſtionem 1. 2. 3. 4. 5. 6. Capite 1. . 3. 4. 5. 6. indicatque, qui omnium errorum in eligione ſint fontes c. VII. Quæ media religio- iem naturalem propagandi c. VIII. Atque hæc mnia perſequitur Auctor, quicunque etiam ille t, dictione latina, ſimplici, plana, perſpicua, quali, facili, & Theologiæ naturalis Profeſſo- em egregie condecorante: Attamen non ita ura, & limpida, ut non luteſcat interdum, & oces probatis Auctoribus vel ignotas, vel exo- as, inſperſas habeat. Methodus etiam non eſt nvenuſta, nec naturæ rerum infeliciter adaptata, itut LIBRI VI. ultima duo Capita cum antece- lentibus parum conſpirare videri queant. Res utem omnes anomalæ, Paradoxicæ, & pro- ligioſæ, & ita comparatæ, ut, quas Eduardus Her-

bertus aliique hujus commatis Naturaliſtæ, de hoc Argumento ſparſerunt, orthodoxa videri queant; ſi cum heterodoxiis Auctoris noſtri comparantur, qui, Carteſium ſecutus in Philoſophia condidit Syſtema nec Satis conſtans, nec ſcrupulis, in hac ſcena adornanda vel ſibi, vel Lectori ſubnatis, eximendis ſufficiens, & interdum oblitus ſui circuli falcem in alienam meſſem immittens, & Theologiam ſuam naturalem ex ſupernaturali, & principiis, homini ſibi relicto non notis, explicans, ut Libro V. c. I.

Concordia Rationis & Fidei MSCta: Auctor hujus infamis Libelli eſt Fridericus Wilhelmus Stoſſius, Sereniſſ. Elect. Brandenb. ab Epiſtolis cui erat Homonymus, atque hic ſuo jumento ſibimetipſi multa arceſſivit mala. A Theologis Berolinenſibus Atheiſmi reus factus, & ab Electore de ſparta demandata dejectus. Neque hoc temere, ſi quid in nobis eſt judicii. Tota enim hæc maſſa *Atheismi* fermento eſt infecta quod in Hiſtoria Atheiſmi docuimus, & Spinozæ, Hobbeſii, aliorumque Pſeudodoctorum funeſtis ſpumis ita coinquinata, ut ſcriptis minime ſalubribus annumerari omnino mereatur.

Religio Laici Eduardi Herberti MSCta & inedita Hoc opuſculum eſt *Breviarium*, vel ut latinius loquamur, *ſummarium* quoddam iſtius operis majoris Herbertiani, quod de *Religione Gentilium* inſcribitur, ἀνέκδοτον adhuc, & iccirco eruditis pleriſque inviſum juxta ac inauditum.

J. G. W. de Origine rerum humanarum ex Affectibus Zodiacus Caballiſticus MSCtus atque ineditus In hoc Zodiaco Auctor doctrinam de affectibus hu-

humanis, ſtilo facili & ſuavi, Methodo Mathematica, & more in Scholis Cabaliſtarum, & Spinoziſtarum recepto tradidit, eosque velut tempeſtates naturales Microcoſmi, & naturæ humanæ proprietates deſcripſit, ut occultas hominum voluntates, & rerum negotiorumque humanorum inde exiſtentium fontes, accuratius hoc modo ex iis cognoſci poſſe, & Philoſophos omnes, præter Stoicos, & Cabaliſtas, in Doctrina de homine erraſſe oſtenderet.

Antonii van Dale de Oraculis Vet. Ethnicorum Diſſertat. duæ. Amſtelodami 1700. In quarum *PRIMA*, Oracula Ethnica non diaboli fuiſſe technas; Sed meras Sacerdotum præſtigias; *ALTERA* autem, ea non Chriſti tempore defiiſſe; Sed usque ad Theodoſii M. ævum, ſive ſeculum IV. & ultra duraſſe, diſputat. Et hæc quidem ante ſe perſpexiſſe putat neminem, (p. 52.) neminem ſane publice defendiſſe. In quo oppido fallitur. *Prius* enim jam Thomas Hobbeſius contendit in Leviathan c. XII. p. 59. ut multos alios ex antiquis & recentioribus taceamus. Et *Poſterius* Thomas Brawnius in Pſeudodoxia Epidemica L. VII. c. XII. p. 907. & ante Brawnium, Caſparus Peucerus de divinationum generibus p. 153. (*b*) ut percuſſores plures, quam Sectatores habuiſſe videatur van Dalius. Qui mirum quantum laudatus à Fontanellio, & in Compendium miſſus, à pluribus vel deſertus eſt omnino, vel etiam exploſus inſuper, Balto, puta, Landgravio, aliis. Nec immerito. Concludit enim in prima diſſertatione à Particulari ad Univerſale. Et fallaciæ non cauſæ, ut cauſæ,

ſe facit ſubinde reum. Confundit ea, quæ fieri potuerunt, cum iis, quæ revera facta ſunt. Et quærit cauſam ſolitariam, ubi fuerunt ſociæ. Quaſi ſibi opponerentur Diabolus, & ejus ſocii & adminiſtri, & non ſubordinarentur ſibi. Multa etiam fingit ex ingenio, ut ſibi magis faveat facti ſpecies. Et loca Patrum vel adfert mutila vel perperam exponit, ut ἀβλεψίας, ignorantiæ, credulitatis, & neſcio quorum vitiorum inſimulare poſſit, qui talia ſcripſerunt. Quæ omnia cum ſatis proterva atque maligna ſunt, tum id eſt peſſimum, quod univerſa hæc ſcena ita videtur adornata, ut per jugulum Religionis Ethnicæ, Judaicæ ſimul & Chriſtianæ feriatur, & in his etiam fieri potuiſſe Lectori perſuadeatur, quod in illa factum eſt. Hæc enim unica cauſa eſt, quare in deſcriptione Sacrorum Gentilium, ſubinde etiam Judaicorum & Chriſtianorum occurrit mentio.

Ant. van Dale Diſſert. de Origine & Progreſſu Idololatriæ &c. Amſtelodami 1696. Qui in dedicatione p. 33. horrendas ſibi, circa doctrinam Dæmonum, & alia ad veram religionem ſpectantia, opiniones tribui, fatetur, ſed ex errore id fieri ſuſpicatur à quibusdam, ab aliis ex malignitate. Quod an verum ſit augurium, Lectori dabimus definiendum. Paradoxicæ ſane, & profanæ, & periculoſæ ſunt hypotheſes,

(1) Doctrinam omnem de malis Dæmonibus eſſe confictam, & ex Ethnicismo, & Chaldaiſmo in Judaiſmum, & inde in Chriſtianiſmum traductam (p. 177.)

(2

(2) Loca SS. ubi Dæmonum malorum occurrit mentio, ab Interpretibus non recte intellecta, nec accurate traducta, p. 94.

(3) Oracula Ethnicorum, & divinationes omnes fuiſſe Sacerdotum impoſturas, cum quibus Diabolus nihil habuerit commercii.

:t quæ ſunt alia hujus monetæ. Quibus ita tur;ent hæ pagellæ, ut id maximè egiſſe videatur ıuctor, ut doctrinam de Diabolo, qua tam ɔlendide uti ſolent Theologi, eſſe commentiam, legentibus perſuaderet, B. Beckeri, & J. Iarshami, ut videtur, veſtigia ſecutus. Nec ıeptus plane fuit ad hanc fabulam edendam, omo peringenioſus, multarum linguarum peitus, & literis quam plurimis præclare excultus & erpolitus. Sed ea ſagacitate tamen non prædiıs, ut vel occultare ſuas mendas, vel Lectori emere facultatem potuiſſet, eas non animadverendi. Subinde enim, ubi rerum teſtimonia deſunt, onjecturas ſuas ſubſtituit, fallaciasque non caue ut cauſæ committit, & à dicto ſecundum uid, concludit ad dictum ſimpliciter. Easque ılpas admittit omnes, quæ in ejus diſſertat. de raculis ſunt obviæ, quæ harum ſunt quaſi ediſſequæ.

Joh. Harduini Chronologia V. T. Pariſiis 1699. 'ir, cui plures dicam ſcripſerunt, Joh. Clericus, ıcobus Baſnagius, La Croze, C. D. Koch, Chriophorus Cellarius, alii. Et quis etiam ſine omacho lectitaret, quæ in hoc opere molitus eſt arduinus, exiſtimator magis metuendus, quam dmirandus Chronologus? Qui in indice teſtaır ſtatim, ſe ad vulgatam verſionem exegiſſe

 ſuam

ſuam ſupputandi rationem, quique in tractatione ipſa eo audaciæ procedit, ut SS. textum authenticum eſſe corruptum, & Auctores profanos omnes, præter Homerum, Herodotum, & Plinium, putet eſſe vel ſuppoſititios, vel miſere depravatos. Adde manifeſtum partium ſtudium. Et gravem δοκησισοφίας morbum. Et Paradoxorum ſtupendum cumulum. Quibus ita abundat Auctor, ut, quem ducem ſibi elegit in hoc itinere Marshamum, ipſum ſuperet Diſcipulus Magiſtrum. Interim non facile quis plus ſtudii, quam ille, ad hoc argumentum adhibuit, nec plus etiam εὐφυΐας, aut elegantioris doctrinæ, homo acutus ad excogitandum, & verbis ad rem enarrandam cum ſumma brevitate mirabiliter aptus.

Ejusdem Proluſio de nummis Herodiadum. Pariſiis 1693.

Joh. Marshami Canon Chronicus. Lipſ. 1676. Quem dubitamus fœcunditate ingenii, an gravitate judicii, an vaſtitate doctrinæ, an rerum varietate & copia, an delectu, clariorem exiſtimemus. Usque adeo excellit in omnibus. Origines rerum ſe tradere, non Pandectas, ſcribit p. 234. Et ſi quis alius, hic ſane in originibus rerum inveſtigandis eſt operoſus, in digerendis acutus, in conferendis cum aliis homogeneis & heterogeneis omnibus reliquis anteponendus. Ipſis Auctorum Claſſicorum verbis ubique uſus, & ita uſus, ut migraſſe, non irruiſſe in locum quemvis, & ſuffragia non dixiſſe rogati, ſed ſua ſponte obtuliſſe, videri queant. Quod artificium ita peculiare eſt eidem, ut ſoli fere competat. Et tantum de ejus laudibus. Quæ &

macu

naçulis nonnullis reſperſæ ſunt, ut ab homine
criptum hoc opus, non à Delphico quodam Ora-
:ulo, appareat. Quot enim in eo aliena, & ad
ſtentandam eruditionem tantum allata? (p. 161.)
Quot Paradoxa Theologica, Hiſtorica, Sacra,
'rofana, Thetica, Hermeneutica? (264. 73.
:48. 515. & in toto Seculo IX.) Quot ex aliis,
. g. Voſſio, Seldeno, Bocharto, &c. petita,
uppreſſis eorum nominibus? Quot à Wiſtio,
'erizonio, Ziroldo; aliisque atro carbone no-
ata? Tantæ molis eſt hominem exuere, & in
ontemplatione rerum abſtruſarum non fallere,
ibi, errare, decipi. Imo non delirare, &
nente captum eſſe. Quæ omnia, ut à Marshamo
on aliena eſſe judicamus; Sic aliis definiendum
elinquimus; An ejus παράδοξα ſint hujus com-
natis, cujus à Ziroldo Introd. in H. E. c. II. §.
4. p. 112. eſſe dicuntur, ut *Atheis* arma ſub-
niniſtrare queant, quibus Religionis Chriſtianæ
nunimenta poſſint evertere.

Joh. Spenceri de Legibus Ebræorum ritualibus & arum Rationibus Libri tres. Lipſ. 1705. Vir in-
enio præſtans, omnique doctrina, & literis
luribus illuſtrioribusque, egregie expolitus. In
uo Linguarum exoticarum non cottidianum ſtu-
ium. Stupenda ſcriptorum ſacrorum & pro-
anorum lectio. Facultas judicandi eximia.
Inde & illa non inepta nec putida dictio. Et
Iethodus, plusquam neceſſe erat, ſolicita. Tan-
us inſuper argumentorum apparatus, exceptio-
um cumulus, reſponſionum exercitus, tot anti-
uitatum viſcerationes, locorum SS. enodatio-
es, rerum obſcuriſſimarum illuſtrationes, &c,

quod primo loco dicendum erat, TANTUM LEGUM ECCLESIÆ JUDAICÆ RITUALIUM LUMEN. Quarum *rationes & Origines* nemo major niſu indagavit. Adderem etiam neminem feliciori ſucceſſu id præſtitiſſe, niſi rationibus graviſſimis prohiberer. Auctor enim L. I. & II. inveſtigat Legum Judaicarum ritualium *rationes* vel fines, & L. III. earum *Origines*. Sed ita inveſtigat, ut hic Ethnicizans, omnes Leges rituales è gentilium, & Ægyptiorum maxime diſciplina, arceſſat. *Illic* autem Judaizans, finem legum ritualium præcipuum, ſcilicet adumbrationem bonorum N. T. magna confidentia rejiciat typoſque omnes V. T. non exeſſe jubeat tantum è Sacro Codice; Sed eos etiam, qui has umbras defendunt, data quavis occaſione, deridendos propinet Lectoribus, (p. 277. 290. 368. 389. 1104.) Qua in re plus indulſit ſibi quam Joh. Marshamus. Cujus veſtigia ſtrenue alioquin ſecutus eſt. Atque hinc τὰ ξενίζοντα (ut Auctoris dictione utamur, p. 1234.) Paradoxa, inquam, Theologica & Hiſtorica, quibus ita abundat hoc opus, *ut, Pandectæ Paradoxorum de Rationibus & Originibus Legum Ebraicarum ritualium, appellari mereatur*. Eodem ſtigmate notatum à J. W. Ziroldo in Introd. in H. E. c. II. §. 44. p. 112. quo Marshami Canon & graviore omnino cenſura dignum. Siquidem ita eſt, quod Nic. Möllerus in Delineatione Politiæ Ebr. P. II. c. I. §. 4. pronunciat; Eum in hoc opere *Deum in Diaboli ſimiam transformare* Vel, quod J. C. Wichmannshauſen in Diſſert. de velis tabernaculi atque templi c. I. Sect. I. §. 1.

de

de eo facit judicium, Joh. Spencerum Virum in Sacris ubivis fere eſſe profanum.

P. Malebranche de inquirenda Veritate Libri Sex 1690. In cujus Operis cauſa

I. EFFICIENTE,

(1) *Laudamus*

(1) Ingenii Lumen & acumen. Meditationes profundas, ſingulares, & minime cottidianas, peritiam quoque in phyſicis, Ethicis, Mathematicis.

(2) παῤῥησίαν

(a) *Theologicam*, in taxando cultu ſuperſtitioſo creaturarum, & improbanda obſervatione traditionum humanarum, pietatiſque Phariſaicæ, & officiorum externorum, qua Ethica Chriſtiana evertatur, L. IV. c. XII. p. 298. ſeq. & commendando cultu interno, & adoratione, quæ fiat in ſpiritu & veritate, l. c.

(b) *Philoſophicam*, in erroribus quorumvis Philoſophorum detegendis, & Philoſophia Ariſtotelica præcipue & Scholaſtica ſugillanda. Nam licet Carteſianæ philoſophiæ primum ubique locum dederit, Principiiſque ejus, & Methodo, univerſum hoc opus ſuperſtruxerit; In verba tamen ejus non ita juravit, ut ab ejus decretis diſcedere nefas eſſe exiſtimaverit.

(2) *Vituperamus*

(1) Pruritum novandi Philoſophiam & Theologiam, & Principia ejusmodi ſtabiliendi, quæ Lectorem non poſſunt non deducere ad Spinoziſmum.

ziſmum. (2) Nimiam erga hunc novum ſuum fœtum στοργὴν, & libidinem illum lambendi, formandi, reformandi, defendendi, vindicandi, & arte peculiari conſequentias, ex ſuis principiis fluentes, à ſemet avertendi. (3) Faſtidium erga Hiſtoriam, Geographiam, Chronologiam, Antiquariam, Criticam, Philologiam, Aſtronomiam, Anatomiam, quod ubique data occaſione prodit. (4) Studium Viros in ſuis artibus celeberrimos reprehendendi, v.g. Hevelium L.IV. c.VII. p. 275. Bochartum, l. c. p. 273. Savilium L. II. P. II. c. VII. p. 134. Tertullianum, L. II. P. III. c. III. p. 156. Senecam, L. II. P. III. c. IV. p. 158. Michaëlem de Montaigne, L. II. P. III. c. V. p. 165. Ariſtotelem paſſim, & Voëtium, L. IV. c. VI. p. 269. quod & ipſe ejus interpres in præfat. improbat. (5) Imaginationis contagioſæ vim, qua ipſemet, velut œſtro, perculſus fuit, utut eandem, L. II. P. III. in aliis redarguat. (6) Meditandi rationem nimis abſtractam & Metaphyſicam. (7) Oeſtrum comparandi ſibi famam, & condendi novam in Philoſophia Sectam *Meditabundorum.*

II. MATERIALI.

(1) *Laudamus,*

(1) Quod errores vulgatos quam plurimos detexerit. (2) Quod L. I. de Senſibus & L. III. de Imaginatione egregia quædam tradiderit. Conf. P. Poiretum de Oeconom. divina, L. I. c. XXXII. p. 323.

(2) *Vi-*

(2) *Vituperamus*

Dogmata quædam oppido falſa, monſtroſa, Chimerica, & conſequentiis ejusmodi laborantia, quæ ad impietatem, & *Atheiſmum*, & ipſam damnationem ducunt. v. g. (1) Deum eſſe ſimplicem, & eſſe omnia, creaturas vero eſſe nihil. (2) Omnia, quæ à nobis videntur extenſa & figurata, eſſe ſubſtantiam Dei, quatenus creaturas repræſentat. (3) Mundum eſſe inviſibilem, Deum vero à nobis videri. (4) Ideas ſenſuum ac figurarum, certe quas videmus, eſſe ſubſtantiam Dei, figurarum forma inductam. (5) Deum eſſe, qui in anima hominis ſingulos actus, ideas, deſiderium, acquieſcentiam &c. producat. (6) Deum eſſe, qui omnia operetur, tanquam vera cauſa, nec ulli ſuam potentiam communicet, quique res tantummodo conſtituat tanquam *cauſas occaſionales*, ad voluntatem ſuam exequendam. (7) Spiritus omnes, ipſos etiam Dæmonas, beatitudinem ſummique boni poſſeſſionem totis optare votis, idque exoptare indiſcriminatim, ſine ulla deliberatione, ſine libertate, & ex naturæ neceſſitate. (8) Superbos eſſe, qui ſibi ideas, quibus ad præſentiam objectorum, aut pro deſideriis variis, & curioſitate ſua natis, colluſtrantur, in ſemetipſis formare videntur. (9) Modificationes animæ nullatenus eſſentialiter repræſentativas eſſe poſſe, alias animam ſibimetibſi lumen fore. (10) Voluptates ſenſuum mentem actu felicem reddere. (11) Natura nullam dari certitudinem firmam, atque invincibilem exiſtentiæ corporum, ac naturaliter ſciri non poſſe, utrum, quæ à nobis ſentiuntur,

tur, phantaſmata quædam ſint ac ſomnia, an vero ſubſtantiæ Dei extenſionem repræſentantes. (12) Ideas ſenſibiles, veluti figurarum, & extenſionis, neceſſario eſſe à Deo, eas eſſe ſubſtantiam Dei, ſubjectum, quod à nobis tanquam ſub iis ſubſiſtens videtur, eſſe ipſum Deum, eas ab ipſo Deo in nobis immediate excitari &c. (13) Naturam agentem, qua talem, eſſe merum nihil. (14) Ideas ſenſibiles, & craſſiores, & quæ res corporales intuentibus occurrunt, eſſe Deum corporalem, figuris repræſentatum. (15) Dari extenſionem intelligibilem.

III. FORMALI.

(1) *Laudamus*

(1) Stili rotunditatem, vivacitatem, elegantiam, & ἐνέργειαν, in Gallico exemplari cumprimis, (in verſione enim Latina hæc omnia non ita expreſſa ſunt, nec exprimi potuerunt, ob Linguæ differentiam, quæ Veneres Gallicas non admittit) nec nova faſtidimus vocabula, & loquendi modos, hinc inde obvios, cum in novo Syſtemate novæ phraſes æque fuerint neceſſariæ, ac novæ ideæ. (2) Quod Lectorem multis allegationibus non laſſaverit, ſed ex antiquis fere ſolum Auguſtinum laudaverit, ex recentioribus Carteſium.

(2) *Vituperamus*,

(1) Quod dogmata ita ſeſamo ac papavere conſperſerit, & copioſiſſimis orationum floſculis, tantum non ſepeliverit, aptaque reddiderit, ad Lectores illecebris faſcinandos. (2) Quod

rem

rem eandem ſæpius repetiverit, & aliena multa miſcuerit, & quædam interdum attulerit non ſuo loco. Nonnulla etiam ambigua, obſcura, ἀκατάληπτα, mutila, manca, & aperte contradictoria. Qualia ſunt, quæ habet de extenſione intelligibili, & ſubſtantia divina creaturas repræſentante. (3) Quod plura deſtruxerit in Philoſophia, quam ædificaverit, opusque ſuum inſcripſerit *de inquirenda veritate*, quod potius inſcribendum fuiſſet, *de vitandis erroribus*, cum à potiori ſumenda ſit denominatio. (4) Quod non laudaverit eos, per quos profecit, v. g. Baconem de Verulamio, ex cujus Novo organo ſexcenta accepit mutuo, utut ejus ſemel tantum, L. II. P. II. c. II. p. 116. injecerit mentionem. (5) Quod Phœnomena omnia naturæ à voluntate Dei derivaverit. Conſtans enim per omnem Hiſtoriam ſtudii naturalis eſt obſervatio, quod, quam diu effectuum naturalium cauſæ fuerint ignoratæ, tamdiu ignorantiæ aſylum in Spiritibus conſtituerint, ſtudio rerum naturalium dediti, ut præclare obſervat. Chriſt. Wolfius in prælect. c. VI. §. 40. p. 187. Et hæc hypotheſis Malebranchiana perpetua ſupponit miracula, ut notat G. G. Leibnitius in Harmon. Præſtab. Act. Erudit. 1705. p. 553.

IV. FINALI.

(1) *Laudamus*,

(1) Quod Deum ubique agnoſcendum, honorandum, & amandum docuerit. (2) Quod ea mente ſcripſerit, ut homines debilitatis, & igno-

ignorantiæ ſuæ convinceret, atque ipſos doceret, quantopere errori & peccato omnes ſint obnoxii, L. IV. c. ult. p. 309.

(2) *Vituperamus,*

(1) Quod famam ſuam ruinis aliorum inædificare annilus ſit, id quod ipſe in Voëtio reprehendit, L. IV. c. VI. p. 269. Quod ab omnibus cogitationibus vulgaribus eo potiſſimum animo receſſerit, ut ingenii rari & extraordinarii famam conſequeretur. Quod itidem in aliis vituperat, L. IV. c. VIII. p. 274. In quo capite ſui ipſius imaginem non ſemel deſcribit.

Demonſtrationis Allegoriæ Hiſtoricæ V. & N. T. & revelationis SS. Triados Pars I. & II. Groningæ 1690. Cujus Architectus putatur Hermannus Deuſingius J. U. D. in Batavia. Cui divinationi nec demimus, nec addimus fidem. Hoc dicimus. Auctorem & famæ & nomini optime conſuluiſſe. quod nomen omiſerit. Edicto enim publico Procerum Gröninganorum hoc opuſculum eſt prohibitum. Nec injuſte, ſi quid judicamus; Scripturam Sacram univerſam utriusque fœderis eſſe allegoricam, Hiſtorias V. & N. T. illuſtrare naturam, & præfigurare fata Eccleſiæ, V. T. adumbrare Novum, Novum, œconomiam regni divini in mundo. SS. Trinitatem eſſe Allegoriæ Sacræ fundamentum. Nulla dari in SS. Myſteria rationi humanæ inacceſſa, vel incomprehenſibilia. Et quæ ſunt alia hujus metalli axiomata. quæ magno apparatu in eo defenduntur. Et quod præcipuum eſt, Mundus diſerte Dei corpus, & Deus Mundi anima dicitur, L. I. §. 39 p. 30.

p. 30. Quod æque pandit viam ad Spinoziſmum, ac Allegoromania ad Libertiniſmum, Pyrrhoniſmum, Phantaſiaſmum.

Johannis Stelleri J. U. D. Pilatus Defenſus. Lipſ. 1676. In hoc Libello contendit Auctor, Pilatum in cauſa Chriſti nihil admiſiſſe ab officio juſti judicis alienum, (1) Ob Judæorum αὐτονομίαν. (2) Conſuetudinem, (3) nudam decreti executionem. Quo nomine jure notatus eſt à Daniele Maphanaſo Mulchentinenſe ſ. Daniele Hartnaccio; Sed ita, ut & ipſe poſtea à Chriſt. Thomaſio in Diſſert. præliminari ſæpiuſcule notatus fuerit. An vero hoc ipſo commeruerit Scriptor in *Atheorum*, & Scriptum ipſum in prohibitorum numerum referri; Quod factum eſſe à quibusdam novimus, equidem negare, quam affirmare malimus; Cum controverſia juridica ſit potius, quam Theologica; Et Chriſtum injuſte damnatum non inficiatus ſit Stellerus, ſed à Pilato tantummodo injuſte damnatum nolit concedere.

Guilielmi Poſtelli Cosmographicæ Diſciplinæ Compendium. Baſileæ 1561. Editio hæc eſt rariſſima hujus opuſculi. In quo multa incerta, obſcura, παράδοξα, v. g. de Magis ex Oriente, quod fuerint Judæi Tarſenſes, p. 31. & 66. Item, Chriſtum ſolius rationis illuminandæ cauſa veniſſe in hunc mundum, in præfat. p. 7. Verum & multa præclara & obſervatu digna, v. g. de primo N. T. Syriaci adventu in Europa, (in præfat.) Item de jure Iſraelitarum in terram Canaam, & Oraculo divino de eodem, Gen. IX. 27. legendo, cujus

cujus verſiculi hic Libellus eſt quaſi Commentarius.

L'Antiquité des tems retablie & defendüe. Pariſiis 1687. Auctor eſt Yvo Paulus Pezronius, ex ſtrictiore obſervantia, Ordinis Ciſtercienſis, Doctor Pariſienſis, Vir præclara eruditione ornatus; Sed novitatis amans, & inſtabilis, & ventis omnibus obnoxius; Cujus poſteriora ſcripta meliora ſunt prioribus, & hoc inprimis, quod, *Antiquitas temporis reſtituta*, inſcriptum eſt, cum, *Antiquitas temporum deſtituta*, potius inſcribendum fuiſſet, eſt peſſimæ notæ; uſque adeo rerum novarum ſtudioſus eſt in eo Auctor. Vetus Teſtamentum miſere à Judæis eſſe corruptum tradit. Quindecim Secula è chronologia ejecta. Verſionem τῶν ὁ Auctoritatem claſſicam habuiſſe olim; Et quæ ſunt alia hujus farinæ παράδοξα, refutata à Lequienio (Acta Erudit. 1691. p. 162.) Martianæo (l.c.) Perizonio in Antiqu. Ægyptiacis c. X. p. 134. ſeq. Irreligioſitatis accuſata à V. E. Löſchero in Theol. Exegetica P. I. c. III. §. 7. p. 60. Et graviore forte cenſura caſtigata, niſi Auctor à ſententia ſua deſciviſſet, & ipſe hoc ſuum Syſtema Chronologicum deſtruxiſſet. (Löſcher l. c. p. 72.)

(1) *J. G. Wachteri Origines Juris Naturalis.* Berolini 1704. Scilicet in *Origines* Juris inquirit Auctor potiſſimum, non in Jus ipſum, & de Jure naturæ *humanæ*, tantum eſt ſolicitus, non de jure naturæ in genere, quod *intentatum* adhuc tam late patet quam ipſa natura, & cujus Jus naturæ humanæ ſolummodo quædam eſt particula

ula. Deguſtandus omnino ob novitatem mehodi, principiorum, rerum; ſed circumſpecte eguſtandus, ut Nilus à canibus, ob Spinoſum p. 1.13.17.) Philoſophandi genus, & paradoicum, (p. 31.) & ſubobſcurum. (p. 28. 30.) Cui morbo poſtremo medelam parare poteris, Auctoris Zodiacum Cabaliſticum MSCtum cum oc opuſculo conferre licuerit. (2) *M.D.H. Kemerichii Vitioſus Heautontimorumenos.* Halæ 1705. 3) *N.H.Gundlingii ſtatus naturalis Hobbeſii.* Hal. 1706. *Iſaaci Peyrerii Epiſtola, qua exponit Rationes, propter quas ejuraverit Sectam Calvini, & Librum de Præ-Adamitis.* Francof. 1658. Rationes, propter quas Iſaacus Peyrerius ſe Calvini Sectam ejuraſſe cribit, ſunt admodum frigidæ. Et argumenta, uibus motum ſe ait, repudiare ſuam de Præ-Adamitis hypotheſin, ſunt ita comparata, ut, ſi um iis componantur, quibus inductum ſe eſſe efert eandem adoptare, ſtatim evaneſcant. tenim *adoptaſſe* ſe eam ait, quod cum ſana raione, & SS. & Hiſtoria Sacra, & profana, amiius conſpirare crederet. *Repudiaſſe* autem, quod anctorum Patrum, & Conciliorum, & Eccleiæ catholicæ Auctoritati contrariam animadvereret. Quod ultimum quam levidenſe ſit, præ hoc primo, nemo non perſpicit. Interim in retio habenda eſt Epiſtola, quia rara eſt & criptoris, ſcriptique Hiſtoriam quandam comrehendit. (2) *Moſis Germani Send-Schreiben, ubliciret von Frid. Chriſt. Büchern.* Dantzig 1699. n hac Epiſtola eadem chorda oberrat Moſes Germanus, qua poſtea oberravit, in Schedis d J. G. Wachterum datis, & in ejus Mundo

Deificato, *vergötterter Welt*, adhuc obviis, ſcil cet, *Scepticizat*, *Spinozizat*. *Atheizat*. (3) *Zephyrini de Pace Send-Schreiben an Chriſtianum Anonymum*, *h. e.* *J. P. Odelem*. 1718.

Samuelis Parkeri Cogitationes de Deo & Providenti divina. Oxonii 1704. In hoc Auctore tantum e ſanguinis & nervorum, ut nemo, ante & po eum, majore ſucceſſu hoc argumentum tractave rit; ſane nemo exiſtentiam ſupremi Numinis ex cellentiore apparatu ſtatuminavit. Nemo Phi loſophos dogmaticos, falſo Atheiſmi ſuſpectos fortius vindicavit, vereque ſuſpectos acerbius exa gitavit. Nemo Scepticos & Academicos magis a incitas redegit. Nemo Epicuri præ cæteris Hobbii, & Vanini, & Carteſii circulos mag turbavit, & confudit. Dignus ſcriptor, qui i plures Linguas transferatur, & ab iis etiam le gatur, qui Latina neſciunt. Laudatusque ſu jure à Viro laudato Henrico Moro in præfa Generaliſſima Opp. Philoſoph. p. 17. n. 19. Edi Londinenſis 1679.

Petri Poiret Cogitationum rationalium de De Anima, & Malo, Libri IV. Amſtelod. 1685. Sc licet ex Epiſtola Gallica, ab Auctore novis a ceſſionibus locupletata, tandem juſtum emer Opus, Amſtelodami 1677. apud Elzevirios e cuſum, & poſtea ibid. 1685. duplo auctius r cuſum. Et tandem 1715. quarta vice ſub pr lum ire juſſum addita duplici diſſert. (de dup ci diſcendi Methodo, emendationis, & curioſit tis, & ſimulato Bælii contra Spinozam certan ne) in quo multa præclara, ſingularia, profu

d

a, ſolida, luculenta, neceſſaria, & ad diſturandas periculoſas, Malebranchii, & Spinozæ nachinas exquiſite facientia; ſed & multa noaturientia, nimiumque ſubtilia, & Paradoxa, x ſubobſcura, tum ob dialectum peculiarem, ua uſus eſt Auctor, tum ob conatum arduum, uo ideas Philoſophiæ Carteſianæ, cum ideis 'heologiæ Myſticæ conjungere anniſus eſt.

Jacobi Abbadie Tractat von der Wahrheit und Gewiſsheit der Chriſtlichen Religion. Zelle und Leipzig 1721. Hic tractatus Gallice ab Auctoe conſcriptus, & Roterodami primum editus 684. 2. Voll. in 8vo, poſtea ſexies eodem idionate recuſus, in Linguam Anglicam, & Germaicam translatus, notisque non contemnendis nſtructus, à Poireto, Bælio, Buſſy, Fabricio, liisque dignis laudibus exornatus, eo nunc loco c numero habetur, ut ſuperior nullus, pauci ares exiſtimentur.

(1) *Joh. Raji Gloria Dei.* Goslar 1718. Ex nglico Sermone in Germ. translata, & obſerationibus illuſtrata à Caſpare Calvörio. Et ajus quidem compreſſione rerum brevis eſt, & am ob cauſam interdum ſubobſcurus, fluctuat tiam nonnunquam, & à via communi diſcedit, c ſibimetipſi contradicit; Sed egregie tamen ıbtilis eſt ſcriptor, & doctus, & elegans. Qui e rerum naturalium conſtitutione & finibus ita ommentatus eſt, ut antecedentium nomina bſcurarit, & dignum judicatum ſit hoc opus, uod ex Anglico ſermone in Gallicum, & Geranicum transferretur, & intra paucorum anorum ſpatium ſexies in Anglia excuderetur.

Nec nullius commatis ſunt obſervationes, quibu
ceu ſtellulis, Calvörius hanc verſionem diſtinxi
quibusque Auctoris ſententiam explicavit, co
roboravit, auxit, interdum etiam confutavi
& in ordinem redegit. Vir acerbior paulo i
Mechaniſmo convellendo; ſed gravis tamen,
argutus, & varia rerum ſcientia ita exornatu
ut dubitari queat, utrum Philologia, an Theolo
gia, & Philoſophia magis abundarit? (2) *Gi
berti Burneti & Rob. Parſonii de Comite Roſſta Sch
diaſmata.* De quibus judicamus alibi. (3) *S
muel Clarck demonſtratio exiſtentiæ & attributoru
Dei.* In qua vis, & gravitas, & non vulgat
ſubtilitatis genus habet laudem. Unde & op
Anglice, Gallice, Belgice, & Latine prodiit
Et Auctor à Bullkelejo primum, tum etiam
Collino laceſſitus, ſuam de *Libertate & Neceſ
tate* mentem latius explicuit, & vindicavit da
Recueil des diverſes pieces ſur la philoſoph
Tom. I. p. 219. 395. 351. ſeq. adde l. c. præfa
p. 7. 8. ſeq. Sed jucunditate tamen, & perſp
cuitate deficitur, & ſpeculationibus Scholaſt
cis in quibusdam nimium indulſiſſe videtu
Poſtponendus in eo J. Rajo, qui argument
Phyſicis ad demonſtrandam Dei exiſtentiam
providentiam uſus eſt, quæ & captui, & aſſenſi
ni vulgari magis accommodata ſunt. (4) *Caſp
ris Calvörii Metron mentis univerſale, cum excerp
quibusdam ex Boëtio & Salviano.*

Cornelii Hazart Triumph der wahren Kirche
Cölln 1697. Ecce triumphum ante victoria
Neque enim iis ſubſidiis inſtructus eſt Auctor, q
bus opus eſt ad tantum, quod ſibi impoſuit, n

g

gotium conficiendum; erubeſcendis quibusdam
rroribus in Hiſtoria, Philologia, & Philoſophia
ommaculatus. Atque hinc nec veritatem reli-
ionis Pontificiæ rite vindicare, nec eos, qui eam
ocant in dubium, ita profligare potuit, ut

Haſta projecta teneantur cedere campis.

(1) *Nicolai Machiavelli Princeps.* Helmſt. 1660
lic N. Machiavelli Princeps Italice primum eſt
criptus, & 1515. editus. Sed in LL. tradu-
tus poſtea à Sylveſtro Telio Fulginate, non
ieleganter quidem, aſt parum fideliter. Unde
lermannus Conringius verſionem hanc caſtiga-
it, & 1660. in lucem prodire juſſit, præmiſ-
ı ſimul pro Machiavello præfatione Apologeti-
a, cui editioni 1661. ejus animadverſiones po-
ticæ ſunt ſuperadditæ, in quibus ea tantum ad
apidem Lydium exigit, quæ cum principiis
oliticis non ſatis conveniunt; Non autem ea,
uæ ab Ethicorum & Theologorum canone de-
ectunt. Quorum tantus eſt numerus, tantaque
trocitas, ut ab Innocentio Gentiletto in Anti-
lachiavello p. 130. & 159. Atheorum Catalo-
o ſit inſertus, cujus veſtigia plures alii poſtea
ecuti ſunt, quos alibi enumeravimus. Sed mi-
us tamen de eo ferendum eſſe judicium exiſti-
iat Conringius, & poſt eum alii, qui, exiſtentiam
ei & providentiam, referunt, nusquam ab eo
iſerte eſſe debellatam, vel negatam, iniqua
arcius laudata, impia & Theologiæ infeſta per-
auca allata, & ea, quibus tam graviter nonnulli
ccenſent, jam pridem ab aliis eadem libertate
ſſe prodita. Docere eum artis Tyrannicæ præ-
epta; Sed non probare, imo in locis quibus-

 dam

dam non obſcure oſtendere, ſe alieno à dominatu Tyrannico eſſe animo, & popularis potius ſtatus ſtudioſum. (2) *Joh. Eiſenhart de Statu Reipublicæ recto & corrupto.* Helmſt. 1682. (3) *Herm. Conringius de Ortu & Mutationibus Regnorum.* Helmſt. 1658. (4) *Ejusd. de Moribus a*[c] *Mutationibus Oligarchiarum.* Helmſt. 1661. (5) *Idem de Legatis.* Helmſt. 1660. (6) *Ejusdem Diſputatio politica de Fœderibus.* Helmſtadii 1659 (7) *Johannis Eichelii Diſputatio juridica de Pactis* Helmſt. 1656.

(1) *Guil. Beveregii Codex Canonum Eccleſiæ Primitivæ vindicatus.* Amſtelod. 1697. Quarum vindiciarum hæc eſt ratio. Ediderat Beveregiu[s] Pandectas Canonum Londini 1672. f. Atqu[e] in iis Canones Apoſtolicos non quidem Seculo à Clemente Romano; Verum nec Sec. V. de[ci]mum conditos eſſe edixerat (quorum prius Fran[]ciſci Turriani, poſterius Joh. Dallæi Turrian[o]-Maſtigis erat decretum.) Sed vel Sec. II. exeun[]te, vel Sec. III. ineunte à Clemente Alexandrin[o]. Quod cum parum probaret Matthæus Larroqua[]nus, Joh. Dallæi ſententiæ addictus, A.C. 1674 Annotationes publicavit in Canones Apoſtolico[s], ſed ἀνονύμως. Atque huic oppoſuit Beveregiu[s] has vindicias, exquiſitas omnino, & varias, [&] oleum ac lucernam olentes. In quibus ea, qu[æ] de Clemente Alexandrino dixerat, problemat[i]ce tantum dixiſſe ſcribit, non eo animo, atqu[e] ſi hanc ſuam ſententiam, velut de tripode dictan[s] orbi erudito velit obtrudere; Auctor tamen e[ſt] Th. Ittigius in Appendice de hæreſiarchis c. X §. 15. p. 172. hanc Beveregii conjecturam V[]

ſis quibusdam eruditiſſimis non pœnitendam videri. (2) *Phil. à Limborch de Veritate Relig. Chriſt. cum Judæo amica collatio.* Goudæ 1678. In qua à Parte

(*a*) *Utraque* , Modeſtia , cum fœcunditate ingenii , & acumine judicii , & excellenti apparatu eruditionis conjuncta.

(*b*) *Alterutra.*

(*a*) *Judæi*(ſcilicet Iſaaci Crobii Pſeudo-Chriſtiani initio , ut ipſe p. 122. non obſcure indicat , qui poſtea in Bataviam conceſſit, ibidemque Judaiſmum publice profeſſus eſt) mirum Sectæ ſuæ & diſciplinæ ſtudium , quod *Velum Moſis* noſtrates appellare ſolent , occultumque in Chriſtianos odium , cum obſcuritate , & barbarie verborum , & Rabbinis uſitata ἀμεθοδία rerum.

(*b*) *Limborchii* Arminianiſmi contagium, & veritatum quarundam proditio , in religionis orthodoxæ præjudicium.

(3) *Urielis Acoſtæ Exemplar humanæ vitæ.* In quo religio omnis una cum Judaica obſcuratur , & tantum non extinguitur.

Joh. Mülleri Atheismus devictus. Francf. 1685. In hoc opere naturalis quædam gravitas ineſt, & auctoritas non affectata , ut teſtimonium non cauſam dicere putes Auctorem , ſi pro religione contra Atheos verba facit ; Sed SS. Decretis tantum contra eos bellum gerit , qui SS. Divinitatem non admittunt ; Res geſtas complures narrat , quæ vel ambiguæ ſunt adhuc , vel oppido falſæ (ut p. 52. 123. 281. &c.) de Scriptis

quibusdam & Scriptoribus judicat ex aliorum fide. Res easdem ſæpius repetit; & cramben bis terve coctam Lectoribus comedendam apponit. Quod ſenectutis fortaſſe fuit vitium. Siquidem annum jam agebat 74. cum hæc ſcriberet, & aliquot tantummodo menſibus huic monumento ſuo ſupervixit.

(1) *Merici Caſauboni Comment. de Enthuſiasmo.* Gryphiswaldiæ 1708. Qui παραδοξώτερος in quibusdam, & cum grano ſalis legendus. Quippe rationi & naturæ viribus interdum plus æquo videtur tribuere (p. 48. 90. 111.) Sed optimus tamen in hoc argumento, & aliis omnibus anteferendus; in quo & ſcripta occurrunt perrara, & Eclogæ rariores, & Meditationes longe rariſſimæ, ut dolendum omnino ſit, ea, quæ ab Auctore nominantur ἀνέκδοτα p. 79. 122. 123. lucem non vidiſſe, & ipſum hoc opuſculum non aptiorem habuiſſe interpretem. Totum interim ab H. J. Gerdeſio, in ſchediaſmate de Enthuſiaſmo, exſcriptum eſt. (2) *Joh. Muſæi Spinoziſmus.* Wittebergæ 1708. Laudatur à Fullero, Theod. Securo, & aliis, quorum Edicta collegit Colerus in vita Spinozæ p. 141. ſeq. Nec immerito. Plurimum enim habet ſanguinis & nervorum. Nec perſpicuitate minus excellit quam ordine, acumine, gravitate, moderatione. Sane in omnibus, qui Tr. Spinozæ Theologico Politicum impugnarunt, Muſæus eſt eminentiſſimus, ab ipſo Spinoza lectus, in cujus ſchedis poſthumis hoc opuſculum repertum eſſe ſcribit Colerus l. c. p. 142. (3) *Joh. Muſæi Examen Cherburianiſmi.* Witteb. 1708. Auctor doctus

ſub

ubtilis, modeſtus, in dicendo & diſputando, uilibet eorum, qui contra Herbertum de Chernury ſcripſerunt, comparandus, pleriſque etiam nteferendus.

(1) *Joh. Micrælii Ethnophronius.* Stetini 1647. I. e. Colloquium Heptaplomeres de anima, Deo, & notis veræ religionis Characteriſticis, in quo volubilis, ſed non redundans tamen & circumfluens oratio, res autem ejusmodi, ut intelligenti earum exiſtimatori pateat, Auctorem fuiſſe virum doctum, pium, & ſcriptorum veterum iterate peritum, adjutum omnino P. Mornæi, H. Grotii, & aliorum laboribus, ſed ſuis tamen nervis & viribus non deſtitutum, eo majoris faciendum, quo rarius comparet hodie in tanta turba novorum voluminum. (2) *Æneas Gazæus & Zacharias Mytilenæus de Immortalitate animæ, & Mortalitate univerſi, Gr. & Lat. cum animadv. C. Barthii.* Lipſ. 1653. Quorum uterque vixit Sec. V. Theol. Ethnicæ, & Philoſophiæ Platonicæ initio addictus, qua poſtea rejecta, ad Eccleſiam Chriſti ſe receperunt, & pro animæ immortalitate, & hujus univerſi mortalitate, in his Dialogis pugnarunt. Uterque pro ſua virili. Zacharias tamen minori doctrinæ varietate, quam Æneas, qui majorem Antiquitatis Philoſophicæ apparatum animo complexus, ad diſputandum attulit. In quorum colloquium Commentarium promiſit Johannis Rondellus de ſuperſtitione p. 163. Sed quod pollicitus eſt, non præſtitit.

(1) *G. S. Treuer de Superſtitionis conditoribus.* Helmſt 1717. In qua Diſſert. eſt multa lectio, accurata digeſtio, ſpecioſa argumenti totius ratio.

tio. (2) *G. S. Treuers Diſſertatio Prima & Secun-da de Impoſturis Sanctitatis Titulo factis.* Helmſt. Hæ duæ diſſertationes ex antecedente de ſuper-ſtitionis Conditoribus ſunt natæ, ejusdemque fere cum ea argumenti & commatis. (3) *M. Gottl. Stollii Epicurus Creationis & Providentiæ divinæ aſ-ſertor.* Jenæ 1713. Architectus hujus diſſert. Jacobum Rondellum ſecutus, Epicurum nec Dei exiſtentiam nec providentiam prorſus inficiatum eſſe contendit. (4) *Pauli Antonii Strictura in varia Naturalismi & Rationalismi Capita.* Halæ Magdeb. 1708. Plena pietatis & doctrinæ eſt hæc Diſ-ſertatio. (5) *M. Jac. Staalkopff Placita Philoſo-phica Guilielmi Cowardi.* Griphiswaldiæ 1708. Digna eſt hæc Diatribe, quæ à rei literariæ ſtudio-ſis legatur, tum ob luculentam brevitatem, qua utitur Auctor, in monſtroſa Cowardi Philoſo-phia & Theol. deſcribenda, tum ob acumen quod adhibet in ea diluenda. (6) *Joh. Andr. Danzii Papismus Solatii expers.* Jenæ 1715. In hac Diſſert. nihil dicitur, quod à noſtratibus non dictum ſit prius. Niſi hoc forte fuerit, quod §. 14 dicitur; Etiamſi Pontificiis concedatur, in S. cœna una cum Corpore & Sanguinem Chriſti *Sumi*, hoc ipſo tamen mandato Chriſti non fieri ſatis, cum non *bibatur.* (7) *Joh. Franc. Bud-dei Commentatio de Libertate cogitandi.* Jenæ. Com-mentatio hæc habet florem & lumen eloquentiæ ſed lacertos non habet, nec iis viribus incumbit in adverſarium, quibus debebat. Auctoris ete-nim verbis intentus, minor eſt ad cætera ſen-us. (8) *M. J. Herm. von Elswich Controverſiæ de Atheismo recentiores.* Wittembergæ 1716. Au-

cto

tor hujus Opuſculi naturæ & artis dotibus non
ottidianis inſtructus, in judicando, colligendo,
c probando, quæ inſtituit, valet plurimum.
Rebus quidem acutus magis, quam verbis ma-
nificus; Sed in literis, quæ ad humanitatem
pectant, ita verſatus, ut dolendum ſit, eum in
nedio ſtudiorum curſu à fato eſſe interceptum.
9) *M. Zach. Grapius, An Atheismus neceſſario ducat
d corruptionem Morum.* Roſtoch. 1709. (10)
*Juſt. Chriſt. Böhmeri Diſputatio de Myſterio Trinita-
is.* Helmſt. 1710. In hac Diſſertatione lauda-
nus oſſa, & Sanguinem & Spiritum. (11)
*Gottl. Schelwigi, Atheos non imprudentiæ tantum, ſed
& injuſtitiæ reos eſſe.* Gedani 1711. Diſſertatio
æc non ineleganter eſt ſcripta. (12) *Joh. Wil-
elm Peterſen, Der in allen Seelen ſich offenbahrende
und ſich ſelbſt rechtfertigende GOtt.* Sine loco. 1714.
Huic Auctori non deeſt in cauſa peroranda cum
prudentia, tum elegans & eruditum orationis
genus, dummodo ſtudium non defuiſſet cauſæ
communi tantum, & non ſimul privatæ inſer-
viendi, & una fidelia Theologiæ Atheiſticæ ni-
grorem, ſuæ autem Paradoxicæ alborem indu-
cendi. Quod p. 44 - 48. ita fecit, ut hoc po-
ſteriore negotio ſibi tantum attraxerit culpæ,
quantum priore laudis, lucis, & gloriæ. Dignus
præterea, qui legatur, & cujus Epigramma in
blaſphemum tenebrionis opus confectum, & p.
76. obvium, totum memoriæ mandetur. (13)
*Joh. Henr. Rieswick Geſpräch über eine Atheiſtiſche
Schrifft.* S. L. 1714. Hoc ſcriptum à conatu
laudandum eſt magis, quam à ſucceſſu, qui ab
homine indocto, & literis melioribus non tincto,

tan-

tantus expectari non poterat, ut votis eruditorum faceret ſatis. (14) *Reinh. H. Rollii Exiſtentiæ Numinis divini Adſertio.* Tremoniæ 1715. (15) *Joach. Hildebrandi Diſp. de Deo Opt. Max.* Helmſt. 1653.

(1) *B. Adami Tribbechovii D. Hiſtoria Naturaliſmi.* Jenæ 1700. Hoc Schediaſma Tribbechovianum non Hiſtoriam exhibet; Sed Hiſtoriæ adumbrationem, & quaſi capitum deſcriptionem tantum; Nec Hiſtoriam Naturaliſmi, ſed Heterodoxiæ & Heterodoxorum, adeoque & in defectu peccat ſimul, & in exceſſu titulus, excuſandus tamen, quia opus eſt poſthumum. (2) *L. Jo. Dieckmanni de Naturaliſmo Jo. Bodini.* Jenæ 1700. (3) *M. Iob. Lotteri de cauſis præcipuis Atheiſmum gignentibus.* Lipſ. 1711. Materies hujus Schediaſmatis eſt egregia, excellentiore architecto omnino digna. Hic enim obſcurus, lutulentus, inops nec ab eloquentia, nec à ſcientia ſatis eſt inſtructus. (4) *M. Joh. Juſti Loſii Diſſert. de Origine & Cauſis Idololatriæ, Atheiſmi & Falſæ Religionis.* Werningerodæ 1711. (5) *Chriſtiani Kortholt de Atheiſmo.* Kiloni 1707. In qua nullus ſermonis flos, nullum lumen, verba tamen non abjecta, & res præclaræ, & ex ultimis rei Chriſtianæ antiquitatibus non ſine magno labore congeſtæ. (6) *Burcard Gotthelff Struvii Doctus Atheus.* Jenæ 1707. Lanx Satura, Hiſt. Lit. dapibus referta. In qua expedita & facile procurrens oratio. Ordo Stromaticus. Multa lectio. (7) *Ephraimi Gerhardi Introductio in Hiſtoriam Philoſophicam.* Jenæ. Hujus Auctoris habitus Orationis non eſt inurbanus, Apparatus rerum non abundans, non inops tamen.

men. Et argumentum ipſum, *de uſu Hiſtoriæ Philoſophicæ*, ita illuſtratum, ut hoc Catone contentus eſſe queat Lector harum deliciarum cupidus. (8) *B. G. Struvii D. de Pyrrhoniſmo Hiſtorico.* Hæc Diſſertatio iis eſt commendanda, qui Pyrrhoniſmum omnem infamem, adeoque ex omnibus diſciplinis proſcribendum eſſe exiſtimant. (9) *M. J. G. Olearii Diſſert. de Pomponatio.* Jenæ. Hæc diſſert. non indocta eſt, nec indigna lectu. In qua Auctor omnem Atheiſmi maculam ex nomine Pomponatii eluere ſtudens, eam à ſolis Ariſtotelis amatoribus profectam, ipſique immerito inuſtam eſſe contendit. (10) *Ejusd. De vita & Fatis Julii Cæſaris Varini.* ſine loco 1713. Digna eſt hæc biga Diſſertationum, quæ legatur, Dignior, ſi, quod promiſit Auctor in diſſert. de Pomponatio §. 7. p. 11. in not. re præſtitiſſet, & eandem edidiſſet locupletiorem, quod negotio nullo, vel minimo ſane, fieri potuiſſet, ſi has ſuas Eclogas cum iis Auctoribus contuliſſet, quos in Hiſt. Atheiſmi Sect. III. c. IV. §. 13. p. 370. ſeq. pro & contra Vaninum ſcripſiſſe indicavimus. (11) *M. Juſt. Chr. Thorſchmidii Vita Franciſci Poggii & Merita.* Wittembergæ 1713. Perfunctoria, vel, ſi Auctoris lingua, p. 3. 4. loqui fas eſt, *Superfunctoria* hæc eſt Diſſertatio, mendis quam plurimis Logicis, Rhetoricis, Hiſtoricis, imo & Theologicis fœdata. In quibus non ultimum eſt, quod §. 15. dicitur *Poggium divinitus fuiſſe afflatum*, cum fuerit hirco laſcivior, ſue impurior, cane mordacior, Zoilo invidioſior. (12) *J. Friedemanni Schneideri Icon Atheorum.* 1698. In hac diſſert. cavit Auctor, quæ Cicero

ro preſſo Oratori, qualis eſt ipſe, cavenda eſſe dixit, inopiam & jejunitatem. (13) *J. Andr. Schmidii Senſus propriæ infirmitatis teſtis.* Jenæ 1686. Auctor hujus Diſſert. ſine arrogantia eſt gravis, & ſine ſegnitie verecundus. (14) *J. Franciſci Buddei de Spinoziſmo ante Spinozam.* Halæ Magdeb. 1701. (15) *J. Petr. Grünenbergii de Atheorum religione prudentum.* Roſtochii 1701. In hac Diſſertat. eſt diligentiæ multum, ſed acuminis, ordinis, elegantiæ, & ἀκριβείας non ſatis. (16) *Jo. A. Schmidii Ratio in Myſterio Trinitatis captivata.* Jen. 1685. In hac Diſſertat. eſt rerum delectus elegans, & apta earundem & quaſi rotunda conſtructio. (17) *M. Zach. Grapius, an Atheiſmus neceſſario ducat ad corruptionem morum:* Roſt. 1709. Auctor hujus Diſſert. eſt perfecte planeque eruditus, cui immenſa lectio, ingenium acre, & judicium non obtuſum, ſed dictio non ſatis eſt emendata, & robuſtiores ſunt nervi quibus utitur in ſententia ſua probanda, quam in Bælii objectionibus diluendis. (18) *J. C Klemmii Exiſtentia Entis à ſe.* Tubing. 1700 (19) *M. Z. Grapii Diſſert. examinans Carteſianam Methodum convincendi Atheum.* Roſt. 1700. Hæc Diſſert. eſt docta, arguta, elegans, in qua, ſi quid deſiderari poſſit, hoc erit fortaſſis, quod Auctori in mentem non venit, Carteſium non primum inventorem eſſe hujus argumenti ab idea ducti, ſed Seculo jam XII. Anſelmum, & Sec XV. Nicolaum Cuſanum eodem uſum. Conf. J A. Fabricii ſcriptores de verit. Relig. Chriſt. c X. §. 5. p. 327. (20) *J. Paul. Hebenſtreiti de Eſſentia Dei.* Jen. 1693. (21) *M. G. P. Morh*

Vin

vindicatio Methodi Carteſianæ. Halæ 1695. Hæc Diſſert. oppoſita eſt P. Poireto, qui, ex Carteſii Hyperaſpiſte factus ejus oppugnator, in methodo inveniendi verum. P. III. p. m. 141. ſeq. Regulas Methodi Carteſianæ inſectatur; Quas ita vindicat Auctor, ut nec Poireti, nec Carteſii Sectatoribus fecerit ſatis. (22) *Dan. Guil. Molleri Argumentum Carteſii pro Exiſtentia Dei.* Altorfii 1710. (23) *M. J. G. Hocheiſens Deiſmus in Carteſianiſmo deprehenſus.* Witteb. 1710. Auctor hic eſt diligens, & in ſcriptis recentiorum non inepte verſatus. (24) *J. G. Neumanni Deiſmus in Theoſophia deprehenſus.* Witteb. 1709. In hac Diſſert. eſt multum ſtudii, & multarum rerum cognitio. (25) *V. E. Læſcheri Deiſmus Fanaticorum.* Witteb. 1708. (26) *B. G. Struvii Specimen Examinis Periodorum fatalium ex Hiſtoria.* Jen. 1710. Egregia eſt hæc diſſert. qua demonſtratur potiſſimum, *numeri ſeptenarii fatalitatem eſſe futilitatem.* Qua & id ſimul, quod C. Matthias in theatro Hiſt. p. 57. de numero ſeptenario obſervavit, corruit. (27) *G. Herwechii Atheiſmus Fanaticiſmus.* Lipſ. & Wiſm. 1709. Hic Auctor J. E. Neumanno hoſpite & Præceptore uſus, §. 4. qui in Deiſmo in theoſophi deprehenſo §. 2. p. 4. J. Böhmium jam Atheiſmi ſuſpectum reddiderat, Magiſtri ſui veſtigia in hac Diſſert. ſecutus eſt. (28) *H. J. Gerdeſii de Enthuſiaſmo.* Witteb. 1708. (29) *Mich. Berns Natürliches Licht des Verſtandes,* Hamburg und Leipzig 1611. (30) *J. Muſæi Examen Cherburianiſmi,* Jen. 1711. De hoc ſcripto Muſæi judicavimus loco alio. (31)

Mich.

Mich. Dau, *ad Dn. I. A. Dorſch*, *de Atheiſmo*, *C. Thomaſio objecto Epiſtola*, ſ. l. 1700. (32) *M. I. G. Neumanni Diſquiſitio Hiſtorica de Fauſto Præſtigiatore.* ſ. l. 1711. In hac Diſſertatione

Famam ex infami dum quærit nomine Scriptor,
Hiſtoriæ incertæ lemmata certa ſtruit:

(33) *I. A. Schmidii progreſſus in infinitum.* Jenæ 1686. (34) *M. I. C. Hertzogs philoſophia practica Apollonii Thyanæi in Sciagraphia.* Lipſ. 1709. Philoſopiæ practicæ Apollonii non ignobile compendium; Majori tamen ſedulitate elaboratum quam ſubtilitate. (35) *M. I. P. Treuners Pædagogia Philoſophiæ.* ſine loco 1687. (36) *I. A. Schmidii Auris* Θεόδεικτος Jen. 1694. (37) *P. L. Hanneckeni de Turbellis Phantaſiæ Commentatio* Wittenb. 1703. Laudant hanc Comment. J. F. Mayer in Ep. Dedic. Merici Caſauboni Comment. de Enthuſiaſmo præmiſſa.

(1) *J. J. Syrbii Diſſert. de Atheiſmi Origine.* Jen. 1720. Vir doctus, & variis literis præclare eruditus, & in diſputando peracutus; Qui, in originem Atheiſmi inquirens, ante inſtitutam Sectam Jonicam, quæ poſt barbaricam Philoſophiam antiquiſſima habetur, nullum Atheiſmo theoretico fuiſſe locum, propugnat. Laudatur à J. C. Dornio in Bibl. Theol. Critica L. III. c. IX. §. 1. p. 487. & J. C. Burgmanno in diſſert. de Stoa ab Atheiſmo exculpanda §. 2. not. K. p. 5. & ab hoc poſteriore icirco notatus tantummodo, quod §. 5. p. 9. ſcripſerit, ad Atheiſmum theoreticum non ſufficere, ut quis Deum verbis vel etiam mente neget; Sed Syſtema requiri, ſeu ut ejusmodi Doctrina concipiatur, quæ impieta

ietatem ſi non diſerte & proxime, ſaltem per onſequentiam contineat. Quod nos quidem ecte ab ipſo ſcriptum arbitramur. Siquidem ıtheus theoreticus non eſt, qui Deum eſſe negat, ed qui rationem ſe habere putat, quare neget, c qui hac ratione inductus, exiſtimat hanc ſuam ypotheſin eſſe veram. Hæc enim niſi aſſit, poentialis quidem eſt Atheus, ſed non actualis, erbalis, non realis, practicus forte, non theoretius. (2) *J.C. Wolffii Atheiſmi Falſo ſuſpecti.* Wittenb. 717. Hæc Diſſert. eſt pererudita, P. Bælio umprimis & J. F. Buddeo oppoſita, qui Entia theiſtica multiplicarunt præter neceſſitatem, uæ minuenda erant potius, ne per aliorum laıs noſmet ipſos confodiamus, & conſenſum unierſalem, fidei Catholicæ debitum, transferamus d infideles. (3) *Anonymi de Præliminaribus Diſputionum cum Atheis.* Helmſt. 1719. Auctor horum rogrammatum eſt J.C. Schrammius. (4) *Philophiſche Unterſuchung von Gewalt und Wirckung des euffels. Franckf. und Leipz.* 1704. Diſſertatio hæc t Academica, ut patet ex p. 22. In qua medium :nere tentat Auctor inter Pneumaticorum & Meıanicorum extrema, ſed tentat. Paradoxorum ıim amans, & Helmontio favens, Diabolo in quiusdam plus tribuit, quam debebat. Debilior etiam t in nonnullis, quod tamen materiæ, non ingeii videtur vitium. (5) *Joh. Diecmanni de Naıraliſmo Joh. Bodini.* Kiloni 1683. Auctor huıs Schediaſmatis eſt vir pereruditus, & dignus, ui turbæ eximatur. In dicendo & diſputando iilibet eorum, qui & acuti & diſerti ſunt in heologorum ordine, comparandus. Omnibus

ſane, qui Colloquium Bodini Heptaplomeres im
pugnarunt, anteferendus; Sed ita diſparuerun
hujus editionis exemplaria, ut difficulter admo
dum appareant. (6) *C. Kortholt de Religione na
turali.* Kiloni 1666. (7) *Ejusdem de Religion
rationali.* Kiloni 1685. (8) *M. Wasmuhti He
domoria Muhamedana.* Kiloni 1683. Hæc Di
ſertatio non eſt indigna lectu, ſed, quod dolen
dum, ex rivulis eſt hauſta magis, quam ex fon
tibus. Neque enim ipſum Alcorani textum Ara
bicum in conſilium adhibuit Auctor; Sed ver
ſionem tantum, eamque mendoſam T. Bibliar
dri, &, ſi quid præter eandem attulit, id omn
J. H. Hottingeri induſtriæ refert acceptum. (9
J. Deutſchmann de Secta Neutraliſtarum. Witte
1667. Multum ſtudii eſt in hac Diſſertation
& in ergaſia textus non minor aſſiduitas, qua
in didaſcalia gravitas, ſed à propoſito nimiu
egreditur in quibusdam Auctor, & Homonym
vocum intentus minutias conſectatur Grammat
cas. Hic enim Deutſchmanni Character eſ
Operoſum eſſe in verbis, in rebus languidu
(10) *J. C. Schomeri Sentiendi & credendi Liber
niſmus.* Roſt. 1686. In hac Diſſert. non eſt
vis ac copia, quam genus illud ſcripturæ, & a
gumenti dignitas requirit. (11) *Erh. Weigeli
de ſupputatione multitudinis.* Jen. 1679. Huj
Viri Character eſt pietas, ſolertia, lumen ve
borum, & rerum novitas. Profunda rerum
omnium meditatio. Eclectica philoſophandi r
tio. Notarum ſcientiarum reformatio. Ign
tarum detectio. Philoſophiæ Pythagoricæ reſ
tutio; Sed ſine juramento in verba Magiſt

M-

atheſeως inprimis univerſæ emendatio, & Phi-
ſophiæ Leibnitianæ prælufio. (12) *T. Wagne-
ſ de Gratia Dei.* Tübing 1677. (13) *J. Mu-
i Quæſtio Theologica, de Salute Gentilium contra
Curcellæum.* Jenæ 1670. Joh. Muſæi mira eſt
gumentorum copia, ſubtilitas, ſoliditas. Ma-
ıa in interpretando, definiendo, diſtribuendo
exteritas. In differendo modeſtia, facilitas,
quitas. Nec facile reperitur, qui propius acce-
ıt ad J. Gerhardi ἰδιοσυγκρασίαν Theologicam,
ıam hic noſter. (14) *Ejusd. Tractatus Theo-
gico-Politicus de Libertate Philoſophandi.* Jenæ
674. (15) *Ioh. Hilperti Diſquiſitio de Præ-Ada-
itis.* Helmſt. 1656. Opus egregium, & J.
ythio multis nominibus anteferendum. In quo
uctor Doctiſſ. c. I. Lectorem præparat ſapienter,
II. Fundamenta Præ-Adamitarum conditoris
ənvellit fortiter, c. III. & IV. ad argumenta, ex
S. & ſcriptoribus profanis deſumta, dilucide
ſpondet.

*Anonymi de Chriſtianæ Religionis Primis incuna-
lis Libri duo.* MSCti & inediti. Auctor hujus
leletematis eſt J. G. W. - - - à Chri-
ianorum Sacris ad Cabaliſtarum profanas
cholas transgreſſus, & iisdem ita ineſcatus, ut
hriſtianiſmum eſſe quendam Eſſæiſmum, à Chri-
o, Eſſæorum diſcipulo, in capitibus quibusdam
purgatum, tradiderit. Laudandus ab ingenio,
ɔctrina, rerumque varietate, & verborum leni-
te, ac probabilitate compoſitionis; Sed caute
gendus, ob καχεξίαν Spinoziſticam, qua cibos
ptimos, aliunde acceptos, male concoquit, pe-

jus digerit, & in ſuccum & ſanguinem peſſ
mum convertit.

Sylv. Tappen Haupt-Gründe der wahren Weiſ. heit und Glückſeligkeit. Hildesheim 1720. Quo hoc Libello continetur argumentum, cum pe rite & ſcienter, tum ita breviter & preſſe pe tractatum eſt, ut ſalivam moverit Lectori Au ctor Doctiſſ. propediem videndi, quas, de *Sy ſtemate cauſarum occaſionalium*, in præfat. prom ſit, dapes.

(1) *Joh. Laur. Mosheim Vindiciæ antiquæ Chr ſtianorum diſciplinæ adverſus Joh. Tolandum.* K loni 1720. De hoc opere quid exiſtimemu infra dicemus in ea editione, quæ 1722. prodii ea forma, quam octavam conſuevimus appellar
(2) *C. G. Engelſchallii Allocutio ad Eruditos de n va operum J. Dallæi Editione.* Budiſſæ 1721.

(1) *R. P. N. Cauſini Regnum Dei.* Colon. 165
(2) *Ejusd. Domus Dei.* Colon. 1652. In qu bus genus dicendi eſt ποιητικώτερον quidem, Flori ſublimitatem proxime accedens; Robu ſtum tamen, & adſtrictum nervis, illumin tumque ſententiis, & ſibi ſemper conform Declamtiones tamen dicendæ ſunt potiu quam diſſertationes, hæc Progymnaſmata, qu bus Regni divini domusque ſpeciem exprime allaboravit Auctor. Et in Oratorum magis ch ro eidem locus eſt aſſignandus, quam Theolo gorum. Qui Spinoziſmi ſemina ante Spinoza ſparſiſſe videri poſſet, in regno Dei tr. I. Diſſer. p. 1. ubi ſcribit; *Non errare, qui Deum Mundu in ſe contractum, Mundum vero Deum explicitu extra ſe, atque diffuſum nuncuparunt*; Niſi conſt

re

et, eum, Declamatorum more modove, ver-
orum potius luſum & ſonum ſpectaſſe, quam
enſum, & in Domo Dei de Aſtrologia ita diſſe-
ere, ut ſuperſtitioſus magis exiſtimari queat,
uam incredulus.

(1) *G. Meyeri Metaphyſica Divina.* Lüneb. 1682.
Hæc Metaphyſica exempli loco eſſe poteſt in Re-
ula Senecæ Ep. LXXXVIII. p. 520. *Multum
ali facit nimia ſubtilitas, & infeſta eſt veritati.* (2)
. Hildebrandi Immortalitas Animæ rationalis. Cel-
s 1680. Hic Vir peracutus eſt ad cogitandum,
in verbis ad rem ſpectantibus cum ſumma fa-
litate mirabiliter aptus; Sed in colligendo ſem-
er Methodo Syllogiſtica, in impugnando, &
efellendo diſtinctionibus Scholaſticis, in demon-
rando ratione argumentandi Topica potius,
am Apodictica, uſus. Unde G. G. Leibnitius
otio Hannoverano p. 213. Mr. Hildebrand à
iblié un ouvrage de l'immortalitè de l'ame,
ii n'eſt pas mauvais, mais qui n'eſt pas de-
onſtration.

*Pauli Scalichii Encyclopædia, & opuſcula, quotquot
tant, alia.* Baſileæ 1539. Auctor infrequens,
ii annum ætatis 21. vix ingreſſus Bononiæ con-
uſiones 1553. publice defendendas propoſuit
. 646.) p. 549. ſeq. legendas. Mirandolæ,
grippæ, Lullii, Tritthemii, æmulus & imita-
r. Cabaliſtarum rimator. Philoſophorum an-
quorum inquiſitor, & Paradoxorum ſtrenuus
efenſor. In Philoſophia & Theologia Eclecti-
is. Papicolarum adverſarius, licet in Eccleſia
rundem natus, denatusque fuerit. Monacho-
m, Jeſuitarum, totiusque Cleri Pontificii tan-

tus hoſtis, ut nemo unquam acerbius contr
eosdem ſcripſerit, (269. 318.) nemo major
παῤῥησία dogmata Anti-Papæa defenderit, Ho
minem ſola fide juſtificari, (303. 311. 312.
Miſſam Pontificiam eſſe opus idololatriæ plenun
(635.) Papam eſſe antichriſtum, Monacho
eſſe Atheos, piſcatores non hominum, ſed opun
& divitiarum, (269. 319.) Et quæ ſunt al
hujus farinæ, ob quæ multis calamitatibus aff
ctus, & patriam exul relinquere coactus eſt, d
qua re juſtam habet querelam p. 269. alibi. Qua
in Epiſtola nuncupatoria Miſcellaneorum p. 6. ſe
repetit, iterumque in methodo revocandi Hæ
reticos p. 239. (b) ſeq.

Pauli Principis de Scala, Miſcellanea cum ali Coloniæ 1570. Qui in prioribus ſcriptis Pa
lum Scalichium ſe nuncupavit, nunc Pauli Pri
cipis de Scala nomen ſibi impoſuit, ſuæque ſt
pis Genealogiam p. 229. exhibet. Exagitatu
que à Joh. Naſo Minorita, in Centuriis Evang
licæ veritatis, 1568. Ingolſtadii impreſſis, &
eodem perfidiæ, criminis læſæ Majeſtatis Cæ
reæ, heterodoxiæ, Apoſtaſiæ, & ipſius *Atheis*
poſtulatus; Hanc edidit opuſculorum Syllog
dogmatico-Apologeticam, in qua Naſum ill
ſermonis, & ſpurciſſimorum mendaciorum re
faciens, ſe purgat ab iis maculis, quibus ab i
fuerat collutulatus. Hypotheſes etiam Philo
phicas & Theologicas, in Encyclopædia alibiq
ſparſas, illuſtrat, & excuſat, & nondum ſparſ
in vulgus projicit. Vir ingenioſus, & ſedulus,
non vulgarem Polyhiſtoriam animo complexu
Sed obſcurus, diſſipatus, varius, Philaut

C

Qui inimicitiiſ adverſariorum fractus, & ad in-
:itas redactus, multum de ſua παῤῥησία remiſit,
quam in prioribus Meletematis oſtenderat, &
ùo exemplo fecit, ut non bene amplius de iſt-
ıoc proverbio exiſtimare queamus:

Αἱ δευτέραι φροντίδες σοφώτεραι.

L'Eſprit de Spinoſa MSCt. De quo ex literis 1714. ad Mr. d'A. miſſis; Le MS. Francois por-:e pour titre: L'ESPRIT DE SPINOSA. Feu Mr. Lucas Medecin à la Haye & Grand Spinoſiſte en :ſt l'Autheur. C'eſt lui, qui à traduit en Francois e Tract. Theol. Polit. de Spinoſa, & qui l'à donné au public ſour deux differents titres, la Clef du Sanctuaire, & Traites des Ceremonies ſuperſtitieuſes des Juifs, imprimè à Amſterdam 1678. in 12mo. Il eſt plus recherché, que le atin, à cauſe des petites notes, que Spinoza lui neme avoit ecrit à la marge de ſon exemplaire, dont l'Original eſt entre les mains d'un Libraire à Amſterdam. Hactenus Literarum Auctor. Qui certo ac vero ſenſu judicat, Schediaſma hoc eſſe Spinoziſticum. Cæterum dictio ejus eſt aperta & ſimplex. Methodus non optima. Et :es in VIII. Capita digeſtæ, quorum agit

Caput I. De Deo.
II. De rationibus, quæ incitarunt homines ad Deum fingendum.
III. Quid ſignificet religionis vocabulum, & cur tot religiones?
IV. De Politia J. C.
V. De Ethica J. C.

VI. De veritatibus ſenſibilibus & evidentibus.

VII. De Anima.

VIII. De Spiritibus ac Dæmonibus.

Cymbalum Mundi MSCtum, hoc eſt, Doctrina ſolida de Deo, Spiritibus, Mundo, Religione ac de Bono & Malo, ſuperſtitioni Paganæ ac Chriſtianæ oppoſita. Eleutheropoli 1688. Hoc non integrum eſt opuſculum; ſed mutilum, & truncum, & maxima ſui parte decurtatum. Sed nec in illuſtri Bibliotheca Uffenbachiana, quod extat exemplar, eſt locupletius. Nec in aliis facile reperietur, quod ulterius procedat. Falſum eſt enim & ſejunctum ab omni veritate quod in antica & poſtica primæ paginæ parte ſcribitur, duabus jam vicibus typis eſſe exſcriptum, & Editionem ſecundam ex MSCtis Auctoris Itali auctam & correctam. Sane Auctor non Italus, ſed Germanus eſt, &, quantum ex oratione, & rebus ipſis, & aliis non temere proferendis indiciis, divinare poſſumus, J. G. - Qui ita eructavit in hiſce ſchedis, quod alta mente repoſtum habuit Atheiſmi venenum, ut primo oculi nictu ſtatim pateat, & Lectoris cujusvis ſenſu percipiatur. Neque tamen cum Bonaventura Perieres *Cymbalo mundi* confundendum eſt hoc Cymbalum, cum quo nihil habet ſimile ſi titulum excipias.

De Ioſepho, Chriſti parente naturali, Meditatio. Quam eſſe Domini H. v. d. - - ab Amico quondam accepimus. Qui & hoc addebat, eam à quodam diſcipulo huic Doctori clanculum ſurreptam, & hac ratione invito Domino ad alio

del

delatam, in illuſtriſſimi quoque Principis - - bibliothecam tranſiiſſe. Quæ omnia an ita ſint, noſtrum non eſt definire. Hoc noſtrum; Meditationem hanc infandam eſſe, & diram, & ſcandaloſam. Ἀνέκδοτον adhuc, & dignam, quæ tenebris ſempiternis prematur, ne occaſionem habeant οἱ ἔξω, religionem noſtram exagitandi, & nova maledicta in eam conferendi.

Eilhardi Lubini tr. Theol. de Cauſa peccati. Roſtochii 1606. In cujus Epiſtola Dedicat. Auctor ſuum Phoſphorum, h. e. de cauſa prima & natura mali tr. Hyper-Metaphyſicum, A. C. 1597. prima, & A. C. 1601. ſecunda vice auctius in lucem emiſſum, palinodia publica & ſolenni recantat. Raro inter eruditos exemplo. Qui errores graviſſimos defendere, quam confiteri malunt.

Antonii Mancinelli Opera. Baſileæ 1508. (2) *Antonii Codri opera.* Pariſiis 1515. Natus eſt Auctor Herberiæ in agro Reginenſi, A. C. 1446. dictusque initio Antonius Urceus, *Codri* nomen adſcivit poſtea. Et patet ex ejus opp. & Commentatione Biographica, iisdem in fine ſuperaddita, eum fuiſſe Græcis Latinisque literis, ut tum erant tempora, ſatis eruditum, meliorem tamen Grammaticum, quam poëtam, utpote cujus ſine labe quidem; Sed & ſine Venere ſunt verſus; Theologum vero peſſimum. Hominem ſordidum, profanum, Scepticum, ſui ipſius admiratorem, contemtorem omnium, contumelioſum, ſcurriliter facetum, & ad Atheiſmum propenſum, à qua inſania tamen ſub finem vitæ reſipuit.

Ttt 5 *Galilæi*

Galilæi Galilæi, Dialogus de Syſtemate Mundi. Auguſtæ Treboc. 1635. Hic Dialogus Italice ſcriptus, à Matthia-Berneggero in LL. eſt translatus, & ab eodem in præf. ſummis laudibus in cælum evectus. Neque id prorſus immerito. Eſt enim Auctor ingenio promtus, judicio acutus, facultate diſſerendi copioſus, expeditus, accuratus, nec quicquam prætermittit fere, quod eſt in cauſa, aut ad confirmandum aut ad refellendum. Sane non feliciorem Copernici unquam habuerunt Hyperaſpiſten, nec graviorem Ariſtotelici adverſarium. Atque hinc factum procul dubio, ut à S. Inquiſitionis officio in cuſtodiam miſſus, & à Joh. Micrælio in H. E. L. III. Sect. II. p. 864. *Atheorum* Catalogo inſertus ſit. Vir meliore fato dignus, qui Teleſcopia invenit *primus*, & ſtellas Mediceas detexit, & de univerſa philoſophia naturali egregie eſt meritus. (2) *Iſraelis Hiebneri Myſterium ſigillorum, herbarum & Metallorum. Vollkommene Cur und Heilung aller Leibes und Gemühts-Kranckheiten ohne Einnehmung der Artzeney.* 1651. Opus infrequens, ſingulare, Paradoxicum, non minore labore concinnatum, quam ſumtu in lucem editum, ob figurarum æri inciſarum ingentem cumulum. Sed chimæricum, & ſale, ac ratione, & experientia deſtitutum, & totum, quantum quantum eſt, principiis Aſtrologicis, Magicis, & Paracelſiſticis inædificatum.

C. W. V. D. M. Neue Schule derer Libertiner. Francf. 1709. In qua lenitas eſt, non ſine nervis. Et brevitas cum perſpicuitate & doctrina conjuncta. Laude ſua non excludenda. Licet *Sanctulos*, quos vocat

cat, neſcio quos, ſubinde obtorto quaſi collo, ad hanc ſcenam revocet, ſtudio partium potius, ut videtur, quam amore veritatis inductus.

In Octavo.

Edoardi Herbert de Cherbury de Religione Gentilium. Amſtelod. 1700. In hoc Auctore Eruditio eſt non exigua; Sed major libertas, & acerbitas in Theologos omnes, & ſacerdotes longe maxima. Atque ex his velut ſeminibus natum eſt hoc Theologiæ Syſtema novum, Quinque articulis abſolutum, ſcilicet (1) *Eſſe Deum.* (2) *Eumque colendum.* (3) *Virtute cumprimis.* (4) *A vitiis reſipiſcendum.* (5) *Dari præmium & pœnam in, & poſt hanc vitam.* (p. 2-284.) Hæc, ſi Auctorem audias, omnium religionum prima ſunt Elementa, reliqua cuncta fabulæ, & ſacerdotum inventa. (287. 266. 273. 288.) Illa ſufficiunt ad beatitatem conſequendam. (293) Quæ vero ex Oraculo, vel ſcripto divino proferuntur additamenta, admodum ſunt ſuſpecta. (294. 285.) Opera ſubſidiaria ſalus obtineri non poteſt. (293) Ethnici iisdem virtutibus ſunt uſi, quibus Chriſtiani. (273) Et quæ ſunt alia hujus coloris, Auctoris indolem & ſcopum non obſcure teſtantia, & à Richardo Baxtero, Joh. Muſæo, Gerh. Titio, G. Niemauno, C. Kortholto examinata, & ad ſtateram aurificis revocata.

Apologia pro Julio Cæſare Vanino. Coſmopoli 1712. *Auctor eſt Petrus Fridericus* Arpe, JCtus Kilonienſis. Scriptor non invenuſtus, & in operibus

tum

tum ejus, cujus cauſam tuetur, tum eorum, quibuscum altercatur, non perfunctorie verſatus; Sed qui obſcuritate interdum infuſcat orationem, dum nimium ſectatur ejus calamiſtros, & carnis & oſſium ita curam gerit, ut nervorum fere obliviſcatur. Quod, credimus, emendabit Auctor in Editione ſecunda, quam prelo ſe paratam habere ſcribit, in ſcriptorum ſuorum Hiſtoria. §. 48. p. 32. Ubi & Epitomen exhibet hujus Opuſculi, & Gramondo ſimul dicam impingit, quod hunc Vaninum Neapolitanum confuderit cum alio Vanino Faventino, qui Ferrariæ 1550. ob Lutheraniſmi ſuſpicionem combuſtus, ad rogum deductus crucem ligneam capeſſere detrectarit. Quod crimini ipſi datum à Papicolis, à Gramondo in hunc Neapolitanum fuerit translatum.

Petri F. Arpii Theatrum Fati. Roterd. 1712. Theatrum ſe aperire jactat Auctor Petrus Frid. Arpius in Indice. Et p. 92. mutato ſono ait, ſe ſcribere *Epiſtolam.* Et ſane hæc inſcriptio poſterior huic Opuſculo rectius convenit, quam prior. In Epiſtolis enim negligentia pro cultu eſt. Et in hoc ſcriptorum Elencho

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala multa.

Multa ſane, quæ de hoc argumento dici poſſunt emendatius, copioſius, plenius & dilucidius, quod nec Auctor ipſe, qua eſt modeſtia, diffitetur, in ſcriptorum ſuorum Hiſtoria §. 39. p. 27. Ubi & partem alteram eidem poſſe ſuperaddi ſcribit, de ſcientia & voluntate Dei, & de prædeſtinatione & gratia, & ſervo arbitrio.

Eſſais

Eſſais de Theodicée ſur la Bonté de Dieu, la Liberté de l'Homme, & l'origine du mal. Amſterdam 1710. Auctor hujus Opuſculi eſt *G. G. Leibnitius*, Phænix noſtri Seculi, cujus generis vix unus naſcitur anno quingenteſimo, qui P. Bælio potiſſimum, & G. Kingio, hunc arietem oppoſuit, ut rationem cum fide conſpirare, & Deum à coactione quidem, & neceſſitate abſoluta, non autem à determinatione, ſive à neceſſitate morali, liberum eſſe, adeoque ex Mundis infinitis poſſibilibus hunc, velut optimum, produxiſſe, oſtenderet. Et ſunt quædam in eo, quæ humanitatem ſpirant, ſubnubila, dubia, inexpedita, incertis principiis ſuperſtructa, Scholaſtica, Paradoxa. (v. g. §. 52. p. 163. §. 90. ſeq. p. 206. ſeq. §. 124. p. 262. §. 310. p. 499. §. 341. p. 552.) Sed plura tamen ita comparata, ut Leonem ex hoc ungue facile queas agnoſcere, ingenioſa, acuta, gravia, arcana, rara, varia, eaque arte & ratione digeſta, ut non docere, ſed demulcere Lectorem voluiſſe videatur Auctor, & ex hoc fonte

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Recueil de diverſes Pieces ſur la Philoſophie &c. Par Mrſ. Leibnitz, Clarke, Newton. Amſterd. 1720. Continentur hoc Volumine

Tomo I.

(*a*) *Difficultes de Mr. Leibnitz avec les reſponſes de Mr. Clarck.* De quibus vide ſis noſtram Criſin in Edit. Germ. H. Kohleri.

(*b*) *Bullkeleji, item Collini Recherches ſur la liberté, cum Clarckii animadverſionibus.* In quibus Bullkelejus ætate juvenis; ſed judicio

Senex

Senex, neceſſitatem agendi propugnans, à Clarckio in ordinem redigitur. Collinus autem pro neceſſitate ita pugnat, ut Libertatis defenſores, *Atheiſmi* fautores & eſſe, & fuiſſe ſcribat, (p. 296.) Merito notatus à Clarckio, quod hominem in ens pure paſſivum transformet, & cauſas morales cum phyſicis confundat, quæ ſint ideæ tantummodo abſtractæ, & perceptiones paſſivæ, & cauſæ actionum humanarum, non efficientes, & determinantes, ſed occaſionales.

Tom. II.

Variæ Epiſtolæ à Leibnitio & ad Leibnitium ſcriptæ, *de inventione calculi differentialis*, & rebus aliis. *Schediaſmata* etiam Leibnitiana plura, fugitiva, & in officinis librariis non facile obvia, *Hiſtorica*, *Philoſophica*, *Critica*. In quibus mira ingenii vis, ſubtilitas, varietas, jucunditas quoque inaffectata, ſed quam nulla poſſit affectatio conſequi.

G. W. von Leibnitz Lehr-Sätze über die Monadologie. Franckfurt und Leipzig 1720. Hoc Volumine continetur,

PARTE I.

(1) *G. G. Leibnitii Monadologia*, ex verſione H. Köhleri, quæ vera & unica eſt Philoſophiæ Leibnitianæ Synopſis, ex conſuetudine F. M. ab Helmont, & Lectione ejus Opuſculorum Philoſophicorum, ut videtur, primum nata. Poſtea ingenioſiſſimis Auctoris inventis locupletata, & in hunc ordinem redacta, tandem à C. Wolffio, G. B. Bulfingero, ac aliis publice defenſa; ſed oppugnata

pugnata ab aliis, & vanitatis, contradictionis, monſtroſitatis &c. accuſata.

(2) *Das vertheidigte Syſtema Harmoniæ præſtabilitæ.* Cujus oppugnator eſt P. Bælius, defenſor G. G. Leibnitius. Et ſane difficile eſt dictu, uter alteri in hac pugna ſit præſerendus, tanta eſt utriusque ἰσοδυναμία, h.e. ſtili ſuavitas, ingenii ubertas, animi moderatio, eruditionis vaſtitas, judicii acumen, nervorum vis, contendendi dexteritas.

(3) *Leibnitii Abbildunge der Schöpffung.*

(4) *H. Köhleri Diſcurs über das Licht der Natur.* Non ſpernendus ſane. Siquidem multa continet, quæ ad luminis naturæ dignitatem, vim & utilitatem cognoſcendam egregie faciunt. Sed confundit Auctor *rationem* cum reliquiis imaginis divinæ, eique tantum tribuit, ut gradu tantum differre à gratia exiſtimet, & Chriſtum inprimis ad eam reſtaurandam in mundum veniſſe. 164. & 173.

PARTE II.

(1) *Merckwürdige Schriften des Herrn Leibnitz und D. Clarck.* Nobile par Athletarum. Uterque enim lacertoſus, fortis & Gymnadis literariæ peritus. Atque hinc merito ambigit Lector, utri palma ſit deferenda. Sed arena tamen variat, & diſputationis materies. Et hinc non ubique ſe exerit ἰσοδυναμία. Superior enim Leibnitius videtur, Clarckio in diſputatione de *loco, tempore, & differentia univerſali rerum naturalium & moralium*, Infe-

ſerior autem in conflictu de Spontaneitate Spirituum, & neceſſitate morali, & miraculis &c.

Quod vero ad ſcriptum ultimum L. P. Thummigii attinet; Ecce de eo judicium D. Strähleri in Præf. Partis I. *Der Prüfung der Metaph. des Herrn Wolffs* fere ſub finem. *Es hat der Herr Thummig, da er kaum ſeine Lehr-Jahre überſchritten, unter der Approbation des Herrn Wolffii, wieder einen der gröſſeſten Gelehrten unſer Zeit, ich meyne den Herrn D. Clarck in Engelland, in ziemlich harten terminis geſchrieben.*

G. King de Origine Mali. Bremæ 1704. Hic Auctor omnibus ejusdem argumenti ſcriptoribus abſtulit nomen, & fulgore quodam ſuæ claritatis induxit tenebras. Magni habitus à Viro illuſtri G. G. Leibnitio, & in Annot. ſuper hunc libellum, doctus, celebris, judicioſus &c. appellatus. Et hoc ſolum nomine ab eo notatus, quod, cum in Origine mali *Metaphyſici* ſ. Imperfectionis, & *Phyſici* ſ. Paſſionis ſatis amice cum eo conſpiret, & illud ex nihilo, ex quo res omnes primum ortæ ſunt, hoc autem ex materia & motu ejus indebito arceſſat; In natalibus mali *Moralis* ſ. peccati eruendis ab ipſo diſcedat, & illud ab electione voluntatis indebita ortum habere diſputet, libertatemque voluntatis in eo conſiſtere opinetur, quod ſine ulla ratione ſe ad aliquid eligendum determinare valeat (Cum ſi ratione quadam determinetur, & libertas ejus tollatur, & actio, & in ejus locum ſuccedat neceſſitas, & paſſio, bonitasque non ſit in re eligenda; Sed in determinatione

nuda

uda voluntatis, nec res eligatur, quia bona; ed res bona exiſtimatur, quia eligitur) Cum ontra juxta Leibnitium in Theodicée, §. 4. p. 156. & §. 288. ſeq. nihil in Macrocoſmo Microcoſmo ſine ratione determinante, & ſufciente vel fiat, vel fieri queat. Quæ tamen eibnitiana hypotheſis iisdem difficultatibus preitur, quibus Kingiana & Bæliana. Et, ſi quid in ingio notandum, hoc eſt fortaſſis, quod in quiusdam videtur ſubobſcurior, & impeditior, & aradoxorum amantior.

(1) *Sexti Philoſophi Pyrrhoniarum Hypotypoſewn libri tres, ex editione Henrici Stephani.* 1562. De uibus ſupra. (2) *Magni Danielis Omeiſii Ethica Pythagorica.* Altorfi 1693. In qua an Auctor id bſervaverit, quod p. 22. n. 3. extat Pythagoræ præceptum, alii definiant. Sane in hac Ethica

(1) *Materies* non eſt Pythagoræ; Sed Pythagoricorum tantum.

(2) *Forma* non eſt Pythagorica. Siquidem non eſt Paranetica, ſed dogmatica, non ſymbolica, ſed grammatica & Syſtematica, non Axiomatica, ſed Zetetica.

(3) *Finis* non Pythagoricus. Quippe finis Ethices Pythagoricæ eſt γνῶσις καὶ ὁμοίωσις θεῦ, ad quem hujus libelli ope non aſpirabis. Et quid opus eſt, reperto pane veſci glandibus? Et neglecta Ethica Moſaica, & Chriſtiana, prælegere juvenibus in Academia Pythagoricam? Eamque tot laudibus exornare? Quaſi hæc ſola excellat, reliquæ volitent ſicut umbræ.

Traité Philoſophique de la Foibleſſe de l' Eſprit Humain, par Mr. Huet. Amſterd. 1723. Hunc tr qui genuinum Huetii fœtum eſſe negant, no recogitant, nihil fere in eo dici, quod in aliis ejus dem Scriptis non dictum ſit prius; Speciatim i Quæſt. Alnet. ſ. Concordia Rationis & fidei, Cen ſura Phil. Carteſ. Comment. de rebus ad eun pertinentibus, & in ipſa Demonſtratione Evan gelica; Et in hoc opuſculo ſparſa illa Philoſo phiæ ſcepticæ membra collecta eſſe tantum, & in ordinem redacta. Et ſane omnes ingenii & judicii nervos intendit Auctor celeberrimus, u antiquitatem, neceſſitatem, utilitatem, præ cellentiam, & indolem hujus Phil. demonſtra ret, & ejus emolumentum etiam in religioni negotio aſſereret, & una cum Philoſophorur Dogmaticorum, & Theologorum Pelagianizar tium pegmata daret peſſum. Optimum utiqu hoc eſt Philoſophiæ Scepticæ Compendium.

Hypotypoſes ou Inſtitutions Pirrhoniennes de Sexti Empiricus. 1725. Cujus monetæ ſit verſio, qui pa eſt in utriusque linguæ facultate, definiat. Not textui adſperſæ mediocris ingenii fœtus ſunt Et Præfatio ita comparata eſt, ut fluctuaſſe a huc, & ancipiti cura jactatus videatur Aucto an Dogmaticis, an Pyrrhoniis nomen dare veli hanc in partem naturali amore ductus, in illa formidine pœnæ.

P. D. Huetius von der Schwacheit des menſchliche Verſtandes. Franckfurt am Mayn 1724. Aucto hujus verſionis & animadverſionum eſt Chriſto phorus Fridericus Groſſius, Chriſtiani Wolfi Sectator, Vir doctus, gravis, argutus; M

deſti

ſtus etiam, & æquus, & Dogmaticis ita ad-
ctus, ut ſcepticorum ἀκαταληψίαν non plane
ſtidiat; ſed ſubobſcurus in quibusdam, & iis
ribus non inſtructus, ut unus omnibus par eſſe
ſſit, & tot Pyrrhonianorum tela vel excipere
uto, vel retundere lacertis ſuis valeat.

(1) *Mich. Serveti de Trinitatis Erroribus Libri
ptem.* S. L. 1531. Quorum Auctor vir inge-
o non obtuſo à natura inſtructus, & in Lectione
S. Patrum, & Scholaſticorum probe verſatus,
inguæ etiam Græcæ & Ebraicæ non imperitus,
ad obtinendum aliquam in republ. literaria glo-
am non inidoneus, dummodo has ſuas virtutes
avioribus maculis non fœdaſſet. Inſanabile il-
id cacoëthes, ſuam falcem medicam mittendi
Theologorum meſſem, pruritus illaudabilis
heologos omnes inſectandi, Theologiam re-
rmandi, Trinitatis Myſterium ex ea ejiciendi,
am portentoſa SS. explicandi libertate, & di-
endi docendique ſcurrilitate, & blaſphemis
uibusdam locutionibus, & quæ ſunt alia, id
ffecerunt tandem, ut ipſe, Joh. Calvini impul-
maxime, A. C. 1553. die 27. Octobr. Genevæ
xuſtus fuerit, ſcriptaque non tantum ſub capi-
s pœna venundari prohibita; Sed & ejus de
rinitatis Erroribus Libri juſſu Magiſtratus à Tho-
ia, Roberti Stephani famulo, Francofurti cre-
iati, ne virus in iis occultum latius ſerperet. Et
inc tanta eorum raritas & caritas. In magno
nim exquiſitarum Bibliothecarum, quæ Pa-
ſiis reperiuntur, numero, duo tantum fue-
int Librorum de Trinitatis erroribus exempla-
a, alterum in Bibliotheca Colbertina, & in

Regia alterum, ſed mutilum, & duobus libri truncatum, (vide ſis van Seelen ſelecta litera ria p. 53. & 76.) Auctorque eſt G. Arnoldus i Hiſt. Hær. P. II. L. XVI. c. XXXIII. p. 402 Exemplar unum ante 50. annos 100. ducatis e ſe redemtum. Scilicet; *qui vetitus, pulcher credi tur eſſe liber.* Impreſſus autem eſt hic noſter Co dex (qui omnium primus & antiquiſſimus) Vien næ in Gallia, ut patet ex Seb. Caſtellioni tr. contra Calvinum, *de hæreticis non interficiendi* p. 187. Et dici non poteſt, quot & quanta i eo occurrant portenta Theologica. Trinitater in divinitate eſſe rem imaginariam (p. 21.) & Trinitarios revera eſſe Atheos (p. 32. 33.) F lium non eſſe Deum per naturam, ſed per gr tiam (p. 12.) Spiritum Sanctum eſſe divinar in homine agitationem (p. 22.) Unionem h poſtaticam, communicationem idiomatum, gen rationem æternam filii, eſſe commenta Neo-Theo logorum, & quæ ſunt plura hujus metalli, qu bus & Socinianis & Arminianis faces Auctor præ tulit, atro carbone iccirco notandus; ſed hc tamen nomine non arguendus, quod *Trinitate Cerberum dixerit Tricipitem.* Hanc enim blaſph miam in ipſo legiſſe non memini. Nec hoc tac ti poſſumus prætermittere, rumores ſatis conſta tes, nec ſine Auctore ad nos allatos, G. S. infa dum hoc opus typis furtivis quidem, ſed vet ratoriam hanc formam exacte referentibus, rec di curaſſe, & exempla non pauca, quaſi for fortuna ſibi oblata, quibusdam harum delici rum cupidis valde care vendidiſſe, quo ipſo nomini ſuo, & officio, & conſcientiæ male co

ſul

ſuluit, & hac vafritie effecit, ut Emtori accu-
rate diſpiciendum ſit impoſterum; ne pro genui-
no exemplo, quale hoc eſt noſtrum, ipſi ſup-
poſititium obtrudatur. (2) *Dialogi ejusdem de
Trinitate.* Rariores adhuc, quam Libri de Tri-
nitatis erroribus, teſte G. Serpilio apud J. H. van
Seelen l. c. p. 54. Sed non ſaniores. Tantum
enim abeſt, ut heterodoxias ſuas emendarit, ut
nendas adauxerit potius & locupletarit. Secun-
dam Trinitatis rem, ſ. verbum, eſſe Patris ma-
nifeſtationem, quo ſe pater revelaverit; Spiri-
tum S. eſſe Senſum Chriſti. Aliaque hujus ge-
neris; Libris prioribus de Trinitatis erroribus op-
pido contraria, & Spinoziſmum quendam redo-
lentia. (3) *De Juſtitia regni Chriſti.* (4) *Ano-
nymi la belle Mort du Monſgr. Antoine Ulrich.*

*Contra Libellum Calvini, in quo oſtendere conatur, Hæ-
reticos jure gladii coërcendos eſſe.* S. L. MDLCXII.
Auctor hujus libelli rariſſimi eſt Lælius Socinus,
Fauſti avunculus, ſi Chriſt. Sandium in Bibl.
Antitr. p. 20. & Joh. Hoornbeckium audias, in
Summa controverſiarum L. VII. p. 503. Si
opus ipſum inſpicias, eſt Sebaſtianus Caſtellio.
Hoc enim vult Auctor prologi p. 4. Et Epilogi
p. 195. Et quisquis tandem fuerit ille virorum,
a quo profectus eſt hic fœtus, tam paucis notus,
Vir ſane fuit animo non ſatis æquo in Calvinum
(p. 194.) & apud Senatum Baſileenſem Pela-
gianiſmi, Papiſmi, Libertiniſmi & Scepticiſmi
reus factus. (234. ſeq.) Qui ubivis locorum
clamitat, ſe Michaëlis Serveti cauſam non
agere, cum Libros ejus Francofurdiæ à Thoma,
famulo Roberti Stephani, crematos (189.) nec

 le-

legerit unquam, nec legere potuerit; Attamen de eo ita diſſerit, ut eundem injuſtiſſime eſſ toſtum, & ejus doctrinam SS. non adverſam & ab amicis invidioſius, quam fas eſt, propo ſitam, frigideque confutatam contendat, (3 2 60. 177.) Stilo quidem non ubique caſto Sed tamen non inquinato. Et eo ordine, u quæque ipſi in mentem venerint, ubi plurimur valere & proficere poſſent, ut Imperatori equ tes, pedites, levis armaturæ. Eo etiam appara tu, ut ſexcenta dixerit de Joh. Calvino, Mich Serveto, eorumque ſcriptis, fatis & character bus, quæ incognita ſunt vulgo in Orbe erudit & ad Hiſtoriam literariam ἀνέκδοτον referri m rentur. Cæterum quæ illa ſit editio, cujus] Bælius in Præfatione Partis IV. Comment. Phil ſophici, & poſt eum Anonymus dans ſes Penſe libres ſur la religion c. IX. p. 303. mentione injiciunt, quamque Caſtalionem, ſub nomine f cto *Martini Bellii*, in lucem emiſiſſe ſcribunt, & a huic noſtræ ratione materiæ & formæ reſpondea quia viſa nobis non eſt, injudicatum relinquimu

Johannis Wigandi de Servetianiſmo. Regiomon 1575. Opus rarum. Laudatum in libello, c titulus, Confeſſions-*Schrifft einiger* Prædicante *in der Herrſchafft Graitz &c.* Ubi p. 63. Johann Wigandus *hat eine gegründete Schrifft wieder die* A titrinitarios *und* Servetum *geſchrieben &c.* Nec lau prorſus indignum, propter ea, quæ de Serv to, & ejus Sectatoribus in eo continentur, Hiſt rica, Thetica, Polemica &c. Non enim dilige tia defuit Auctori, nec pietas, nec veritates vinas ſarta tecta conſervandi animus; Sed d

ſu

uit cogitandi ſtudium, & ea, quæ ſuggeſſit prima mentis agitatio, accurate concoquendi induſtria, iisdemque una cum oſſibus, carnem & ſanguinem, & nervos & Spiritum & vitam impertiendi. (2) *M. Andreæ Schoppii Antwort auf die Frage; Ob ein jeder Chriſte macht habe, eine jegliche Lehre zu beurtheilen.* Eisleben.

Caſparis Northuſii de vera Eccleſia Libri III. Lipſii 1597. Qui in Eccleſia Proteſtantium reperiſſe ſe putat, non quod pueri in faba, ſcilicet impoſſibilitatem mittendi quosdam in Indiam ad Ethnicos convertendos, & id quidem ob rationes L. II. c. XXIII. p. 67. allatas. Quæ quam invictæ ſint & inſuperabiles, quod ſibi perſuaſum habet l. c. ex eventu, ſi ſupereſſet, hodie poſſet condiſcere, quo intra XXV. annos plus effectum eſt ab Apoſtolis Dano-Germanicis in India, quam à Miſſionariis Pontificiis intra annos ducentos. (2) *T. Coornhertii proceſſus, de non occidendis hæreticis adverſus J. Lipſium.* Goudæ 1597. (3) *Ejusdem defenſio proceſſus contra eundem.* Ibidem Eodem. Quæ ultima ſunt Coornhertii opuſcula. Eaque intra paucos annos ſæpius impreſſa, rara tamen & parum frequentia in Bibliothecis, & tabernis librariis. Siquidem prius nec ab ipſo P. Bælio viſum, qui hoc ejus cum Lipſio certamen, accurate exponit in Lexico Critico, curioſus eorum, quorum Biographias tradit, monumentorum indagator. Poſterius autem primo, ſi raritatem ſpectes, nequaquam eſt ſecundum. Atque hoc utroque, referente Gisberto Voëtio in Politia Eccleſiaſtica T. II. p. 433. ita conſtrinxit Lipſium, ut à Papiſtica, aut Ethnico-Ma-

chiavellica (quarum alterutram pectore premebat, quamvis tunc Leidæ conciones publicas frequentaret;) ſe liberare non potuerit. Et hanc unam, putant, ex cauſis præcipuis fuiſſe, cur ſtatione Leidenſi turpiter deſerta, hypocriſeos larvam deponeret, & ad partes hoſtiles transfugeret, atque ibi Papismi profeſſionem ſuſciperet. (4) *Judicium Rob. Bellarmini de Libro Concordiæ.* Ingolſtadii 1585. In quo Concordiæ liber vanitatis arguitur, & VI. Errorum, & LXVII Mendaciorum.

Dialogue de Monſieur le Baron de La Hontan & d'un Sauvage dans l'Amerique. Amſterd. 1704. Hic Auctor natione Gallus, profeſſione miles, nec earum etiam Scientiarum imperitus, quæ ad humanitatem pertinent, multum præterea telluris pervagatus, & in ſola Canada ultra XV. annos moratus; Sed alter Lucianus, ſermone profanus, moribus diſſolutus, religionis ſuæ & Chriſtianæ totius inimicus, &, ut ipſe in Itinerario p. 708. Edit. Germ. ſcribit, ab aliis pro *Atheo* habitus, eum in finem procul dubio conſcripſit hos Dialogos, ut religionem Chriſtianam convelleret, & in ejus locum Naturaliſmum ſuccenturiaret. Quem alta mente repoſtum habuiſſe patet tum ex ejus Itiner. cit. in quo ſpectra, & ſagas, & Diabolum, exiſtere negat, & Americanos ex Adamo ortos inficiatur, tum ex his ipſis homiliis, in quibus Americanum quendam, cui nomen fecit Adario, introducit ſecum loquentem de Theologia, Jurisprudentia, Medicina, & Philoſophia Europæorum; Sed ita, ut La Honta-

cur

um ſuis argumentis ſuccumbat, & Adario cum Canadenſibus triumphet.

J. G. Wachteri Elucidarius Cabaliſticus. Romæ 1706. In hoc Libello & ſe, & J. F. Buddeum graviter eſſe lapſum contendit Auctor, quod Syſtema B. Spinozæ Atheiſmi crimine ſuſpectum eſſe ſcripſerint. Hoc ipſum enim eſſe genuinum Syſtema Theologiæ Judaicæ, ab Antiquiſſimis Cabaliſtis occultatum, nec Philoſophiæ Barbaricæ Profeſſoribus ignotum, & à Chriſto ac primis Chriſtianis, usque ad tempora Nicæna, conſtanter traditum. Et licet in Epiſt. Dedicat. p. 4. & in Præfat. p. 14. diſerte ſcribat, ſe in hoc libello non ſuſcepiſſe provinciam Hyperaſpiſtis, ſed paraphraſtæ tantum, nec advocati, ſed Hiſtorici, nec affirmare quicquam vel negare; Sole tamen liquidius apparet, Spinozam vix unquam habuiſſe apertiorem Promachum, quam Wachterum, qui non tantum in hoc Elucidario, ſed & in ſcriptis aliis, tum editis tum ineditis (p. 35.) manifeſto Spinozizat, & à Spinozæ doctrina, velut omnium ſcientiarum clave, in Theologia, Philoſophia, Jurisprudentia &c. putat faciendum eſſe Exordium. Iniquus admodum Cabalæ Judaicæ reſerator, ſi J. J. Syrbium audias in Diſſert. de Origine Atheiſmi §. 14. p. 11. ſeq. cujus Doctores novitios male confudit cum veteranis, iisque invitis phraſes ad Spinozæ principia accommodavit, & id impegit cunctis, quod paucorum eſt tantummodo, ſi quod eſt, peccatum. Adde ſis J. C. Wolffii Diſſert. de falſo Atheiſmi ſuſpectis c. II. p. 21.

(1) *Anonymi Meditationes Philoſophicæ de Deo, Mundo, Homine.* 1717. Quarum Auctor eſt Theodorus Ludovicus Lau, Conſiliarius quondam Aulicus; & Secretioris conclavis Director in Aula Curlandica. Extatque hujus ſacerrimi libelli Hiſtoria in Viri illuſtris Chriſtiani Thomaſii *vernünfftigen Gedancken über allerhand auserleſene Juriſtiſche Händel* Parte I. Caſu 24. p. 233 - 258. Ubi ſimul habetur reſponſum facultatis juridicæ Academiæ Hallenſis, cum rationibus decidendi, & dubitandi, in quo hoc ſcriptum, cum ſuo ſcriptore, Atheismi lue laborare decernitur, aliudque ſchediasma Apologeticum, ab Auctore transmiſſum, cum additionibus ſuis examinatur atque diluitur. (2) *Theophili Spizelii de Atheismi radice.* Auguſtæ Vindelicorum 1666. Qui Auctor non contemnendus, ſed compilator eſt laboris alieni, Voëtiani, Hoornbeckiani &c. & ad augendam Atheismi Hiſtoriam, & declarandam ejus originem parum locuples.

Reponſe à la Diſſertation de Mr. de la Monnoie ſur le Traité, de Tribus Impoſtoribus. A la Hage 1716. Excuſa eſt apud Batavos hæc Diatribe, in qua de exiſtentia Libri ſacerrimi, de *tribus Impoſtoribus*, ita diſſeritur, ut imaginem veri præ ſe ferre videatur, eam non plane eſſe chimæricam. Recuſa etiam in parte II. Hiſtoriæ librorum J. C. Crauſii; Sed editio Belgica venumdari eſt prohibita; Et Crauſii Annales literarii in herba ſtatim ſunt ſuffocati. Adeoque huic MSCto ſuum conſtaret omnino pretium, etiamſi literæ eidem non eſſent additæ, quas comites eſſe juſſi, quia duo-

duorum Virorum Doctiſſimorum de hac Controverſia complectuntur Judicium.

Diſcours ſur la Liberté de Penſer. A Londres 1714. Auctor hujus Opuſculi eſt Antonius Collinus, Armiger Anglicanus, qui eadem induſtria in eo *libertatem ſentiendi* defendit, qua poſtea in *Recherches ſur la Liberté*, libertatem agendi oppugnavit, à Sam. Clarckio iccirco in ordinem redactus, in Recueil des diverſes pieces ſur la Philoſophie Tom. I. p. 241. & 350. Conf. & Præfat. l. c. p. 8. Nec pœnitendum hoc thema Auctori aperire potuiſſet campum, Lectionis varietatem, & judicii lumen & acumen oſtentandi, ſi ſuos intra limites ſe cohibuiſſet; Sed ripas conſuetas ſupergreſſus, loco libertatis in ſcenam produxit Libertiniſmum. Merito iccirco caſtigatus à Bentlejo, Hondlio, Bycrofftio, Whiſtono, Poireto, Croſa, Buddeo, Pfaffio, aliis.

J. G. Wachteri Spinozismus im Judenthum. Amſterdam 1699. Hic Libellus potius inſcribendus eſſet: *Der Spinozismus in Moſis Germani Judenthum, und J. G. Wachteri Chriſtenthum.* Etenim Wachterum jam eo tempore Spinozizaſſe, patet ex p. 138. ubi *Deum unam & ſolam eſſe ſubſtantiam* & ex p. 178. & 223. ſeq. Ubi, *ex nihilo nihil fieri, contendit*, quæ ſunt prima Syſtematis Spinoziani principia. Atque hinc prodigioſa illa diſputantium dogmata, qui ex pacto hanc controverſiam videntur adornaſſe, ut religiones à Deo revelatas, velut maxima Spinoziſmi obſtacula, tollerent, & delerent, Moſes Chriſtianam, Wachterus Judaicam. Ecce enim oſtenta,

(1) *Moſis Germani*, N. T. eſſe confictum, p. 30. Jeſum Naz. nunquam cruci affixum, p. 29. Deum hominem factum eſſe fabulam, Metamorphoſi Ovidianæ ſimilem p. 3. & 23. Doctrinam Chriſti eſſe Doctrinam Ethnicorum p. 27.

(2) *J. G. Wachteri* V. T. ab Esdra eſſe confictum, p. 66. & 72. à Judæis miſere corruptum & diſturbatum, p. 43. Ceremonias Judaicas eſſe Ethnicas, p. 40. 65. 66. Deum in V. T. Ethnicis eandem impertiviſſe gratiam, quam Judæis, p. 49. ipſisque dediſſe leges, p. 53. Revelationes, 54. Imperia, 54. Ethnicorum Religionem eſſe antiquiorem Judaica, 57. Rationem eſſe certiſſimum rerum credendarum & agendarum principium, 55. Et religionem naturalem eſſe primam & antiquiſſimam, 57.

(1) *Joh. Raphſon Demonſtratio de Deo, ſine loci & anno.* In qua Auctor ſecutus Spinozam (p. 11 20. 22.) Hobbeſium, (p. 54. 57.) Helmontium, (p. 30. 39. 44.) H. Morum, (p. 44.) Ruſtium, (p. 50.) & Cabaliſtas, (p. 30.) Et ſuum de ſpatio reali tractatum, (p. 52.) una cum novis vocabulis, (p. 69.) nova portenta excludit,

(*a*) *Philoſophica*, ſc. Tria tantum dari Entia in hoc univerſo, Materialia, Actiones, & ſpatium p. 32.

(*b*) *Theologica*, v. g. Deum eſſe Ens infinite extenſum, & infinite intenſum, (p. 33. 34. 68.) Eumque ab æterno voluiſſe, ut creaturæ in tempore exiſterent. Et ejus velle eſſe intenſivum, & infi-

infinitum, vel creativum p. 74. Dari in homine Mechaniſmum Spiritualem p. 66.

Quæ omnia Methodo Mathematica ita demonſtravit, ut teſtibus Actis Erudit. 1712. p. 28. vel potius G. G. Leibnitio in iisdem, & C. Wolfio in præfat. Logices, ſæpe idem per idem definierit, & Syllogiſmos in materia & forma peccantes attulerit, & res tractatas obfuſcarit magis, quam illuſtrarit. (2) *Ejusd. Epiſtolæ Miſcellanea,* In quibus ſexcenta opinionum monſtra.

(1) Non dari ſubſtantiam inextenſam 105. 119.
(2) Animam eſſe ſubſtantiam extenſam, penetrabilem, ſeu penetrativam, eſſentia vivam, cujus vitæ Energia particularis ſit cogitatio. p. 121.
(3) Cogitationem eſſe energiam vitæ, adeoque etiam eſſe poſſe in materia, p. 121. 134. 137.
(4) Materiam eſſe ſubſtantiam extenſam, penetrabilem, vita carentem, & incogitativam. p. 134.
(5) Spiritum eſſe ſubſtantiam extenſam, penetrabilem, vivam, cogitantem, 134.
(6) Deum eſſe ſubſtantiam extenſam, penetrativam, & abſolute infinitam, πρωτοτύπως cogitativam. 134.
(7) Infernum, ſi quis eſt, eſſe in ſole, p. 165.

Veritatem Religionis Chriſtianæ Ep. 9. defendit, ſed frigide, & Ep. 10. p. 117. de Chriſto & fidei Chriſtianæ articulis mirum quantum παραδοξολογεῖ. Hoc uno de ſe, & Lectore ſuo bene promeritus, quod obſcurus eſt, & ambiguus, & ſibi-

ſibimet ipſi contrarius, & nusquam aperte profitetur, quid per extenſionem intelligat.

Thomæ Brownes de Religione Medici. Francof. & Lipſ. 1692. Hic Auctor non omnis prorſus expers eſt maculæ & anomaliæ; Sed eidem non ita immerſus tamen, ut Patronus Syncretiſmi univerſalis dici mereatur, (quo nomine in indice hujus Editionis appellatus eſt) vel in Atheorum familiam conjici, quod fecit J. Micrælius in H. E. L. III. S. II. p. 864. vel æternis tenebris, una cum ipſo Libello, obduci, quæ Adami Rechenbergii mens eſt, in εὑρήματι Hobbeſiano. c. III. §. 7. p. 209. Multa ſpargit in hoc Libello παράδοξα, non diffitemur; Sed multa etiam habet ſana, ſobria, præclara, & non cottidiani commatis; quæ Lectori penſare poterunt, quam eidem perluſtrando impendit operam.

Religio Medici. Argentorati 1667.

Bernardi Connor Evangelium Medici de ſuſpenſis naturæ legibus, ſive de miraculis. Amſterdami 1699. Hoc Evangelium rectius fortaſſe dixeris, *portentoſæ Philoſophiæ & Theologiæ compendium*, ob opinionum monſtra, quæ in eo in ſcenam producta ſunt. Neque aſſequi poſſumus quid in mentem venerit Auctori, acumine ingenii non deſtituto, ut *Evangelium* inſcribendum exiſtimaverit hoc ſuum opuſculum, in quo agit de *Legibus?* Aut qua ratione ſibi perſuadere potuerit, ex ſuſpenſis motus legibus tot ſtupendos ſequi effectus, cum potius ex iis ſequatur quies, & leges naturæ non ſuſpendendæ; Sed immutandæ ſint potius, ſi velis miracula ex iis vel explicare, vel intelligere, v. g. quomodo

cor

orpus humanum in igne non comburatur, in qũa non mergatur, alimentis deſtitutum non ioriatur, ſine mari & fœmina generetur, in pulerem redactum reſuſcitetur &c.

J. Tolandi Adeiſidæmon, ſive Titus Livius à uperſtitione vindicatus. S. l. & a. Hic Auctor, ab igenio & eruditione non plane deſtitutus; Sed atre incerto procreatus, & à Pontificiis ad Reormatos, & inde ad Libertinos digreſſus, & udio inclareſcendi, ita deditus, ut, cum laundis auſibus famam ſibi circumfundere non oſſet, prohibitis ad eam contenderit, emiſſis 1 lucem quibusdam opuſculis, quibus religionis Chriſtianæ jugulum inſidioſe petere conatus eſt. Atque ad hunc cenſum ſpectat

(1) *Chriſtiana religio Myſterii expers.* Qui libellus 1696. Londini excuſus 1697. Dublini in Hibernia, Auctoris patria, à carnifice combuſtus eſt, ut accurate docet J. L. Mosheimius in Comment. de vita Tolandi p. 35. ſeq.

(2) *Pantheiſticon.* In quo mentem ſuam de Deo trino & uno, de Sanctitate, Libertate, veritate &c. ita exponit, ut dignam hanc fidei ſuæ confeſſionem cenſuerit, quæ Liturgia ex Horatio & Juvenali confecta, obſignaretur, l. c. 172.

(3) *Jordani Bruni Spaccio della Baſtia triomphante* quem ex Italico ſermone Anglicum fecit, l. c.

(4) *Adeiſidæmon & Origines Judaicæ.* In quibus Livium à ſuperſtitionis, Moſen autem à fraudis, & fallaciæ, & ipſius Atheiſmi ſuſpicione

cione, non immunem eſſe conatu irrit
quidem, ſed nefario tamen, contendit. Fa
ſtiditus iccirco ab omnibus, nec confutatu
à nullis, quorum indicem exhibet Vir lau
datus J. L. Mosheimius, l. c. p. 153. ſeq.

Joh. Laur. Moshemi Vindiciæ antiquæ Chriſtiano rum Diſciplinæ. Hamb. 1722. Hujus Auctori admodum adoleſcentis ingenium, ut Phidiæ ſignum, ſimul aſpectum & probatum eſt. S quidem rem omnem videt acute, componit di ligenter, colligit fortiter, valet ea parte anim quæ cuſtos eſt cæterarum ingenii opum. Ne deſtituitur facultate pure, aperte & ornate lo quendi. Et, quod caput rei eſt, his omnibu ita utitur in hoc opuſculo, ut iis legem & exem plum dediſſe videatur, qui ad bella literaria fe liciter gerenda ſe accingunt. Inſtruit aciem Sed ſine inſidiis. Comprimit adverſarium; Se ſine bile. Frangit eundem; Sed ſine faſtu Et id agit maxime, ut Tolandum in Nazaren ſuo, nihil dignum tanto hiatu protuliſſe demon ſtret, niſi hoc fortaſſis cyclico Scriptore dignum exiſtimet, ſcabiem ſuæ mentis, Scepticiſmum (262) & hoſtilem erga religionem Chriſtianam animum, (328) cum puerili acumine, & pe tulantia conjunctum, data quavis occaſione ape rire & declarare.

Voyages & Avantures de Jaques Maſſé. Bourdeau 1710. Hic liber ad imitationem Fabulæ Seve rambicæ, ut videtur, eſt compoſitus. In quo agit Auctor, qui eſt Simon Tyſſot de Patot, Pro Matheſeos in Gymnaſio Daventrienſi, ut Lecto ri perſuadeat, Chriſtianorum vitam & doctrina long

onge deteriorem eſſe Ethnica & Muhammedana.
Quem in finem fingit, ſe multas peragraſſe regio-
es, notas ignotasque, & in plerisque deprehen-
iſſe rationem vivendi, huic noſtræ multis nomi-
ibus anteferendam. Sermones etiam au-
iſſe ab exteris, quibus SS. Auctoritas, & uni-
erſa Religio Chriſtiana, cum præcipuis fidei ca-
itibus peſſum data ſit, & converſa in ludibrium.
Quos narrationibus Hiſtoricis commiſtos recitat,
. 157. ſeq. 161 - 192. ſeq. 455. ſeq. Alibi.
a comparatos, ut res prodigio ſit ſimilis, Li-
ellum ejusmodi, in quo docetur, religionem
mninò dari nullam, Dominantem autem quam-
unque admittendam, publice venum exponi in
fficinis librariis, cum alii longè tolerabiliores ex
s exeſſe juſſi ſint, ſcilicet

Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.

(1) *Hadriani Beverlandi* de Fornicatione ca-
enda Admonitio, cum *Joh. Brandii* deteſtatione
eccati Ononitici. ſine loco 1698. Qui poſterior
tacuiſſet, Theologus manſiſſet. Quid enim
ttinet, camarinam movere, quam intactam relin-
uere ſatius eſt. Prior autem non verba tacen-
a facit. Ad meliorem enim frugem regreſſus,
omo alioquin peſſimus, Palinodiam canit in
ac admonitione, & ſpurciſſima ſua ſcripta olim
dita revocat, non edita ſe combuſſiſſe ſcribit, &
brum fœdiſſimum de P. V. ad Rectorem Aca-
emiæ Lugdunenſis Bat. tranſmiſiſſe. Rogat
tiam omnes, qui clam, vi, vel precario ali-
uid ab eo poſſident MSCtum, ut vel remittant,
el ipſi tradant Vulcano; quod ſi quis negligat,
li omnes precatur calamitates, quæ maligno &

perfido ſolent contingere. Et obſervation dignum eſt, quod p. 52. monet, *Imperatorem vi tæ non cuivis ſemper largiri uſum memoriæ, aut intel lectus.* Etenim ipſe ante obitum rationis uſu prorſus amiſiſſe legitur, ut hæc ipſa ſcribens, & aliorum Doctor, & ſuus ipſe vates fuiſſe vide queat: (2) *C. H. Emerlings Medicinæ Cultori Bedencken von der Religione Eclectica.* S. l. 1702 Cujus fictum omnino nomen, fictum etiam Me dicinæ ſtudium. Patet enim ex ædificio, quali ſit Architectus, ſcilicet non medicus, ſed JCtus isque Thomaſii diſcipulus, & *Erici Fridlibii* (p 23.) h. e. J. F. Ludovici æmulus, qui Theolo giam prudentum, ſeu eclecticam, contendit æqu eſſe utilem & neceſſariam, ac Philoſophiam huju commatis, & in dogmatibus quidem, ex tribu religionibus in Imperio Germ. receptis, in Inte pretatione autem SS. ex omnibus, quæ ſunt i orbe univerſo, optima quæque poſſe eligi, & in uſum adoptari. (3) *Anonymi Entwurff zu Vereinigung der Proteſtanten.* Sine loco 170 (4) *Anonymi wahres Mittel zur Vereinigung beyde Evangeliſchen Religionen.* Sine loco 1702.

(1) *Anonymi tr. de P.O. Eleutheropoli.* Sine ann Cujus Auctor eſt Adrianus Beverlandus, hom non indoctus; Sed ſuffenus ſibi, & Poëtaru Latinorum lectione tumidus. Hic enim H. C Agrippæ ova ſua ſuffuratus, (quæ habet in d clam. de P. O. P. II. Operum p. m. 553.) agit, ut Lectori perſuadeat, Arborem ſcienti boni & mali eſſe Adami virilitatem, uſum co jugis homini integro eſſe interdictum, adeoq in ſe omni tempore malum, & κατ᾽ ἐξοχὴν pe

catur

ıtum. Primum peccatum fuiſſe fornicativum, x quo natus Cainus. P. O. quod inde derivetır, eſſe generandi cupidinem, SS. eſſe corruptam :c. Atque hæc ea impuritate, obſcœnitate, ɔurcitie, & laſcivia præſtitit, ut pro *Atheo* ıbitus, & in carcerem detruſus, & ex eo non rius dimiſſus fuerit, quam, ſoluta pœna pecıniaria, fidem dedit, ſe impoſterum ejusmodi andaloſis ſcriptis nunquam rurſus manum imiiſſurum. (2) *Leonhardi Ryſſènii juſta deteſtatio eleratiſſimi libelli Adr. Beverlandi.* Gorinchemi 680. Opuſculum doctum, acutum, grave. ı quo Beverlandus ſexcentorum barbariſmoım, Solœciſmorum, & puerilium ineptiarum onvictus, argumentorum mole, & numero ita omprimitur, ut litem perdidiſſe videri queat. lajori faſtidio Lectori futurus, ſi tot accerbiſſiıis vocibus à Ryſſenio non fuiſſet exagitatus. iquidem nulla eſt pagina, in qua non novum exluſum ſit convitium. Et Beverlandus ubique .yſſenio eſt nugator, fanaticus, ſcurra, furci:r, nebulo, mendaciſſimus leno, *Atheus*, &c. 3) *Hadriani Beverlandi de ſtolatæ Virginitatis jure.* ugd. Bat. 1680. Scilicet hujus mali corvi *ma:m* ovum eſt hoc, de jure virginitatis; *Pejus*, e P. O. *Peſſimum*, de proſtibulis veterum, ineitum quidem, ſed ab Auctore citatum h. l. . 4. & p. 46. ut ex ungue Leonem æſtimare ıeas. Et hujus quidem Opuſculi ſtilus Auctoː ſuo dignus eſt, h. e. decolor, inſolens, inatus, tumidus, ſalebroſus, inæqualis, venɔſus, & ineptiſſime audax, barbariſmis etiam : ſolœciſmis conſpurcatus. Ordo nullus vel

ita turbatus ſane & reconditus, ut ægrè appa-
reat. Res pleræque immundæ, ſordidæ, obſca-
næ, & fædiſſimis vocabulis deſcriptæ, quædam
ex aliis compilatæ, pleræque peregrinæ, &
materia ſubjecta toto cœlo diſſitæ, & quæ e
SS. huc traductæ, tam licentioſa dictione ſun
conſpurcatæ, ut vel inde appareat, quam pa
cus Deorum cultor & infrequens fuerit Auctor
& quam inſanientis ſapientiæ conſultus & ſtudio-
ſus. (4) *Alardi Uchtmanni, Vox Clamantis in de-
ſerto.* Medioburgi. Sine anno. Cujus Diatrib
Auctorem non Uchtmannum, ſed ipſum eſſ
Beverlandum, & primus poſſeſſor hujus faſcicu-
li indicavit in indice, & poſt eum diſerte ſigni-
ficavit H. L. Benthemius, *In Holländiſchen Kir-
chen-und Schul-Staat.* P. II. c. IV. p. 453. Ne
deeſt huic conjecturæ veritatis color. Siquidem
p. 9. Ryſſenius, & Lantmannus opprobria reli-
gionis dicuntur, qui ſceleratiſſimum de P. O
libellum ſummo horrore deteſtati ſunt. (vi
Ryſſenii deteſtat. p. 1.) p. 9. commendatur h
Beverlandi Libellus de P. O. & hic mos eſt Be-
verlandi, Lectorem ad ſua Schediaſmata ablegar
(vid. de P. O. p. 49. & de jure Virg. p. 4.
46.) Coccejani p. 9. dicuntur Cocceaſin
Voëtiani etiam p. 21. atro carbone notantu
Et univerſum Opuſculum nihil aliud eſt, qua
invectiva in omnes Miniſtros Eccleſiæ Belg
cæ, Satyræ non diſſimilis, h. e. dentata, morda
& multo ſale conſperſa.

G. F. Jenichen Hiſtoria Spinoziſmi Leenhofia
Lipſiæ 1707. In qua plus ſcientiæ, quam el

que

quentiæ. Siquidem dictio quibusdem in locis admodum fluit lutulenta. Sed rerum gravitas id rependit, quod orationis nitori decedit. Hæ enim omnes fere ex Actis publicis, & monumentis ἀξιοπίστοις collectæ, & in ordinem chronologicum redactæ, eam ſcripti Leenhofiani, *Hemel op Aarden*, exhibent Hiſtoriam, ut, qui rerum harum intelligentes ſunt, omnes in votis habeant, Auctorem huic ſuo Chronico addidiſſe Paralipomena, & bene cæptos annales hoſce usque ad ultimum controverſiæ exitum deduxiſſe.

Friderici von Leenhoff Himmel auf Erden. Amſt. 1706. Auctor hujus Libelli Carteſii & Cocceji ſectator, (p. 23, 137.) nec ab Eloquentia, nec à Philoſophia, nec à Theologia, ſatis inſtructus acceſſit ad ſcribendum. Oratio enim eſt affectata, moleſta, aſpera, ſubobſcura. Res paradoxicæ, ſed oſſibus & nervis deſtitutæ, & ſexcentis Paralogiſmis implicatæ. Cœlum & infernum dari nullum, qualis vulgo creditur, (p. 11. 10.) ſpectra, ſagas &c. eſſe fictiones mentis (p. 102. 103. 170. ſeq.). Triſtitiam omnem eſſe malam, etiam in converſionis actu, adeoque cane pejus & angue vitandam. Dicta SS. quæ de ea agunt, male explicata. Probationes jejunæ. Objectiones frigide ſolutæ. Et quæ ſunt alia hujus commatis, ex quibus non inepte concias, Auctorem eſſe ex eorum Doctorum numero, quos p. 102. tam graphice delineavit; nec ab ea ſcabie prorſus immunem, cujus à G. F. Jenichen in Hiſtoria Spinoziſmi Leenhofiani reus factus eſt. Ubi Hiſtoriam hujus

 opuſcu-

opuſculi exponens Auctor, tradit Belgice ſcriptum, Amſtelodami primum 1703. exiiſſe in lucem, ſed ipſo hoc anno natali ſtatim, & ſequentibus à Viris quibusdam doctis, iisque non ultimæ ceræ, inſectanter & graviter eſſe impugnatum, defenſumque quidem ab Auctore, in Denubilatione cæli, & brevi reſponſo quodam. verum à venenatis illis hypotheſibus, quibus infectum eſt, non repurgatum, adeoque damnatum in Synodo Hollandiæ Borealis & Auſtralis, & publice venundari prohibitum.

Arſenii Sophiani vernünfftige Religion. Amſterdam 1703. Hoc Schediaſma eſt Paradoxicum. In quo πρῶτον ψεῦδος eſt, rationem poſt lapſum adhuc eſſe integram. Quo uno abſurdo poſito ſequuntur plura. Scilicet (1) Scholaſticorum inventa Metaphyſica divinis veritatibus eſſe æquiparanda, p. 26. (2) Rationem pro judice controverſiarum habendam, etiam in rebus Theologicis, p. 1. ſeq. (3) Materiam Deo eſſe coæternam, p. 70. Et quæ ſunt alia hujus commatis, Socinianorum, ipſorumque Ethnicorum fermentum manifeſto redolentia.

Les Eſſais des Mich. Seigneur de Montaigne. Leyden 1602. In hoc Auctore (1) *Notamus*

(a) *Stili* maculas, à genio loci, (Vaſconienſis enim erat) & temporis eidem adſperſas.

(b) *Ordinis* incuriam, & inſtabilem in diſſerendo levitatem, qua pandit theatrum, & claudit, & ab uno argumento ſubinde devolat ad aliud.

(c) *Auctorum* & rerum non ſatis accuratum inſtitutum examen, & omiſſionem eorum

qu

quæ in Parlamento Burdigalenſi geſta ſunt, cujus fuit Conſiliarius.

[2] *Laudamus*

(1) Orationis vivacitatem.

(2) Ordinis ad meliora ſemper decurrentis felicitatem.

(3) Rerum varietatem, ſuavitatem, dulcedinem, novitatem, utilitatem, neceſſitatem.

Nec quicquam moramur Auctoris vanitatem in veſtitu, quam deſcribit Mr. de Balzac Entretiens XVIII. p. 242. Miramur potius ejus in percenſenda Hiſtoria domeſtica candorem, & in rebus Ethicis & Politicis acumen. Imo ne quidem audiendos putamus Malebranchios, Arnoldos, Paſcales &c. qui eidem *Atheismi* dicam impingunt. Siquidem nulla ejus occurrunt indubitata veſtigia; Pleraque etiam objecta, à Sorello ſunt vindicata. Dandum quoque eſt aliquid homini, *periclitanti* potius aliquid ſcribere, quam ſcribendi (ſunt enim les Eſſais). Et ſi qua liberius interdum dicta ſunt, ea vel commoda interpretatione ſunt temperanda, vel obelo notanda; nec ob maculas quasdam totum corpus repudiandum.

Joh. Lockii de Intellectu humano. Lipſ. 1709. Hi Libri IV. Lockii Anglice primum ſcripti, & 1690. editi, poſtea 1700. à Petro Coſtio in Linguam Gallicam, & 1701. à Burridgio in LL. translati, ſunt acutiſſimi, & fœcundiſſimi, & excellentiſſimi, ad veritates inveniendas, examinandas, & dijudicandas perutiles, & pernecesſarii, Philoſophicorum Scriptorum recentiorum plerorumque, ipſiusque J. Clerici promi

condi. Sed paradoxici etiam, nec ſatis circum-ſpecti ubique, & ſobrii, & in quibusdam etiam periculoſi. Adeoque à Poireto in Opp. poſthumis p. 170. ſeq. Pelagianismi, Socinianiſmi, Epicuræiſmi, Hobbeſianiſmi, & ipſius *Atheism* accuſati. Et à Chr. Thomaſio in Programm Lat. p. 650. ſeq. defenſi quidem; Verum ab eodem notati tamen, in Fundamentis J. N. L. II. c XII. §. 10. p. 244. quod terminis nimium abſtractis, Metaphyſicis etiam, iisque non ſati explicatis abundent, ſibimet ipſis non ubiqu conſtent, & exemplis inſuper careant, nec G. G. Leibnitio omnimodo probati, quod pate ex T. II. Recueil des diverſes pieces ſur la Philoſophie p. 143. ſeq. cum quo tamen conferendum, quod legitur in præfatione T. I. p. 68. cujus Auctor videtur Mr. des Maizeaux.

Que la Religion Chretienne & tres raiſonnable. Amſterd. 1696. Auctor eſt Joh. Lockius Vir doctus, acutus, & nullius addictus verbis. (vid P. II. p. 282.) Qui Deiſtis fibulam immiſſurus (P. II. p. 255.) A. C. 1695. Anglice vulgavi Partem I. hujus opuſculi, atque in ea Syſtematum antiquorum Theologicorum pertæſus, novum quoddam condidit, duobus tantummod Articulis fidei abſolutum; Scilicet (1) Eſſe Deum (2) J. C. eſſe verum Meſſiam. Quod variorum errorum, & Socinianiſmi maxime, accuſatum Joh. Edwardo Stillingfleeto, à Joh. Lockio defenſum eſt. Atque hinc Parti I. theticæ acceſſ Pars II. Polemica. Quarum utraque Gallice ver ſa à Petro Coſtio, hoc Volumine comprehen eſt, utut diverſo tempore edita.

C. Kor

C. Kortholten Thaumatographia. S. L. 1699. Non deſunt, qui fidem Georgii Freſii, perpetratique ab eo miraculi, in ſuſpicionem adducere tentantes, eum hominem non optimæ notæ fuiſſe clamant, Chriſtianumque Kortholtum non ſatis operoſe in hoc Phœnomenon inquiſiſſe; Sed obſtat,

(1) Joh. Wilh. Peterſenius *in den in allen Seelen ſich offenbahrenden GOtt* §. 8. p. 5. qui Freſium hunc virum pium, & fidei plenum, ſibique accurate cognitum fuiſſe ſcribit.

(2) J. Müllerus Hamburgenſis, generi mei parens νῦν ἐν ἁγίοις, qui idem mihi de eodem non ſemel affirmavit.

(3) Series ipſius rei à Georgio Freſio, eo quo geſta eſt tempore, ſtatim deſcripta, & in lucem aſpectumque publicam edita, & à Kortholto ſub examen revocata, & adhuc à nemine in ſcripto quodam publico falſitatis accuſata, nedum convicta.

(4) Reſponſum Theol. Facult. Kilonenſis A.C. 1683. datum, & Opuſculis Joh. Freſii 1688. in 12mo impreſſis, annexum, in quo & miraculum hocce de Annulo, & ejusdem ejectio Satanæ ex puella obſeſſa confirmatur.

Raymundi de Sabunde Theologia Naturalis. Francf. 1635. In hoc Libello Auctor docet, Deum eſſe p. 1. - 145. Eumque colendum, 145. - 182. Amore, 195. - 295. Timore, 295. - 395. Religionem Chriſtianam eſſe veram, & rationi nequaquam repugnantem. Veramque adeo Doctrinam de SS. 368. - 378. de anima hominis, & Angelis, 378. - 424. de hominis & Angelo-

rum lapſu, 424. - 512. de ejus reſtitutione, & ſatisfactione Chriſti, 512. - 602. de Sacramentis, 602. - 757. de extremo judicio, 757. - 779. Quo ipſo ut extra chorum ſaltaſſe, & limites rationis tranſiliiſſe quibusdam viſus eſt; Ita hoc ea ratione ab eo factum, ut reprehendi non poſſit, contendit Michel de Montaigne dans les Eſſais L. II. c. XII. p. 381. ſeq. Ubi & ſe Gallice transtuliſſe hoc opus dictitat, & ab Adriano Turnebo accepiſſe, contineri in eo *Quintam Eſſentiam Thomæ Aquinatis*. Et ſunt ſane multa in eo præclare, ſcienter & acute dicta. Multa etiam à Lutheri Analogia fidei non abſona, (ut p. 138 & 287.) licet integro ſeculo eundem anteceſſerit ætate; Sed ſtilus tamen lutulentus eſt admodum, & genium ſui Seculi redolet. Nec methodus undiquaque eſt probabilis. Et in rebus plus ſubtilitatis interdum, quam ſoliditatis ineſt. Interim ab A. C. 1487. quo primum prelum ſubiit, decies eſt recuſum, & tamen ita exaruerunt exemplaria, vix jam ut appareant.

Anonymi Gedancken von der Religion, Kirche, und Glückſeligkeit der Engelländiſchen Nation, unter der gegenwärtigen Regierung. Leipzig 1726. De hoc Libello quid exiſtimemus, copioſe diximus in Editione Gallica.

H. Grotius de Veritate Religionis Chriſtianæ. Amſtelodami 1684. Ex 400. Scriptoribus, qui cauſam Religionis Chriſtianæ ſuſtinuerunt, æquales paucos, ſuperiorem fere nullum habet H. Grotius. Cujus hicce Libellus in carcere Löwenſteinienſi confectus, A. C. 1622. primum in lucem exiit, ſermone ligato Belgico, ex quo poſtea

ab

b ipſo Auctore in LL. traductus, & 1627. excuſus, iis plauſibus exceptus eſt, ut in Linguam Germanicam bis, in Anglicam ter, in Gallicam quinquies, tum etiam in Suecicam & Arabicam, &, ſi teſtes nonnullos audias, in Perſicam quoque, Malaicam & Sinicam translatus, & C. annorum ſpatio plus vicies impreſſus, variisque variorum notis ac Commentationibus illuſtratus ſit. Et licet omnino ſint, qui non uno nomine Auctorem reprehendendum autument, v. g. quod Socinianis frigidam ſuffundens, doctrinam de P. O. & divinitate Chriſti, ejusque ſatisfactione, velut Religionis noſtræ proram & puppim, ſilentii ſipario involverit; Ac contra Deiſtas ne quidem probaverit, *Dari Religionem*, &, ut ea ad obtinendam ſalutem æternam ſufficiat, revelationem divinam eſſe perneceſſariam; Æquus tamen Judex benigne interpretabitur has maculas, ſtudque opuſculum non in poſtremis habendum exiſtimabit, in cujus (1) Dictione, naturalis, & non fucatus ineſt nitor. (2) Apparatu, tantus eſt Argumentorum ſelectiſſimorum numerus. (3) Diſpoſitione, & elaboratione nihil jejunum, nihil claudicans, nihil circumfluens. Nos ſane idipſum eo pluris faciendum putamus, quo pauciores fuerunt ante Grotium, qui huic telæ manum injicere conati ſunt. Siquidem plures hoc ultimo Seculo Religio Chriſtiana habuit Hyperaſpiſtas, quam ante Seculis omnibus à Chriſto nato habuit, eosque plurimos exemplo, & Auctoritate, & gloria Grotii illectos, & ad illuſtre hoc bellum gerendum quaſi quodam œſtro incitatos.

De-

David Algöwers Einleitungs-Diſcours über den Hugonem Grotium. Ulm 1722. Schediasma hoc eſt Hiſtorico-Didacticum. In quo, quæ ad Hiſtoriam Libelli Grotiani faciunt, pleraque ſunt vulgaria, & disjecta, & J. C. Köchereri Analectis, de eodem hoc themate longe inferiora. Quæ vero ad Argumentum, ſunt ſupervacanea, quia Grotius ipſe ἀνακεφαλαίωσιν huic opuſculo ſubmiſit, in omnibus Editionibus obviam, ſed in recentioribus pleriſque in antica collocatam, cum vi vocabuli deberet ſe ſiſtere in poſtica.

Anonymi Penſees Libres ſur la Religion, l'Egliſe, & les Bonheur. A la Hage 1723. In hoc Libello ſunt quædam non cottidiani commatis. Expeditum, & profluens, & ſpecioſum orationis genus. Pacis Eccleſiaſticæ, & mutuæ tolerantiæ ſtudium. Acutum de rebus civilibus, & Anglicanis inprimis, judicium. Rerum multarum reconditarum ſcrutinium. Religionis, & Eccleſiæ indicatum intervallum. Poteſtatis Eccleſiaſticæ, & intempeſtivi Zeli ferale damnum. Et quæ ſunt alia hujus commatis, quæ nemo non poteſt non laudare, qui, quid in ſcriptore aſteriſcum vel obelum mereatur, intelligit. Aſt illaudatam à materia ſubſtrata ſubinde deflectendi Methodum, à particulari ad univerſale in ratiocinando proceſſum, Acre, acerbum, criminoſum in Theologos omnes odium, manifeſtum indifferentiſmum, Libertiniſmum Cæſareo-Papiſmum, & quæ ſunt alia hujus farinæ, ex Hobbeſii, Socini, Bælii &c. diſciplina hauſta, vix putamus quemquam albo lapillo digna judicaturum, niſi ſe talem velit exhibere, qualis Auctor ipſe eſt, in iis rebus,

rebus, ubi ingenio indulgere maluit, quam judicio, & cavillari, quam quadrata à rotundis diſcernere. Unde & tanta in eo colluvies Paradoxorum, ſcilicet (1) Atheos theoreticos eſſe homines tranquillos, & pacis ſtudioſos c. I. p. 5. (2) Nihil eſſe facilius, quam credere, & fidem abundare magis in hominibus, quam deficere l. c. p. 8. ſeq. (3) Omnes Ceremonias in Eccleſia Chriſtiana uſitatas ab hominibus eſſe confictas c. II. p. 74. (4) Dogma de Trinitate ante Concilium Nicænum in Eccleſia non fuiſſe receptum c. IV. p. 96. (5) Liberum arbitrium in homine dari nullum c. V. p. 121. (6) Nullam in toto terrarum orbe reperiri Sectam, quæ ſit ſine maculis c. VI. p. 175. (7) Imbecillitatem vulgi eſſe ſolidiſſimum fundamentum Eccleſiæ l. c. p. 176. (8) Chriſtum primum docuiſſe, poſt hanc vitam eſſe aliam c. VII. p. 202. (9) Patres Eccleſiæ ſæpius falſa inſeruiſſe ſuis ſcriptis contra Ethnicos, idque ſtudio, & in hoc muſtaceo inſuper quæſiſſe laurum, c. VII. p. 238. (10) Diabolum cum oraculis gentilium, nihil prorſus habuiſſe commercii, l. c. p. 239. (11) Confeſſiones fidei in terminis generaliſſimis eſſe concipiendas, c. VIII. p. 280. Et quæ ſunt alia, quæ velut in tabula ſpectanda exhibet Vir Venerandus V. E. Löſcherus, *in nöthigen* Reflexionen *über die* Penſeés libres ſur la Religion &c.

J. Gaffarelli Curioſitates inauditæ. Hamb. 1706. Juvenile eſt hoc Opus, ab Auctore anno ætatis 28. elaboratum; Magnam tamen oſtendit ejus indolem, & mirabilem inclareſcendi cupiditatem. Siquidem, quantum quantum eſt, eſt Para-

Paradoxicum, & ſententiis novis & portentoſi
refertum. Aaronem, Jeroboamum, & Samari-
tanos non fuiſſe Idololatras, ob erectos vitulo
aureos, p. 24. Cherubinos, arcæ inſidentes, vi-
tulorum formam habuiſſe, p. 29. Teraphim
fuiſſe imagines, quarum beneficio conſulente
de voluntate Dei certiores redderentur, p. 63
Figuras quasdam poſſe confici, quæ naturalite
animalia noxia expellant, p. 102. Horologium
Regis Achatz à nemine adhuc recte deſcriptum
p. 198. Conſtellationes olim characteribus li-
terarum Ebraicarum notatas, p. 204. In nu
bibus aliquid legi poſſe, ut & in cæteris Me
teoris, p. 227. ſeq. In Stellis legi poſſe, qua
toto orbe fiant, p. 157. Et quæ ſunt alia huju
generis, ad ſalivam lectoribus ciendam idonea
Nec fruſtra jacta eſt hæc alea. Opus enim intr
ſex menſium ſpatium, ter eſt excuſum. Ex lingu
etiam Gallica in Anglicam, & Latinam trans
latum, &, velut ancile quoddam cælo delapſum
ab eruditis exceptum. Sed non perenni
fuit hæc fabula. Auctor enim à Sorello pecu
liari ſcripto eſt refutatus, à Doctoribus Sorbo
nicis impietatis inſimulatus, & ad recantanda
has ſuas curioſitates adactus, à Gisberto Voëti
T. I. Diſſ. Select. & poſt eum à T. Spitzelio i
Scrutinio Atheiſmi, p. 30. & 60. in Atheiſm
ſuſpicionem adductus. Qui Camillo ob aſ
ſertam figurarum Taliſmanicarum efficaciam
Atheiſmi notam inuſtam eſſe, p. 105. ſcripſerat
& Atheos omnia ad naturæ potentiam referre
p. 113. ipſemet dictitaverat.

Theo

Theodori Bezæ, (1) *de Polygamia*, (2) *de Repudiis & divortiis*, Genevæ 1591. *Primus* tractatus eſt Theologicus, *Secundus* autem Juridicus. (Siquidem Beza diſcendo docendoque Juri ſe primum devoverat) Uterque legi dignus, ob dictionis caſtitatem, rerum ordinem, Argumentorum pondus, reſponſionum nervoſitatem, obſervationum quarundam ſingularitatem. (v. g. in tr. de divortiis, p. 249.) Lectusque omnino à quibusdam recentioribus, & cum plauſu uſurpatus; ſed illaudato tamen, & ſuppreſſo Bezæ nomine.

Erici Fridlibii Unterſuchung des indifferentiſmi Religionum. Glückſtadt. ſine tempore. Qui, quis ſit, non ſatis eſt conſtitutum. Sunt enim, qui E. R. Brenneiſenium, ſunt etiam, qui J. F. Ludovici, ſub hoc nomine latere exiſtimant, quorum uterque C. Thomaſii eſt diſcipulus. Cujus principiis inædificatum eſt hoc Compendiolum Theologicum. Paradoxicum omnino, & Analogiæ fidei noſtræ oppido adverſum, in quo multa petulanter, multa aſpere, multa fallaciter, & ea ratione dicta, ut iis adjungi fides nulla poſſit. Unde & à G. Wernsdorffio in Comment. de indifferentiſmo religionum, p. 82. & 92. ſeq. & ab Anonymo, qui ſub ſiglis, C. W. U. D. M. latere voluit, ei dica ſcripta, & ab hoc poſteriore, c. III. p. 108. *Deiſmi* poſtulatum eſt.

(1) *J. Zeiſoldi de Notitiis Naturalibus Diſſertatio*. Jenæ 1654. Oppoſita eſt hæc Diſſert. Joh. Sperlingio, qui in Anthropologia, p. 183. ſeq. hanc hypotheſin Zeilſoldianam, *Non dari notitias inſitas*, oppugnaverat. Et negari non poteſt,

Zei-

Zeiſoldum huic ſuo παραδόξῳ ſpecioſum indu xiſſe colorem, argumentis à ratione, expe rientia, SS. & Auctoritatibus Theol. & Phil. du ctis, ſed

(1) *Id, quod Græci πρέπον* appellant, in diſpu tando non obſervavit.

(2) *Petitiones principii*, fallacias conſequentis (p. 243. 250. 260. 262.) aliaque huju generis παροράματα logica, non pauc admiſit.

(3) *Objectiones adverſarii*, ab imaginis divin reliquiis, à conſcientia nobiſcum nata, à no titia animalibus brutis inſita, &c. non ſuffi cienter diluit.

(4) *Id, in quo nervum totius rei ineſſe, ſcrib* p. 157. ita proponit, ut pateat, hanc hypo theſin ex Scholaſticorum Commentis eſſ natam, & principiis incertis ac ruinoſis ſ perſtructam.

Et ſi fanaticum eſt, Auctore judice, p. 211. no titias innatas tueri, P. Poireti arbitrio in Op Poſthumis, p. 172. easdem debellare, eſt Epicu ræum, & Atheiſticum.

J. Dallæi de Pſeudepigraphis Apoſtolicis. Harde vici 1653. Vir ab ipſis hoſtibus laudatus, nit dus, candidus, & in verbis ac rebus, neſci quam præ ſe ferens nobilitatem. In H. E. & l ctione Patrum, & facultate Critica, egregie ve ſatus; Audacior tamen in hac ultima, & arg mentis negativis nimium confiſus. Qui Lud vico Capello inſcripſit hoc opuſculum, cum C pellus, Criticæ Sacræ Auctor, Hiſtoriam Ap ſtolica

olicam prius inſcripſiſſet ipſi, unde nata qui-
usdam cavillandi occaſio, eos egiſſe ex
acto, & ita conveniſſe, ut alter SS. alter S.
atrum Auctoritatem convelleret. Adeoque
eligionis Chriſtianæ Syſtema, infractis, quibus
perſtructum eſt, ſuſtentaculis, ſua ſponte con-
ideret & interiret.

(1) *J. Lockii Send-Schreiben von der Tolerance,
ım obſervationibus Anonymi*. 1710. Qui Auctor ſaga-
iſſimus, Latitudinariis iccirco à quibusdam eſt
nnumeratus, quod tanto verborum & rerum
mbitu in hac Epiſtola propugnaſſet,

(1) Cuique, Ethnicis etiam, & Judæis, & Turcis liberum religionis exercitium in republica eſſe permittendum, p. 106.

(2) Tolerantiam eſſe notam veræ Eccleſiæ, p. 1. ſeq.

ſt autem edita hæc Epiſtola Lockii primum
atine 1698. Goudæ in 12. Tum traducta in
inguam Gallicam, & inſerta *les Ouvres diverſes*
e Mr. Locke 1710. Et tandem prodiit Ger-
ıanice cum Scholiis. Quam editionem ultimam
uare non memoraverit Vir Celeb. Chr. Tho-
ıaſius in Hiſtoria certaminis inter Imp. & Sacer-
otium, c. I. Append. §. 71. p. 492. non di-
ıicimus. Memorat enim ibidem alias, & Epiſto-
e univerſæ Argumentum recitat, & Interpre-
m hunc ac Scholiaſten procul dubio optimè
abuit perſpectum. (2) *H. M. J. J. S. P. M. Ant-
ort auf einige Theol. Fragen*. Auctor eſt M. Joh.
ıl. Struve Paſt. Magdeb. ad D. Joh. (3) *M. L.
I. F. D. S. Theatrum Myſterii ἀποκαλυπτάσεως
ἀνἰων deſtructum*. Ulm 1708. Opuſculum le-

ctu ac laudatu dignius, ſi ſolidius, gravius mollius.

D. J. W. Peterſen Geheimniſs des Erſtgebohrne aller Creaturen. Franckfurt 1711. J. G. Wach terus in Theologia Martyrum MSCta Sect. VI §. 2. D. J. W. Peterſenium totum hoc Myſte rium de primogenito ante creaturas, h. e. d Chriſti humanitate ante generationem ex Mari Virgine; ex F. M. ab Helmont *Seder Olam*, ejus que *Principiis Philoſophiæ antiquiſſimæ & recentiſſi mæ* (quorum h. l. p. 23. ſeq. meminit auctor accepiſſe mutuo contendit, atque huic hypo theſi hoc ſuum novum Syſtema Theologicum vel potius Chriſtologicum, ſuperſtruxiſſe, ve ſuperſtruere voluiſſe. Cum enim primam han veritatem non ſatis intellexerit, hinc factum, u Syſtema nobis tradiderit ἀσύςατον, ſexcentis nc vitatibus, ſuperfluitatibus, imperfectionibu contradictionibus, & rebus rationi oppido adve ſis, conſpurcatum.

(1) *Zweyer guten Freunde vertrauter Brieff-Wec ſel vom Weſen der Seelen.* Hag. 1713. *Auct Epiſtolæ I. & III.* eſt Bucherus, Principis de Fü ſtenberg Archiater. Qui, neſcio quo œſtr percitus, contendit in ea,

(1) Facultatem intelligendi, volendi, jud candi commode explicari poſſe ex Mech nica cerebri diſpoſitione, p. 18.

(2) Hominem ſolo conſtare corpore, non ſp ritu, p. 26.

(3) Sexcenta in SS. extare loca, in quibus a mæ occurrat mentio, ſed in iis vix dece

e

eſſe, in quibus partem hominis à corpore diſtinctam denotet, p. 28.

(4) Animam non eſſe ſubſtantiam, ſed Accidens 32. ſcilicet aptitudinem omnium membrorum corporis, & inprimis fibrarum cerebri, p. 39.

(5) Homines poſt mortem ſupereſſe non ratione animæ, ſed ratione memoriæ à Deo conſervatæ, p. 33.

uctor Ep. II. eſt J. B. Röſchelius SS. Theol. D. c PP. Witteb. qui ætate, doctrina, judicio, ſu, & cauſæ bonitate Buchero ſuperior, tanta exteritate hæc commenta diluit, ut dolendum mnino ſit, eum 1712. die 22. Maji mortalitate ıterceptum ad Epiſt. II. Bucheri reſpondere non otuiſſe. In qua, meliora edoctus, jam incipit re- piſcere, & alia lingua loqui, ſcilicet ea, quæ p. I. continentur, non fidei ſuæ eſſe capita, ſed roblemata ad diſputandum propoſita. (p. 96.) t ſane ſi ex animo ſcripſiſſet ea, quæ ibidem ſcri- ſit, vix abſolvi poſſet ab Epicuræiſmo, &, qui cum o cohæret, Atheiſmo, à quo tamen ſe alienum ſſe p. 76. & alibi profitetur. (2) *A. B. Deutli- ɔe Abſchilderunge des Prediger-Standes in allen Se- len.* 1712. Auctor hujus libri Theologiæ Ec- :cticæ, Enthuſiaſticæ, & Separatiſticæ Studio- ıs, ut patet ex §. 80. ſeq. & arte ratiocinandi on bene imbutus, perpetuas committit peti- .ones principii, & fallacias accidentis, & col- :ctiones aſyllogiſticas, à particulari ad univer- ıle, & à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpli- iter. Et hinc illa paradoxa. Eccleſias omnes cholaſve eſſe noxias, & inventas à Diabolo

§. 13. 35. 59. 74. Omne malum à Clero §. 98
Dignus ob ſcabioſum dicendi genus, & blaſphe-
mas hypotheſes, cujus nomen cum ſcriptis edi-
tis, §. 112. & edendis §. 99. æternis tenebri-
obruatur.

(1) *Antonii le Grand Apologia pro R. Carteſi-
cum præfatione ad Atheos.* Norimbergæ 1681. (2
*Jac. Guſſetii Prælectiones in Cap. II. Jacobi de fi-
viva, & mortua, cum Diſſertatione de Syſtemate Car-
teſii non periculoſo.* Amſtelod. 1696. (3) *Bern-
hardi Ferrarii de ritu Sacrarum Veteris Eccleſiæ con-
cionum.* Ultrajecti 1692. (4) *J. Windeti de vi-
functorum ſtatu tr.* Londini 1677. In quo perit-
linguarum inuſitata. Lectio Librorum, & omn-
generis voluminum, ſtupenda. Et obſervata qua-
dam Critica, & Theologica peregregia; (1
199. 235.) Sed dictio eſt aſpera, & confragoſ
Diſpoſitio turbata. Et res *multæ* peregrinæ (76
plures novæ, & inexſpectatæ, & à commu-
Eruditorum ſenſu alienæ (79. 109. 114. 15
204. 232. 242.) *Plurimæ*, & fere omnes, t-
ſtium nube ita obductæ, ut, quæ Auctoris me-
ſit, quis ſcopus, difficulter admodum appareat.

(1) *Jac. Acontii Stratagemata Satanæ.* Baſ-
1610. Vir eſt egregie ſubtilis, & in reb-
Theol. ac Philoſ. præclare verſatus; Sed com-
preſſione rerum ſubobſcurus, nulli Sectæ add-
ctus, & concertatoriæ Theologiæ juratus hoſt-
Cui & totum hoc Opuſculum eſt oppoſitum,
quo contendit L. I. non diſputandum eſſe temer-
L. II. & non niſi circumſpectiſſime, L. III. H-
terodoxos non facile ab Eccleſia damnandos,
à Magiſtratu nunquam interficiendos, L. IV. I

C

:ile corrumpi poſſe doctrinam, L. V. & vitam, L. VI. Stratagemata Satanæ eſſe varia, L. VII. ſed lari artes ea eludendi, L. VIII. Hiſtoriam hujus Milleartificis eſſe neceſſariam. Et licet ſummis audibus à quibusdam ornatum ſit, & ex LL. in Gallicam, Germanicam, & Belgicam traductum, & ſæpius editum; Attamen ab aliis non paucioibus maculis eſt conſperſum, à J. Bodino in Dæmonom. p. 143. puerilitatis, ab Iſ. Junio in Anonymi Penſees libres ſur la religion c. VII. p. 177. *Syncretiſmi*, ab aliis in præfat. G. Serpilii L. Praſchii Pſyche Creticæ præmiſſa, p. 3. *Socinianiſmi*, Indifferentiſmi, & Scepticiſmi, ab Abrahamo Calovio in Inſtitut. Theologicis, p. 6. *Atheismi*, accuſatum. Quo jure, diſpiciant alii.

Non quippe eſt noſtrum, tantas componere
lites.

2) *J. G. Schottelii Teutſche Sprach-Kunſt.* Braunſchweig 1641.

(1) *Hermanni von der Hardt Baal Apollo Peræus & Palæſtinus.* Helmſt. 1726. Quo

Magnus ab integro novitatum naſcitur ordo,

Baalis voce in SS. ſemper notari Apollinem, p. 4. Baal Sebub eſſe Aſclepium, p. 11. Baal Peor Apollinem Peræum, p. 6. Teraphim eſſe Tripodas Apollinis, p. 21. & 49. Teraphim 1 Sam. XIX. 13. fuiſſe vaſa domeſtica, *Ein Dreyfuſs, darauf ſie den Krancken eine Suppe gewärmet, oder eine Brühe, die Artzeney einzunehmen.* ἐγγαστριμύθους fuiſſe fœminas, in γάστρα ſ. fundo, vel pelvi ſedentes, & inde oracula edentes, p. 55. Et quæ ſunt alia hujusmodi. De quibus an idem fe-

rendum judicium, quod Auctor p. 52. tulit de J. Seldeno, aliisque, qui de Diis Syris commentati ſunt, ſcilicet eos nihil niſi ſomnia recen ſuiſſe, Lectori definiendum relinquimus. San Phœnomena Critica quamplurima in hoc ſchediaſmate vidimus, Argumenta nulla, præter quam ea, quæ ab Analogia vocum ducta ſunt (2) *Ejusdem Peræa ſupra Jordanem.* Monſtrorun itidem non paucorum ferax; (1) Auctorem quin que priorum verſiculorum, Deut. I. poſterioren eſſe Moſe; p. 8. (2) Per ים סוף in SS. no intelligi mare rubrum, ſed mortuum, & lacur Sirbone, & mare Mediterraneum c. II. III. IV (3) Iſraelitas ex Ægypto egreſſos non tranſiiſſ per mare rubrum, ſed per lacum Sirbone p. 2 (4) Lucam Act. VII. 37. & Auctorem Epiſt. a Ebr. c. XI. 29. in translatione vocum ים סוף non ſecutos eſſe rei veritatem, ſed vulgi opinionem, p. 43. Et alia hujus generis ad nauſea usque inculcata, & irrefragabilibus Geographi documentis fulta, ſi Auctorem audias p. 3 Sed ſi portenta ipſa, ea SS. & Eccleſiæ Judaicæ & Chriſtianæ placitis oppido ſunt adverſa, ab omni veritate, & veritatis ſpecie ita alien ut in Opuſculo univerſo ne γρῦ quidem alicuju veriſimilitudinis appareat. Si à vocum quarundam concordia diſcedas, quæ in quibusdam i jejuna eſt, & coacta, & diſcors, ut vel C toni ἀγελάςω ſplenem concitare valeat. (3 *Ejusdem Oxyacantha.* In qua diſputat, עץ שטים Exod. XXV. 5. ſeq. quod à B. Luthero tran latum eſt *Föhrenholtz*, rectius reddi poſſe, *Br ſilie.*

ſlienholtz. Et hoc nomen lignumque, jam pridem ante inventam Americam, in Europa fuiſſe cognitum, p. 21. ſeq. (4) *Ejusdem Medabeni, Madieni, Magdaleni, Dimonenſes Petrææ, Arabiæ felicis, & Palæſtinæ quatuor populi, communi Ebraica voce Midiam comprehenſi.* Quos more ſuo ita deſcribit Auctor, ut omnia infima ſummis paria fecerit, turbaverit, miſcuerit. (5) *Ejusdem Siſtrum*, muſicum Ægyptiorum Inſtrumentum, in templi Hieroſolymitani choro.

H. v. d. Hardt Lumen Græcum in Analyſi Hebraica. Helmſt. 1726. Ut omnes ſcientiæ, ſic omnes linguæ habent commune vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe continentur. Et eſt apud nos Achatii Mylii SS. Theol. D. Lexicon Ebraico-Græco-Latino-Germanicum MSCtum & ἀνέκδοτον, qua concentus harum linguarum ingenioſe commonſtratur. Adeoque perlibenter concedimus, eſſe quendam inter ſermonem Ebraicum & Græcum Analogiam; Sed radices Ebraicas omnes à Grajis repetendas, & textum SS. eſſe obſcurum, niſi ex Græco lux arceſſatur; Id eſt, de quo parum certa eſt noſtra divinatio, & niſi majora attulerit Argumentorum pondera, quam quæ hoc Meletemate continentur, vix impetrabit à nobis Auctor, ut noſtrum judicium cum ipſius conjungamus.

H. v. d. Hardt Michæ & Nahumi Libelli XX. &c. Helmſt. 1726. Ecce! Hexada Opuſculorum H. v. d. Hardt, Domino Michaeli, P. P. in Acad. Halenſi oppoſitorum, in quibus Auctor inclareſcendi ſtudio, velut oeſtro percitus, non tantum ab omnibus aliis SS. interpretibus; Sed

etiam à ſe ipſo, iisque, quas olim in vulgus ſpar-ſit, hypotheſibus, jam ſatis ſingularibus, deflectens, antiqua paradoxa novis cumulat, ſententiaſque monſtroſiſſimas omnino, & ab omni non ſolum veritate, ſed & veritatis ſpecie oppido alienas, quasdam etiam parum chriſtianas, & pietati ac fidei adverſas exhibet, daturus in poſterum monſtroſiores, niſi fata intercedant. Etenim remis velisque contendit in

(1) Libellis XX. Michæ & Nahumi, Ebraicam linguam ex Græca eſſe explicandam, ſupplendam, illuſtrandam. Adde Hiſtor. regn Babyl. p. 10. ſeq.

(2) Habacuci Tragœdia, } Micham, Nahu-
(3) Zephania, } mum,
Habacucum, & Zephaniam de irruptione Scytharum in Palæſtinam, tempore Joſiæ regis factam, vaticinatos, minime vero gentium de Chaldæis.

(4) Hiſtoria Enoſchi. Tria in Palæſtina fuiſſe diluvia, h. e. atrocia bella Schythica, quibus ea, velut fatali quodam Cataclyſmo fuerit inundata. Primum Enoſchi tempore, de quo vaticinatus ſit Henoch in Ep. Judæ v. 14. Secundum ævo Lamechi Geneſ. IV. 23. Tertium tempeſtate Noachi, qua inclaruerint Nephilim, Geneſ. VI. 4.

(5) Hiſtoria regni Babylonici.

(1) Cap. Gen. XI. continere ea, quæ tempore Nebucadnezaris & Belzazeris acta ſint, quo Babylonicum Imperium ad ſummum faſtigium deductum quidem, ſed à Cyro poſte-

poſtea depreſſum, & novum ſermonis genus condiſcere coactum eſt, p. 81. & in præfat. Zephaniæ.

(2) Auctorem hujus capitis non eſſe Moſen, ſed Joſuam; Esdræ fratrem, Judæorum ſummum ſacerdotem Joſiæ tempore, p. 87. Esdram autem his omnibus libellis, vel capitibus eum dediſſe locum, quem hodie in SS. obtinent, p. 86.

(6) Hiſtoria Nimrodi & Pelegi. Tres Noæ Filios, Gen. X. 1. non perſonas fuiſſe; ſed integras gentes, & omnia, quæ hoc capite occurrunt nomina propria, hoc ſenſu eſſe intelligenda. Adeoque diuturnitatem vitæ Patriarcharum, de familiis eſſe accipiendam, non de perſonis.

Atque hæc ſchediaſmata omnia, ut ipſe ſcribit, in præfat. Hiſt. Nimrodi & Pelegi, ſuis ſumtibus prelo ſubmittit, gratisque poſtea diſtribuit, omni opum vi id agens, ut ex luce det fumum, non vero ex fumo lucem, & SS. talem reddat, qualem exoptant Athei, ſuſpectam, dubiam, turbatam, monſtroſam, ridiculam, & ſcriptis Ethnicorum poſtponendam. Siquidem diſerte pronunciat in Hiſt. regni Babyl. p. 11. Græcos Auctores Hiſtoricos, & Geographos, luculentiſſimos eſſe Commentatores in obſcuriſſima quæque Ebraicorum codicum momenta.

Phil. Mornæi de Veritate Religionis Chriſtianæ. Antwerpiæ 1583. Sane bonus & nobilis eſt hic Libellus. In quo elegans orationis genus. Ordo ſolutus; ſed non diſſipatus. Et eruditio va-

ſta, ab ipſis hoſtibus laudata. (vid. Nicol. Antonii Bibl. Hiſp. Vetus T. II. p. 141.) Atque hinc tot ejus verſiones, Anglicæ, Belgicæ, Italicæ Suecicæ. Quibus adde & hanc Latinam, quæ ab Auctore ipſo ex idiomate Gallico, quo primum ſcripſit, expreſſa eſt. Interim diſſimulari non poteſt, Teſtimonia quædam veterum perperam in eo adducta, tum quia non genuina tum quia vel truncata, vel male intellecta. Argumenta etiam nonnulla admodum imbecilla Et multa ab aliis, Raimundo de Sabunde, Lud. Vive, Hier. Savanorola, P. Galatino &c. mutuo accepta non indicatis eorum nominibus.

Petri Allix vernünfftige Betrachtungen über die Bücher der Heiligen Schrifft. Nürnberg 1702. In his conſiderationibus Veritatem Religionis Chriſtianæ demonſtraturus Auctor,

(1) Genuina docet eſſe Scripta Moſis, & Prophetarum, & ſpeciatim ea, quæ in iis de futuro Meſſia continentur vaticinia.

(2) Ea omnia in Jeſu Nazareno accurate eſſe impleta, & eventus N. T. V. T. præſagiis punctim reſpondiſſe.

Vir ſane doctus, & pius, & judicii ſubtilitate non minus, quam aſſiduitate laboris præditus, ſed nec liquidus omnino, nec ſuas duntaxat trahens undas, Sectæ ſuæ idiotiſmis infectus, & Paradoxologiis Hermeneuticis in quibusdam deditus & P. D. Huetii opibus non parum adjutus.

Eduardi Stillingfleet Origines Sacræ. Bremæ 1695. Hoc opus confectum eſt à Juvene, (nondum enim octo ſupra viginti annos natus erat Auctor, cum idipſum in lucem publicam prodire

jube

uberet) ſed ſtupendo eruditionis apparatu, & udicii dexteritate elucubratum, tantoque plau-ū ab Eruditis exceptum, ut ſepties eo Sermone, quo ſcriptum eſt, recuſum, & in linguam latinam, Belgicam & Germanicam fuerit translatum. Conatu pari; ſed facultate & ſucceſſu diſpari. Siquidem hæc verſio Germanica non ex fonte Anglico, ſed ex rivo, vel verſione Belgica, eſt hauſta, & ita adornata, ut dubium videri queat, an opus ipſum Stillingfleeto plus dignitatis, an ejus verſio Interpreti plus infamiæ attulerit.

Theod. Under-Eycks Närriſcher Atheiſt. Bremen 1689. Vir hic pius eſt, & candidus & apertus, nec indoctus, & in notandis Atheorum ſtultitiis præclarus; Sed cui deeſt facultas ſe commode & eleganter explicandi, & res concinne diſponendi, & hoc ſuum Syſtema Anti-Atheiſticum ita excitandi, ut nihil in eo deſit, nihil redundet. Sectæ etiam ſuæ addictus eſt nimium. Et, quæ maxime nitent in eo argumenta, aliunde accepit, Abbadio puta, & Spanhemio, (p. 69. 83. 194.) & aliis.

M. Mich. Berns Altar der Atheiſten, der Heyden und der Chriſten, wieder die drey Ertz-Betrieger Hobbert, Hobbes und Spinoſa. Hamburg 1692. Hoc opuſculum ejusdem eſt commatis cum Auctoris *Licht des Verſtandes*, ſcilicet exſpectationi Lectoris & ſibimetipſi non reſpondens, phaleratum, ſalebroſum, affectatum, & portentoſæ δοκησισοφίας plenum. In quo ſenſus magni, ſed enervati, & involuti, & errantes, & malæ cohæren-

hærentes, quales ebriorum eſſe ſolent; qui adverſarium non feriunt, & magis offendunt Lectorem veritatis cupidum, quam extemporales temeritates aliorum.

J. B. Leuckfelds Verführiſcher Atheiſten-Hauffe. Franckfurt 1699. Opus hoc eſt Paræneticum, ex Scriptoribus, recentioribus inprimis, collectum, in quo Auctor & dari Atheiſmum, & eundem ex vita aulica, Militari, & Academica, velut ex triplici fonte manare docet, populari genere dicendi uſus, & ea ratione diſponendi, & elucubrandi, ut & tolli, & addi, & emendari quædam valeant.

C. N. B. Wiederlegung der Atheiſten. Bremen 1692. Auctor hujus Libelli eſt Chriſtianus Neubaur, militum præſidiariorum in urbe Bremenſ præfectus. Homo non mali animi, ut videtur nec nullius plane ingenii; Sed in literis non admodum inſtitutus, & argumento tam gravi, ac ſpatioſo, & vario exhauriendo impar. Totam enim Theologiam pervagari, & quid Athei contra eam, Theologique ipſi in ea parum circumſpecti tradiderint, auſus eſt exponere. Laudandus ex parte, qua urget integritatem vitæ, & ſimplicitatem doctrinæ, & pacis Eccleſiaſticæ ſtudium ſed novitatis, & Syncretiſmi, & Paradoxophiliæ nomine ſuſpectus, & propter infuſam rebus ἀμεθοδίαν & ἀπρεσδιονυσίαν inſuavis lectu, & injucundus.

G. Pſalmanaazar Deſcription de l'Ile Formoſa Amſterd. 1705. Verane hæc ſit Hiſtoria, an fabula, non diſceptamus in præſenti. Hoc contendimus, multa in hoc Libello extare lectu dign

ligna. Arcana Jeſuitarum detecta. Sphalmata Pontificiorum, & Reformatorum indicata, (p. 250. 273. 276. 279.) Veritas religionis Chriſtianæ confirmata, & contra inſultus adverſariorum vindicata.

Herrn Blaſii von Paſcals Gedancken über die Religion, und über einige andere Dinge. Augſpurg 1710. De hoc Opuſculo quid ſentiendum, jam tum indicavimus, ubi ejus ἀρχέτυπον in ſcenam produximus. Cujus verſio hæc Germanica Gallicismis infinitis, & expreſſionibus quibusdam ineptiſſimis, ita eſt conſpurcata, ut Auctor, non vertiſſe, ſed pervertiſſe Paſcalium in locis quibusdam, jure dici queat.

Penſees de M. Paſcal Sur la Religion. Amſterd. 1688. Opus illuſtre, & præclarum, & meditationibus profundis, & ſingularibus, & nequaquam cottidianis refertum, ſed poſthumum, & affectum tantummodo, & ex Schedis disjectis, & parum inter ſe cohærentibus collectum. Nimis etiam ſpinoſum in quibusdam, & argutiis verborum rerumque conſonantiis & diſſonantiis, & Sectæ Autoris deditum, qui veritatem religionis Chriſtianæ nova ratione demonſtraturus, mirum, quod falſitatem ſuæ non intellexerit.

J. F. Buddei de Atheiſmo & Superſtitione. Jenæ 1717. In qua Commentatione cum nos A. C. 1725. Hiſtoriam univerſalem Atheiſmi & Atheorum in lucem publicam emittentes, ſubinde quædam liberius ſcripta notaſſemus, & Sect. I. c. IX. §. 9. p. 84. hoc etiam monuiſſemus obiter, Virum doctiſſimum, & limpidæ dictionis præ

cæteris

cæteris ſtudioſum, pro *collimare*, (qua voce uſu erat aliquoties) procul dubio ſcripſiſſe *collineare* neſcio quis Janus Campton miſſis illis graviori bus arietibus omnibus, quibus Saxa quædam Bud dei disjeceramus, in hoc opuſculo congeſta mordaciſſimam in nos edidit *Diatriben Criticam de voce collimare*, laureolam in hoc muſtaceo quæſiturus, & ſuæ erga Buddeum reverentia publicum daturus documentum. Cui cum *Dia triben Anti-Criticam* oppoſuiſſemus, & in ea ube rius, quid inſolens in Buddei ſtilo, methodo & rebus ipſis videri queat, expoſuiſſemus, ſimulque quæ petulanter & inconſulte ſcripſerat perſona tus Campton, diluiſſemus; Hic denuo edidit *Vin dicias nominis Buddeani, & Vindiciarum appendicular* plenam convitiis & cavillis, ad quam, tantum abeſt ut reſponſi quicquam paraverimus, ut ne quidem, quæ alii pro nobis reſponſa pararunt, & literarum monumentis commendarunt, in lucem publicam exire paſſi ſimus. Cujus generis ſun Viri cujusdam Doctiſſimi & in republica literari non obſcuri nominis, *Vindiciæ modeſtiſſimæ nomi nis Reimmanniani, contra - - - qui nupe ſcripſit Vindicias Nominis Buddeani, & reſponſio nem ad C. I. & II. Diatribes Anticriticæ Reimmannia næ.* Quæ adhuc in noſtra Bibliotheca manu Auctoris ipſius exarata, & eo animo ad nos mil ſa, ut typis exſcriberentur, deliteſcunt i MSCto.

Roſtæ Comitis in extremis Μετάνοια. Ultraject 1696. Dignus eſt hic Libellus, qui ex Sermo ne Anglico in Belgicum, & Latinum, Germa nicum

icumque traductus, ab omnibus legatur, qui
ı Religionis Chriſtianæ capitibus fluctuant; Ob
aria Atheismi venena, quibus Roffta intumuit.
t egregia Burneti Antidota, quibus convaluit.
t ſeram veramque pœnitentiam, quam Atheus
ic in limine æternitatis conſtitutus egit. Quæ
mnia majore cum ſuavitate legerentur, ſi in-
erpres linguæ latinæ, & artis transferendi Au-
torem ex una lingua in aliam, fuiſſet peritior.

J. Laſſenii beſiegte Atheiſterey. Hamburg 1673.
uctor hujus Opuſculi Vir eſt non indiſertus, &
ı monumentis literarum non negligenter verſa-
us; Sed palæſtræ, quam pugnæ accommoda-
us magis, & Orator melior, quam Philoſophus,
t Diſputator.

Wilhelm Beveridge Sonderbahre Gedancken von
'er Religion. Leipzig 1716. In quibus multum
cuminis & gravitatis. Pietatis etiam non pa-
um. Genus dicendi lucidum & amænum. Me-
hodus nova, ſingularis & inexſpectata. Medi-
ationes quædam peregregiæ. Unde rationem
ucere poſſumus, qualis & quanta futura fuiſſet
Commentatio, ſi retractare Auctori, & ulti-
nam eidem manum imponere licuiſſet. Hoc
ſt, ſi ſenex perpolire potuiſſet, quod juvenis
nſtituit. Sane ea omnia diſpunxiſſet procul du-
io, quæ quibusdam in locis minus oportune al-
ata videntur. Ornamenta rhetorica, pro ar-
umentis logicis. Luſus verborum & in-
enii, pro demonſtrationibus. Petitiones prin-
ipiis, pro argumentationibus. De pænis etiam
lamnatorum nunquam finiendis, p. 27. forte
liter, atque fecit, diſſeruiſſet. (2) *Georgii*
Nitſchii

Nitſchii Beweiſs, daſs ein Chriſt von den Gebrauc des Abendmahls ſich nicht enteuſern ſoll. Goth: 1713. (3) *Maximiliani Miſſon Schauplatz de Landſchafft Cevennes.* Francf. 1712. (4) *Adrian Relandi Türckiſche Religion.* 1716. Hanover.

De l' Incredulité. Par Jean le Clerck Amſterdam 1696. Hic Libellus traductus eſt in Linguam Anglicam 1697. Laudatusque à Pfaffio, Bilderbeckio, aliis. Nec laude ſua eſt defraudandus, ſive ſtilum ſpectes ſive argumentum, quo docetur, incredulos Religionem Chriſtianam faſtidiendi cauſam habere nullam, quam κακοήθειαν P. I. c. I. δοκησισοφίαν c. II. προδοξίαν c. III. ἀκρισίαν c. IV ἀμέλειαν c. V. ἀκήδειαν c. VI. Nec valere, quod obtendant Chriſtianorum quorundam credulitatem P. II. c. I. vitioſitatem c. II. emolumentum privatum, c. III. Diſſidium, c. IV. aut anguſtum, ubi Chriſtiana religio recepta ſit, orbi angulum, c. V. vel doctorum quorundam inhabilitatem, c. VI. & doctrinarum nonnullarum obſcuritatem, c. VII. Has enim cauſas omnes eſſe inſufficientes. Et hactenus quidem præclar Auctor celeberrimus; ſed cum grano ſalis legendus tamen in quibusdam. Siquidem ſubinde inſpergit, quod Sectæ ſuæ odorem refert ut p. 252.

La Vanité des Sciences. Amſterd. 1688 Opuſculum hoc eſt Ethico-Politicum. Quo docetur, Eruditionem ad vitam beatam non eſſ neceſſariam, & doctos, qui ſciunt, quantum ſi id, quod neſcimus, non eſſe feliciores indoctis

qu

ui ne hoc quidem, quid, & quantum igno-
etur, habent cognitum. Laudandum omni-
o ob vim judicii, & delectam inter Scepti-
orum Scyllam, & Dogmaticorum quorundam
Charybdin, viam mediam; Sed cum grano ſa-
is legendum, ob idiotiſmum Auctoris theologi-
um, quo Myſteriis omnibus mittit nuncium,
p. 233.) &, SS. eam ſaltim ob cauſam nobis tra-
litam eſſe, ſcribit, ut notiones communes exci-
entur, & illuſtrentur, & indocti cum doctis, in veri-
atibus æternis cognoſcendis, pari paſſu ambulent.
G. Bulli Judicium Eccleſiæ Catholicæ. Amſterd.
:697. Coronis hæc eſt Defenſionis fidei Nicæ-
æ, quam edidit Auctor, in antiquitatibus Ec-
leſiaſticis egregie verſatus, Amſtelodami 1686.
.. Orthodoxus etiam, ſi quid judicamus, & à
Melchiore Leydeckero in diſſertatione de ſtatu
ccleſiæ Africanæ non majore veroſimilitudine
n opinionem Arianiſmi, ac à J. G. Wachtero
n Theologia Martyrum MS. Sect. I. §. 2. p. 6. &
ect. XIII. p. 116. in ſuſpicionem *Spinoziſmi* ad-
luctus. Sed acerbior in eos, quorum ſententiæ à
ua ſunt diverſæ.
(1) *J. D. Longolii Doctrina de Natura Rerum.*
Halæ Magd. 1709. Ad novum Syſtema Philoſo-
phicum excitandum contendit Auctor, adeoque
Philoſophiæ in vulgus uſitatæ ſananda ſuſcipit
vulnera, ſed ita, ut graviora ſimul incutiat; Et
n locum nebularum, mendarum, & lacunarum,
nebulas alias, & lacunas, & mendas, ſubſtituat, ut
p. 71. in doctrina de ſpiritu & materia. (2) *J.
C. Schwartz Demonſtrationes Dei.* Francf. & Lipſ.
1708. In hoc libello multæ ſunt obſervationes

 pere-

peregregiæ, Philoſophicæ, Theologicæ, Hiſtoricæ, Criticæ &c. Lectis etiam Auctor utitu verbis & ſignificantibus. Et argumentorum acumine, & beneficio Methodi, omnino fit ſpecioſum & illuſtre, quod ſuſcepit probandum, Deum eſſe, & eſſe Triunum, ad quod Myſterium qu ante eum Artem Mathematicam accommodarit forte fuit nemo.

Sylv. Tappen Licht im Schatten. Hildesh 1711.

Omnia cum videat, nulli Deus ipſe videtur,
Solus ubique patet, ſolus ubique latet.

Scilicet, Deus ita patet in revelatione ſua, ut la teat, & ita latet, ut pateat. Quod, qua de cauſa & qua ratione fiat, explicatum eſt à paucis, Paſcalem dans les penſees, n. 18. p. 92. & Jo Lockium in tr. que la Religion chretienne e tresraiſonnable, C. VIII. & IX. p. 73. excipia Qui tamen in hoc argumento infra Auctore noſtrum ſunt, judicio, pietate, doctrina, omnibus ornamentis, quæ cadunt in Theologun conſpicuum, ac jure ob hocce opuſculum la datum à C. M. Melodio, *In Einfluſs der göttlich Wahrheiten in den Willen*, P. II. c. IV. p. 210.

L. Annæi Senecæ de Providentia. Rudolſta 1711. Ex hoc Libello, velut ex ungue, facile æſt mare poſſumus hunc Leonem, &, cujus meta ejus Theologia fuerit, judicare. Scilicet non o thodoxa quidem, ſive theoriam ſpectes, ſi praxin, utpote quæ Deum ipſum immotis fa legibus ſubjicit, c. V. p. 9. & Αὐτοχειρίαν, v lut præſentiſſimum omnium malorum ant dotum, commendat, c. II. p. 9. Sed ab *Atheiſmi* t

me

men ſcabie, quæ Senecæ à nonnullis affricatur, mi-
rum quantum diverſa, & in Articulo de Providen-
tia divina, non ita multum à decretis chriſtianorum
abhorrens. Licet eandem divinitus à Seneca in
hoc Libello tractatam, cum M.A. Mureto, p. 43. aſ-
ſeverare nolimus.

Wilhelmi Scherlock von der Vorſehung GOttes. Hamburg 1726. Quod Scherlockius in hoc libello excuſſit argumentum, id Scharnockius jam ante eundem occupaverat. Et uterque ita verſatus in eo eſt, ut, cui palma deferenda ſit, expediri vix valeat. In ſpecialioribus tamen magis excellit Scharnockius; Hic in generalioribus; Ille planior; Hic ſubtilior; Ille Eccleſiæ accommodatior; Hic Scholæ. Uterque pius, doctus, acutus, gravis, ſolidus, &, quod primo loco dicendum erat, à ſtudio ſuæ ſectæ alienus. Scharnockius tamen adhuc magis, quam hic noſter, qui de abſoluto quidem decreto ſatis caute diſſerit, ſed de irreſiſtibilitate gratiæ, & determinatione divina, ſubinde quædam inſpergit, quæ Theologiæ Reformatorum indolem referant. Adde alia cum veritate divina non ſatis conſpirantia, v. g. c. VIII. p. 363. ubi dicitur, Davidis adulterium & homicidium, Abſalonis inceſtu & ſeditione vindicatum eſſe; cum homicidium non ſeditione, ſed parricidio vindicatum ſit, quod in Ammone fratre ab Abſalone commiſſum eſt. Quo ipſo peccatum quidem peccato punitum eſt, ſed non à Deo, quæ Auctoris l.c. eſt hæreſis. Hæc enim φρασις eſt ἀγραφος, & theſis ἑτερόδοξος. Siquidem Deo cum pecca-

to nihil eſt commercii; Sed Deus peccatore uſus eſt, ad peccatorem affligendum, idque ſine ullo ad peccatum ipſum concurſu.

Stephani Scharnockii Unterricht von der göttlichen Fürſehung. Berlin 1716. In hoc Opuſculo nihil eſt cottidianum, vulgare, protritum, Scholam redolens. Nihil claudicat, diffluit, fluctuat. Argumenta ſelecta. Oeconomia præclara. Dictio rebus conſona. Omnia ita adornata, ut iis exempli loco eſſe queat, qui fidei chriſtianæ capitibus, ratione non communi tractandis, manum injiciunt. Quæ enim hac illac interceſſerunt menda, v. g. p. 64. ubi Herodes M. Pater cum filio confuſus eſt, minora ſunt, quam quæ cogere poſſint opuſculum de ſtatu dignitatis ſuæ demigrare.

Jean Coleri La Vie de B. de Spinoza, a la Haye 1706 Quæ Belgice ſcripta ab Auctore primum, Amſtelodami 1706. impreſſa eſt, tum ab eodem in ſermonem Gallicum tranſlata Hagæ-Comiti dicto jam anno denuo prodiit. Laudata a J. F. Jenichen in Hiſtoria Spinoziſmi Leenhofiani c. I. §. 2. p. 6. & §. 7. p. 46. Quod Auctor pluribus, quam alii, ſubſidiis fuerit inſtructus, eodem etiam, quo Spinoza olim, Hagæ Comiti muſeo uſus, veritatem reſurrectionis Chriſti quam Spiritualiter tantum intelligendam eſſe Spinoza contenderat, in adjecta huic Commentationi Mantiſſa, præclare vindicarit. Nec non magnopere ab hoc judicio Jenichiano abſumus. Laudamus enim in hoc auctore diligentiam, & multarum rerum cognitionem, quæ ad hoc argumentum pertinent, & inprimis modum, quo

utitu

ititur in hoc ſcriptore celebrando, & ſcriptis ejus eprehendendis. Deſideramus tamen Oraionis candidiorem lineam. Diſpoſitionis melioem viam, & materiæ in Capita & §. §. digetionem. Rerum quarundam exquiſitiorem haitum. Quædam enim ſuperſunt, ut p. 22 - 54. uædam deſunt, ex Epiſtolis Spinozæ, aliisque ſuplenda, v. g. de Methodo ſtudendi, Amicis, Aderſariis, Patronis, Suppellectile Libraria &c.

Examen de la Theologie de Mr. Bayle. Amſterd. 706. Auctor hujus Libelli eſt *Mr. Jaquelot* ui eandem incudem tundens cum Mr. Jurieu igro theta notanda judicat Bæliana opera, ob erum ac verborum profanorum, obſcœnorum, candaloſorum, impiorum, & à Theologia Chriiana δὶς διὰ πασῶν diſſonantium, multitudiem; Attamen conſuetudo loquendi in eo eſt emiſſior, & lenior, & dulcior, quam in Juriæo, c ratio Atheiſmi crimen in Bælium conjiciendi ſt magis involuta, & circumducta, & latebroſa; ervis tamen non deſtituta.

(1) *Ant. Reiſeri de Origine, & progreſſu Atheiſmi.* Aug. Vindel. 1669. Qui egregie abuſus eſt Atheiſmi vocabulo, dum ſuperſtitioſos omnes & mpios Atheiſmi infamia notandos credidit. Hoc unico fundamento nixus, *quod omnis Atheiſmus practicus ſupponat theoreticum.* Cum nanifeſtum ſit contra, ab Atheiſmo practico ad theoreticum non magis neceſſariam valere conſequentiam, quam à theoretico ad practicum; Hominesque nec ſemper mores conformare doctrinæ, nec doctrinam moribus. Adeoque non

omnes Antitheos eſſe Atheos. (2) *Immanuelis Weberi Beurtheilung der Atheiſterey.* Franckfurt am Mayn 1697. Cujus Auctoris probabilis eſt induſtria, modeſtia, facilitas; Verum eſt

(1) In narrando quædam jejunitas, inopia, vulgaritas.

(2) In diſtribuendo ταραχβασεις, & turbationes nonnullæ.

(3) In judicando, nimium alios, & in ii Joh. Müllerum maxime, ſectandi ſtudium Unde & Pſeudo-criſes quædam, & falſitate (p. 130. &c.) & contradictiones, & retra ctationes, præfationi poſtea intextæ.

C. *Kortholti de Tribus Impoſtoribus magnis Liber* Kiloni 1680. Agit Auctor de Herberto, Hobbeſio, Spinoza, quos tres impoſtores fuiſſe, primum magnum, ſecundum majorem, tertiur maximum, & poſteriorem ſemper inventis eju qui præceſſit, aliquid addidiſſe, ex ſcriptis eorur dem probare ſatagit. In quibus excerpend non parum diligentiæ poſuit. Velim plus ope ræ collocaſſet in excerptis ordinandis, dijud candis, & ea, qua decet, ſoliditate, moderation & evidentia confutandis.

Hiſtoria de tribus famoſis Impoſtoribus. Sine loc 1668. Auctor hujus collectionis eſt Johann Evelyni, cujus nomen, Siglis J. E. expreſſun præfationi ſubſcriptum eſt. Et ſi reliquis omn bus ſua conſtat veritas, ea tamen quæ p. 91. ſe leguntur, de excidio Judæorum in Perſia, ſu incertæ, & dubiæ, & ſubleſtæ fidei, ut accura docet J. J. Schudt *in Jüdiſchen Merckwürdigkeite* L. I. c. 2. p. 31. ſeq.

Got

Gottl. Wernsdorffii de Indifferentiſmo Religionum Commentatio. Witteb. 1716. Hic Vir in ſcriptis Veterum & recentiorum literate verſatus eſt, & ſcientiam Theologicam ita aſſecutus, ut pauci, in capiendo adverſario verſutus, in colligendo fortis, in explicando planus, in defendendo ſtrenuus, in refutando argutus, magnanimus, Martius, bellicoſus.

Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte leonem.

Sed acer nimium, & acerbus, & interdum criminoſus, in altercando etiam cum aculeo & maledicto facetus, & plurimis occupationibus ita impeditus, ut ſpatium ad cogitandum ſibi ſemper ſumere non potuerit, nedum ad attentius perpendendum, quod vel ab aliis ſcriptum, vel ab ipſo eſſet ſcribendum.

Jenckini Thomaſii Hiſtoria Atheiſmi. Baſel 1709. Verum Auctoris nomen eſt Jenckinus Philipps. Qui & Lectori & Libro conſuluiſſet rectius, ſi eundem inſcripſiſſet, *Hiſtoriæ Atheïſticæ Rapſodia.* Tantum enim abeſt hoc Schediaſma ab Hiſtoriæ Syſtemate, ut ne quidem ſit ejus Sceleton. Et vinum eo minus ſuſpenſæ reſpondet hederæ, quo majora ſunt peccata, contra leges hiſtoricas admiſſa. Quæ num emendata ſint in Altorfina editione 1713. & Londinenſi 1716. definire non poſſumus, qui easdem nondum inſpeximus.

(1) *Th. Spizelii Scrutinium Atheismi.* Aug. Vindel. 1663. In quo multa dubia, incerta, falſa. Quædam etiam ab argumento vel prorſus aliena, vel eo, quo debebant, loco non poſita. Pleraque

è Gisberto Voëtio compilata. (2) *D. Derodonis tr. in Atheos.* Tiguri 1675. Vir ſubtilis, doctus, & ingenio validus, qui non ſine magna Philoſophiæ intelligentia in hanc arenam ingreſſus, novis plane, & inexſpectatis, & ab aliis nondum adhibitis argumentis, Atheos confundere ingreſſus eſt. Laudandus potius eo nomine, quo reprehendendum exiſtimat Joh. Müllerus in Atheiſmo triumphato c. I. p. 56. ſi ſcopum ejus in præfat. p. 4. & p. 7. indicatum perſpexeris. Neſtorianiſmi ſuſpectus præterea, ob libellum *de ſuppoſito*, qui Tholoſæ combuſtus eſt. (vide V. Placcium de Pſeudonymis p. 73.) Et ex Galliæ finibus exire juſſus, ob tr. *le Tombeau de la Meſſe*, quo Miſſam Pontificiorum velut mortuam efferre, & exequias ejusdem ducere ſuſtinuit.

Immanuelis Prælei de Certitudine Senſuum, rationis, & Fidei. Lipſ. 1704. In hac Demonſtratione Argumentum difficillimum de Natura & Gratia, ita diſcutit Auctor, ut plerisque, qui idem ſtadium cum eo decurrerunt, palmam reddiderit ambiguam. P. Poireti principiis in quibusdam adjutus, (utut id ipſum diſſimulaverit) atque hinc etiam alicubi παραδοξώτερος; (ut p. 136.) Attamen à rerum ſelectu, & Argumentorum pondere, & dictionis facilitate, & Methodi concinnitate, Mathematicæ non multum diſſimili, omnino commendandus.

M. V. C. Poppo Spinoziſmus detectus. Weimar 1721. In hoc Opuſculo Auctor, A. Rüdigeri veſtigia ſecutus, contendit, ex applicatione Methodi Mathematicæ ad res Phyſicas, Spinoziſmum eſſe exortum. Quod negat M. B. H. Tileſius in diſſer-

diſſertatione de Ratiocinatione Philoſophica, & in Edit. Germ. ad objecta Popponis reſpondet quidem, ſed ſtrigoſius.

(1) *Daniel Wilhelmi Trilleri Doct. Hippocrates Atheiſmi falſo accuſatus.* Rudolſt. 1719. In hoc Libello eſt multa lectio, & ſtudium, Hippocratis famam ſartam tectam conſervandi, non ſpernendum. Sed conjunctum cum fervore juvenili. (p. 112.) Unde & variæ ſimul ſubintraverunt maculæ. Concitata, & mordax, & extra ripas decori interdum diffluens oratio, (p. 94. 97.) frequens è carceribus eruptio, (p. 30. 28.) παράδοξος de brutorum ratione diſputatio, (p. 34.) ejus, quod eſt in principio, petitio, ab uno extremo in aliud digreſſio, & nimia in Hippocratem propenſio, quem Auctor Senem pium & religioſum, (p. 111.) optimum & pientiſſimum, (p. 5.) religioſiſſimum, imo divinum, (p. 45. 54. 82. 110.) appellare non veretur. (2) *Ejusdem Epiſtola Medico-Critica.* Rudolſt. 1720. In hac Epiſtola multæ ſunt præclaræ & non vulgares Obſervationes Medicæ & Criticæ; Sed nimium fere in Hippocratem ſtudium, & in Galenum odium, nimia etiam ingenii & eruditionis fiducia, & licentia Critica tanta, ut, ſi Hippocratem denuo in lucem prodire juſſerit Auctor, quod promittit p. 10. metuendum ſit, hunc ſenem prorſus alio habitu proditurum, quam quo ipſe fuit olim, & adhuc in republica literaria viſus eſt.

Commentarii de regno adverſus Nicolaum Machiavellum 1577. Sine loco. Quorum Auctor eſt Innocentius Gentilettus, Vir doctus, ſagax, &

rerum civilium non imperitus, nec impar ſuo adverſario; Sed tardus ſuæ gloriæ proviſor. Quam augere potuiſſet, ſi Machiavelli famam non tantopere minuiſſet. Creſcit enim Victoris, ex ſplendore victi, fama. Quem, dum ſcribam indoctum, & ineptum, & ἄθεον facit Gentilettus, & ipſe de ſuo honore ſibi multum derogat, (Quanta enim res eſt, ſuperiorem eſſe ſtulto?) & ſe malæ fidei, ſtudiique partium ſuſpectum reddit, & aliis occaſionem ſuppeditat, has maculas è nomine Machiavelli eluendi. In quibus eſt H. Conringius, in Præfat. notarum, vel Animadverſionum Politicarum in Machiavellum. Et mult alii, quorum Catalogum texit J. F. Reinhardu in theatro prudentiæ, & M. Herm. Samuel Reimarus in Machiavelliſmo ante Machiavellum § 11. p. 40. not. T.

Moliere le Critique En Hollande. 1709. In ho Opuſculo Auctor de controverſiis inter Bælium & Juriæum, ac Clericum agitatis, de Origin mali, providentia divina, & libertate hominis, it judicat, ut Iliacos intra muros peccari & extra con tendat, quod ille rationis ope nodos nectere; Hi eo dem modo eos ſolvere annitantur, in iis rebus, qua rationis captum longe excedant. Tum, miſſi duobus reliquis, & ad ſolum Clericum digreſſus dici non poteſt; quam intemperanter eunden laceret. Stilum ejus Gallicum eſſe impolitum rudem, diffuſum, involutum, p. 133. & 161 Latinum barbariſmis & Solœciſmis conſpurca tum, 155. 205. Philologiam, & linguarum Orien talium notitiam non plane nullam; Sed mente vita, & Spiritu deſtitutam, 212. Philoſophiar

pe

erſpicuitate, luce, diſtincta rerum perceptio-
ie & ſoliditate carentem, 149. & l. c. Theolo-
giam ſub fictæ pietatis ſpecie Socinianam, 99. &
Semi-Pyrrhonicam, quæ de Peccatis Librario-
rum, tum commiſſionis tum omiſſionis, in SS. ob-
viis, multa diſſerat, 93. & ſcrupos ſexcentos Le-
ctori injiciat, & miracula transformet in natu-
ralia l. c. & quæ ſunt alia hujus commatis, ratio-
ne comica congeſta, & tot Lucianiſmis, Mo-
ieriſmis, & cavillis conſperſa, ut pateat, Au-
ctorem non veritatis amore, quod gloriatur,
ſed occulto in Clericum odio impulſum, hanc illi
ſcenam adornaſſe.

Le Philoſophe de Roterdam Accuſé, Atteint & Convaincu. à Amſterd. 1706. Auctor hujus Libelli eſt P. Jurieu, qui in eo id agit unice, ut oſtendat P. Bælium omnes ſuas curas & cogitationes in ſuis operibus ad id retuliſſe, ut Atheiſmo portas atque feneſtras recluderet. Idque conſtare primum ex ejus Lexico Hiſtorico-Critico, in quo Partes Pyrrhoniorum, Paulicianorum, Manichæorum, aliorumque Theologiæ veræ hoſtium, non ſuſcipiat tantum, & tueatur; Sed & laborantibus opem ferat, & telis eorum majus acumen, & robur, & pondus, imo etiam inſanabilius toxicum ſuperaddat; Tum ex ejus *Penſees diverſes ſur les Cometes*, in quibus omnia neget præſagia, ajatque, Atheismum minus malum eſſe ſuperſtitione; Ac tandem ex ejus Commentario Philoſophico, & Critique generale contre le P. Maimburg, in quibus deteſtanda prorſus ſpargat dogmata, (p. 35.) Nec juvare eundem, quod fidem rationi præferendam, & gratiæ divinæ

ob-

obſequendum eſſe doceat, & ſe Eccleſiæ Calvinianæ addictum eſſe profiteatur. Hæc enim omnia mera eſſe Sophiſmata,

Præſtigiasque diu nebuloſa in fraude peractas.

Le Nouveau Viſionaire de Roterdam, Par Theognoſte de Bereé. à Collonge 1686. In hoc Libello P. Jurieu accuſatur Malebranchianiſmi, Spinoziſmi, & Atheiſmi, (p. 1. 76.) Nec excuſari poſſunt omnia, quæ in Parallelis Myſticis ſcripſit Juriæus. Sunt enim in iis quædam admodum jejuna, & frigida, & inepta, & ad evertendum potius SS. Trinitatis Myſterium, quam confirmandum accommodata; Attamen Auctor acerbius exagitat eundem, quam fas eſt. Profanis etiam, & plus quam Lucianæis ſibilis Trinitatis doctrinam ſubſannat, & ab uno extremo in aliud delatus, tam procaciter eandem illudit, ut dubitemus, an unquam contra Trinitarios aliquid ſcriptum ſit aculeatius, mordacius, licentioſius.

L' Empire du Diable, par Jaques Regnet. Berlin 1707. Hic Auctor ſibi, & Adverſario ſuo conſuluiſſet rectius, ſi intactum reliquiſſet hoc argumentum, & Adiaboliſtam hunc ſuum, (qui fuit procul dubio D. J. C. Weſtphalus, Poliater Delitianus, cujus extat Pathologia Dæmoniaca 1707. excuſa) ad eos ablegaſſet tantum, qui vel B. Beckero os obſtruxerunt, vel hanc triadem Paradoxorum ſolidioribus reſponſionibus jam pridem diſturbaverunt.

Lettres ſur la Vie & ſur la Mort de Monſieur Louis de Wolzogue. Amſterd. 1692. In his literis multa ſunt præclara, & ſingularia, & arcana literaria, de Leideckero, p. 141. ſeq. Jaquelotio,

io, p. 158. Duillonio, p. 150. ſeq. &c. in-
primis de Wolzogenio, qui à ſuſpicione hetero-
doxiæ liberatur, p. 1. - 80. Et Juriæo, qui ejus-
dem ſuſpectus redditur, p. 173- 180. &c. Ve-
rum audienda eſt etiam pars altera, & confe-
rendum cum his Epiſtolis Wolzogeanizantibus
id, quod extat in A. M. à Schurmann ευκληρια
c. VI. §. 10. p. 142. & c. IX. §. 16. p. 196.
iisque monumentis publicis, quæ Wolzogianæ
controverſiæ occaſione ſcripta ſunt, & indicata
à Schurmanniana l. c.

Pierre Yvon Preuves de l' Accord des ſentiments du Sr. Wolzogue. Amſterd. 1669. Hic Petrus Yvonius collega fuit Joh. de la-Badie in Eccleſia Walloniana apud Medioburgenſes, ſed una cum collega & aliis ab officio deturbatus in Synodo Naerdenſi, quod hunc Libellum recantare nollet, in quo Lud. Wolzogenium, Ludovicum Meierum, Exercit. Paradoxæ Auctorem, Naturaliſmi ſuſpectum, non refutaſſe, ſed commendaſſe, ſcripſerat. Quæ res multis diſſenſionibus & ſcriptis polemicis occaſionem dedit, quorum XI. recenſet A. M. à Schurmann in ευκληρια c. ult. §. 17. p. 197. Cum qua tamen conferendus Anonymus dans les lettres ſur la Vie & ſur la Mort de Mr. Wolzogen. Et ſane Yvonii cauſa erat juſtior; Sed Wolzogenius erat potentior, & ab iis in ſinu fovebatur, penes quos erat definiendi facultas.

Lettre de Monſieur de Vrigny, contre les Antitrinitaires. 1693. Sine loco. Mr. Vrignus

(1) In Epiſtola contra Antitrinitarios nihil attulit quidem, quod non pridem allatum ſit

à no-

à noſtris Theologis. Attamen hic ejus conatus eo magis laudandus eſt, quo minus Auctor Theologiam eſt profeſſus.

(2) In animadverſionibus ad P. Chauvini librum, *de Religione naturali*, majorem laudem ſibi circumfudiſſet, ſi ſectæ ſuæ ſtudium magis occultaſſet; & adverſarium hunc mollius converberaſſet.

(1) *Nic. Machiavelli diſput. de republica & Prim. Decade T. Livii.* Francof. 1608. In quibus judicium exquiſitum, & ſubactum. Vaſta Hiſtoriæ & Antiquitatum civilium cognitio. Et tantu ex iis in republica excitanda, conſervanda, & augenda, exſculptus uſus, ut vel ex ſolo ho ſpecimine appareat, quomodo non Grammatice ſed Philoſophice legenda ſint monumenta veterum. Nec audiendus eſt Innocentius Gentilettus qui in præfat. Anti-Machiavelli, p. 7. has diſſer vix caſſa nuce dignas exiſtimat. Hic enim in i incumbit unice, ut Machiavelli nomen ſordibu inquinet. Neque tamen eo loco ac numero ſur habendæ, ac ſi culpa omni vacarent. Mult enim in iis ſunt Paradoxa Politica. Multa a Phœnomena civilia explicanda detorta potius quam accommodata. Et quædam de religion ita pronunciata, ut meliorem politicum, quai Theologum fuiſſe Machiavellum appareat. (2 *Ej. Princeps, ex Sylveſtri Telii traductione.* De qu judicamus in Edit. Conringiana. (3) *Stepha. Junii Bruti Vindiciæ contra tyrannos.* Franco 1608. Ubi nomen *Bruti* eſt confictum, & d ci non poteſt quantas turbas civerit hoc opuſcu lum in republica civili & literaria, & quam ſtu dio

lioſe in verum Auctoris nomen ſit inquiſitum. H. Conringius in Præfat. Animadverſ. Politicarum in Nic. Machiavellum p. 1. Philippum Mornæum putat eſſe Auctorem. Et eodem fere anno, quo Conringius hæc ſcribebat, Amſtelodami prodibat harum Vindiciarum Editio, quæ Theodorum Bezam diſerte Auctorem eſſe indicabat. Cui Anonymus opponebat, disquiſitionem de Auctore vindiciarum contra tyrannos, Amſtelodami 1662. in 12. editam, qui ex ſtilo, argumento & illuſtri Simonis Goulartii teſtimonio, dicebat, non alium harum Vindiciarum eſſe ſcriptorem, quam Hubertum Languetum, cujus autographum ad Philippum Mornæum translatum, ejus pace 1587. primum in lucem fuerit editum. Ex quo tempore ſemel, & iterum, & ſæpius excuſum eſt. Atroque carbone notatum à plurimis, quod jura ſubditorum erga principes urgeret nimium, & Tyrannos ab iis etiam de medio poſſe tolli contenderet.

Georg Thomſoni Veritatis Vindex adverſus Juſtum Lipſium. Alcmariæ 1706. Vir non hebes, imo plus etiam quam non hebes. Multæ enim in eo literæ, multa lectio, nec ingenii parum; Sed efferveſcens ſtomacho ſæpius & iracundia vehementius, & in Lipſium ita animatus, ut Cicero in Catilinam. Atque hinc illa Elogia! Lipſium eſſe hominem impie doctum, (præfat. p. 3.) Lucretii ſimilem, (l. c. p. 24.) cujus religio deſultoria, (l. c. p. 12.) Imo qui religionem ſuſtulerit, (l. c p. 6.) & pietatem ne extremis quidem labiis deguſtaverit. (l. c. p. 24.)

Nic.

Nic. Taurelli Alpes cæſæ h. e. Andreæ Cæſalpini Itali, Superba & monſtroſa dogmata. Francof 1597.

Laudator ſcripti Taurulus ipſe ſui.

Ipſe enim in Indice hoc ſuum ſcriptum acre, acutum, & limatum appellitat. Nec indignum eſt his Elogiis; Dummodo ab alio eidem eſſent tributa. Taurellus enim Philoſophiæ in Acad. Altorfina interpres, Cæſalpini hominis acuti & excercitati, promtam & paratam in diſputando celeritatem, ſubtilitate diligentiaque ſuperavit & eundem una cum Peripateticis omnibus in ſuſpicionem criminis adduxit, quale poſtea Spinozæ impactum eſt ab eruditis, ut errorum etiam dan quandam revolutionem intelligas. Dictio eſt adſtrictior, & eam etiam ob cauſam interdum ſubobſcura. Res argutæ illæ quidem, ſed parum preſſæ, & nimis redundantes, ſpinoſæ etiam ſæpius, & ſcholaſticorum præſtigias redolentes. Adeoque ob nimium ſubtilitatem inutiles. Genus autem diſputandi ejusmodi, quod cumulo argumentorum, & exemplorum, regularum etiam & diſtinctionum obruit lectorem ſed decorum in controverſiis ejusmodi uſitatum non ubique obſervat. Imo & in iis rebus quandoque Cæſalpino negotium faceſſit,

In quibus Auctorem ſua culpa redarguit ipſum

(1) *Andreæ Hyperii Compendium Phyſices Ariſtotelicæ.* Baſileæ 1574. (2) *Nic. Taurelli Philoſophiæ triumphus, h. e. Metaphyſica Philoſophans Methodus. Baſileæ* 1573. Vir mediocris in dicendo, doctiſſimus in diſputando, Jacobi Schecki in Academia Tubingenſi auditor, in ſuſpicionem

Atheiſm.

Atheiſmi à quibusdam adductus eſt. Fuiſſe enim, ſcribit in hoc opuſculo, p. 213. qui ſe nihil credere dixerint, & Turca eſſe deteriorem. Quo ipſo manifeſtam ſibi factam eſſe injuriam l. c. aſſeverat. Nec dubitamus, Philoſophos ejus ætatis multa in eum ementitos, quem odio habebant, quod jugum Ariſtotelis docebat eſſe excutiendum, Eclecticamque philoſophandi rationem ſequendam, & inveteratos in Philoſophia errores diſpungendos; Juvenis barbatos in viam revocans. Attamen eundem non ab omni parte purum, & intemeratum pronunciamus. Res à Deo creatas per ſe ſubſiſtere, nec conſervatione divina indigere, p. 308. Peccatum originis nihil aliud eſſe, quam impotentiam cohibendi naturam, p. 21. Juſtitiam Dei miſericordiæ eſſe fundamentum, p. 374. Tres eſſe divinitatis perſonas, Agens, Actum, & Actionem, p. 372. contendit, contra Theologorum placita; Et quot quæſo in Philoſophiam induxit Heterodoxa? Subſtantiam recipere magis & minus. p. 15. Incorporea etiam poſſe corrumpi. p. 28. Primam materiam eſſe τὸ nihilum. p. 93. Subſtantiam ſubſtantiæ contrariari. p. 164. Deum eſſe in prædicamento. p. 175. Gravitatem & levitatem non eſſe qualitates rerum. p. 206. Deſperationem eſſe finem Philoſophiæ, & Theologiæ initium. p. 372. Senſum tactus etiam eſſe in rebus incorporeis. p. 186. Unum eſſe tantummodo ſphærarum cæleſtium motum, non plures. p. 95. & 194. Et quæ alia ſunt hujus generis in hoc opuſculo, cui VII. ſe annos inſumſiſſe ſcribit, obvia, quibus ſtomachum multis,

bilemque ſe commoviſſe, refert in Ep. Dedic. de rerum æternitate. Cæterum eundem fuiſſe Atheum, tantum abeſt ut exiſtimemus, ut potius ſentiamus contrarium, utpote qui exiſtentiam Dei contra Atheos, & in hoc, & in aliis Libellis egregie ſtatuminavit. Cui ſi ea addideris, quæ in Logicà, Phyſica, Aſtronomia, & Theologia naturali detexit, dolebis ſane, ejus Meletemata tam raro conſpici in officinis librariis, & hodie vix comparere in hac turba novorum voluminum.

Nic. Taurelli de rerum æternitate Libri quatuor. Marpurgi 1604. In quibus id exponit uberius Auctor, quod Parte III. triumphi Philoſophiæ tradidit compreſſius, quodque jam inde ab anno ætatis 18. ſibi datum eſſe negotii exiſtimaſſe ſcribit, in præfat. Alpium cæſarum, p. 27. Scilicet Ariſtotelis & aliorum de Deo, & mundi æternitate, examinare ſententias & rationes. Hoc enim ante 30. annos in triumpho Philoſophiæ iniit bellum, & jam extinctum in hoc opere reſuſcitavit. Cui idem putamus accidiſſe quod triumpho, quem juvenis cecinerat ante victoriam. Quoque ipſo teſte in præfat. Alpium, p. 28. plerique omnes graviter ſunt offenſi. Theologi, quod Philoſophiæ tribuerentur ea, quæ ſolius videntur eſſe Theologiæ. Philoſophi, quod Veterum philoſophorum detecti & refutati ſint errores. Putamus autem hæc eſſe τὰ μεταφυσικὰ, ad quæ remittit Lectorem l. c. Alpium Cæſarum Qu. 2. p. 16. Diſtinguenda omnino à Synopſi MSCta phyſica, cujus in præf. Alpium

p. 28

. 28. mentionem facit. Quam æque ac ejus
Apirotomen, ſive de abſurditate diviſibilitatis
corporis in infinitum, quam in Epiſt. hujus li-
belli dedic. ſe confeciſſe ſcribit, oculis nondum
uſurpavimus. Contenti his noſtris divitiis, &
ſigillatim de rerum æternitate libellis, quos in
Catalogo Bibliothecæ Maſtrichtianæ, p. 134.
litera canina R. notatos, rarioribus eſſe annume-
randos didicimus.

*Matthæi Hale von Urſprung des Menſchlichen Ge-
ſchlechts.* Breslau 1685. Opus non tantum ac-
clamatione, ſed etiam plauſu dignum. In quo
eſt varietas, & acumen, & pondus, & candor,
cum multijuga lectione, & ſtupenda Polyhiſto-
ria. Tantaque rerum ſelectarum, & obſervatio-
num ſingularium copia, ut omnibus, qui in hoc
argumento verſati ſunt, Auctor palmam fecerit
ambiguam. Fortibus tamen magis quam ful-
gentibus, contra Atheos præliatus eſt armis.
Eoque dicendi genere uſus, quod non omnibus
patet. Siquidem non ſemper tam acris eſt Le-
ctoris intentio, ut obſcuritatem apud ſe ipſe
diſcutiat, & tenebris orationis inferat quoddam
intelligentiæ lumen. Iis etiam argumentis, quæ
ſcholam olent nimium, & captum vulgi exce-
dunt. Adde repetitiones frequentes, & digreſ-
ſiones, quibus redundat alicubi opuſculum, at-
que effunditur. Quo ipſo tamen excellentiæ
ejus nihil derogamus. Cum id ipſum optime
factum ſit, quod nos aliquando non optime fa-
ctum eſſe ſimulamus.

*Entdeckter Atheiſmus aus der bekanten Lehre von
Wiederbringung aller Dinge durch* C. F. G. G. T. I. II.

 Leip-

Leipzig 1714. Libellus ineptiſſimus, in quo vix mica ſalis. Magna autem moles inficeti ruris, & ineptæ δοκησισοφίας, & ſpiſſæ inſcitiæ, conjuncta cum petulantia alios exagitandi, & nominibus eorum inſpergendi maculas. Quod tamen exitum habuit alienum non tantummodo à ſententia, ſed plane tragicum. Quem Tobiæ Eisleri verbis malumus quam noſtris exponere. Ita enim ille in Apologia Tenhartiana. p. 79. *Erſtlich iſt zu mercken, daſs der ſeel. Tenhardt weder Auctor noch Editor von den kleinen tractätlein iſt, deſſen Titel alſo lautet; Die Lehre von der Wiederbringung aller Dinge, beſonders der Menſchen, &c. mittelſt einen Extract, in gewiſſen Lehr-Sätzen aus Herrn D. Peterſen hiervon handelnden Buch vorgeſtellt* 1712. 2. *Bogen in* 12 *zum andern iſt gar bedencklich, daſs der Refutation voran gefügte Kupfer-Blat, welches des Auctoris Sohn ſelbſt in Holtz geſchnitten, auf welchen vorgeſtellet wird,* (1) *Die Lehre, durch das 7ben-köpffigte Thier, darauf die Hure reitet, vor derſelben ſtehen* 2. *Männer in Manteln,* (*ſo D. Peterſen und Tenhart andeuten ſollen*) *in welche das Thier ein Gifft einſpeit.* (2) *Oben drüber das Leben, durch eine Sauff und Huren-Compagnie, und* 2. *duellirende, ſo linck fechten.* (3) *Unten der Lohn, durch einen aufgeſperreten hölliſchen Rachen, in welchen* 2. *Perſohnen ſtehen, und die Hände über den Kopff zuſammen ſchlagen. Es hat ſich aber die Göttliche Rache an den Auctorem, ſo wohl der Schmähe-Schrifft, als auch des läſterlichen Kupffers, hernach gewaltig geäuſert, indem der Sohn, als er* 1712. *im Früh-Jahr mit etlichen Studenten, auf ein von E. eine Stunde weit gelegen*

Dor

Dorff ſchmauſen gegangen, und Abends ſehr betruncken wieder zurück in die Stadt kehren wolte, unterwegens erſtlich mit einen ihm aufgeſtoſſenen Jäger, darnach mit einen ſeiner Cammeraden Händel angefangen, und nicht eher abgelaſſen, biſs er von denſelben in Duell elendiglich erſtochen. Wobey mercklich, daſs der Entleibte lincks gefochten, und 12. *Wunden, davon* 8. *ingegangen, bekommen hat. Die Eltern, nachdem ſie dieſe traurige Poſt erhalten, ſind ſo fort zur Erden als Tod nieder geſuncken, noch habe man ſie in etwas wieder ermuntert. Der Vater ſoll hernach ſelbſt geſtanden haben, daſs er mit ſeinen Sohn das Unglück, der edirten Schrifft wegen, verdienet habe.*

Heinrici Cornelii Agrippæ Opera omnia. Lugduni, ſine anno, 2. Vol. Cujus Auctoris fata accurate, ut ſolet, deſcripſit P. Baelius in Lexico. T.I. p. 109. Et qui poſt Bælii hanc meſſem ſpicilegium fecit J. G. Schelhornius in Amænit. Liter. T. II. Num. VII. p. 553. ſeq. Nos etiam loco alio jam diximus, quid de occulta ejus Philoſophia, & de vanitate Scientiarum, quæ maximam partem faciunt operum, exiſtimemus. Adeoque in præſenti hæc tantummodo monenda ducimus,

(1) *Opera hæc* in omnibus fere indicibus Librorum prohibitorum eſſe interdicta.

(2) *Rariora* inventu.

(3) *Caſtrata* in locis quibusdam. Quod poſt Crenium in animad. Philolog. Hiſt. P. II. p. 13. J. G. Schelhornius docuit, l. c. Num. V. p. 521. ſeq.

(4) *Impreſſa* eodem hoc loco, (Lugduni) eademque forma, duabus vicibus, ſed non eo-

dem modo. In alterius enim Editionis Parte II. in fine hoc adjectum legitur.

Lugduni per Beringos fratres Anno MDCC.

Quod in hac noſtra abeſt. Apologia etiam adverſus Theologiſtas Lovanienſes, quæ extat in hac noſtra. T. II. p. 257. ſeq. in illa altera eſt omiſſa. Quod vel eam ob cauſam indicaſſe putamus eſſe pretium operæ, quia nec à Bælio nec à Schelhornio, nec à quoquam alio, notata eſt hæc Editionum diverſitas.

(5) *Auctorem & Atheiſmi, & Magiæ ſuſpectum eſſe habitum.* Illius, ob libros de Philoſophia occulta; Hujus, ob tr. de vanitate Scientiarum. Quorum hiſtoria ſparſim legitur tum in Scriptis Apologeticis, tum in Epiſtolicis, v. g. Libr. VII. Ep. 23 p. 1032. ſeq.

Edmundi Dickinſon Phyſica vetus & nova. Hamburgi 1705. Atheis oppoſitum eſſe hoc opuſculum, ex Epiſt. Dedic. & ipſa ejus tractatione, p. 111. 229. 235. 402. 496. &c. conſtat. Nec vulgaris in eo eſt ingenii acies, linguarumque exoticarum peritia eximia. Et hiſtoriæ Philoſophicæ cognitio ea, quæ non multis contigit; Sed quæ præterea ineſſe debent in ſcriptore probato, ea non omnia reperiri putamus in Auctore noſtro. Genus dicendi eſt moleſtum, & laborioſum, &, non dicam, ſexcentis, millenis, parentheſibus impeditum. Diſtributio jejuna, & infinitis coccyſmis vitiata. Et capita rerum meris poſtulatis, conjecturis, hypotheſibus incertis, & petitionibus principii ſuperſtructa. Quibus accedunt præjudicia, ex quibus, velut ſeminibus, tot nata ſunt Paradoxa. Et in iis id

cum-

cumprimis, in quo exornando maxime occupatus eſt Auctor. Moſen Philoſophiæ corpuſculari fuiſſe deditum, eamque in Hiſt. creationis tradidiſſe. Quod dum in tabulis æri inciſis viſendum exhibet, & ex Ovidii Metamorphoſi illuſtrat, Ovidianum magis Syſtema animo conceptum habuiſſe videri poterat, quam Moſaicum, nec inepte judicaſſe vir doctiſſimus Chriſt. Thomaſius, qui in Programmate Academico, *Erinnerung wegen der Winter-Lectionen* 1702. p. 1. ſcribit, caput Dickinſonii XIX. de Iſraelitis Ægyptiacis omnium eſſe optimum.

R. Goclenii Coſmographia. Lemgoviæ 1703. C. *Daſypodii Orationes de omiſſa diſciplinarum Mathematicarum dignitate, eademque recuperanda.* Baſileæ 1593. *Abr. Rockenbachii tr. de Cometis.* Witteb. 1602. *Eilhardi Lubini Phoſphorus, de prima cauſa & natura Mali.* Roſtochii 1601. In quo ſtilus nitidus & candidus, ſed qui quodammodo colorem poëticum præ ſe ferre videtur. Oeconomia non reprehendenda prorſus; Sed res novæ, & ſingulares, & paradoxæ, & contra opinionem omnium. Imo & alienæ à ſimplicitate piſcatoria, & à forma ſanorum verborum diverſæ, & è corruptis rationis rivulis, impuriſque Philoſophorum ciſternis magis, quam è limpido verbi divini fonte hauſtæ. Bonum absque malo non eſſe, ſaltem cognoſci non poſſe. Malum eſſe nihilum negativum, quod jam extiterit ante orbem conditum. Peccatum eſſe tendentiam ad nihilum. Solum Deum eſſe verum Ens. Creata omnia inter ſummum bonum & imum malum, inter Ens & nihil, medio loco eſſe conſtitu-

ſtituta, & ab utroque habere aliquid. Ex nihilo ortos Dæmones, Elementa, ſtirpes, animalia, homines; Angelos. Et alia hujus commatis, *Hyper-Metaphyſica* ab ipſo Lubino dicta. Et ab eo A. C. 1597. prima, tum A. C. 1701. ſecunda vice edita, & quod mireris, æri inciſa inſuper, ut Genealogia rerum omnium ex nihilo negativo, ipſumque nihilum dilucidius pateſceret; Sed ad Theologiam obfuſcandam magis, quam illuſtrandam idonea. Unde & ab Alberto Grauero, aliisque ſtrenue oppugnata, & ab Auctore ipſo in præfatione Diſſert. de Cauſa Mali, Roſtochii 1607. habita, publica & ſolenni Palinodia recantata ſunt, & ſcripta ipſa ſuppreſſa. Atque hinc hujus Libelli raritas. Qui ab Hierom. Kromayero in Theol. Poſitivo-Polemica Artic. IV. th. 15. p. 296. confutatus quidem, ſed non viſus eſt.

J. H. Urſini Bericht von Unterſcheid der Religionen. Nürnberg 1666. Libellus tribus vicibus impreſſus. 1661. 1666. 1673. Laudatus ab Auctore ipſo in Appendice amicæ collationis &c. p. 7. & J. M. Dillherro h. l. p. 231. Impugnatus ab Henrico Kirchero, & Erneſto Haſſiæ Landgravio; Defenſus ab Auctore in amica collatione Hiſtorica, de una & vera religione, & ejus Appendice. Laudandus à Studio, œconomia, & cauſæ bonitate, ſed non æque à ſtilo, judicio, & eruditionis apparatu.

Ejusdem Amica collatio Hiſtorica, de una vera Religione. Norimbergæ 1665. Oppoſita tabulæ Religionum, quæ, una cum illuſtratione quadam, eidem in fine adjecta eſt, quæque Erneſtum Haſſiæ

Haſſiæ Landgravium Auctorem habet; Virum doctum, acutum, & feliciſſimi cerebri Principem. Adderem etiam animi. Si ſplendorem nominis Religionis deſertione non contaminaſſet.

Anonymi Muſter der Lutheriſchen Lehre. 1666. Quod ſchediaſma J. H. Urſini tr. *von Unterſcheid derer Religionen* oppoſitum, meras continet petitiones principii.

Henrici Boethii tr. de Religione vera & falſa, Witteb. 1611. A raritate potius commendandus, quam à Polyhiſtoria, & ἀκρίβεια.

Jordanus Brunus de Monade numero & figura. Item *de immenſo & innumerabilibus &c.* Francof. 1591. (2) Ejusdem *de Imaginum, Signorum & Idearum compoſitione.* Ibidem. Scriptor perrarus, ingenioſus, acutus. Philoſophiæ Ariſtotelicæ, & Theologiæ Scholaſticæ juratus hoſtis. Pythagoræ, Platonis, Lucretii, Lullii, Teleſii &c. Sectator. Nicolai Copernici admirator, & emendator, Phyſicæ, Chemiæ, Magiæ, & Matheſews inprimis ſtrenuus cultor, & totius Philoſophiæ reformator. Quam variis inventis locupletavit, variisque inventis ſimul infeſtam reddidit, v. g. (1) Monadem, numerum, & figuram eſſe ſecretioris Phyſicæ, & Matheſews, & Metaphyſicæ elementa. (2) Figuratorum omnium qualitatem activam, & paſſivam, ex figura demonſtrari poſſe. (3) Hoc univerſum eſſe infinitum, & innumerabiles in eo eſſe Mundos. (4) Duo in eo præcipue eſſe primorum corporum genera, ſoles & tellures. (5) Tellurem eſſe aſtrum. (6) Solem Lunam & reliquas ſtellas omnes eſſe habitabiles. (7) Omnia eſſe in

omnibus. (8) Ignis Elementum eſſe ſolem. (9) Multo plures eſſe ſenſus, & motus & tactus ſpecies, quam homo experiatur in ſe ipſo. (10) Eſſe animal Sanctum, Sacrum, & venerabile Mundum. Multa etiam de Theologis, & Theologia, & Deo ipſo, ejusque eſſentia, & operibus, tradidit ambigua, profana, obſcura, periculoſa etiam, atque à decretis eorum, à quibus docetur hæc diſciplina, oppido aliena. Atque hinc in *Atheismi* ſuſpicionem adductus, Romæ die 9. Febr. A. C. 1600. combuſtus eſt. Vir non cottidianæ doctrinæ. Cujus & ſcrinia compilaſſe dicitur Carteſius. Et qui præter ea, quæ hoc faſciculo continentur, alia plura tum condidit, tum promiſit. Ignota plerisque, & ab ipſo hac illac commemorata. Scilicet

(1) *Scripſiſſe* ſe teſtatur (1) de minimi exiſtentia (2) de principio, cauſa, & uno (3) de Sigillo Sigillorum (4) de multiplicis mundi vita (5) de principiis rerum.

(2) *Scripturum* ſe promittit, de rerum imaginibus &c.

Chriſt. Pelleri Politicus ſceleratus impugnatus. Norimbergæ 1669. Compendium Politices novum, ſub nomine *Pacifici à Lapide*, in lucem aſpectumque publicum prodierat A. C. 1665. Cosmopoli in 4to, Principiis nefariis, execrandis, & oppido *Atheiſticis* ſuperſtructum. Cujus Auctorem prodit Vincentius Placcius in Theatro Anonymorum p. 343. Chriſtophorum Rappium, Cancellarium Boruſſicum. Atque hoc neceſſariis obelis jugulatum, hoc opere recudi fecit Pellerus

Nota-

Notatus iccirco à C. A. Heumanno in Schediaſmate de Anonymis & Pſeudonymis Sect. II. c. II. p. 95. & Sciamachiæ accuſatus, quod Satyram ſcripſerit tantummodo Rappius, non præcepta politica; Sed, quod pace Viri Doctiſſ. dicere liceat, præter meritum. Etenim ſcelera politica in hoc Compendio non Satyrice propoſita ſunt, ſed didactice. Et ſi vel maxime priori modo in vulgus ſparſa ſint, ſparſa ſunt tamen. Adeoque non cum ſpectris pugnavit Pellerus, ſed cum veris technis ac ſtrophis, quibus Athei nonnulli in ſocietate civili ſolent uti, quæque ab Auctore Compendii revera ſunt tradita, ſive ex animo id factum ſit, ſive ſimulate.

In Duodecimo.

OEuvres Melees de Mr. de Saint-Evremond. 3. Volumina 7. Tomi. à Londres 1708. Hic Auctor nec Scepticus fuit, nec Epicuræus, nec Atheus, quod docemus alibi, ſed Eclecticus, & Religioni Pontificiæ ita deditus, ut & à diſputationibus, de fide & ſuperſtitionibus, extiterit alienus, & libertatis conſcientiæ ſtudioſus, & pietatem non tam credendis, quam agendis, juſtitia, & amore, & pœnitentia conſtare, exiſtimaverit Tom. V. p. 193. 194. Ovidius Gallorum dictus ab Abbate Chaulieu; (in Biographia de Mr. des Maizeauz, p. 69.) Sed Ariſtarchus potius dicendus, ob facultatem exquiſitam judicandi, de Scriptis & Scriptoribus, antiquis & novis, qua polluit, & ob Ovidii facilitatem, perſpicuitatem

&

& inimitabilem verborum mollitudinem, qua Evremondius caruit.

(1) *Iſaaci Peyrerii Exercitatio de Præ-Adamitis*. 1655. ſine loco. Quod Opuſculum imperfectum quidem eſt, & ad umbilicum non perductum; Siquidem Auctori fides, in Epiſtola revocatoria p. 25. ubi ſcribit, Primam hanc ſolummodo eſſe partem Iliadis ſuæ Præ-Adamiticæ, cui ſecundam voluerit ſuccenturiare; Sed ex hoc ungue jam ſatis æſtimari poteſt Leo. Ingenium vaſtum, ſed rerum novarum cupidum, & gloriæ ſtudio ita occupatum, ut malum habere nomen maluerit, quam nullum, & ejurare hæreſin quam declinare. In carceres iccirco conjectus Bruxellis, & graviore pœna procul dubio mulctatus, niſi Religionem Reformatam cum Pontificia commutaſſet, & hanc ſuam Apoſtaſiam peculiari Epiſtola publice eſſet profeſſus. (2) *Guil. Poſtelli Clavis abſconditorum*. Amſterd. 1646 De qua ſuo loco.

(1) *Iſaaci Peyrerii Exercitatio de Præ-Adamitis* De qua jam plura. Quibus hoc tantummodo addimus, quod Petrus Juriæus, in præfatione Hiſtoriæ Criticæ dogmatum & cultuum ſcribit, paucis viſum eſſe hoc Peyrerii opuſculum. (2) *Joh Pythii reſponſio Exetaſtica ad Peyrerii tractatum*. Lugd Batav. 1656. Cujus dignum patella operculum. Tale enim vinum, qualis hedera, vapidum iners, crudum. Dictio inſulſa. Oeconomia nulla. Argumenta κατασκευαστικὰ, ἐλεγχτικὰ & ἀνασκευαστικὰ, delumbia, & lumina ingenii ac judicii tam obſcura, quam nomen Auctori ipſum. Qui ſemet omnibus aliis præferens, & mer

merces extrudendas arrogantibus verbis laudans L. I. c. III. p. 11. ſeq. Metrum à menſura non poteſt diſcernere p. 13. Tantum abeſt, ut huic negotio ſufficiat, cui ſe parem credidit.

Bonaventure des Perriers Cymbalum Mundi. Amſterd. 1711. Hoc opuſculum quatuor conſtat Dialogis, quorum *primus*, & *tertius* agit de Mercurio, *Secundus* de Chymicis, & Lapidis Philoſophici Inquiſitoribus, *Quartus* & ultimus de canibus Actæonis. Atque in eo exploduntur quidem divinitates paganorum; *Atheiſmi* autem nec vola occurrit nec veſtigium. Et ii omnes, qui Auctorem Atheis accenſendum eſſe judicarunt, non aliud argumentum habuiſſe videntur, quam rumorem publicum, quod copioſius exponit Felix Marchand in Præf. eidem præmiſſa.

La Clef du Santuaire. Leyden 1678. Hic libellus eſt Benedicti Spinozæ tractatus Theologico-Politicus, ab Anonymo è ſermone latino in Gallicum translatus, & novo prorſus ac portentoſo hoc titulo inſignitus, ut inquiſitoribus Atheiſticæ pravitatis palpus obtruderetur, & acies eorum hoc fuco deciperetur. Cum enim A. C. 1670. in lucem emiſſus prohiberetur ſtatim, & ſtudioſe caveretur, ne in vulgus emanaret; In alias actutum linguas, Belgicam, Gallicam &c. traductus, & mutato ſubinde habitu, idiomate, forma, titulo, in lucem emiſſus eſt, ut ſecurius emi vendique poſſet. Atque ad has Editiones Apocryphas ſpectat etiam hæc noſtra. Quæ à prima illa Latina & authentica hoc ſolum differt, quod adjectum habet Indicem, & notulas quasdam, velut appen-

appendiculam, ab ipſo tamen Spinoza profectas, & exemplo cuipiam Latino ſuperadditas, ut patet ex Interpretis noſtri Epilogo.

(1) *Franciſci Sanchez Doct. Med. Tractatus Philoſophici.* Roterdam. 1649. Hic Vir eſt acutus, ab ipſo hoſte laudatus, Hartnaccio in notis ad h. l. p. 34. Qui Scholaſticorum logomachiis turbatus, (157) Scepticorum philoſophandi rationem amplexus, & hoc Libello profeſſus eſt, ut confunderet eos, à quibus antea confuſus fuiſſet. Sed (1) ſibi ipſi non ſatis conſtat, & dogmaticos impugnans, non raro dogmatizat ipſe, ut p. 35. 105. (2) Fallaciis ſubinde ludit conſequentis, & à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. (3) Ultra ſepta procedit nonnunquam, & dubitationem ſuam ſcepticam in ipſa Theologiæ adita introducit, ut p. 46. 58. 92. 103. cui non niſi in atrio ejusdem eſt locus, quæque Lectorem ſenſim præparare debet, ut revelationis divinæ oracula eo citius admittat.

(2) *Cyriaci Lentuli Nova Renati des Cartes Sapientia.* Herbornæ Naſſoviorum 1651.

Dan. Hartnaccii Sanchetz aliquid ſciens. Stetini 1665. D. Hartnaccius utinam cauſam dogmaticorum tam bene defendiſſet, quam F. Sanchezius Scepticorum malam. Sed Auctoritatibus pugnat præcipue, & petitionibus principii, & fallacibus conſequentiis. Tum diſertus eſt in iis, ubi oratore non eſt opus, & in iis, quæ actorem deſiderant, (ut p. 103. 135. 201. 223.) magis mutus, quam piſcis. Ac tandem nugatur multa, quæ ad præſentem rem non attinent. Et univerſam Dogmaticorum cauſam ita tuetur, ut, ſi

ex

ex ejus argumentis ferendum ſit judicium, Sceptiſcis omnino præ Dogmaticis, palma ſit deferenda.

Traité de L'incertitude des Sciences. Amſterd. 1715. Diatribe hæc eſt doctiſſima, ſuaviſſima, & Lectu digniſſima. Sed ſibi non ſatis conſtans, & aliud in ſinu gerens, quam quod fronti habet inſcriptum. Siquidem de natalibus, & fatis, & nævis ſcientiarum agit potius, quam de dubiis & incertis eorum principiis. Mendas etiam Doctorum interdum tribuit doctrinis. Et quod delirarunt nonnulli, id plectit in omnibus. Auctor ipſe nec Scepticus eſt, nec Dogmaticus; ſed utriusque cenſor, & à rationis cæcitate, ad revelationis lumen Manuductor, quæ optima eſt docendi Methodus.

Henr. Corn. Agrippæ de Incertitudine & Vanitate omnium Scientiarum. Lugd. 1624. Hic Auctor eſt Vir non indoctus, nec indiſertus; Sed aſper & maledicus, & toto genere paulo fervidior ac commotior. Qui Scholaſticæ Philoſophiæ, & Theologiæ pertæſus, ab uno extremo tranſiliit ad aliud, &, relicta dogmaticorum cohorte, ad Scepticorum caſtra transmigravit, eorumque præſidio munitus, ipſius Theologiæ fundamenta concuſſit; *Atheorum* albo iccirco à nonnullis inſertus. Nec noſtram facimus ipſius cauſam. Multa ſunt omnino in hoc opuſculo atro carbone notanda, inepta, obſcæna, periculoſa, temeraria & Scepticiſmum non obſcure redolentia. Quædam etiam infanda prorſus, & tenebris involvenda potius, quam in lucem protrahenda, ut c. 63. & 64. Verum & multa præclara, &

egre-

egregia, & lectu digna, Hiſtorica, Philoſophica, Theologica, Medica. Et ancipites valde ſumus, an ullus unquam vitia eruditorum acutius perſpexerit, & plenius deſcripſerit, & pudenda Eccleſiæ Romanæ majori cum παῤῥησία detexerit, & manifeſtaverit, utut in gremio ejusdem fuerit natus, educatus, & mortuus.

Opuſcula Philoſophica. Amſtelodami 1690. Auctor horum Opuſculorum eſt F.M. von Helmont. cui comitiſſa quædam Anglicana, Græce & Latine non indocta, & Helmontii Principia Theol. & Phil. amplexa, tulit ſuppetias. Atque ex hac conjunctione hujus Maris & hujus fœminæ natu eſt hic fœtus, inſtiusmodi naturæ, & indolis, & Phyſiognomiæ, ut à natis literis vix unquam viſum ſit ſcriptum in orbe literato, quod plura comprehenderit παράδοξα, & tot ac tanta, in Theologia juxta ac Philoſophia, ſparſerit axiomata contra opinionem omnium. Accedit raritas, qua commendatur ab Auctore *der mit ihr ſelbſt ſtreitenden Harmonie* c. III. §. 6. p. 19. qui & G. G. Leibnitium ſuam Monadologiam ex hoc fonte primum hauſiſſe putat.

Les Oevres de Bruſcambille. à Roven. 1635. Fictum eſt nomen Bruſcambillii. Et ſi Rabælæſius ipſe non eſt Auctor hujus pegmatis, eſt tamen aliquis Rabelæſii admodum ſimilis. Sane dictionis genus eſt liberum, ſolutum, diſcinctum plenumque non tantum vernilitatis & licentiæ Sed & portentoſæ intemperantiæ. Res ſunt vanæ, futiles, & honeſtati, æque ac pietati adverſantes, ita, ut hæc ἄλογος τρίβη, Sentir

voc.

vocari poſſit ineptiarum, ſcommatum, ſcurrilitatum, & ſi quid dici poſſit turpius.

De La Hontan Reiſen nach Nord-Indien. Hamburg und Leipzig 1711. Hic Auctor rerum novitate, varietate, & copia non minus, quam orationis dulcedine, feſtivitate, & alacritate Lectorem capit; Verum & eundem ſuſpenſum reddit, (1) rerum quarundam repetitionibus, vel non neceſſariis, vel ſibimetipſis interdum adverſis, (2) Luciani more, modove uſurpatis. (3) Emblematis profanis hinc inde interſperſis, v. g. de Americanorum ortu ex alia progenie quam Adami, p. 303. de ſpectris, ſagisque non exiſtentibus, p. 711. ſeq. &c. quibus, ut ipſe, p. 708. ſcribit, id effecit, ut pro *Atheo* fuerit habitus. Interim optimus eſt rerum Canadenſium interpres, qui per 3. luſtra in hac regione verſatus, linguarumque barbaricarum peritus, res omnes naturales, civiles, Eccleſiaſticas, & literarias accurate perveſtigavit, homo à judicandi facultate non deſtitutus, nec partium ſtudio deditus, nec religionis ſuæ (Pontificiæ) umbris ita occæcatus, ut hallucinationes ſuorum, & præcellentias Barbarorum præ illis, vel non viderit, vel in recitationibus ſuis diſſimulaverit, (p. 443. 128. 621. 540. 490. 436.

De la Sageſſe trois Livres par Pierre Charron. Pariſ. 1654. Hic Auctor reus factus eſt à Theophilo Spizelio, Franciſco Garaſſio, & aliis, quod ſub ſpecioſo Sapientiæ ceſpite *atheiſmi* anguem occultaret; Sed expers hujus culpæ judicatus

 eſt

eſt à P. Garaſſio, Sorello, & nobis in Hiſt. Atheiſmi. p. 407. Ubi in his ejus Libris nihil, niſi pauca quædam liberius ſcripta, notandum eſſe cenſuimus, ut Lib. II. c. V. p. 296. *de religione*, & Lib. III. c. XXXVIII. p. 604. *de voluptate.* Egregios præterea eosdem judicavimus, ad errores populares in Philoſophia debellandos, & ad miſeriam humanam cognoſcendam. Neque hoc Lectorem neſcire volumus, quasdam Editiones eſſe caſtratas, hanc autem noſtram integram & minime prætruncatam.

Seder Olam, ſive Ordo Seculorum, Hiſtorica Enarratio Doctrinæ. 1693. ſine loco. Compendium hoc eſt Theologiæ Cabaliſtico-Chriſtianæ, ex meris Paradoxologiis contextum, & ad ciendas cum novas hæreſes, tum antiquas reſuſcitandas accommodatum. Ex quo D. J. W. Peterſenius potiſſima Theologiæ ſuæ hauſit capita, de humanitate Chriſti ante generationem ex Maria, item de Chiliaſmo, & ἀποκαταςάσει πάντων &c. Nec ullus eſt ex recentioribus qui Μετεμψυχώσεως, dogma vel apertius profeſſus ſit, vel, ut alii idipſum profiterentur, operoſius laboraverit, quam noſter hic Auctor, quem F. M. ab Helmont fuiſſe accepimus.

A. Mariani Offene Hertzens-Pforte zu dem wahren Reich Chriſti. 1703. ſine loco. Fictum eſt nomen Angeli Mariani. Verus enim Auctor eſt, *Joh. Angelius Werdenhagen*, Academiæ Juliæ Profeſſor primum, tum civitatis Magdeburgenſis Syndicus, ac tandem Conſiliarius Luneburgenſis

Qu

Qui religionum, Sectarum, & Syſtematum Theologicorum pertæſus, unicum tantummodo eſſe fidei Articulum docuit, *Amorem erga Deum & proximum.* c. VIII. p. 61. Hunc cognitu eſſe facilem, factu poſſibilem, c. IV. p. 26, & Sectis omnibus, & religionibus communem. Adeoque cunctis patere ad cœlum aditum, dummodo hac via cuncti incedere parati fuerint.

J. L. Vivis de veritate fidei Chriſtianæ, Libri V. Lugd. Bat. 1659. Ultimus hic Vivis fætus eſt, &, ſi Franciſci Craneveldii judicio ſtare velimus, optimus etiam. In quem plus diligentiæ ac laboris impendit, quam in reliquos omnes, quos unquam evulgavit. Nec abhorremus prorſus ab hac Craneveldii ſententia. Eſt enim in eo Orationis non inelegans copia. Gravitasque ſine arrogantia. Et modeſtia ſegnitie carens. Ingenium acre, & judicium peracutum. Sed poſthumum eſt opus, inſtitutum quidem ab Auctore peregregie; Sed non abſolutum, nec expolitum, nec ad extremam lineam deductum, in deſtruendis religionibus falſis occupatum magis, quam in adſtruenda vera. Nec ad deſtruendas falſitates prorſus eſt ſufficiens ob anguſtiam, & curtam rerum quarundam, quæ fuit in Auctore, ſupellectilem. Linguarum Orientalium, puta, & ſcriptorum cujusvis religionis claſſicorum, ſine quibus nemo feliciter cum Judæis, & Mahumedanis in arenam poteſt deſcendere. (2) *Ejusdem de corruptis Artibus & tradendis diſciplinis, Libri XII.* Lugd. Bat. 1636. Opus infrequens, ſed meliori lapillo ſignandum. In quo Auctor magna

 dicen-

dicendi facultate, majoreque doctrina, & παῤῥησία maxima, de corruptis Artibus, & tradendis diſciplinis ita diſſerit, ut & doctrinas, & Doctores eo tempore receptos, & diutino conſenſu probatos, ſub examen vocet, &, quid lucis noctisve in iis inſit, libere pronunciet. Dignum iccirco, quod in capita paragraphosque diviſum, ſub prelum denuo mittatur, & notis quibusdam illuſtretur, & ſupplemento quodam, de corrupta Theologia, augeatur. Quod ob Hiſpanicæ inquiſitionis ſeveritatem, Auctori reliquis ſuperaddere non licuit.

Les Oeuvres de M. Francois Rabelais. II. Volumina. 1675. ſine loco. In hoc Opuſculo miri ſunt luſus ingenii, magna libertas, nec minor acerbitas, nec nihil omnino ſalis. Sed vocabula ſexcenta obſcura, inuſitata, ſordida, dithyrambica. Phraſes etiam obſcœnæ, profanæ, & frequenti abuſu SS. conſpurcatæ. Et Satyræ in Franciſcum I. & Henricum II. Reges Galliæ (quorum primum Garganthuæ, ſecundum autem Pantagruelis vocabulo denotatum autumant,) non plane inepte compoſitæ. Verum ob Auctoris effrenem in vivendo, loquendo & ſcribendo petulantiam ſuper *Atheiſmi* lue ſuſpectæ. Nobisque hodie nec lucidæ ſatis, nec amœnæ, ob ignorantiam circumſtantiarum, & Hiſtoriarum reconditarum, & cauſas alias, quas affert Mr. des Maizeaux dans la vie de Mr. de Saint Evremont p. 14. & 15. Edit. Londinenſis 1708.

Commentaire Philoſophique Sur ces paroles de JESU CHRIST, Contrain-les d' entrer. à Cantor-

torbery 1686. IV. Volumina. Auctor hujus Commentarii eſt P. Bælius, licet ſe hujus fætus eſſe parentem nunquam profiteri voluerit, quod omen non omnino optimum eſſe videtur. Titulus etiam Commentarii Philoſophici in SS. verba, neſcio quid prodigii, vaticinatur. Et licet negari non poſſit, multa in eo eſſe peregregia, Argumenta ingenioſa, acuta, gravia; Oeconomiam non diſſipatam; Dictionem ſplendidam, & minime veteratoriam, ſi quasdam voces obſoletas exceperis, quas ſtudio intexuiſſe videtur Auctor, ut facilius falleret Lectorem, & eidem ex Anglico hunc Comment. translatum perſuaderet, qui Gallice ſtatim ab ipſo ſcriptus eſt; Attamen multa etiam in eo ſunt nequaquam ferenda, inprimis in c. I. Partis I. & ultimis Partis II. quatuor capitibus. Rationem dominari debere in rebus Theologicis, non famulari, P. I. p. 7. 14. 18. Omnes religiones & Sectas in republ. eſſe tolerandas, & liberum exercitium iis indulgendum, P. II. c. VII. p. 397. Conſcientiæ ſenſum eſſe faciendorum & fugiendorum criterium. Et qui hunc ducem ſequatur in religionis negotio, eum nullius criminis putari poſſe reum &c.

(1) *Eduardi Herberti Tr. de veritate, prout diſtinguitur à revelatione, veroſimili, poſſibili & falſo.* 1656. ſine loco. In quo multa acuta, ſingularia, minimeque communia, Logica, Phyſica, Anthropologica. *Primus* enim Auctor facultatum humanarum terminos & metas diſpoſuit. (p. 193. & 203.) *Primus* veritatem à revelatione, vero-

 ſimili

ſimili, & poſſibili, diſtinxit. *Primus* ex notitiis communibus novum Philoſophiæ & Theologiæ Syſtema condidit. Sed ſtilus inamænus, moroſus, & ſubobſcurus eſt. Res pleræque novæ, paradoxæ, & à Senſu communi Doctorum abhorrentes. Et totum opus ita eſt comparatum, ut ad Theologiam revelatam evertendam, & naturalem ſolam ſuſtinendam, adornatum videri queat. (2) *Ejusdem Tr. de cauſis errorum.* 1656. ſine loco. Qui tr. *de veritate* eſt quaſi pars altera, adeoque iisdem laudibus, & maculis obnoxius. Cui acceſſit in fine Schediaſma de Religione Laici, quod prodromus eſt Syſtematis Quinquarticularis Theologici, quod exhibet Auctor in tr. de religione gentilium.

(1) *Nic. Caſtelli Olinda.* Hallæ 1695. (2) *Lettre contenant un examen & refutation des Jeſuites &c.* Cologne 1688. (3) *Examen des raiſons propoſées par Samuel Parcker &c.* ibid. 1688 (4) *Anonymus contra un Livre intitulé Commentair Philoſophique &c.* Roterdam 1687. Cujus Auctor eſt Petrus Jurieu, Vir non indoctus, ſed natura vehemens, acer, mordax. Qui adverſarium, (P. Bælium) conſequentiis inſectatur magis quam argumentis. Et cramben eandem ſubinde ad nauſeam Lectoris repetit. Et, quod primum dicendum erat, ſtatum controverſiæ nec conſtituit accurate, nec obſervat. Adeoque anguillam cauda tenens, volantia ſectatur curſu ſæpius & umbraticam depugnat pugnam.

Arnol

Arnoldi Geulings Ethica. Amſtelodami 1691. Novum plane condidit hic Auctor Syſtema Ethicum, ab iis omnibus, qui ante eum tale quippiam auſi ſunt, diverſum. Commendandum omnino à brevitate, perſpicuitate, ſoliditate, & exquiſita partium connexione. Abſit tamen ut iſtud omnino prorſus vacare culpa dicere velimus. Multa in eo ſunt nova, paradoxa, & à vulgari Philoſophorum, & Theologorum conſuetudine aliena, qualia ſunt, v. g. p. 341. *de Diabolo philoſophico.* Alia. Attamen Spinozizonta etiam quædam in eo ineſſe, equidem aſſeverare nolimus; Licet Virum Illuſtr. Chriſt. Thomaſium in cautelis circa ſtudium Ethicum, h. e. C. XIV. Cautelarum. §. 33. p. 225. Et M. V. C. Popponem in Spinoziſmo detecto, c. IV. §. 52. p. 62. in ea deprehendamus eſſe hæreſi; Et quædam etiam occurrant hujus coloris, v. g. p. 24. 122. 136. 150. &c. Etenim ſatis conceſſit Auctor antequam Spinoza cæpit Theologiam & Phil. ſuis ſtrophis commaculare. Nec deſunt loca, ex quibus demonſtrari valeat, Geulingium cum Spinoza non fuiſſe ejuſdem ſententiæ, ut p. 286. & 333. Et quæ adduci ex eo ſolent ſpecimina, Spinoziſmi ſuſpecta, ex auctore ipſo ita explicari poſſunt, ut nihil detrimenti capiat ejus Orthodoxia, & recte ſcripſiſſe videatur, quisquis fuit Auctor carminis opuſculo præmiſſi,

Fruſtra hic Spinozæ quæras molimina mentis,
Nec quicquam Civis (Hobbeſii) veſtigia prava jubentis.

(1) *Anonymi la Religion des Hollandois.* Cologne 1673. Cujus Auctor Mr. Stoupe, natus in Rhetia, & inde delatus in Angliam Cronwelli tempore, Londini in Eccleſia Wallonica Paſtoris munere perfunctus eſt. Eoque mortuo conceſſit in Galliam, & abjecto Theologiæ ſtudio caſtra ſecutus, in cohorte Helvetica, (cui frater ejus, Prætoris dignitate ornatus, præerat) ſubcenturionis provinciam ſuſtinuit, (Lieutenant, Colonel,) cum qua in Belgium digreſſus A. C. 1673. quo Rex Galliæ bellum concitabat adverſus Batavos, Ultrajecti ſcripſit has VI. Epiſtolas, ad Dn. Hommelium Paſtorem & P. P. Bernenſem, à Piervillio quodam caupone Trajectinenſi, rerum Belgicarum non imperito, adjutus, quo familiariter admodum utebatur, & cujus filiam inſuper compreſſiſſe dicitur. Nec *ſtupidus* ſane fuit hic *Stupius.* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, civilis & literariæ ſciens. Theologiæ non ignarus. Et rerum Belgicarum notitia egregie inſtructus. Sed Socinianis, & iis, quos *Chercheurs* appellare placuit p. 64. magis quam Reformatis benignus, & Batavis omnibus ita infenſus, ut eosdem nullius omnino religionis eſſe judicaret, quod tolerarent omnes, ipſos etiam Atheos, & religione tantum velut inſtrumento Status uterentur, & ne minimam quidem curam haberent, eam in locis diſſitis Ethnicorum, ſuo Imperio ſubjectis, propagandi. Quo nomine gravem ipſis dicam ſcribit in his literis. Sed iisdem poſtea opprobriis conſperſus eſt, quibus alios fœdavit. Siquidem Joh. Braunius acerbe eum

eum caſtigavit, ejusque hanc Syllogen Epiſtolicam eſſe Libellum famoſum, Spinozæ Tractatu Theologico-Politico periculoſiorem, & plane Atheiſticam, in eo, quem eidem oppoſuit, ſcripto Apologetico, publice profeſſus eſt. p. 163.
(2) *Joh.* *Braunii la veritable religion des Hollandois.* Amſterdam 1675. Quod *primum* eſt ſcriptum celeberrimi hujus viri, intra XV. dies ab ipſo confectum, ut ipſe refert in præfat. & Numen ipſum hujus rei advocat teſtem; Sed quo ita ſe probavit Provinciarum unitarum Gubernatoribus, ut, quinquennio vix exacto, è Paſtore Noviomagenſi Profeſſor Theologiæ & Linguæ Ebraicæ in Academia Gröningenſi conſtitueretur.

Moyſes Amyraldus von Religionen wider die Indifferentiſten. Leipzig 1667. Auctor in hoc Opuſculo agit, P. I. de neceſſitate Religionis in genere, P. II. de revelatæ in ſpecie, P. III. de religionis Chriſtianæ veritate; Sed modo oratorio magis, quam Philoſophico, nec ſuis innixus talis tantummodo, ſed P. Mornæi, & H. Grotii, cujus de veritate R. C. tr. A. C. 1631. quo hic Amyraldi libellus Gallice primum in lucem exiit, jam ex Belgico idiomate in LL. translatus, per integrum quadriennium Orbem literatum ſua fama impleverat.

Hugo Grotius de veritate religionis Chriſtianæ. Lugd. Bat. 1629. Edititio rara. Et, ſi à prima diſceſſeris, quæ 1627. prodiit, antiquiſſima. In qua Epiſtola auctoris ad Hieron. Bignonium nulla, Annotationes nullæ. Diviſio textus in

Paragraphos nulla. Hæc enim omnia, & alia hujus generis argumenta, in poſterioribus Editionibus demum acceſſerunt.

(1) *Chriſtoph Coleri Uberſetzung der Bücher H. Grotii von der Wahrheit der Chriſtlichen Religion.* 1631. ſine loco. Verſio non quidem optima prorſus, & omnibus numeris abſoluta; Prima tamen, & omnium verſionum hujus Libelli Grotiani antiquiſſima. Viſa etiam ab ipſo Grotio & laudata. Et propter inſignem raritatem habenda in pretio. Neque enim viſa eſt unquam Davidi Algöwero, qui in Manuductione in hunc Grotii Libellum, p. 11. admodum titubanter de ea diſſerit. Nec J. C. Kœchero qui in Hiſtoria libelli Grotiani de V. R. C. p. 7. id diſerte fatetur, additque l. c. *Vidiſſe ſe, imo & legiſſe hunc Libellum Val. Muſculus in præfat. verſioni. Germ.* (1656. *Stockholmiæ in 12mo editæ*) *teſtatur, rariſſimum tamen jam tum fuiſſe; ſimul perhibet* (2) *Quirini Cnogleri Symbola Tria Catholicum, Calvinianum, Lutheranum.* Coloniæ 1622. (3) *Sam. Plaſtern Erörterung und Wiederlegung des Diſcurſes von Kriegen.* Roſtock 1639.

(1) *Adami Rechenbergii* εὕρημα *Th. Hobbeſii* Lipſ. 1674. Cui Auctori ſermo eſt facilis & fere cottidianus, lectio multa, & magnarum rerum ſcientia. Ratio etiam diſputandi plana, diſtincta, dilucida, nervoſa. Et ſi qua interdum ſtomachoſius dicta videantur, ut p. 217. ſcias in ætatis vere ſcripſiſſe hoc Opuſculum, at poſtea in auctumno & hyeme multum de hoc fervore remiſiſſe. (2) *Joh. Caſæ de Officiis Libellus.* Nord-

Nordhuſæ 1669. (3) *Ejusd. Galateus ſ. de Morum Elegantia.* Ibid. Eodem. Pueris non legendus, ſed ediſcendus, ob beatiſſimam rerum & verborum copiam, & caſtiſſimum eloquentiæ flumen.

(1) *A. Rechenbergii Fundamenta veræ Religionis prudentum.* Lipſ. 1712. In quibus nulla eruditionis prodigia. Utilia tamen multa, & ſcitu neceſſaria, eo ordine, & orationis genere expoſita, ut Enchiridii loco eſſe queat hic libellus, qui ſe adverſus ſeculi noſtri ſcabiem præmunire, & in veritate religionis chriſtianæ confirmare geſtiunt. (2) *Robert Parſons Bekehrter Atheiſt.* Hamb. 1707. h. e. Concio, in funere Rofftæ Comitis, ab Atheiſmo mira Dei gratia ad Chriſtianiſmum revocati, habita, quam mirum in modum laudat, exquiſitus harum rerum æſtimator Gilbertus Burnet in Rofftæ Comitis *Μετανοίᾳ*, p. 66.

D. J. V. Andreæ Rei chriſtianæ & literariæ ſubſidia. Tubingæ 1642. Titulus hujus Opuſculi eſt ſubobſcurus. Eſt autem Sylloge VI. opuſculorum, quæ exhibent Synopticam delineationem veritatis religionis chriſtianæ, Item Harmoniæ & Chronologiæ Biblicæ, Hiſtoriæ item naturalis, civilis, & literariæ, & conſtitutionis Eccleſiaſticæ.

(1) *Religion eines rechtſchaffenen Menſchen.* 1695. ſine loco. Cujus Auctor Eclecticus, & nulli Sectæ manicipatus; At argutus, & non obtuſa facultate judicandi præditus, veritatem, & præcellentiam religionis chriſtianæ, ex naturali lumine,

lumine, non inepta ratione & Methodo demonſtrat. (2) *C. T. Rangonis Prudentia Eccleſ. circa hæreſes. &c.* Alten Stettin 1694. In qua non nulla lectio, nec illiberalis rerum collectio, nec inſulſa earum diſpoſitio; Sed imprudens eſt illa prudentia, in qua immenſum partis ſtudium, moderatio nulla. Res gravis eſt & perdifficilis exempla veræ prudentiæ Eccleſiaſticæ colligere, gravior condere ex iisdem regulas, vel ſi mavis, cautelas; Sed longe graviſſima iisdem recte uti.

Pierre Burmann Gazettier menteur. Utrecht 1710. In hoc libello Auctor à Joh. Clerico pigritiæ, torporis, & ignorantiæ, imo & ἀσωτίας, & adulterii, & impietatis accuſatus, (p. 24. 86. 123. 151. 187. 205.) omnem bilem, quam habuit, in adverſarium evomuit. Neque enim ſatis eſt eidem plagia & compilationes, & craſſam in Philologia ignorantiam exprobraſſe; (5. 19. 60. 73. 80. 225. 227.) Spiſſum etiam heterodoxiarum Clericanarum condit Catalogum, eumque Socinianiſmi, Arminianiſmi. (3. 44. 134. 143. 148. 186.) Indifferentiſmi, (in præfat.) accuſatum, Theologum appellat Ariſtophanicum, (33. 47.) hæreticum, (147.) Apoſtatam, (142.) Latitudinarium, (113.) Hominemque impiis principiis infectum, (122. 146.) qui capita religionis chriſtianæ ſusque deque habeat, (p. 3.) & naſo ſuſpenſo ſubſannet, (32.) Et canticum canticorum Salomonis non pluris faciat, quam Ovidii amorum Libros. (34.) Et quæ ſunt alia hujus farinæ. Majori fortaſſis

honori

honori futura Burmanno, & ejus adverſario dedecori, ſi affectibus imperare didiciſſet. Multa ſane in hoc tenui libello lectio, multa de ſcriptis & ſcriptoribus arcana literaria. (57. 71- 150. 80.) Exquiſitum de rebus Philologicis, & Scriptoribus hujus generis judicium; Sed bilis etiam multa, & æſtus perturbationum tantus, ut locum habere vix videatur in hac acie, quod p. 144. legitur,

Hi motus animorum atque hæc certamina tanta,

Pulveris exigui jactu compreſſa quieſcent.

(1) *Edwini Santis Zuſtand der Religion.* Genff 1688. Anglus eſt Auctor Edwini Archiepiſcopi Eboracenſis filius. Vir ſagax, acutus, ſincerus, nec indiſertus, & id magna cum Theologiæ, Hiſtoriæ, & Politices intelligentia. Qui tempore Clementis VIII. (p. 307.) h. e. circa finem Seculi XVI. Italiam peragrans, Arcana Politica Romanæ aulæ ita perſpexit, ut qui maxime. Sane nec ante, nec poſt eum fuit quisquam ex Proteſtantibus, qui in hæc adyta penetraverit profundius. Atque hinc hujus Libelli incunabula. Qui A. 1605. Ἀνωνύμως primum, Auctore inſcio & invito, editus, poſtea emaculatius excuſus, ex Anglico ſermone in Gallicum, Italicum, Belgicum, & Germanicum eſt translatus, omniumque manibus tritus, & Virorum Doctiſſimorum judicio probatus, à *Paulo Servita* additionibus quibusdam eſt locupletatus. Qui ipſemet Pontificius tantum abeſt, ut hanc Sophiſmatum politicorum Hiſtoriam damnaverit, ut

ut potius adjectionibus ſuis non leve pondus iisdem addiderit. (2) *Julii Mazarini Staats und Lebens-Regeln.* Cölln 1696. Quarum diſſolutarum Scoparum ſi Mazarinus Auctor eſt, quod non extra omnem dubitationis aleam videtur poſitum, perſpicuum eſt ſane, Machiavellum apud eundem plus Auctoritatis habuiſſe, quam Chriſtum, &, quæ Deo debetur, religionem vel neglectam prorſus ab eo, vel inſtrumenti loco tantummodo uſurpatam, ad fucum faciendum. Privato etiam ſolum, non publico uſui dicam, an abuſui? conſignata videntur hæc Axiomata. Adeoque ſatius fuiſſet ea una cum Schedis disjectis, blattis & tineis eſſe relicta ad comedendum. Quid enim attinet ea docere, quæ ignorare præſtat? Et in fallendi Artibus occupari, quas religio clamat eſſe dediſcendas?

Menaſſeh Ben-Iſrael de Reſurrectione mortuorum. Amſtelod. 1636. Hujus Auctoris nomen ad opus commendandum ſufficit, adeo excellit in republica literaria. Nec immerito. Siquidem tanta eſt ejus Polyhiſtoria, tantaque judicii ſubtilitas, & dicendi juxta ac diſſerendi facultas, ut ex Rabbinis nemo eidem præferri, pauci oppido pares exiſtimari queant.

Joh. Diecmanni de Naturaliſmo Joh. Bodini. Lipſ. 1684. De quo ſchediaſmate, quæ noſtra ſit ſententia alibi pronunciavimus. (2) *Balthaſaris Meiſneri pia deſideria.* Francof. 1697. Qui libellus eſt peregregius, & ſi quis alius lectu dignus. Licet enim ultra primas lineas non multum proceſſerit, & ultimam Auctoris manum expertus

non

non ſit; Perutilis tamen eſt & perneceſſarius. Ex quo patet, quot quantave in Eccleſia noſtra & Republica literaria ſuperſint chaſmata, quod etiam nævi in ordine politico adhuc obvii. (3) *Chriſt. W. de tribus in Gallia religionibus diverſorum Auctorum Sylloge*, ſcilicet, *J. B. de la Barre, Sam. Bocharti, Anonymi, J. O. Gombaldi.* 1683. (4) *Von Religions Zanck und Streit Adriani ab Andria Adamantini.* 1677. Cujus Auctor eſt Chriſtianus Hohburgius.

Joh. Laſſenii Arcana Politico-Atheiſtica. 1696. In quibus protrita eſt inventio. Diſpoſitio non optima. Expedita & facile currens oratio; Res autem ejusmodi, quas tenebris condere, quam edere in lucem fuiſſet ſatius. Docere enim videtur qui prodit talia, quæ p. 150. ſeq. velut in tabula exhibentur. Et quid juvat tanto ſtudio hanc movere camarinam, & Axiomatum Atheiſticorum Compendium tam operoſe illuſtrare? Θέλω δὲ ὑμᾶς σοφὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίυς δὲ εἰς τὸ κακόν. Rom. XVI. v. 19.

Hugo Grotius de Veritate Religionis Chriſtianæ, Amſtelodami 1674. De aureo hoc Libello quid exiſtimemus, jam alio loco ſignificavimus, nec vacat, h. l. cramben coctam recoquere.

J. E. Schwelingii mens immortalis demonſtrata contra Atheos & Scepticos. Bremæ 1683. Qui Auctor Geulingii, (p. 40.) & Cocceji, (169.) diſcipulus, non par eſt huic, quod ſuſcepit, argumento. Mediocriter enim à doctrina eſt inſtructus, Et in philoſophia Carteſii principiis im-

imbutus, è cogitatione mentis omnia elicit, quam eſſentiam ejus conſtituere male exiſtimat. Hoſpes præterea in Hiſt. Philoſ. (254.) Et in ſermone latino tam parum verſatus, ut ſexcentis vocabulis barbaris collutulata ſit ejus dictio.

Le Theologien dans les Converſations. Amſtelodami 1682. Auctor eſt Pontificiæ Religioni addictus. (p. 345.) Vir exquiſito judicio inſtructus. Orator nec verborum inops, nec abjectus. Diſputator gravis, acutus, modeſtus. Atheorum inprimis & Deiſtarum debellator. Hiſtoricus dulcis, ſed qui ſtudio partium ſuam collocutionem interdum, & laudationibus nimiis vitam Adelheidis in fine ſuperadditam fecit mendoſiorem, digniſſimus tamen lectu, nec ita in vulgus notus.

Jürgen Freſen Opuſcula quædam Germanica 1688. Auctor hujus collectionis eſt Jürgen Freſe civis Hamburgenſis, homo illiteratus, ſed integer vitæ ſceleriſque purus, & miraculis etiam quibusdam inclitus, quod patet ex ejus Biographia Manud. ad Decalogum adjecta, ex qua C. Kortholtus Thaumatographiam ſuam depromſit, & ſcholiis quibusdam illuſtratam in lucem edidit. Et, ut uno oculi nictu ſtatim appareat, quid comprehendat hic faſciculus. Ecce! in eo occurrunt.

(1) Tria præloquia Anti-Atheiſtica. p. 1-66.
(2) *Rob. Parſons Bekehrter Atheiſt.* p. 66-155.
(3) *Anonymi Verzvveiffelte Atheiſt.* p. 156-240.
(4) *J. Freſen Anvveiſung zum X. Gebohten.*
(5) *Ejusdem Lebens-Beſchreibung.*

(6)

(6) *Ejusdem Troſt-Schrifft.*

(7) Reſponſum Facultatis Theologicæ Kilonenſis, de ejecto à J. F. Satana ex obſeſſa.

Quæ omnia à J. F. collecta & edita, atque ita nter ſe diverſa ſunt, ac Auctores ipſi.

Stephani Juni Bruti Vindiciæ Religionis. h. e. Deiſio Politica quatuor quæſtionum, an ſubditi &c. Pariſiæ 1631. De quibus alibi diſſeruimus. Siquidem hic libellus non differt ab alio, *qui, Vindiciæ contra Tyrannos, inſcribitur, niſi ſola* ἐπιγραφῇ, quæ pro varietate Editionum variat.

Menaſſeh Ben Iſrael de termino vitæ. Amſtelodami 1639. Libellus mole exiguus, ſed eruditione grandis. In quo dictio facilis & expedita, ordo nitidus. Obſervationes egregiæ, explicationes illuſtres, Sententiæ Rabbinorum, Patrum, Philoſophorum, & ſcriptorum cujuſcunque generis variæ. Scriptus ab Auctore Anno ætatis 35. (p. 235.) & quidem ὡς ἐν παρόδῳ tantum, quia tempus à ſtudiis jam ad mercaturam tranſtulerat. Revocatus ſcilicet ad hanc induſtriam à Joh. Beverovicio Medico Dordrechtano, qui de termino vitæ, Eruditiſſimorum ea tempeſtate ſententias exquirebat per epiſtolas, eorumque reſponſiones poſtea, uno faſce collectas, in lucem publicam exire jubebat.

Th. Stapletonius An Politici horum temporum in numero Chriſtianorum ſint habendi? 1601. Oratio Academica, in qua ornamenta quidem, non admodum opima dicendi, apta tamen & parata cauſæ argumenta, ſi theſin ſpectes; Sed non æque ſi deſcendas ad hypotheſin. Etenim non tam eos in ſuſpicionem Atheiſmi adducit Auctor,

qui religionem, quam qui religionem Pontificiam, eo tempore è Brittannia patria ſua excedere coactam, curabant parum, & pro ea vitam & fortunas projiciendas eſſe negabant.

Roberti Bellarmini de aſcenſione mentis in Deum per ſcalas rerum creatarum. Coloniæ 1623. Qui fætus, ex parentis judicio, (in præfat.) *Benjaminus* quaſi eſt, in ſenectute ab ipſo procreatus, omnibusque reliquis ſuis operibus præferendus. Et ſane pleraque probanda in eo ſunt, quædam etiam admiranda. Dictio liquida. Oeconomia ſponte nata. Res ex naturæ & SS. ſcriniis cum acumine ſelectæ. Meditationes piæ, ſanctæ, devotæ. Soliloquia gravia, & ad eos æque alendos, qui colunt, quod omnia moderatur, Numen, ac eos, qui ſpernunt, confundendos, egregie accommodata. (2) *Ejusdem de gemitu columbæ libri III.* Ibidem 1626. In quibus mirum quantum Papizat. (3) *Ejusdem de VII. verbis à Chriſto in cruce prolatis.* Ibidem eodem. In quo eſt candidum, lene, & ſpecioſum dictionis genus. Et rerum quarundam non cottidianarum non ſpernendus cumulus.

Guilielmi Poſtelli de Univerſitate Libri II. Lugd. Batav. 1635. In hoc Opuſculo Judæam cum primis deſcribit Auctor, quam ipſemet eo tempore ſuis oculis uſurpaverat; (p. 51. 77.) Sed deſcribit rudi Minerva, dictione indiſerta, Methodo diſſoluta, ubertate nulla, & ea diſſerendi facultate, qua, præter παϱάδοξα nonnulla, v. g. Iſraelitas trium dierum itinere tranſiiſſe mare rubrum p. 85. Turcas & Tartaros eſſe X. tribus Judæorum

p. 57

).57. nihil dixit quod ab aliis antea non dictum ſit
orius, & poſtea à quibusdam multo copioſius.

G. Poſtelli de Coſmographica Diſciplina &c. Lugd.
Bat. 1636. Judicium noſtrum vide ſis in Edit. hu-
us opuſculi quæ in 4to proſtat.

G. Poſtelli Clavis Abſconditorum. &c. Amſtelo-
lami 1646. Hic Auctor Cabaliſtarum, (p. 11.
12. 19. 20. 59. 117. 119.) ignes fatuos ſecu-
us, Franciſco Puccio in hoc Libello faces præ-
ulit. Eccleſiam Chriſti per regiones, & religio-
ies univerſi orbis eſſe ſparſam. p. 33. Atque in
:a ſufficere fidem implicitam & naturalem. p. 94.
)6. 97. Quatuor ejus eſſe ætates, puerilem ſ. na-
uralem usque ad Moſen, juvenilem ſ. Scriptu-
æ usque ad Chriſtum, Virilem ſ. gratiæ usque
d extremum judicium, p. 8. 32. 48. atque tum
ore ἀποκατάςασιν πάντων. p. 8. 11. 45. 50.
51. 101. Magnum eſſe Monotriados, vel tetra-
ctydis Myſterium in regno naturæ & gratiæ.
20. 49. ſeq. Et quæ ſunt alia hujus metalli pa-
adoxa, ab Auctore A. C. 1546. primum con-
cripta, & Baſileæ in lucem emiſſa, & poſt in-
egri Seculi decurſum ab Abrahamo à Francken-
erg denuo quidem edita, ſed rara tamen in no-
tris oris, & ob annexum Scriptorum Poſtellia-
iorum Catalogum, & Epiſtolam ad Patres
Concilii Tridentini exaratam, lectu cumprimis
ligna.

ADDENDA.

Ad p. 212. lin. 8.

SCilicet, Deſtituimur adhuc Hiſtoria transla-
tionum SS. in dialectum inferioris Saxoniæ.

Quam promiſit M. J. M. Krafft in Prodromo Hiſt. Verſionis Germ. Bibliorum. P. V. c. II. p. 9. Sed nondum præſtitit. Et commode dividi poſſunt in eas, quæ ante, & quæ poſt tempora Lutheri, confectæ ſunt. Hæque poſteriores rurſus vel N. T. ſunt tantum, vel utriusque. Eæque vel ex aliis verſionibus expreſſæ, vel ex Theandri noſtri. Et quidem N. T. Lutheri in inferioris Saxoniæ Dialectum translatum exiiſſe, 1524. 8. ex Catalogi noſtri p. 247. conſtat. Bugenhagii, an alterius ope, converſum ſit, exploratum prorſus ac certum non habemus, huc illuc fluctuantes, ad eos tamen inclinantes propius, qui negant, quam qui affirmant, præfatione, Editioni N. T. Magdeburgi 1540. in 8. & 1545. f. præmiſſa, inducti, in qua diſerte teſtatur Bugenhagius, *Deſſe Arbeit es vollenbracht durch einen andern, doch hebbe ick gehandelt, und Rath gegeven in allen orden und ſtedden, dar ydt ſchwar war in unſe düdeſch tho bringen.* Ac cum hac Editione amice conſentit Wittebergenſis in f. quæ itidem eſt penes nos p. 214. memorata. Utrumque autem Teſtamentum quando hac dialecto excuſum prima vice ſit, docet Joh. Bugenhagius in Annot. ad SS. Editioni Bibl. Infer. Saxoniæ 1545 Magdeburgi in f. impreſſæ, adjectis, ubi, *Do yc tho Lubeck war, im Jare Chriſti* 1531. *und* 32 *wart darſülveſt de Sasſiſche Biblia, up groth Papyr und mit groten Vlite und Bekóſtigunge, gedrücket. &c.* Quæ rariſſima Editio, in Bibliotheca Lubecen adhuc ſuperſtitans, luculenter & copioſe deſcripta eſt à Viro Doctiſſ. Joh. Henr. à Seelen in Selectis literariis Num. V. p. 173. Qui & l. c.

p. 174

p. 174. monet, cæptum eſſe 1533. hoc opus in officina Lubecenſi, ſed abſolutum demum 1534. idque ex ἐπιγραφῇ eidem ſubjecta probat. Atque hinc ſimul patet raritas Editionis Magdeburgenſis in 8. iisdem annis eadem dialecto vulgatæ, cujus Pars III. eſt apud nos, paulo poſt enarranda. Nec in poſtremis habenda eſt hæc (p. 212.) Magdeburgenſis in f. 1536. excuſa. (1) Quia præfationes quasdam B. Lutheri comprehendit, in aliis Edititionibus non obvias. Quales ſunt duæ Apologeticæ Pſalterio præmiſſæ, ex quibus ultima 1531. in feſto Paſchatos à Luthero exarata, nec in Tomis ejusdem, nec in aliis Pſalterii Editionibus ſe conſpiciendam ſiſtit, utut præ cæteris lectu ſit digniſſima. Niſi forte in ea Pſalterii Editione legatur, quæ 1531. in 8. excuſa, in Bibliotheca Guelpherbytana latet, docente Hermanno Conringio in Epiſt. Gratulat. ad Ducem Auguſtum. p. 72. (2) Quia præter ſcholia Bugenhagii, & argumenta Pſalmorum complectitur, ab eodem elucubrata, quæ in aliis Editionibus exulant. (3) Quia quæ in præcedentibus editionibus minus commode expreſſa, in hac ſunt emendata. Quæ omnia ſi alta mente repoſta probe obſervaveris, non pauca iisdem, quæ Vir Doctiſſ. Elias Frickius in appendice ad V. L. de Seckendorf Hiſt. Luther. de ſcriptis Lutheri p. 2720. commemoravit, ſuperaddere poteris, nec nulla etiam ibidem emendare.

Vetus Teſtamentum à Geneſi usque ad Canticum Cantic. Salomonis, inferioris Saxoniæ Dialecto expreſſum, excuſumque Magdeburgi 1645. f. De quo J. Bugenhagius in Scholiis in fine adjectis;

De hochdüdeſche Biblia des Eerverdigen Doctoris Martini Lutheri, mynes leven Heren und Vaders yn Chriſto, ys in dyeth Säſſiſche Düdeſch upt allervlitigſte uthgeſettet, uth ſynen Bevele, ſchyr van Worde tho Worde, ſo vele alſo ydt de Art der reinen Spracke, hefft liden mögen. Unde ys uht den Ebreiſchen de leſte Emendation, welckère allererſt uthgegahn ys, in deſſen Yare des Heren Chriſti. 1541. Unde patet. (1) Hanc Editionem ad translationem, ſuperioris Saxoniæ 1541. emendatæ, eſſe adornatam. (2) Eandem jam A. C. 1541. hoc habitu in conſpectum publicum exiiſſe. Quibus adde, Bugenhagium ex hac editione ſcholia & ſummaria ſua omnia exemiſſe, atque uno faſce comprehenſa, huic Codici in fine ſubjeciſſe, ut translatio Lutheri ab alienis acceſſionibus repurgata, Auctori ſuo caſta, & pura, & intemerata conſervaretur.

Ad p. 225.

Das newe Teſtament yetz klärlich aus den rechten Grunde Teutſcht. Mit gar gelehrten Vorreden. Baſel 1523. *durch Thomam Wolff.* Editio perrara. Ad modum Editionis primæ, quæ 1522. Wittebergæ prodiit, adornata. In qua & locutiones quædam, & notulæ marginales, & præfationes integræ, (v. g. in I. Ep. ad Cor. & Apocalypſin) continentur, iis, quæ in hodiernis noſtris codicibus leguntur, prorſus diſſimiles,

Ad p. 247.

Dat drüdde Deel des Olden Teſtamentes uppet nye gecorregirt. Magdeburg 1533. Libri Apocryphi omnes l. c. 1534. Pſalterium ibidem 1533. Ac licet imperfectum opus ſit, plurimi tamen eſt facien-

faciendum. (1) Quia iisdem annis excuſum, quibus Biblia Lubecenſia prodierunt, eadem dialecto vulgata, & operoſe deſcripta à Joh. Henr. à Seelen in Selectis liter. Num. V. p. 173. ſeq. monumentisque rariſſimis annumerata. (2) Quia verſio Germ. eodem comprehenſa multum abit à verſione, quæ in Bibliis Lubecenſibus continetur, quod ex collatione ejus didicimus cum excerptis, quæ Dominus à Seelen l. c. exhibuit. (3) Quia Editio hæc tam ignota eſt in orbe literario, ut ex millibus vix unus ſit, qui eam unquam oculis uſurparit.

Ad p. 499.

Melchioris Cani Opera. Coloniæ 1605. In quibus *Loci Theologici.* Opus inſigne & memorabile dictum Jac. Gaddio de Script. Non-Eccleſiaſt. T. I. Multa eruditione refertum, Gisberto Voëtio in Bibl. L. II. Sect. Poſt. c. I. Aureum, Sfortiæ Pallavicino in Vindic. Societ. Jeſu c. XXVIII. p. 232. Nec nullus eidem debetur honos. *Primus* enim eſt Auctor ex Pontificiis, qui cum Theologia Artem dicendi conjunxit, & res in hac ſcientia controverſas dictione Ciceroniana explicuit. *Primus*, qui Locos Theologicos hac ratione indicavit, & fontes, ex quibus in hac diſciplina argumenta ducenda ſint, aperuit. *Primus*, qui inter Spinas Scholaſticorum philoſophicas, & ſimplicitatem quorundam columbinam, medium tenuit. Laudatus à modeſtia, ſedulitate, Polyhiſtoria, atque iccirco Concilio Tridentino moderando adhibitus, & in eo primo loco ac numero habitus. Ac licet hi ejus *Loci Theologici* partium ſtudio infecti ſint, mutili etiam

&ma-

& manci, & ultimis duobus libris deſtituti, & in ſolo Theologiæ principio conſtituendo occupati; plerorumque tamen eruditorum calculo ſunt probati, excuſique Salmanticæ primum 1552. f. tum Venetiis 1567. porro Lovanii 1569. & tandem Coloniæ 1574. 1585. 1603. 1605. & à Nicolao Antonio in Bibl. Hiſp. nova T. I. p. 96. hoc elogio mactati, quod tot Laudatores habuerint, quot Lectores.

* * * * * * * * *

Reſtat adhuc Sectio VII *de Manuſcriptis Theologicis*, una cum Sectione VIII. *de Inventis Theologicis*, quas Typographus anguſtia temporis excluſus, & nundinarum Lipſienſium interventu correptus, excudere non potuit. Adeoque eas futuris temporibus reſervamus, cum Paralipomenis Catalogi noſtri Theologici inpoſterum edendas, ſi ita viſum fuerit illi, cujus nutu ac ditione ſtantque caduntque cuncta.

IN-

INDEX AUCTORUM.

A.

ABarbanel, R. *J.* 292. 870. 880
Abbadie, Jacobus, 1009
Abdias, *Babyl.* 378
Abicht, *Joh.* Georg. 104. 262. 292. 882
Abrahamus Patriarcha, 879
R. Ahraham *Ben* Dior, 879
R. Abraham *Ben* Chenanja, 928
Abulpharagius, Georg, 42
Achmed *Ben Abdala*, 942
Acoluthus, *Andr.* 937
Acontius, *Jac.* 1074
Acoſta, Uriel, 1013
Æpinus, F. *A.* 721. 957
Agapetus, 362
Agricola, *Joh.* 461
- - - Franciſcus, 529
Agrippa, Henr. Cornel. 787. 1107. 1117
Ahmedes, fil. Arabsjæ, 943
Alanus ab Inſulis, 376
Alardus, Nic. 138
Albanus, F. 510
Albaſpinæus, Gabr. 830. 831
Alberti, Val. 31. 478. 532. 533.
Albertinus, *Ægidius*, 166
Albricus, 967
Alcuinus, *Albinus* Flaccus, 345

Ales, Petrus, 305
Algöwer, David, 1066
Allais, d' 986
Allatius, Leo, 799. 819
Alethæus, Theophilus, 59
Allinga, P. 522
Allixius, Petrus, 1080
Alphonſus, Petrus, 913
Alſtedius, J. H. 451. 452
Althamerus, *A*ndreas, 327
Altingius, Henricus, 20
Altkirchnerus, Georgius, 492. 505. ſeq.
Altus, Henricus, 614. 615
Amama, Sixtinus, 265
Ambroſius, 367. 379
Ameſius, Guil. 331. 434. 531. 535. 681. 863.
Amlingius, W. 520
Ammersbachius, H. 509. 680. 682. 716
Amyraldus, Moyſes, 765. 1127
Anaſtaſius, 399
Andilly, *A*rnaud d', 163. 866
Andreæ, Joh. 948
- - - Jac. 8. 49
- - - Joh. Valent. 187. 737. 1129
Andreas, Sam. 837
ab Andria, *A*drianus, 1133
Angelus, Chriſtoph. 802
- - - Joh. 497
Anglus, Thomas, 975
Antoninus, M. Paulus, 699
Antonius, *Paulus*, 236. 262. 424. 557. 601
958. 1016.
Antonius, Ælius, 371

Apol

Antonius Ulricus, 1043
Apollinaris, C. Sollius, 355
Apollonius, Petrus, 367
- - - Thyanæus, 1022
Aquaviva, Claudius de, 66
Aquilinius, Cæſar, 73
Aquinas, Thomas, 279. 345. 358
Arator, 356
Aratus, 956
Arcuarius, Daphnæus, 696. 987
Areopagita, Dionyſius, 334
Aretius, B. 499
Arias Montanus, *B*enedictus, 124. 193. 195. 196. 876
Aringus, *P*aulus, 861
Ariſtoteles, 1000
Arminius, Iac. 521. 672
Arnaldus, *A*ntonius, 243. 681
- - - Chriſtianus, 319
Arnaud, 740
Arnd, Ioh. 377. 561. 774. 920
Arndius, Ioſ. 566
- - - Carolus, 107
Arnkiel, Trogillus, 956
- - - Fridericus, 957
Arnoldus, Gothofredus, 47. 160. 188. 236. 236. 362. 721. 722. 761. 825
- - - Nicolaus, 683
- - - Chriſt. 931. 962. 963
Arpe, *P*. Fr. 1033. 1034
Arteſius, 737
Artopæus, Ioh. Chriſt. 766
Aſcenſius, Iodoc. Badius, 372

Aſcianus, Dorotheus, 831
Aſconius Pedianus, 982
Aſgillus, 766
Athanaſius, 338. 354. 398
Athenagoras, 335
Athias, Joſephus, 227
Avenarius, J. 332
ab Aversvalda, J. E. 912
Augurellus, Ioh. *Aurel.* 737
Auguſtinus, *Aurel.* 69. 341. 353. 364. 368. 369. 374. 379. 400
Auguſtinus, *Anton.* 875
Avicenna, 608
Auriga, *Alanus*, 803
Aurelius, Iulius, 970
Aymon, J. 531. 578
Ayntingerus, Wolfgang, 352

B.

Baaz, Ioh. 944
Bacmeiſterus, L. 601
de la Badie, Ioh. 426
Bælius, *Petrus*, 1035. 1091. 1097. 1123
Baierus, I. Guil. 52. 298. 902
Baierus, *Adrianus*, 100
Bailius, L. 585
Bakius, Reinhardus, 5
Balckius, M. I. 505
Balduinus, Fr. 306. 326. 594. 602
Balthaſar, Jac. Henr. 620
Baltus, 959
Bambamius, M. Hartwig, 436
Bancks, Jac. 734

Ban-

Banganey, *A.* M. de, 681
Barbeyracus, J. 673
Barclajus, Robertus, 435. 681. 987
Baringius, M. Ioh. 638
Barlaamus, 376
Barlæus, C. 317
Barlietti, Gabriel de 55
Barnabas, 349. 350
de la Barre, 1133
Baronius, Cæſar, 402
Barthius, Caſpar, 1015
Bartholinus, Thomas, 320
Barthuſtius, Rad. 134
Bartoloccius, Julius, 132
Bashuyſen, H. J. 733. 908. 909. 912
Baſilius, M. 339
Basnage, 927
Baſſecour, Fabr. de la 985
Bateſius, Guiliel. 175
Bath, Mutianus de 989
Battus, A. 299. 850
Bauchius, J. F. 604
Baxter, Richard, 549. 567
Becanus, M. 476
Bechmannus, F. 298. 454. 597
Becker, Joh. Chriſt. 766
- - - Balthaſar 782
Beckius, M. 615. 905. 945
Beckmannus, J. Chriſt. 620
Beda, 324. 342
Beermannus, Sig. 756. 757.
Beierus, J. G. 298. 467. 681
Bellarminus, Robert. 106. 111. 123. 472. 1046. 1136

Bellius, Martinus, 1044.
Benthem, H. L. 38. 472. 489.
Benzelius, Ericus, 150
Berée, Theogn. de 1098
Berchetus, Tuſſanus, 56
Bergerus, J. E. 274.
- - - - P. 900
Bergius, Matthias, 237
Bernhardus Clarevallenſis, 344.
- - - Ed. 809
- - - Morlanenſis, 932
Berns, Mich. 1021. 1081
Beringerus, Mich. 269
Berneggerus, M. 1032
Bernieres, 568. 741
Beroaldus, Phil. 352
Bertramus, Caſpar. 304
- - - - B. C. 916
Beſodnerus, Petrus, 107. 138
Betkius, Joach. 716
Betulejus, Xyſtus 965
Beverlandus, Hadrianus, 1055 ſeq.
Beumlerus, Marcus, 373
Beveridge, Wilhelm, 1085.
Beveregius, Guil., 1012
Beuſtus, Joach. 253.
Beverovicius, Joh. 1135
Beyerus, J. W. 840
Beza, Theod. 56. 237. 282. 1069
Bibliander, 327. 937. 944.
Bidermannus, Jac. 190
Bieck, Joh. Erdm. 416
Biel, M. H. W. 908

Biel

Bielckis, J. de 579
Bieterfeldius, J. H. 641. 661
Billius, Jac. 381
Bingham, Joſeph 829
Bismarcus, Joh. 157
Biſſendorffius, Joh. 494. 506
Blackburius, Rich. 135
Blesdikius, Nic. 180
Blockius, M. G. 732
Blosfeldt, Joh. Heinr. 678
Blondellus, David. 847
Boccatius, Joh. 952
Bochartus, Sam. 638. 607. 1000. 1133
Bockelmannus, Chriſt. Jul. 34. 108
Bockemeierus, H. 721
Bodenſtein, Andreas, 477
Bodinus, Joh. 786. 788. 986. 1018. 1024
Boeclerus, J. H. 263. 264
Boecmann, J. C. 262
Boeger, Laurentius 696
Boehmius. 59
Boehme, Jacob. 47. 679. 680. 712. 713. 773
Boehmerus, J. H Henn. 697
Böhmerus, J. C. 1017
Boernerus, C. F. 125
Boëtius, A. M. T. Sev. 356
Boëthius, Henricus, 1111
Boeving, Joh. Georg. 45
Bogan, Zach. 760
Bohemus, Joh. 950
Bohlius, M. S. 292
Bohn, J. G. 31
Boldichius, M. E. C. 300

Bolduanus, Paulus, 107
Bolzecus, G. 185
Bomble, C. J. 13
Bona, Joh. 828
Bonaventura 358. 382
Bonefidius, Enimundus, 811
Bonnus, Hermannus, 159
Bornitius, M. J. E. 297. 904. 905.
Boſius, J. A. 110. 126
Bosquierius, Phil. 163
Botſaccus, J. 470. 480. 661. 668.
Botterweck, J. F. 490
Boulduccus, Jac. 722
Bouſſuetus, J. *B.* 531
Brandius, Joh. 1055
Boulainvilliers, 982
Brantius, Caſp. 185. 672
- - - Gerh. 674
Braſichellus, Franc. Joh. Maria 93
Braun, Thomas, Vide *Browne.*
Braunius, J. 893. 1126. 1127
Breithauptius, Joh. Frid. 877
- - - Joach. Juſt. 24. 600. 601
Brenneyſen, Enno Rud. 784. 834. 1069
Brerewod, Eduardus 821
Brochmandus, C. E. 453. 507
Bromel, M. C. H. 839. 977
Bromley, Thomas, 725. 732
Browius, 681
Browne, Thomas, 685. 1052
Brucciolus, Antonius 224
Brunus, Iordanus 1053
Brunnerus, Antonius, 968

*B*runner, M. Lienhart, 215
*B*runnius, Auguſt. 157
*B*runo, B. L. S. 169. 357
*B*runus, Iordanus 1111
*B*runsfelſius, Otto; 502
*B*runſenius, Anton. 863
*B*ruſcambillius, 1118
*B*rutus, Steph. Iunius 276. 1100. 1135
*B*ucerus, Martinus, 447. 847
*B*ucholtz, Ioh. 332
- - - *C.* I. 698
*B*ucherus, 1072
*B*uchnerus, *A.* 452
*B*uddeus, Ioh. Franc. 25. 41. 96. 112. 117. 277. 527. 556. 617. 721. 758. 905. 909. 1016. 1020. 1083.
*B*ückſchenck, Zach. 485
*B*üntingius, Henr. 287
*B*ürger, M. I. Q. V. D. 164
*B*ugenhagius, Ioh. 212. 250. 393. 849. 858
*B*ulckelejus, 1035
*B*ullingerus, Henr. 290, 322. 323. 456. 515
*B*ullus, G. 1087
*B*unian, I. 582
*B*urchardus Wormatienſis 842
*B*urckard *C.* G. 176
*B*urman, Petr. 1130
*B*urnet, Gilbertus, 79. 1010. 1085
- - - Th. 691
*B*uſæus, Ioh. 347
*B*uſcherus, M. *S.* 484
*B*uſchius, Petrus, 578
*B*usmannus, M. I. E. 297. 298. 627

Buxtorffius, Ioh. 132. 191. 192. 266. 316. 626. 881. 901. 922. 923
Buxtorffius, Ioh. fil. 197. 930.
Bynæus, Anton. 304

C.

Cæleſtinus, Georg. 8. 407
Cämmerer, A. F. 758.
Campton, Ianus 1084
Cæſalpinus, Andreas 1102
Cæſar, Iulius 796
Cæſax, Germanicus, 956
Cajetanus, Th. 474
Calertus, Mich. 41
Calixtus, Georg. 1. 2. 41. 302. 303. 328. 465. 482. 483. 484. 485. 491. 540. 555. 830. 835
Calixtus, Frid. Ulr. 2. 100. 306, 614. 831
Calkreuter, Barthol. 177
Calmet, Auguſt. 910
Calovius, Abrah. 39. 41. 298. 480. 484. 540. 541
Calvinus, Ioh. 418. 444. 525. 1043
Calvörius, Caſp. 288. 584. 642. 834. 1009. 1010
Camentius, M. E. G. 908
Camerarius, Ioach. 166. 159. 237. 416. 421. 422. 600. 625
Camphuyſen, D. Raph. 671
Campianus, Edm. 675
Caniſius, Petrus, 424. 432. 433
Cantacuzenus, D. Mich. 411
Canus, Melchior 1141

Capel-

Capellus, Carolus 456
Capellus, Ludov. 14. 607. 638. 973. 979. 1070
- - - Iac. 845. 848
Capito, Fabricius, 430
de Carben, Victor 474
Carillus, Martin. 471
Caro, Hugo de S. 280
Carolo, Ludov. Iac. à S. 93
Carolus, M. Andr. Dav. 152.
Carolus, P. 587
Carpenterius, Irenæus 141
Carpzovius, Ioh. Ben. 24. 300. 537. 603. 604. 614
- - - Ioh. Gottlieb. 261
Caranza, Barthol. 859. 865
Carteſius, Renatus 984
Caſaubonus, Iſaacus, 139. 844. 847
Caſaubonus, Mericus, 1014
Caſa, Ioh. 1128
Caſelius, C. 566
- - - Ioh. 836
Caſſander, Georg. 546
de Caſſia, Simon 346
Caſſiodorus, Aurelius, 375
Caſtalio, 371
Caſtellio, Sebaſtianus, 240. 965
Caſtellus, Nic. 1124
Caſten, M. Mauritius, 49
Catharina Genuenſis, 724
Cato, Guil. 681
Cave, Guil. 80. 82. 120. 833. 850
Cauſſinus, Nic. 563. 1026
Cellarius, Chriſt. 23. 219. 372. 904

Cerf, Philipp. 133
Ceriziers, 195
Chandieu, *A.* de 594
Chariſius, Iſidorus 694
Charron, Petrus, 1119
Chartarius, Vincent. 958
Chauvin, P. 1100
Chladenius, Martin. 32. 807
Chriſtianus, Democr. 669. 761
- - - Frid. Alb. 914. 928
Chryſoſtomus, Ioh. 338.
Chytræus, Dav. 4. 35. 325. 407. 422. 423. 819. 820. 807
Cigninius, Nic. 688
Citharædus, Henr. 347.
Clajus, M. C. 840
- - - Ioh. 422. 253.
Clamering, M. Barth. 154
Clarck, Sam. 1010. 1035. 1037
Clarmundus, A. 127
Claſenius, Daniel, 969
Clauſerus, Conr. 969
Clauſingius, 908
Cleſſelius, M. I. A. 715. 908. 909. 910
de Clemangis, Nic. 399
Clemens IIX. 239
Clemens, A. Prudentius, 372
Clemens Alexandrinus, 335. 338. 350. 351. 361
Clenardus, Nic. 949
Clericus, Ioh. 161. 147. 225. 598. 670. 1086. 1096. 1130
Clichtoveus, Hieron. 550
Clodius, I. 263. 298
Clo-

Clodius, D. 906
Cloppenburgius 638
Cluverus, Dethlev 693
Cnoglerus, Q. 433. 1128
Cnorrius, Daniel, 669
Cobius, E. F. 911
Coccejus, Ioh. 261. 333. 638. 884
Cochlæus, Ioh. 349. 455. 456
Cocus, Robertus, 124. 139
Codrus, Antonius, 1031
Colerus, Chriſtian. 101. 178
- - - Iohannes, 1090
Colerus, Chriſtoph. 1128
Collberg, M. Ehre Gott Daniel, 60. 610
Collinus, *Ant.* 1035. 1049
Colomeſius, *Paulus*, 120
Colonius, Daniel, 39
Columella, 982
Comarinus, G. C. 400
Comenius, Ioh. *Am.* 518
Comes, Natalis, 961
Commodianus, 352
Comnenus, Manuel, 400
Concinnius, Ioh. 150
Connor, Bern. 1052
Conringius, Herm. 37. 261. 299. 836. 1011. 1012
Conſtantinus, Harmenopulus, 400
Coornhertius, Th. 1045
Coppenſteinius, Ioh. *A.* 434
Coppius, Balthaſar. 421
Copus, *Alanus*, 305
Corſinus, I. 471
Cornerus, Chriſtoph. 326. 327

Cor-

Cornutus, 969
Corvinus, M. *A*nton. 361.449.848.858
Coſtius, *P*etrus, 1061
Coſterius, Ioh. 380
Cothmannus, Ioh. 697.698
Cowardus, Guil. 1016
Crœſius, Gerardus, 77
Cramerus, Dan. 325
Cranachus, Lucas, 165
Crantz, G. 101
Creidius, M. Hartmannus, 333. 597
Crellius, *P*aulus, 213
- - - Henr. 614
- - - Sam. 670
- - - Ioh. 640.641.661.666
Crineſius, M. Chriſt. 221
Crobius, Iſaacus, 1013
Crocius, Ioh. 482.504.530
- - - Ludov. 518
Crœſus, G. 682. 759
Crojus, Franciſcus, 851
de la Croix, 798
Crotbaldus, V. 586
de la Croze, 44. 75
Crucigerus, Caſp. 171
Crugerus, I. 277
Cruſius, *C.* 308
- - - Martinus, 577.796.798
Cunæus, *P*etrus, 932
Cundiſius, G. 465
Cuperus, Franſc. 987
Curcellæus, Steph. 237. 668. 1025
Cureus, Ioach. 464
Curio,

Curio, Iacobus, 867
Cutſemus, *Petrus*, 42
Cydonius, Demetr. 948
Cyprianus, Ernſt. Sal. 550
- - - Cæc. 337. 363. 364. 522
Cyprius, *Philippus*, 811
Cyrillus, 342. 386

D.

Dacierius, *Andreas*, 959
Dalby, Chriſt. Ioh. 528
Dale, *Anton* van, 25. 971. 993. 994. 1026. 1070
Dallæus, Ioh. 55. 94. 515
Damaſcenus, Ioh. 342. 371. 381
Damaſus, 305. 366
Damianus, à Goes, 400
Damius, H. Otto Chriſt. 643. 672
Danhauerus, *J. H.* 41
- - - *J.* C. 299. 454. 942
- - - *B.* C. 596
Daniel, 587
Dantzius, *J. Andr.* 885. 904. 910. 911. 1016
Daſſovius, Theod. 31. 904. 905. 906. 907. 909
Daſypodius, C. 1109
Dau, Michel, 1022
Davenantius, *J.* 551. 552
Davidis, Franciſcus, 656
Deckherus, Ioh. 717
Defenſor, 590
Degenkolp, M. Carl. Fridr. 70
Delon, 64
Delrio, Mart. 778
Democritus, Chriſtianus, 687. 695. 720. 761. 771

Dero-

Derodon, David, 505. 1094
Deuſingius, Herm. 1004.
Deutſch, N. C. 906
Deutſchmannus, Ioh. 40. 307. 466. 831. 1024
Dickinſon, Edmundus, 1108
Didymus, 374. 398
Diecmann, Ioh. 1018. 1021. 1132
Dietenbergius, D. *J.* 457
Dietericus, Conradus, 40. 326. 466. 514
- - - *Joh.* Conr. 287
Dieu, Ludov. de, 219
Difenbach, Martin. 487. 909
Digbæus, Kenelm, 975
Dillherus, Ioh. M. 34. 328. 585. 905. 906
Dinckelius, M. Ioh. 63
Dionyſius Werlenſis, 523. 536. 539
Dionyſius Exiguus, 810
Dippelius, *J. C.* 687. 695. 725. 771
Dithmarus, *J. C.* 165
Dole, Ludov. 741
Dollen, *C.* 698
Dolſcius, *Paulus*, 411
de Dominis, Marcus *A*nton. 823
Dorffelius, Georg. Sam. 618
Dorinck, Matthias, 280
Dornius, *J. C.* 134
Dornkrellius, Tob. 214
- - - Iac. 214. 232
Dorotheus, 871
Dorſchæus, Ioh. Georg. 29. 34. 89. 299. 332
Drabitius, N. 683. 726
Draconites, Ioh. 197
Drechslerus, M. *J.* G. 300. 905

Dreie-

Dreierus, *C.* 540
Drelincourt, Charles, 569
Dreſſerus, *M*atth. 852
Drexelius, H. 585
Druſius, *J.* 303. 610
Dunte, *M.* L. 595
Duræus, Joh. 372
Durantes, GUIL. 827
Dürrius, Ioh. Conr. 45. 555.
- - - Ioh. 332
Dycke, D. 567

E.

Ebartus, J. 503
Eberus, Iacob, 899
Eberus, *P*aulus. 891
Eccardus, Ioh. Georg. 403. 841
Eccardus, H. *M.* 540
Eckhardus, Henricus, 5. 361. 503. 521
- - - Tobias, 158. 274. 297
Eckius, *J.* 457
Eckſtein, *M.* G. 902
Egardus, *P.* 508
Eichsfeld, *M. C.* 596
Eichelius, Ioh. 1012
Eickendorff, F. H. 530
Eiſenmengerus, *J. A.* 901
Eiſenhart, Ioh. 1012
Eislerus, Tobias, 738
Ehingerus, Elias, 116. 804
R. Elchanon, 514
Elffen, N. 589

R. Eliackim, *Panzi* Rhodiginus, 886
Elichius, M. *Phil.* Lud. 793.
Elmacinus, *Georg.* 946
Elswich, Ioh. Henr. ab, 30. 1016
Emerling, *C.* H. 1056
Emilliane, M. *G.* D. 68.
l'Empereur. Conſtant. 124. 883. 934
Empiricus, Sextus, 972
Emſerus, Hieronymus, 247. 248.
Enckhuſen, Ruardus de, 474
Encratita, S. *P.* 699
Endelechus, Severus, 368
Engelcke, H. *A.* 491. 908
Engelſchall, C. *G.* 1026
Epicurus, 1016
Epiphanius, 338
Eraſmus Roterod. Deſid. 3. 177. 201. 202. 301
312. 498. 563. 820
- - - Iohannis, 655
d'Erberg, Matthias, 207
Erneſtus Haſſiæ, L. 1111
- - - I. H. 896
Erpenius, Thom. 217. 235
Erythræus, *J.* 278. 387
Eſaias, R. 282
Eſchenbach, *Andr.* Chriſt. 24
Eſchius. D. N. 580
Eslingius, *B.* 262
d'Eſpagne, Iean. 558. 685
Etſchenreuterus, Gallus, 737
Evagrius, 871
Evelinus, Ioh. 1092
Evremondus, 1113

Euſe-

Euſebius, Pamph. 337. 871
- - - *A*lexandr. 352
Eutychius, 940
Eutropius, *G*abriel, 657
Ezardus, Sebaſt. 642. 728
Ezardus, *G.* E. 882

F.

Faber, Jacobus, 206
- - Thomas, 460
Fabricius, M. Theod. 39. 448
- - - Joh. 103. 297. 490. 839. 899. 945
- - - Joh. *A*lb. 92. 118. 138. 234. 316 721. 972
- - - *G.* 161. 352. 460. 462
- - - *G*eorg. *A*ndr. 258.
- - - *A.* 573
- - - Laurentius, 943
Fahrenwald, *G.* 155
Faſoldus, Joh. 863
Fauſtus præſtigiator, 1022
Fatius, Julius, 571
Fechtius, *Joh.* 23. 262. 318. 631. 818
Feinler, *G*ottfried, 176
Felbinger, *Jeremias*, 249
Felde, *A*lbertus a, 136. 850
Felgenhauer, Paul. 689. 721. 775. 777
Fellerus, *J.* 838
Fels, Chriſt. Leberecht, 923
Felwingerus, *M. J. P.* 518
Fenelon, vid, Salignac.
Ferberus, *J. J.* 102
Ferrarius, Bernardus, 851. 1074

Ferus, *Joh.* 288. 331
Feſſelius, Daniel, 213
Feurbornius, *J.* 480. 831
Feuſtkingius, *J. H.* 73. 262
Fichartus, *Joh.* 788
Fidanque, R. *Jacob.* 870
Finckius, D. Caſp. 187. 277. 503
Firmicus Marternus, *Julius*, 967
Fiſchbeck, *C. M.* 468
Fiſcherus, *Joh.* 457
Fiſchlinus, M. L. M. 171. 152
Flacius, Matthias, 245. 281. 392. 442. 520
Flaminius, 371
Flechier, Eſprit, 183
Fleetwood, William, 734
Fleury, 854. 863
Flörckius, *J.* Erneſtus, 783
Fœbadius, 398
Fœrſterus, *J.* 602
Fœrtſchius, *J. M.* 542
Fontanelle, 768. 971. 993
Foppius, *J. H.* 31
Forbeſius, *Joh.* 6
Foxius, *G.* 681
Franciſci, Eraſmus, 718
Franciſcus, A. 469
- - - Martinus, 176
v. Franckenberg, *Abrah.* 773
Franckenberg, *M. Andr.* 275
Franckius, *Aug. Herm.* 238. 277. 318. 538
583. 774
- - - *Sebaſt.* 259. 448. 743
- - - Caſpar. 269. 306. 492

Franckius, *J. C.* 781
Franckus, Daniel, 144
Franzenius, *Joh.* Ern. 855
Franzius, Wolffgangus, 319. 542. 846
Freitagius, P. B. 511. 551
Freſen, *G*eorg, 1063. 1134
Freyerus, *M. A. F.* 907
Freylingshauſen, *Joh. A*naſt. 468. 523. 576
706. 741
Frickius, E. 847
Fridlibius, Ericus; 1056. 1069
Friſchmuth, *Joh.* 24. 262. 297. 298. 300. 306
903. 904. 905. 906
Friſius, Erneſtus Eremundus, 54
- - - Paulus, 269
Fritſche, *A.* 470
Frommannus, *Joh.* Chriſt. 780
Fuchlinus, *Joh.* 789
Fucht, J. 374
Fuhrmann, A. 509
Fulgentius Afer, 337. 342
- - - Placiades, 955. 966
Füllerus, Nicolaus, 315
Funcke, C. G. 182.
Furnerius, Iſaacus, 681

G.

Gaffarellus, J. 1067
Galatinus, Petrus 7. 871
Galilæi Galilæus 1032
Gallonius, Anton. 864
Gantz, R. David 888

Gardenius, Iacobus, 695
Garguthenius. Sigwartus 735
Gaſt, Hiob, 155
Gaſtius, Ioh, 502.
Gavin, Antonius 67.
Gaulminus, Gilbertus, 794. 924
Gazæus, Æneas, 1015
Geierbrand, Haraneus 767
Geierus, Martinus, 296. 297. 327. 904. 918
Geis, J. M. 258.
Genebrardus, Gilb. 160. 926
Gennadius, 355. 356. 399
Gennep, *C.* 510.
Gentilis, *Scipio* 945
Gentilettus, Innoc. 1095
Gentius, G. 888
Georgiewitz, Barth. 942. 947. 951
Georgius princeps Anhaltinus, 167
Georgius, Davides, 180 708
Gerbelius, Nicol. 217
Gerberus, Chriſtianus, 75
Gerdeſius H. J. 1014. 1021
Gerhardus, Ephraim 758. 1018
- - - Ioh. Frid. 497
- - - M. Lud. 706
- - - Ioh. 2. 4. 124. 263. 284. 306. 442 449. 458. 487
- - - Ioh. Erneſt. 23. 262. 298. 442. 800 90[illegible]
Gerius, Rob. 81
Gerlachius, Steph. 482
Germanicus, Cæſar 956
Germanus, S. 366

Germanus, Moſes, 1007. 1049
Germon, Barthol. 53
Gerſon, Chriſtianus, 915
Geſenius, D. J. 434
Geſſelius, Timannus, 551
Geuling, Arnoldus, 1125
Gichtelius, Ioh. Georg. 709. 710. 713
Glaſſius, Salom. 263. 325.
Glauchius, Andr. 276
Gleichius, J. A. 942
Glüſingius, Ioh. Otto, 160. 161
Gmehling, M. Ier. 187
Gnospius, M. Ioh. Ephr. 695
Gobelinus, 953
Goclenius, Rud, 1109
Godwinus, Thomas, 917
Goetten, Iacobus, 855
Goetzius, M. G. H. 47. 103. 174. 182. 299. 906
- - - G. C. 101
Goetzius G. A. 175
- - - *G*. H. 262. 836
- - - M. *G*. 297. 306
- - - J. M. 697
Golius, 943
Gombaldus, J. O. 1133
Gonſales, Dominicus, 768
Gonzales de Salas, Ioſeph. Ant. 692. 768
Goslavius, Adamus, 659. 660
Gotfriedus, Iac. 27
Goulartius, Simon, 442
Grabow, G. 585. 580. 572
Grabe, J. E. 235

Grammendorff, L. 687
Grambſius, Ioh. 89
Grand, Ant. le 1074
Grapius, Zach. 489. 942. 1017. 1020
Graſerus, Conr. 307
Graſius, Corn. 162
Gravius, Ioh. 941
Grawerus, Alb. 513. 650. 1110
Gregorius XIV. Papa, 56
Gregorius Nazianzenus, 355. 366
- - - Nyſſenus. 366. 367
- - - Thaumaturgus, 372
Gretſinger, Benedictus, 460
Grimmius, Eybertus, 155
Groeningius, Ioh. 72
Groetſchius, *J.* W. 102
Groetſchius, *J. G.* 262
Gronert, *Mich.* 104
Gronovius, *J.* F. 147
Gropperus, *J.* 464
Groſchuvius, H. E. 101.
Grosgebauer, Theoph. 567
Groſſe, *M.* 684
Groſſerus, S. 183
Groſſius, *C. F.* 1040
Grot, *M. Adolph.* 526
Grothuſius, *A.* 298
Grotius, Hugo, 286. 943. 640. 667. 667. 676. 1064. 1127. 1133
Grubnerus, P. 681
Grundlerus, Ioh. E. 218
Grynæus Ioh. Iac. 63. 334.
Gualtherus, Rudolph. 420

Guale-

Gualtperius, Otto, 561
Guarini, Thomas, 205
Gulichius, *A*brah. 294
Gundlingius, N. H. 1007
Gundlingius, Wolfg. 810
Guntzelius, Albertus, 904
Guſſetius, Iacobus, 1074
Guthmannus, Ægidius, 682
Gyraldus, Lilius *G*regor. 953

H

Habichhorſtius, A. D. 262. 263. 299
Hachembergius, Paulus 958
Hackſpanius, Theod. 300. 316. 889
Hænerus, *M*. J. H. 904
Hafenrefferus, *M*atth. 462
Hagerus, *M*. J. 908
Hahnius, *M*. J. *B*. 104
- - - H. 839
Hale, *M*atthæus, 1105
Haleſius, Ioh. 56
Hallus, Ioſephus, 552
Hamelmannus, Herm. 820
Hanerus, Ioh. 455
Hanmannus, Enoch. 33. 40
Hannekenius, Lud. 1022
Hanneckenius, *M*. 539
Hanſus, *M*atthæus, 182. 183
Hardingus, .*M* Ulricus, 509. 510
Hardt, Hermannus *v. der* 10. 135. 265. 544. 642. 642. 643. 699. ſeq. 744-756. 906. 908. 920. 1075. 1077.
Hartlibius, *G*eorg. 772

Harduinus, Ioh. 102. 609. 995
Harenbergius, J. C. 499. 910
Harprechtus, Nic. 690
Hartmannus, Ioh. Lud. 794
Hattnaccius, Dan. 21. 538. 1005. 1116
Harvæus, Guil. 682
Haſæus, Theod. 630. 907
Haſenmüllerus, Dan. 794
Havemannus, Mich. 921.
Hausmannus, J. E. 125
Haymon, D. 357. 914
Hazart, Cornelius 1010
Hechtius, Godofredus, 168
Hebenſtreit, J. P. 1020
Hedeneccius, Erhardus, 373
Hedenius, M. J. Q. 903
Hedericus, Ioh. 415
Hedingerus, I. R. 251
Heerbrandus, I. 452. 461
Hegeſippus, 913
Heideggerus, I. H. 272. 425. 550
Heidmannus, Chriſtoph. 836
Heineccius, I. M. 262. 796. 801 852
- - - I. G. 51
Heinricus M. I. D. 491
Heinſius, Dan. 607. 634
Heiſſius, Seb. 261
Held, Adolphus, 704
Helimantes, 688
Helladius, Alex. 812
Helmont, F. M. ab 977. 1118. 1072. 1120
Helvicus, Chriſt. 269. 887
Hemmingius, Nic. 462

Hen-

Henckenius, G. I. 262
Henningius, M. I. 583
Henningius, Henningus, 945
Henrichius, Ioh. 466
Henrici, Conradus, 140
Henricus, Dan. 899
Hentenius, Ioh. 240
Herbertus, Eduardus, 992. 1014. 1033. 1123
Herodotus, 996
Herdeſianus, Chriſtoph. 36
Hertzog, I. C. 1022
Herwechius, G. 1021
Heshuſius, Til. 388. 429. 473
Heumannus, C. A. 134. 330
Heuniſchius, Georg. 116
Hevelius, 1000
Heupelius, G. Fr. 262
Heyling, Peter 401
Hiebner, Iſrael, 1032
Hieronymus, Stridon. 339. 340
- - - Pragenſis 981
Hilarius, Ioach. 339. 368. 400. 811
Hildebrandus, Ioach. 454. 542. 835. 837. 838. 842. 843. 1018. 1027
Hillerus, Matthæus, 633
Hilligerus, M. I. Z. 907
Hilpertus, Ioh. 835
Hilſcherus, M. Paulus Chriſtoph. 103
Himmelius, Ioh. 260. 486. 535
Hinckelmannus, Abrah. 938
Hippocrates, 1095
Hirſch, Paul. Wilh. 918
Hirtius, A. 796
Hitzler, 187

*H*obbeſius, Thomas, 985. 1007. 1092. 1128
*H*ocheiſen *M.* I. *G.* 1021
*H*ochſtraten, Iac. 474
*H*oellingius, I. C. S. 574
*H*oepfnerus, *Henr.* 42
- - - P. *C.* 930
*H*oeſchelius, David 116. 137
*H*offmann, *M. G.* 182
*H*offmeiſterus, *F.* Ioh. 456
*H*ohburgius, Chriſt. 179. 717. 770. 772. 1133
v. *H*ohenſtein, Erdemuth. Iuliana *Gräfin* 775
*H*oderus, Wilh. 497
*H*owgil, F. 681
*H*ollander, Andreas, 321
*H*olmius, Petrus, 23
*H*oltzhuſius, 681. 713
*H*omborgius, Andr. 104
*H*omerus, 996
*H*ommelius, 1126
*H*ommius *Feſtus*, 39.
*H*ontan de la 1046. 1119
*H*onorius, Ioh. 352
*H*oornbeck, Ioh. 52. 264. 540
*H*ornejus, Conradus 303.
*H*orſtius, *M. G.* 759.
*H*ofmann, *M.* S. 487. 558. 615. 856
*H*oſpinianus, Rudolph. 8. 824. 953
*H*ottingerus, Ioh. *Henr.* 26. 38. 96. 97. 104. 261. 293. 617. 883. 925. 946.
*H*otto, *Godofr*, 540
*H*ottomannus, *Franciſcus*, 72
*H*ouſſaye, Amelotius de la 37
*H*uberus, Caſp. 456

Huberus, S. 516. 522
- - - *Martinus* 571
Huetius, Petrus Dan. 179. 265. 1040
Hugenius, Bernh. 69
- - - Chriſt. 694. 965
Hugo, *Hermannus* 568
Hülſemanuus, Ioh. 33. 261. 298. 602. 896
Hund, *Magnus* 353
Hundeshagen, J. G. 451
Hunnius, Ægid. 317. 423. 601
- - - Nic. 372. 513. 533. 539
Hunold, *Georg.* 31
Hutchinſon, *Franc.* 783
Huthmannus, *M. Henning.* 642. 643
Huſſus, Ioh. 377
Hutterus *Leonhard*, 2. 27. 61. 277. 464. 465. 477. 516. 517. 602
Hutterus, Elias, 199
Hyginus, C. I. 955. 966
de Hyperiis, Ioh. 690
Hyperius, Andr. 3. 1102
Hyppolitus, 336

J.

Jablonski, Dan. Erneſt. 233
Jacobus de Voragine, 149
- - - Paradiſo, 130
- - - rex Angliæ, 786
Jaeck, 45
Jægerus, Ioh. Wolffg. 23. 699. 822.
Jaghel, R. Abr. Ben Chenanja, 928
Janſonius, Robertus, 661
Janus, D. *F.* 133
Jaquelotius, 1091

Jarchi, R. Sal. 198. 292
Jaſtram, *C.* 34.
R. Jedajah, 914
R. Jehudah, Arjeh, 928. 930
R. Jekuthiel, 198
Jenichen, *G. F.* 1058
Jeremias, Patriarcha Conſt. 413. 798
Jeverus, Ioh. 529
Ignatius, 349. 350. 362. 378
Ingewaldus, *H.* 566
Inhofferus, Melchior, 507
Jochius, I. *G.* 175
Johannes, Archiepiſcopus Magd. 849
Johannes, Iunior, 348
Jonas, Iuſtus, 405. 410
Jonſtonius, Ioh. 863
Joriſius, David, 708
Joſephus, *Flavius*, 865. 866. 877
Joſephus, *Gorion*, 867
Jovet, 78
Irenæus, 335. 363
Irſingerus, Ioh. Mich. 614
Iſidorus, 349
Iſmael, Abulfeda, 941
Iſrael, Menaſſe Ben. 1132. 1135
Ittigius,, Thomas, 49. 59. 100. 120. 299. 361. 491
Juda, *Leo*, 223. 419
Ivellus, Ioh. 145
Julius Firmicus, 350
Junckerus, Chriſtoph. 165
Jungius, Ioach. 737
Junius, *Franciſcus*, 145. 146. 204. 351
Iurieu

Jurieu, Petrus, 11. 524. 532. 1097. 1098. 1124
Juſtellus, Chriſtoph. 809. 831
Juſtinus, Martyr, 163. 335. 363
Juvencus, C. V. A. 366. 371

K.

Kahler, I. 116
Kaimius, Paulus, 772.
Kappius, M. I. E. 141
Keddius, Iodocus, 2
Kehr, M. *G*eorg. Iac. 938
Keilius, M. 693
Kellerus, *H.* W. 263
Kemmerich, M. D. H. 1007
Kempis, Thomas de, 191. 382. 383. 384
Kempius, Martinus, 99
Kernius, Ioh. *F*rid. 120
Kero, 208
Keslerus, Nic. 205. 906
Kettembeillius, I. *G.* 831
Kettnerus, *F*rid. Erneſtus, 14. 24. 697
Kimchi, R. David, 292
Kimedocius, I. 516
Kindervater, *M. I. H*einr. 722
King, *G*uil. 1007
Kippingius, *H*enricus, 276. 328. 964
Kirchbergius, Clemens, 190
Kirchmayerus, *M. G. C.* 297
Kirſteinius, Petrus, 608
Klauſingius, *H*enricus, 32. 527
Klemmius, I. *C.* 114. 209. 1020
Kleſch, *M.* Chriſt. 604
Klugius, David, 610

v. Kne-

v. *K*neſebeck, Th. 518
*K*nibbe, David, 20
*K*nopken, *A*ndr. 316
*K*ochius, *M. I. C.* 705
- - - Chriſt. *G*ottlieb. 136. 299
- - - Corn. Diet. 695. 908
*K*œbelius, Ioh. 785
*K*œnigius, *H. C.* 108
- - - I. *F.* 467. 487. 600. 614
*K*œnigmannus, Andr. *L*ud. 840
*K*œppenius, N. N. 906
*K*öhlerus, *H.* 1036. 1037
*K*ohlius, Ioh. Petr. 78. 141. 151. 817
*K*ohlreiffius, G. 721
*K*ollmannus, I. 582
*K*ortholtus, *C*hriſt. 266. 269. 297. 906. 1017
1024. 1063. 1092. 1134
*K*orthum, Ren. *A*ndr. 229. 230. 271
Kotterus, *C.* 683. 726
Krafft, *M. I. M.* 267
*K*regelius, I. 726
- - - *M*atth. 777
Krellius, Seb. 388
Krieg, A. I. 971
Krogelius, *M. I. C.* 905
Kromayerus, *H*ier. 453. 488
- - - *J.* A. 272. 618
- - - *M.* J. 431
Kunadus, A. 262. 306
Kymeus, Ioh. 449

L.

Labadie, Iean de, 733. 776
Lackenmacherus, I. *G.* 636

*La*ctan-

Lactantius, *L.* C. 364
Lælius, Laur. 416. 803
Læmmelius, *M.* C. F. 154
Lagus, D. 556
Lambertus, Franc. 314. 315. 565. 590. 680
Lampius, J. C. 905
Landgravius. J. C. 24
Langhanſen, *M.* C. 906. 912
Langius, J. *M.* 45. 91. 697
- - - Ioh. Chriſt. 694
- - - *G*eorg. Chriſt. 91. 258
- - - *G*odofr. 942
- - - Ioachim. 102.468,488.684.715.900
Languetus, *H*ub. 1101
Lanckiſchius, *M.* Frid. 213
Larroquanus, Matth. 1012
Laſitius, Ioh. 416. 803
Laſius, D. L. O. 137
Laſſenius, J. 1085. 1133
Latius, Ioh. 39
Lau, Ludovicus, 1048
Lavatherus, Ludovicus, 51
Laudecus, 434
Laurentius, *G. M.* 582
- - - Caſpar. 387
- - - *M.* V. 473
- - - Iacobus, 524
Lauterbachius, *S. F.* 179
Lauterwaldt, 716
Leade, Jane, e707. 770
Ledeſma, *J*, 504
Leenhoff, *F*rid. von, 1049
Lehmann, *G*eorg. *H*enr. 916. 928

Leib, Kilian. 479
Leibnitius, G. G. 685. 986. 1035. 1036. 1037
Leiding, *M.* G. 965
Leighius, Eduardus, 614
Leiſentritius, D. *J.* 305
Lembach, J. G. 585
Lemnius, Levinus, 321
Lengenbrunnerus, Io. 492
Lenſæus, Ioh. 501
Lentulus, Cyriacus, 1116
Lentnerus, *M.* Mottfr. Chriſt. 319. 572
Leo *Mutinenſis*, 293. 928. 930
Leo, Iacobus Iehuda, 894
R. Leo Iehuda, 900
Leodius, Fabricius, 36
Leontius, Byzantinus, 400
Leporinus, C. *P.* 114
Leuckfeldus, Ioh. Georg. 152. ſq. 158. 1082
Leuchterus, *Henr.* 944
Leunclavius, Ioh. 400
Leuſdenius, Ioh. 253. 264
Leyſerus, *Polycarp.* 619
Libavius, Andr. 736
Liberius, Aletoph. 896
Libermann, R. *Mathatias*, 871
Lichtenberger, Ioh. 684
Lichtfootus, *J.* 301
Lichtſcheidius, 707
Lignaridus, *Herm.* 505
Lilienthal, *Mich.* 104
Limborch, *Philippus* à 11. 38. 64. 673. 1013
Lindanus, *Mich.* Dan. 242.
Lipenius, *Martin.* 90
Lipp-

Lippmann, Immanuel, 176. 889
Lipſius, Iuſtus, 932. 1045. 1101
v. der Lith, Ioh. W. 328
Livius, Titus, 1053. 1100
Lobwaſſerus, Ambroſ. 253
Lockius, Ioh. 1061. 1071
Lombardus, *Petrus*, 375
Lomeierus, *J.* 331
le Long, *J.* 125
Longolius, Chriſtoph. 500
- - - *J.* D. 1087
Longinus, Dionyſ. 162
Lonicerus, Ioh. 398. 457
Lorichius, Gerh. 290
Löſcherus, D. V. E. 605. 705. 901. 1021
- - - Caſpar, 30
- - - J. C. 140
Loſius, J. Iuſtus, 621. 1018
Loſſius, Dan. 493. 509
Lotterus, M. Tob. 1018
Lubbertus, S. 641
Lubinus, E. 759. 778. 1031. 1109
Lucas, Franciſcus, 255
Lucaris, Cyrillus, 399
Lucas, 1029
Lucas, Tudenſis, 358
Lucius, *M.* Ludov. 39
- - - *J. G.* 182
Ludewig, *M. J. P.* 102
Ludovici, J. F. 1056. 1069
Ludovicus, *M.* C. 293
- - - *Granatenſis*, 578. 579
Lundius, Ioh. 873

Luppius, Chriſtianus, 187
Lutherus, *M*artinus, 135. 160. 311. 312. 313
403. 428. 429. 437. 438. 439. 440. 441
445. 446. 447. 456. 457. 474. 684. 987
Lydius, J. 361
Lyra, Nic. de, 280
Lyſerus, Wilh. 29. 40. 306. 470
- - - *P*olycarpus, 284. 297
- - - Ioh. 696

M.

Mabillonius, J. 5. 68
Macarius, 365
Maccionius, Valer. 452
Machiavellus, Nic. 1011. 1095. 1100
Macrobius, 954
Maderus, J. J. 351
Majerus, *M*ich. 737
Maimburgius, Ludov. 243
Maimon, *R. M*oſes, 292. 880. 881.
Major, *G*eorg, 159. 160
- - - *J.* 298. 542
Majus, D. J. H. 233. 522
- - - Theod. 736
- - - J. B. 895
Malaval, Francois, 568
Maldonatus, Ioh. 285
Malebranche, *P.* 738. 740. 999
Mallet, 243. 244
Malpæus, *P*etrus, 129
Mamerus, Claudius Ecdicius, 372
Manaſſe, Ben Iſrael, 317. 611
Manlius, Ioh. 70

Man-

Mantuanus, Baptiſta, 150
Manzelius, M. J. 181
Manzinellus, 1031
Mara, Anton. à, 298
Maraccius, Ludov. 935
Marcus, Eremita, 366
Mareſchallus, Th. 221
Mareſius, S. 540
Margarita, Anton. 887. 921
Marggraff zu Brandenburg, Ernſt. F. 488
Marianus, Angelus, 1120
Marianus, Nic. 831
Marpergerus, B. W. 569
Marshamus, Ioh. 996
Martene, Edmundus, 828
Martin, Iſaac, 65
Martini, Iacob. 27. 480. 485. 512. 513. 887.
Martinius. M. 515
Maſius, Gottf. Hector, 967
- - - Andr. 283
Maſſon, Ianus, 967
Maſſonius, Chriſt. 480
Maſſe, Iaques, 1054
Maſtricht, Gerh. de, 238
Matthæus, Ioh. 62. 520. 713. 718
Maurus, Maxent. Rab. 343
Maxentius, Ioh. 337. 342
Maximus, Martyr. 366. 399
Mayerus, vid. Meyerus.
Mazarinus, Iulius, 1132
Meade, Matthæus 584

v. Meden, A. 726
Meelführerus, *M.* J. Chriſtoph. 110
Meginardus, 377
Meglinus, *Martinus* 447
Meibomius, *Marcus* 978
Meibomius, *Henr.* 560
Meierus, Ludov. 1099
Meierus, *M.* G. 298
Meinhardus *M.* G. F. 905
Meiſnerus, Balth. 2. 512. 515. 533. 541. 602. 1132.
- - - Ioh. 24. 25. 297
Melanchthon, Phil. 41. 62. 159. 322. 323. 384. 392. 397. 418. 428. 458. 459. 461
Melchior, Ioh. 984
Meliſſander, *M. J. H.* 299
Melodius, Chriſtian. 763
Menardus, *Hugo* 350
Menckenius, *M.* G. *H.* 906
- - - *J. B.* 101
Mencius, *Balthaſar.* 157
Mengering, A. 596
Mengus, *Hieron.* 788. 793
Menno, vid. Simonis
Menochius, *J. S.* 975
Mentzerus, *Balth.* 2. 470. 471. 515. 517. 521
Mercator, Gerh. 944
Mercerus, Ioh. 926
Merckerus, Ioh. 723. 725
Merula, Paulus 177
Meſſalinus, Wal. 815
Methodius, 352
Metrophanes Critopulus, 391

de Met-

de Metternich, Comes 495. 771
Meurerus, Ioh. Ulr. 39. 821.
Meurſius, Ioh. 357. 970
Meyenſchein, *B*enedictus, 586
Meyerus, Gebh. Theod. 22. 113. 614. 806. 830. 831. 838
- - - Iuſtinus 171
- - - Georgius 546. 1027
- - - Gerhardus, 145
Michaelis, Ioh. *H*enr. 233. 261. 298. 401
Micrælius, Ioh. 886. 1015
Micyllus, Iac. 955
Miedziboz, Andr. 658. 660
Minulcus, *J. B.* 264
Minutis Felix Octavius, 350. 363
Miræus, Aubert. 50. 82. 130
Mirus, *M.* Adam. 271. 274. 905
Miſſon, *M*aximil. 729. 1086
Mitternachtius, J. Sebaſt. 252. 632
Mogila, Petr. 391
Mogioroſus, Alexius 517
Molina, Ludov. 554
Molinæus, P. 582
Mollerus, Dan. Guil. 1021
- - - Nic. 903
- - - Joh. 602
Moncæus, Franc. 632. 922
Monnoie, 1048
Montanus, Regin. Conſalv. 64
- - - Arnold. 421
Montaigne, *M*ichel de 1000. 1060
Montanus Franciſcus 775
Morellus, *P*etr. 794

Moretus, Joh. 131
Morgenweg, Ioach. 252
Morlius, *M. G. P.* 1020
Morinus, 864. 930
Mornæus, *P.* 504. 1079
Mortonus, Thom. 552
Morus, H. 685. 979
Moſes, 1053. 1109
R. Moſche Ben Maimon, 870
Moshemius, Joh. Laur. 56. 156. 158. 185. 328. 611. 621. 622. 672. 1026. 1054
Moskorozowius, Hieron. 649
de Moure, Ant. Fernand. 564
Muhlmannus, Joh. 836
Müllerus, *Petr.* 697. 735. 840
- - - Andr. 942
- - - *G.* 101. 299. 320
- - - H. 300. 328. 572
- - - J. 320. 522. 1113
- - - Eb. 899
Münſter, Joh. à 423
Münſterus, Sebaſt. 194. 217. 867. 883
Muſæus, Joh. 22. 261. 479. 486. 519. 533. 984. 1014. 1021. 1025
- - - *Petr.* 614
Muſculus, Andr. 361
Mushardus, E. 721. 857
Myconius, D. Frid. 62
Mylius, Achatius 1077
Mylius, *G.* 455
- - - Tilemannus 927
Mytilenæus, Zacharias 1015

N.

N.

NAgelius, *Paul.* 691
Napeirus, Joh. 681
Naſus, *Joh.* 1028
Naudæus, Gabriel 777
Nauſea, Frid. 347
Neander, Mich. 421. 422. 458. 461. 966
- - - *M.* Conr. 422.
Nehring, J. C. 966
Neobulus, Huldrichus, 708
Neoſanius, 423
Nerius, *Philippus*, 166
Nerreter, D. 543
Neubauer, C. 643. 1082
Neumannus, Joh. *Georg.* 24. 28. 491. 1021. 1022
- - - Caſpar, 49. 274. 574. 618. 721
- - - *G.* F. 101
- - - *M. G.* 299
Neumeiſter, Erdmann, 577
Neus, H. *G.* 523
Newtonus, 1035
Nicephorus, 217
Nicolaides, Theophil. 658. 660
Nicolaus de Clemangis, 359
Nicolaus, Joh. 821. 891. 894
- - - *M.* J. F. 299
- - - H. 306
- - - *Philippus*, 330. 518. 519
Niekampius, J. 727. 728
Niemann, *S.* 298. 556. 850
Niemeierus, J. Bartholdus, 40. 697. 843. 910
Niſanius, Chriſtianus 513
Nigronus, Julius, 559

Niger, *Petrus*, 359
Nihuſius, B. 400
Nilus, 376
Niſſelius, J. G. 940
Nitſchius, G. 583. 1086
le Nois, 598
Noldius, Chriſtian. 216
Noltenius, 59
Nonnus Panopolitanus, 373
Noodtius, 673
Normannus, Laurent. 473
Northuſius, Caſpar. 1045
Notkerus, 208

O

Octavianus, D. 155
Odelem, J. P. 705. 1008
Oecolampadius, Ioh. 312
Oederus, M. G. L. 637
Oldenburgius, Dieteric. 717
Oldermann, M. Ioh. 268. 756. 906. 911
Oleárius, Gottfr. 32. 566. 602. 921
- - - Ioh. 263. 264. 453. 603. 610
- - - *J.* G. 96. 1019
- - - Ioh. Chriſtoph. 142
Oliger, *Pauli* 965. 720
Omeiſius, M. D. 1039
Opitius, H. 300. 911
- - - Ioſua 469
Origenes, Adamantius, 337. 351. 970
Oroſius, *Paulus*, 369
Ortlobius, M. *J.* C. 298. 907
Oſiander, Lucas 286

Oſian-

Oſiander, Andreas 534
- - - J. A. 911
Oſtermannus, Ioh. Ericus 25. 262
Oſterwald, J. F. 424. 568. 569
Oſtorodus, Chriſtoph. 668
Ottfridus, 208. 245
Otto, J. C. 886
Otto, Everhardus 970
Oudinus, Caſimirus 88
Owenus, Ioh. 34

P.

Pagninus, Xantes 193. 195. 196
Pajonnus, Claudius 740
Palæphatus, 955 968. 970
Palearius, Aonius 371
Palladius, Petr. 65
Pallavicinus, Sfortia 9. 37
Pamelius, Iacobus 841
Panſa, Mutius 547
Papafava, Mich. 831
Papinus, P. P. 739. 740
Pappus, Ioh. 145. 277. 326
Paracelſus, Theophr. 423. 689
Parckerus, Sam. 1008. 1124
Parſonius, Rob. 1010. 1129
Paſcalius, Blaſ. 1083
Paſchaſius, Diaconus 374. 399
Pater Paulus 968
de Pavinis, Ioh. Franc. 155
Paulinus, Pontius 381
Paulus, V. 55
Paulus, G. A. 909

Pau-

Paulus, Oligerus 720
Paulus Burgenſ. 280
Pechlinus, Ioh. Nic. 78
Pellicanus, Conrad. 249
Pellerus, Chriſt. 1112
Peraldus, Guil. 316
Percellus, Max. 255
Pererius, Bened. 290
Perkinſus, Guil. 506
Perionius, Ioach. 160. 379
Perriers, Bonav. 1115
Pertſchius, J. *G.* 706. 728
Petachia, R. 900
Peterſenius, J. W. 177. 309. 677. 705. 712
723. 731. 761. 977. 1017. 1072
Peterſenii Uxor. 103. 677.
Petræus, Theod. 102. 129. 401
Petrus, *M.* Fridericus 422
Peucerus, Caſpar. 60. 61. 961
Peyrerius, Iſaacus 1007. 1114
Pez, Bernardus 131
Pezronius, Yvo Paulus 1006
Pezelius, Chriſtoph. 170. 419. 517
Pfaffius, Chriſt. *M*atth. 48. 209. 270. 273.
467. 542. 543. 958.
Pfannerus, Tob. 561. 855
Pfefferkorn, Ioh. 474
- - - M. *G.* M. 507. 604
Pfeifferus, Auguſtus 22. 24. 263. 273. 300
478. 532. 628. 902. 906. 911. 920. 929
Pflacherus 260
Pfochenius, *S*eb. 302. 638
Philipp, Ienckinus 758. 1093

Philo, Iudæus 278
Philelphus, *Franc.* 803. 981
Phrygio, Paul. Conſtant. 315
Pichielius, M. Seb. 63
Pictetus, B. 556
Pierius, Urban. 492. 518. 519
Pin, M. L. Ellies du 91
Pippingius, *M.* Henricus 173
Piſanus, Laurentius 374. 399
Piſcator, Ioh. 226. 227
Piſecius, T. 675
Piſtorius, Io. 871
Placcius, Vincentius 134
Placette, J. 556. 572
Plantavitius, Ioh. 132
Plathnerus, D. C. *F.* 705
Platzius, C. W. 477
Plauſtrarius, J. 690
Plinius 996
Plutſchow, *Henricus* 218
Pocokius, Eduardus 909. 940. 941
Poiret, P. 549. 686. 711. 712. 724. 761. 1008. 1021
Foggius, *Franc.* 981. 1019
Polanus v. Polansdorff, Amandus 249
Polemann, E. *H.* 263
- - - Nic. 903. 908
Polus, Matthæus 291
Polyander, Ioh. 39
Polycarpus 350
Pomponatius, 1019
Pomarius, Sam. 316
Poniatovia, Chriſtina 683. 744
Ponta-

Pontanus, Ioh. 737
Poppo, V. C. 1094
Porchetus, *S*alvaticus, 345
Pordätſche, Ioh. 711
Porella, F. *S*eraphinus Capponus, 309
Porta, Conradus, 182. 595
Poſſevinus, Ant. 36. 86. 87. 797
Poſtellus, *G*uil. 1005. 1136. 1137
Prætorius, Ephraim, 95. 117
- - - Zacharias, 182
- - - *S*tephanus, 231
- - - M. *P*aulus, 246
- - - Abdias, 514
- - - Elias, 717
Praſchius, Ioh. Lud. 592
Pratander, *J.* 505
Præleus, Immanuel, 1094
Preſton, Ioh. 573
Prideaux, Humphreydus, 293. 948
Pritius, *J*, *G.* 273. 814
Proclus, 956
Proſper Aquitanus, D. 374. 381
Prucknerus, Andr. 599
Prudentius, A. 372
Przipcovius, *S*am. 639
Pſalmanaazar, *G.* 1082
Pſellus, Mich. 794
Puffendorffius, *S*am. 100
Pythius, Ioh. 1114

Q.

Qvartemont, Caſpar, 190
Quenſtedt, Ioh. Andr. 25. 263. 541. 840
845. 850. 906
Quer-

Querhamerus, Caſp. 455
Queſnel, Paſchaſius, 230. ſq.
Quintilianus, 982
Quiſtorpius, I. 597. 699

R.

Rabbi, *Petachia*, 900
- - - Moſche Ben Maimon, 870. 880. 881
- - - Iehudah Arjeh. 928. 930
- - - Iekuthiel, 198
- - - *S*chelomo Ben Melech, 870
- - - D. Kimchi, 292
- - - Iſaac Abarbanel, 870. 880
- - - Iacob Fidanque, 870
- - - Matathias Libermann, 871
- - - Abraham Ben Dior, 879
- - - Iehuda Levi filius *S*auli, 881
- - - David *G*anz, 888
- - - Lipmann, 889
- - - Chajim, 891
- - - Iedajah, 914
- - - Elchanan, 514
- - - Eſaias, 282
- - - Sal. Iarchi, 198. 292
- - - Leo Iehuda, 900
- - - Ioſeph *S*agginahor, 749
Rabelæſius, *F*ranſc. 1122
Rachelius, *S*am. 675
Rackenius, B. C. 570
de Rada, I. 477
Rajus, Ioh. 1009
Rambachius, Ioh. Iac. 275. 619
Ramus, *P*etrus, 463

Rango,

Rango, C. *F.* 1130
Raphelengius, *Franciſcus*, 256
Raphſon, Ioh. 1050
Rapinus, *P.* 581
Rappe, Chr. 135. 1112
Ratbertus, Paſchaſius, 374. 398
Ravensbergerus, H. 521
Raverdus, Iac. 836
Raymundus, M. Martin. 344
Rebhan, N. 602
Rechenbergius, Adam, 268. 403. 407. 631. 1128. 1129
a Reck, Ioh. Baro, 509
Regino, *Prumienſis*, 842
Regiomontanus, Ioh. 155
Regius, Urbanus, 313. 324. 441. 445. 448. 601. 858
Regnet, Iaques, 1098
Reiche, Ioh. 780
Reiherus, *Sam.* 296
Reimbeck, A. 616
- - - J. *G.* 329. 699
Reime, M. H. *G.* 41. 908
Reimmannus, I. C. 839
- - - Iac. Frid. 28. 49. 66. 102. 272. 468. 727
Reincking, Theod. 307. 766
Reineccius, M. C. 268, 908
- - - I. 521
Reineſius, *H.* 503
Reinhardus, M. Ioh. 104
- - - M. M. H. 636. 904
Reiſerus, Anton. 116. 450. 1091
Reiskius, Ioh. 24. 615. 726. 965
Reitzius, Ioh. *H.* 227. 251. 435
Reilandus, Hadrianus, 898. 917. 947. 1086
Remi-

Remigius, Nic. 789
Rempe, J. 473
Reuchlinus, Joh. 7. 354. 914
Reudenius, Ambr. 926
Revius, Jacobus, 180
Reuſnerus, Adamus, 256
Reuter, Sim. Heinr. 781
Reymerus, J. L. 907
Ribadeneira, Petrus, 131. 189. 190
Ribovius, G. H. 962
Ricautius, Paulus, 798. 813
Richardus, B. C. 837. 948
Richterus, M. C. 698
- - - C. P. 262
à Rickel, Dionyſius, 376
Rieswick, J. H. 1017
Rigoleve, P. J. 581
Ripleus, Georg. 737
Rippelius, G. D. Greg. 861
Ritmeyerus, Chr, Henr. 886
- - - C. R. 306
Rittangelius, J. S. 879
Ritterus, J. B. 169
Rivetus, Guil. 642
- - - Andr. 122. 139. 597
Rivinus, F. A. 298. 606
Rixnerus, Henr. 32
Robertus, M. 155
Robinſon, Guil. 681
Rockenbachius, A. 1109
Rœmeling, Chriſt. Anton. 726. 730
Röſchelius, J. B. 1073
Rogerius, Abr. 962

Rohr, M. *Phil.* 103
Rojas, *Petr.* de, 90
Rollenhagius, Gabr. 686
- - - Georg. 686
Rollius, M. R. H. 175. 139. 262. 1018
Roloff, Ioh. 681
- - - Corn. 682
Rorarius, Hier. 762. 777
Roſſen, Alexander, 962
Roſenbach, G. 774
Roſemundus, M. Godeſchalcus, 598
à Roſenroth, Chriſtian Knorr. 655. 878
Roſtius, Georg. 650. 691
Roth, M. A. C. 47
Ruarus, Mart. 662
Rüdiger, A. 570
Rudingerus, Eſromus, 295
Rudrauffius, K. 452
Rühlius, L. C. 18. 66
Rumetſchius, Joh. Chriſt. 522
Rungius, D. D. 154
Rupertus, Tuitienſis, 376
à Rynthelen, Cornelius, 511
à Ryſſel, J. J. 895
Ryſſenius, L. 599. 1057

S.

Sabunde, *Raymundus* de, 977. 1063
R. Sagginahor, Joſeph, 749
Sagittarius. T. 579
- - - Caſpar, 108. 508. 840
de Sales, Franc. 588
Salignac, Fr. de, 729. 741. 765
Salmaſius, Claudius, 376. 475. 506. 815
Salmon, Francois, 859

Salvianus, Maſſilienſis, 370
Sambucus, Ioh. 400
Samuel, R. 913
Sanchoniathon, 26
Sanchez, Franſc. 1116
Sanderſonius, R. 597
Sandius, Chriſt. 127. 639
Sandoval, Bernardus de, 90
Sannazarius, 371
Santes, Edwinus, 1131
Santes *Pagninus*, 193. 195. 196. 233. 234. 241
Sarcerius, Eraſmus, 459. 324. 398
Sargerus, Caſp. 457
Sarpius, *Paulus*, 36. 795. 857
Sartorius, Ioh. 958
Savanarola, Hieron. 129. 349. 377. 382
Saubertus, J. 263. 264. 297. 317. 610. 614
626. 627. 893. 906. 924
Savilius, 1000
Saurin, Iacobus, 306
Sauromannus, Ioh. 422
du Sauſſay, Andr. 890
Scaliger, Ioſ. 235. 610
Scalichius, *Paulus*, 760. 1027. 1028
Schaden, J. C. 277. 583. 584
Schall, J. A. 812
Schaller, D. 154
Schallingius, Martin. 461
Schamelius, J. M. 574
Scharundæus, J. Jac. 745
Scharnock, *St.* 1090
Scharfius, G. B. 73

- - - *J.* 480. 484
Schedius, Elias, 963
Schefflerus, Ioh. 478. 496
Schefferus, Ioh. 968
R. Schelomo, Ben Melech, 870
Schein, Herm. 572
Schellwig, G. 1017
Scherzerus, *J.* A. 469. 470. 496
Scherlok, VVilh. 1089
Schillerus. Ioh. 208
Schillingius, VVenceslaus, 735
Schilterus, Zach. 454
Schiada, Athanaſius. 141
Schindlerus, M. Ioh. 681
- - - Val. 923. 926
Schlegel, Chriſtian, 181
Schlichtingius, Ionas, 667
Schlickius, Rudolpbus, 63
Schluſſelburgius, M. Conr. 36. 478
Schmaltzius, M. *J.* 906
Schmidt, Thomas, 143. 852
Schmidius, *S*ebaſt. 21. 29. 298. 467. 610. 832
- - - Ioh. Andr. 23. 25. 26. 31. 32. 34. 52
261. 306. 604. 675. 837. 838. 839. 840. 848
852. 856 902. 905. 906. 965. 1020. 1022
Schneider, *J.* F. 1019
Schnepfius, Erhardus, 429
Schoenland, M. *S*am. Theod. 319
Schoetgenius, Chriſtianus, 51. 101. 102. 104
Schoockius, Martinus, 17. 264
*S*chomerus, *J.* C. 1024
*S*chopperus, Iac. 650
*S*choppius, Andreas, 1045
*S*chotanus, Chriſt. 261

Schol-

Schottelius, *J. G.* 1075
Schotthuſius, M. H. 736
Schrammius, Ioh. Conr. 14. 31. 144. 621. 1023
- - - - Ioh. Chriſt. 104
Schröderus, Ioh. 326
- - - M. Matth. Georg. 947
Schubartus, Georg. 24
Schuckmann, Hermannus, 210
Schud, J. J. 901
Schultetus, *M.* B. 521
- - - G. 141
Schumacherus, J. D. 141
Schurmann, A. *M.* à, 426. 427. 631
Schurtzfleiſchius, Conr. *S*am. 38. 102. 836
Schwanius, *S*ebaſtianus, 160
Schwartzius, Ioh. Conr. 104. 1087
Schwelingius, J. E. 1133
Schwenckfeldius, Caſp. 721
Schweichhart, T. 690
Schweigerus, *S*al. 939
Scioppius, Caſparus, 432. 507. 528. 560
Scultetus, Abrah. 54. 348
Seberus, VV. 469
Seckendorffius, V. L. de, 62
Sedulius, C. 371. 372
Seebachius, C. 230. 237
Seidel, Abrah. 794
Seldenus, Ioh. 316. 873. 895. 896. 897. 919. 964
Selneccerus, Nic. 29. ſq. 36. 412. 413. 429. 462
Seltzerus, *M. M.* 470. 887
Semler, *M.* Chriſtoph. 929
Sennertus, Andr. 297. 298. 299
Senftius, J. 721

Seneca, 1000. 1088
Serarius, Nic. 501. 872
Serpilius, G. 130. 142. 558. 671. 672
Servita, Paulus, 1131
Servatus, Lupus, 375
Servetus, *Michaël*, 1041
Sevenſtern, E. C. 493
Sextus, Empiricus, 972. 1039. 1040
Sguropulus, *S*ylveſter, 795
Sibbern, Nicolaus Petrus, 135.
Siberus, Paulus, 35
- - - Nic. 208
Sibs, Richard, 574
Sidelmannus, J. 491
Siegvolckius, 707
Sigonius, Carolus 891. 975
Silberrad, Elias 906
Sitius Italicus 982
Simon, Richard 13. 15. 16. 17. 18. 66. 819.
Simonis, Menno 436. 965
R. Simonius 930
Sinnerus. C. F. 262
Sirmondus, Jac. 800
Sivertus, J. 736
Sixtus IV. Pontif. 155
Sixtus V. Pontif. 72. 239
- - - Franciſcus Senenſis 85
Slevogtius, Paulus 615. 896
Sluterus, S. VV.
Smalcius, Valent. 644. 645. 646. 648. 649. 650. 668. 656
Smiglecius, Martinus 519. 647. 648. 649. 660
Smithus, Thomas 806. 808. 814
Soccus, 148
Soci-

Socinus, Lælius 664. 1043
- - - Fauſtus 641. 651. 652. 653. 654. 658. 660. 666
Socolovius, Stanislaus 412
Socrates 871
Sohnius, G. 463
Solinus, 352
Sontagius, M. Chriſt. 296
Sonthom, E. 578
Sophianus, Arſenius 1060
Souverainius, 669.
Sozomenus, 871
Spangenbergius, Cyriacus 154
- - - Everhardus 661
Spanheimius, Frid. 18. 304. 501. 517
Spencerus, Joh. 997
Spenerus, P. J. 146. 332. 433. 454. 536. 593
Sperberus, Jul. 714. 715
Sperlingius, J. 1069
de Spina, Alphonſus 347
Spinoza, Bened. de 983. 1014. 1029. 1115. 1090
Spizelius, Theoph. 114. 137. 1048. 1093
Sprecherus, J. D. 292
Sprengerus, J. T. 522
Staalkopf, M. J. 1016
Stade, Dieter. von 228
Stapletonus, Th. 1135
Starkloſſus, M. D. 736
Staugwitz, Chriſt. von 448
Staupitius, J. 586
de Stellis, G. A. 689
Stegmannus, Ioach. 661. 668. 675
Stellerus, Ioh. 1005

Stenger, J. M. 542
- - - M. N. 597
Stephenſon, Marmaduke 681
Stephanus, Robertus 207. 241
Steuber, Auguſt. von 308
Stieberus, Georg. Frid. 58. 957
Scheffel, Eſaias 775
Stigelius, J. 182. 580
Stockius, M. Chriſtianus 120
Stofflerus, Ioh. 279
Stolbergius, M. B. 306
Stollius, M. G. 1016
Stoltze, J. G. 101. 705. 784
Stoltzlin, M. B. 584
Stoſſius, Frid. VVilh. 992
Stoupe, 1126
Strahlenberg, J. P. von 804
Strauchius, Ægid. 24. 269. 306. 831. 904
Stredowski, J. G. 151
Strigelius, Victor. 155. 301. 315. 373
Stillingfleet, Ed. 1080
Strobachius, J. E. 262
Strozza, P. 816
Strubbergius, J. Ant. 318
Strubius, H. J. 306
Struve, B. G. 1018. 1019. 1021
- - - J. J. 1071
Strykius, Samuel. 450
- - - *J. S.* 688. 715
Stumpfius, Ioh. 327
Sturmius, L. C. 721. 735
Suevus Sigismund. 442
Sulpitius, Severus 364
Surenhuſius, Guil. 260

Su-

Surius, Laurent. 343. 566
Sylburgius, Frid. 420. 434. 949
Syneſius, 371
Syrbius, J. J. 1022

T.

Tangmarus, 157
Tappius, Iac. 835
- - - Sylveſter 511.544.1020.1088
Tarnovius, Ioh. 263. 298 299. 300. 310. 317. 450
Taube, Iac. 436.
Taurellus, Nic. 1102. 1104. 1105
Tausk, Iacob 925
Taulerus, Ioh. 346. 689
Taylor, Ierem. 557. 594
Teiſſierius, Anton. 550
Telius, *S*ylveſter 1011. 1100
Tellerus, M. R. 570
Tennhard, Ioh. 738. 1106
Tentzelius, J. 540
- - - VV. E. 597
Tertullianus, Q. *S*ept. Flor. 336. 363. 1000.
Thalaſſius, 374. 399
Thamerus, J. H. 19
- - - Theobaldus 493
Theodoretus, 373
Theodorus, D. Vitus 62
Theomilus, Hilarius 718
Theophilus, Chriſtian. 690
Theophylactus, 357
Thereſia, *S.* 568
Theveninus, Pantaleo 185
Thilo, Ioh. 627
Thoenniker, J. D. 905

C 5 Tho-

Thomas, Hybernicus 579
Thomaſius, Jenckinus 758. 1093.
- - - Jac. 269
Thomaſius, Chriſt. 699. 711. 727. 735. 759. 784. 786. 789. 833. 853. 1022. 1071
Thomſonus, G. 1101
Thorſchmidius, J. C. 1019
Thummigius, L. P. 1038
Thummius, Theod. 270
Thurmannus, Caſpar. 104. 109
Thwaites, Eduardus 221
Thyſius, Anton. 39
Tierhoff, *M. M.* C. 903
Tilenius, Dan. 463
Tilius, Joh. 804
Till, Salomon *van* 119
Tillotſon, J. 569
Tiſſot, de Patot (Simon) 1054
Titius, Gerh. 2. 614
Tolandus, Ioh. 1026. 1053
Tollius, 968
Topfer, *M.* A. 298
Töpferus, H. 604
Toſſanus, Paulus 209
Treiber, Ioh. Phil. 976
Tremellius, Imm. 204
Treuner J. P. 1022
Treuer, G. S. 1015. 1016
- - - G. 47.
Treugen, *M.* 705
Tribbechovius, Adam. 22. 74. 1018
Triglandus, J. 885
Trillerus, Dan. VVilh. 1095

Trillerus, C. E. 318. 333
Tritthemius, Ioh. 84. 105. 347. 779. 784
Troſtius, *M*artinus, 218. 221
v. Tieſch, J. T. 680. 722. 729. 773
Tſchirnhauſius, 768
Tuchtfeld, V. C. 707
Turham, Iac. 833
Turretinus, *J.* A. 723
Turrianus, Franciſcus 805
Turſelinus, Horatius 69

U. & V.

Valerius, Flaccus 982
Valeſius, Franc. 320. 981
Valla, Laurentius 629. 806
de la Valliere, 581
Vaninus, Iul. Cæſar 989. 1019. 1033
Varenius, Auguſtus 110. 297
- - - *M.* H. 584
Varenius, B. 962
Vargas, Alphonſus de, 507
Vaſtorius, Ioh. 150
Vatablus, Franc. 223
Uchteritz, H. von, 45
Uchtmannus, A. 914. 1088
Udenius, *M. J.* C. 297
Vecherus, G. 518
Veerporten, *M.* A. *M.* 170
Vejelius, Elias, 839
Vellejus, Georg. 816
Veltheimius, V. 697
Vergerius, Paulus Petr. 144
Verheiden, Iacobus, 149
Verinus, *M*ich. 371
- - - *Pacificus*, 548

Ver-

Vermelius, G. 505
Uffelmannus, Henr. 615
Uhſe, Erdmann, 172
Viccius, *M.* F. 297. 899. 903
Victor de Carben, 474
Victor Uticenſis, 370
Victoria, F. de, 503
de Vienna, Realis, 787
Vignatus, Ambroſius, 803
Villieri, 605
Vincentius Lerinenſis. 380
Virveſius, Alphonſus, 476
Vitringa, Campegius, 70. 451
Vitus, Steph. 57. 58
Vives, Ioh. Ludov. 323. 384. 1121
Viwegius, C. 603
Ulenbergius, Caſp. 167. 227
Ulfila, 222
Ullmannus, *M.* David, 184. 722
Ulug Beigus 941
Undereyck, Theod. 1081
Vockerod, *M.* G. 959
Voëtius, Gisbertus, 146. 400. 599. 1000
Vogelius, Tobias, 538
Voglerus, V. H. 892
Voiſin, Ioſeph de, 912
Volanus, Andr. 656
Volckelius, Ioh. 645. 646. 660
Vollandus, J. 458
- - - *M.* C. VV. 906
Voluſianus, 371
Voluſius, A. G. 541
de Voragine, Iac. 344. 826
Vorſtius, Conr. 481

Voſſius, Gerh. 32. 36. 351. 805. 895. 954
- - - Iſaacus, 261. 965. 971. 986
Urbanus, vid. Regius.
Urſinus, Ioh. Henric. 316. 319. 535. 1110
- - - Zacharias, 420
- - - Fulvius, 875
Vrigny, 1099
Uſſerius, Iacobus, 266. 919

W.

Wachterus, J. G. 977. 992. 1006. 1025. 1047. 1049
Wagenſeilius, *J.* C. 874. 881. 890. 900
Wagnerus, G. 136. 727
- - - Fridericus, 764
- - - Tobias, 1025
Wagſtaffus, *J.* 783
Wahlenburchius, Adrianus, 510
- - - *P*etrus, 510
Wahremundus, Theoph. 822. 814
Walæus, Anton. 39
Walchius, Ioh. Georg. 71. 634
Wallich, Ioh. Ulrich. 943
Wallinus, Georg. 221
Waltherus, *M*ich. 259. 616. 633
- - - *S*am. 308
- - - Rudolphus 420
Waltonus, Brianus, 257
Wanckelius, Henr. 858
Warlizius, Chriſt. 321
Waſewitzius, Chriſt. 305
Waſmuthus, *Ma*tth. 299. 799. 923
Weberus, *J.* 736. 775. 958. 1092
Webſterus, Ioh. 783
Weda, Ioh. à, 159
Wedelius, G. VVolffg. 615. 903

VVeg-

Wegleiterus, C. 298
Weickmann, D. 697
Weidlingius, M. C. 905
Weidnerus. *J.* 31
Weigelius, Val. 689. 715. 716. 742. 743
Weigelius, Chriſt. 211
- - - Erhardus, 1024
Weimarus, Daniel, 616
Weiſius, Chriſt. 99
Weiſſ, *S*igismundus, 471
- - - *M*ich. 573
VVellerus, H. 469
- - - Ioh. 297. 300. 306
VVelmerus, 689
VVendelinus, *M.* F. 481
VVendlerus, M. *J.* 102. 128
VVerdenhagen, *J.* A. 1120
VVernerus, Ioh. 102
VVernſtorfius, Gottl. 33. 42. 491. 527. 744. 908. 1093
VVeſthemerus, 324
VVeſtphalus, *J.* C. 1098
VVetzelius, *J.* C. 186. 187
VVhartonus, Henricus, 86
VVhearus, Degoreus, 108
VVhelocus, Abrah. 204
VVhiſtonius, VV. 693
VVicelius, Georg. 289. 349. 498. 820
VVichmannshauſen, J. C. 221. 906. 911
VVideburgius, C. T. 23
- - - H. 454. 902. 906
VViegleb, M. Ioh. Hier. 538. 583
VVierus, Ioh. 782. 785. 789
VVigandus, *J.* 63. 65. 139. 140. 1044. 159. 396. 469
VVilcken, Iodocus 154
*VV*il-

*W*ilckins, Ioh. 119
*W*ilhelmus de *S*tudgardia 497
*W*illemerus, *M. J.* H. 906
*W*illenberg, D. 697
*W*illeramus, 208
*W*imphelingius, *J.* 352
*W*inckelmannus, *J.* 40. 467
*W*incklerus, Ioh. 218
- - - *J. J.* 548
*W*indetus, *J.* 1074
*W*inslovius, Ludovicus 757
*W*inton, *S*tephanus 456. 476
*W*ittenius, Henning. 105. 172. 157
*W*itterus, H. B. 703. 910
*W*ittſchelius, M. Ioh. Iac. 496
*VV*ockenius, 637
*VV*oldershauſen, Iuſt. Heinr. 741
*VV*olderus, David. 199
*VV*ollius, Chriſt. 613
*VV*olffius, Ambroſius 36
- - - Ioh. Chr. 51. 103. 120. 132. 630. 885. 1023
- - - Ioh. 425
*VV*olfhard, *M.* Barthol. 427
*VV*olterus, *J.* 681
*VV*olzogenius, Lud. 1098. 1099
*VV*oodward, Ioh. 64
*VV*üſthofius, B. H. 112

X.

Xavier, Hieron. 219
Xyſtus, 374. 399
Yvon, Petrus 529. 1099

Z.

Zangerus, *M*elch. 212
- - - Ioh. 503

Ze-

Zechendorffius, Ioh. 625. 899. 942
Zechnerus, M. J. 269
Zeidlerus, J. G. 538. 731. 744
- - - Gottfr. 731
Zeiſoldus, J. 1069
Zellerus, *M.* Chriſtoph. 267
Zeltner, Guſt. Georg. 44. 908
Zentgravius, J. J. 31
Zephyrinus de Pace, 705. 1008
Zepperus, VV. 565
Ziegenbalgus, Bartholomæus 34
Ziegra, *M.* C. *S.* 297. 298
Zieglerus, Iac. 868
Ziglerus, Caſp. 832
Zimmermann, *M.* Ioh. Iac. 691. 713. 730
- - - *M*atth. 831. 842
Zinzendorff, Ludovicus de 232
Ziroldus, J. VV. 24
Zornius, Petrus 633. 837
Zwickius, Ioh. 231
Zwinglius, Huldrychus 282. 398

INDEX LOCORUM
S. SCRIPTURÆ.

Geneſ.	I.	1 - 5.	*pag.*	682.
	II.	8.		280.
		19. 20.		747.
	III	8		297.
		12. 14.		298.
		15.		564. 297.
	IV.	1.		300.
		26.		297.
	VI.	2.		693.

Geneſ.

Geneſ.	VI.	4	*pag.*	297.
	IX.	27		1005.
	XI.	1. 2. 3. 4	1078	297.
	XIII.	integr.		299.
	XXIV.	2		906.
	XXV.	21		906.
	XXXVI	24.		297.
		33		269.
	XLIV.	5		752.
	XLIX.	integr.		292.
		10		491.
Exod.	XII.	12		748.
	XXI.	4		910.
	XXV.	5		1076.
	XXX.	11 - 16		908.
Levit.	XIX.	19		904.
Deut.	I.	1 - 6		1076.
	IV.	18. ſq.		910.
	XVII.	8		905.
	XXII.	9		904.
	XXXIII.	25		912.
Joſua	IIX.	30		906.
	XXI.	36 37		104
Judic.	II.	13		825.
	XV.	4		298.
		15		491.
1 Sam.	XXI	11. 16		298.
	XXIIX.	integr.		298.
2 Sam.	XII.	18		618.
	XVII.	30		911.
1 Reg.	XVII.	3		754.
2 Reg.	IV.	34		702.
	VI.	25		618.
	XIV.	25		702.

2 Paral.	III.	6	pag. 877.
	XXII.	1	286.
Eſdra	IX.	9	751
Nehem.	V. & VI.		745.
	XII.	11 & 22	746.
Job.	IV.	integr.	269.
	XIX.	25-27	297.
	XXXI.	27	906.
Pſalm.	I.	integr.	297. 747.
	II.	7	697.
	IV.		449.
	LXXI.	20	583.
	XC.		750.
	XCI. XCII. XCIII. XCIV		750
	CXII.		745. 748. 752.
	CXIIX.		456.
	CXIX.		746.
	CXX.		746. 751.
	CXXIIX.		899.
	CXXXIV.		748
Eccleſ.	VII.	28	263.
Cant. C.	III	1 - 5	297.
Eſa.	VII.	14	298.
	XI.	3	299.
	XX.	20 ſq.	275.
	XXVI.	20	298.
	XXXVI-XXXIX		700.
	LIII		298.
Jerem.	VII.	18	905.
	XVI.	19-21	746.
	XVII	1 - 18	746.
	XVIII.	16	298.
	XXXI.	20	298.
Ezech.	XIII,	18	902.

Ezech.	XX.	25	pag. 299.
	XVII.	11	753.
	XXXIIX. XXXIX		456.
Dan.	II.	27-46	752.
	IV.		745.
	X.	13	732.
Hoſ.	III.	2	757.
Joel.	I.		749.
	II.	1-14	749.
Jon.	IV.	6	313.
Zach.	VI.	9	298.
	IIX.	1	756.
	XII.	11	906.
Mal.	I.	11	907.
	III.	1. ſq.	298.
Matth.	I.	1-3	254.
	II. & III.		750.
	III.	3	254.
	IV.		869.
	V.		313. 662.
	VI.		ibid.
	VII.		ibid.
	IIX.	32	869.
	IX.	23	908.
	XI.	11	286.
	XII.	40	757.
	XIII.	25	285.
	XVI.	13	461.
		18	285. 286.
		19	652.
	XIIX.	29	285.
	XIX.	24	298.
		27-30	623.
		29	725.

Matth.

Matth.	XX.	16.	pag. 623.
	XXII.		449.
	XXVI.	29,	285.
		38.	563.
	XXVII.	46.	965.
		52. 53.	306.
		54.	299.
Marc.	X.	25.	298.
	XI.	26.	256.
Luc.	II.	49.	316.
	XIV.	23.	1122.
	XVI.	integr.	331.
		19.	664.
	XVII.	36.	256.
	XIIX.	25.	298.
	XXIV.	27.	274.
Joh.	I.	integr.	663. 668.
		3.	346.
	III.	13.	298.
		29.	285.
	IV.	12.	285.
	VI.	53.	285.
		62.	285.
	VII.	17.	671.
	IIX.		155.
		56.	285.
	XI.	25. 26.	766.
	XIII.	45.	904.
		34.	625.
	XVII.		298.
	XXI.	22.	252.
Actor.	VII.	37.	1076.
	IIX.	9.	750.
	IX.	integr.	263.

Actor.	XIII.	6.	*pag.* 750.
	XV.	20.	299.
	XIIX.	24.	134.
	XIX.	33.	750.
	XXIII.	3.	254.
	XXIV.	2.	254.
	XXVII.	9.	838.
Rom.	V.	12-19.	613.
	VII.	integr.	659. 660.
	IIX.	19. 23.	491.
	IX.	integr.	663.
		10.	306.
	XI.	25. 26.	299.
1 Cor	II.	4.	620.
		14.	620.
	VII.	30.	621.
	IX.	26. 27.	297.
	XI.	25.	231.
		30.	609.
	XIII.	8.	251. 252.
	XIV.		733.
	XV.	integr.	661.
		29.	609.
2 Cor.	III.	ult.	251. 252.
	X.	13.	299.
	XI.	24. 25.	912.
Gal.	I.	3.	254.
Eph.	I.	10.	252.
	VI.	10.	306.
Phil.	III.	23.	306.
Col.	II.	18.	299.
	VI.	16.	251.
2 Theſſ.	II.	1. 12.	754.
1 Tim.	III.		367.

1 Tim.

1 Tim.	III.	1.	*pag.* 298.
	IV.	6.	306
		10.	224
Tit.	I.	2.	671
1 Pet.	III.	9. 10.	286
		19. 20.	329
	IV.	6.	299
		24.	242
2 Pet.	I.	20.	491
1 Joh.	I.	7.	298
	II.	17-23.	754
	III.	8.	306
	IV.	1-4.	754
	V.	7.	14. 17. 256. 591
2 Joh.			219
3 Joh.			ibid.
Ebr.	IX.	5.	908
	XI	29.	1076
Jac.	II.	17.	1074
	IV.	6.	256
Apoc.	II.		299
		17.	226. 247
	III.		299
		19. 21.	299
	XII	1. ſq.	731
	XIII.	8.	299
	XVI	8-12.	328
	XXI.	integr.	690
		26.	256
	XXII	integr.	690

SHELF No. ....

[Sept., 1882, 20,000]

BOSTON PUBLIC LIBRARY.

One volume allowed at a time, and obtained only by card; to be kept 14 days (or seven days in the case of fiction and juvenile books, published within one year,) without fine; not to be renewed; to be reclaimed by messenger after 21 days, who will collect 20 cents, besides fine of 2 cents a day, including Sundays and holidays; not to be lent out of the borrower's household, and not to be transferred; to be returned at this Hall.

Borrowers finding this book mutilated or unwarrantably defaced, are expected to report it; and also any undue delay in the delivery of books.

***No claim can be established because of the failure of any notice, to or from the Library, through the mail.

The record below must not be made or altered by borrower.
